fuerit † expressum, nisi in tantùm excrescerent ecclesiæ facultates, quod pluribus possent sufficere [a] competenter: & ijdem canonici in derogationem suę cōstitutionis, ad vacaturas prębendas [b] quatuor receperunt vltra numerum [c] constitutum, antiquis canonicis præbendas cum integritate [d] percipientibus cōsuetas, superexcrescentes redditus prędictis canonicis facias assignari: ita quòd si ex eis pares potuerint cū alijs sortiri præbendas: quod superfuerit, in communes canonicorū vsus (sicut prius statuerant) siue aliter, prout melius videbitur, conuertatur: reuocatis in irritum quæcunque ab alterutra partium in præiudicium alterius post motam quæstionem [e] coram episcopo Ferrariensi circa præbendas [f] vel possessiones fuerint innouata.

¶ Idem abbati & conuentui S. Siluestri.

¶ Statutum generale laicorum ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præiudicium non extenditur: nec speciale etiam si earum commodū & fauorem concernat. hoc dicit, quo ad intellectum. Abb. Sic.

CAP. X.

Ecclesia † sanctæ Mariæ: & infra. ¶ Nos attendentes; quod laicis (et religiosis [g]) super ecclesijs & personis ecclesiasticis nulla est attributa facultas...

a Possēt sufficere.] Arg. conditionē subintelligēdam: vt 22. q. 2. beatus, ff. qui satisda. cog. l. vlt. infra de iureiu. c. quemadmodū, vbi de hoc, & j. de rescrip. c. 2.

[Glos. sequens ponit opinionem quā reprobat.]

b Ad vacaturas pbendas.] Per hoc quod dicit, ad vacaturas, dicūt quidam vt Papa Innoc. iiij. quòd hæc decre. continet dispēsationem & non ius commune. Sed non est verum, imò continet ius commune: cum ex confessione vtriusque partis constet illos fuisse receptos in fratres, & ad ius canoniæ. Sed hoc non est contra ius, quod aliquis recipiatur in canonicum, & expectet præbendam: sed nullum percipere beneficium, si percipi possit, est contra ius, inf. de preben. c. dilectus j. & c. relatum, quia aliud est canonia, aliud præbenda. vt dictum est sup. eo. c. & ideo Papa mādat eis dari superexcrescentes redditus.

[Gl. sequens quærit & soluit.]

c Vltra numerum.] Hic potest quæri verum isti qui quotidie recipiuntur vltra numerum, habeant vocem in electione episcoporum vel aliquorum prælatorum? Dico standum esse consuetudini. 1 & si nulla sit consuetudo, adhuc non credo ꝙ debeant vocari ad huiusmodi tractatus vel electiones, cum nondum habeant plenum ius nec etiam possessionem.

[Gl. sequens quærit, & dupliciter soluit.]

d Cum integritate.] Sed cum canonici isti voluntariè receperint quatuor vltra numerum constitutū authoritate propria contra suā constitutionem, quare non compelluntur cōmunicare suos redditus illis vt sint omnes æquales, cum renunciare videantur suo priuil. supra cap. proximo? Potest responderi ꝙ ipsi hoc non petiuerunt: vt in litera patet, & condemnatio non debet fieri nisi quatenus petitum est: vt inf. de ord. cog. c. cum dilectus. Vel dicas ꝙ si ēt petitum fuisset, non debebāt condemnari: quia nō fuerunt recepti vltra numerum pbendarum, licèt vltra canonicorum numerum: vt satis apparet in litera ipsa: vt d̄ s. eo. c. in notula per hoc.

[Gl. sequens notat & signat contrarium.]

e Post motam quæstionem.] 2 No. quòd quicqd in præiudicium alterius partis lite pendente fit, debet in irritum reuocari. inf. vt lit. penden. c. ecclesia sanctæ Mariæ, inf. de despon. imp. c. ad dissoluendum, in fine, & C. de rei vendi. l. si fundum, 3 & l. certum, 11. q. 1. quia res. Arg. ɔ̄ inf. de rest. in integ. c. cum venissent, in fine.

f Circa præbendas.] Vt si aliqua præbenda de antiquis uacauit lite pendente: & illa forte sit alijs assignata: vel si aliquis possessiones illas quas petebant, sibi in beneficijs occupauit, totum debet in irritum reuocari.

Ecclesia S. Mariæ.] Famosa est hæc decret. & cōmuniter sic summatur. Causæ ecclesiarum per constitutiones laicorum definiri non debent. Diuiditur principaliter ī duas partes. In prima ponitur duplex definitionis motiuū. In secūda definitio: ibi, quod à senatore. Abb. Siculus.

¶ Casus sic ponitur. Ecclesia sanctæ Mariæ in via lata mouit quæstionem contra Ioan. de Archeia super quibusdā possessionibus coram iudice delegato à Roman. senatore; lite pendente. Idē Ioan. possessiones illas trāstulit in monasteriū sancti Siluestri, tandem absolutus fuit idem Io. appellatū fuit ad senatorem, coram quo idem Ioan. dicebat se non esse conueniendum: quia non possidebat illas possessiones. Demum senator Romanus occasione cuiusdam statuti, in quo continebatur, quòd si quis rem litigiosam lite pendente trāsferret in alium, illa possessio deberet auferri possessori, & petitori dari: spoliauit monasteriū possessionib. illis, & restituit illas ecclesiæ sanctæ Mariæ, monasterio non citato, vel cōfesso, uel cōuicto. Vñ monasterium cōquestum fuit domino Papæ. Papa considerans ꝙ laicis quantumcunq; religiosis super ecclesijs & personis ecclesiasticis nulla est attributa facultas: & si ab illis proprio motu quid statutū fuerit, qd̄ ēt ecclesiarū vtilitatem respiciat & fauorem, nullius debet esse momenti, nisi per Romanā ecclesiam fuerit approbatum: (vnde statutū Basilij de nō alienādis pdijs rusticis vel vrbanis, ministerijs, & ornamētis ecclesiarū, licèt in se bonum fuerit, illa ratione reprobatum fuit, q̄a p sedē Apost. non fuit roboratū) ideo qd̄ à senatore fuerat factum in præiudicium monasterij non conuenti, nō confessi, non conuicti, dñs Papa in irritum reuocauit & eiusdem possessiones restituit monasterio supradicto. No. ꝙ laici de reb. ecclesiæ, uel personis ecclesiasticis nihil disponere possunt in præiudicium ecclesiæ. Item ꝙ sententia lata contra absentem non citatum, non confessum, non conuictum, nihil ualet. Item nota, ꝙ iudex ecclesiasticus potest retractare sententiam iniquam iudicis sęcularis.

g Etiam religiosis.] Sic ergo laici de rebus ecclesiæ nihil disponere possunt, siue in temporalibus, siue in spiritualibus. ut hic, & 96. dist. bene quidem. unde hæc decretalis sumpta fuit. & inf. de reb. eccl. nō alie. c. cum laicis. q̄a ius spūale, puta ius eligendi in ecclesia collegiata, ēt si sit patron⁹, n̄ cadit i laicum. inf. de elect. c. sacrosanctā. & c. Massana. nō obstāte aliqua cōsuetudine. ut ibi dicit Gregorius. 4 Nec de re spūali cōpromitti...

Margin notes:

...ecclesia tot ...beat mini...os quos cō...odè pos...t sustenta...

Facit ad ...c l. qd̄ si ...lit. §. quia ...si dua. ff. de ...lil. edi. no. art. in l. ne...io. ff. de re...u.

Concord. ...xt. in l. ob...truge, § an...qui, ff. de ...sic. procon. ...t in l. item ...orum, §. 1. ...l. de aqu. plu. ...rcen.

Hæc glo. ...tenit. ...cile ...a. hic Inn.

& Panor. ad hoc. s. ꝙ reuocant attentata lite pendēte qn̄ attentans de perfidia notatur.

3 Vide de cler. excōm. min. illud. & per gl. quia. Ioan. And. in no.

† Cap. 5. in 3. cōp. tit. de foro comp.

4 Quod dic vt no. de iur. patron. nobis. Io. And. in no.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

ui potest in laicum, inf. de arbi. contingit. nec iudicare de rebus ecclesiæ possunt. inf. de iud. c. decernimus.

[Gl. seq. arguit, & remittit.]

a Personis ecclesiasticis.] Argu. quod eodem iure censeri debent bona clericorum & ecclesiarum: vt inf. de vi. & hon. cler. c. vlti. vi. de hoc.

[Glo. seq. notat & remittit.]

b Ab ecclesia.] Sic ergo quod alias est infirmum, confirmatio Papæ facit firmum. infra de transact. ca. 1. De hoc dictu fuit sup. eod. tit. cap. cum accessissent.

c Statutum.] 96. dist. c. bene quidem n.

d Prædijs rusticis.] Rusticum prædium appellatur, quod est sine aliquo ædificio. Vrbanum prædium vbi factum est ædificium, vt domus: vt ff. communia præd. l. 1. & rub. l. 1. & ff. de seru. rust. præd. l. 1. & per totum, & de ver. sig. præ. per totum.

e Ministerijs.] i. vasis vel instrumentis.

f Ornamentis.] Vt palijs & consimilibus, quibus ornatur ecclesia.

[Glo. seq. exponit, obijcit, & soluit.]

g Non conuenti.] Quia dicit, nō conuenti: quia conuentio siue citatio est principium siue fundamentum ordinis iudiciarij. 1 Primo enim est quis citandus: vt inf. de ma. io. & obe. c. inter quatuor. & inf. de proc. c. qui contra falsam. Vbi consimilia per ordinem ponuntur, citationes & dilationes, &c. per conuentionem perpetuatur iurisdictio delegati, inf. de offic. deleg. c. gratum n. Sed vt quod potuit procedere altera parte absente, cum esset iudex appellationis, inf. de appel. c. sæpe, & c. interposita, & 2. q. 6. qui appellat. in princ. ibi appellatore cessante, & dicit lex quod quasi priuilegium est illius qui cognoscit de appellatione, procedere altera parte absente, C. de temp. app. l. vlt. §. illud. Sed nō est ita, semper enim quis debet citari 2 quæcunque sit causa, etiam in causa appellationis, inf. de appell. per tuas, imò non valet sententia, vbi peremptorium edictū nō venit ad absentis notitiā, vel ad eius domicilium, ff. quæ sen. sine app. l. 1. §. item cum ex edicto, & Ioan. de Atheia coram iudice appellationis erat, nec defendebat monasteriu, quia dicebat quod non possidebat.

ADDITIO. Vnde contraria locum habet quando est quæstio inter appellantem & appellatum: hic verò monasterium non erat appellans nec appellatum, secundū Abb. Ioan. And.

h Nec cōfessi.] Et hoc verū est quia nemo iudicandus est, nisi cōuictus vel spōte confessus, 3 qd si fiat, sententia nulla est, vt 2. q. 1. nos in quemq. Per decre. q. habes. vt lieg. n. c. ecclesia intelligas finem istius capituli.

[Margin: † Vide c. q. i ecclesiarū, s. hoc sit.]

[Margin: † Hic erat præfectus vrbis Romæ.]

[Margin: 1 Tex. est in l. 1. C. de præscri. long. tēpo. & in l. virgonis, ff. iudic. solu. & C. ne de statum. l. si pr.]

[Margin: 2 Nisi fuisset terminus assignatus, qui haberet vicē peremptorij, infra de app. sæpe. Ioā. And. in no.]

[Margin: 3 Facit tex. in l. proinde, ff. ad l. Aqu. & C. de confess. l. fi.]

clesijs & personis ecclesiasticis a nulla sit attributa facultas: quos obsequē di manet necessitas, non authoritas impetrandi; à quibus si quid motu proprio statutum fuerit, qd ecclesiarum etiam respiciat commodum & fauorē, nullius firmitatis existit, † nisi ab ecclesia b fuerit approbatum. Vnde statutū c Basilij † de non alienandis prædijs rusticis d vel Vrbanis, ministerijs, e & ornamentis f ecclesiarum: illa reprobatum fuit potissima rōne, quod authoritate nō fuit Romani Pōtif. roboratū. ¶ Qd à senatore factum fuerat in præiudicium monasterij non conuenti, g nec confessi h vel cōuicti, in irritum reuocātes, easdem possessiones restituēdas sibi sententialiter definimus.

¶ Idem vniuersis Doctorib. Parisijs cōmorantib.

¶ Pœna simpliciter apposita propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.

CAP. XI.

EX literis † vestræ deuotionis accepimus, & infra. ¶ Licet à uobis fide præstita fuerit constitutū, vt si quis magistrorum ordinationi vniuersitatis ipsorum duceret resistendū, & primò, secūdò, tertiòve k cōmonitus infra triduum l vniuersitati parere contemneret magistrorum, ex tunc beneficio societatis eorum in magistralibus priuaretur, & ob hoc magister G. fuerit eorū cōione priuatus. ¶ Quia tamen constitutū non fuit, vt in perpetuū m huiusmodi priuatio per-

[Margin: † Cap. 12 in 3. compil. de iureiur.]

tamen. Abb. Sicul. Ista decret. erat in tit. de iureiur. in tertia compilatione.

CASVS. Magistri artium liberalium Parisijs commorantes, à consuetudine antiqua in quibusdam articulis deuiauerant. Vbi ipsi volentes consuetudinem pristinam reformare, iuramento interposito statuerunt, quod si quis magistrorū ordinationi vniuersitatis ipsorū duceret resistēdū, & tertiò cōmonitus vniuersitati eorum parere contemneret, ex tunc cōsortio magistrorum priuaretur, propter qd magister G. supradicta cōmunione ipsorum fuit priuatus, tādem voluit obedire vniuersitati: sed verū debeat recipi, dubitatur; quidam dicebāt quod sic debebat remanere priuatus. Alij dicebant quod recipiendus erat, ex quo volebat satisfacere. Alij dicebant quod non posset recipi propter iuramentum absq; licentia Papæ. Vnde Papa consultus respondet quod constitutum non fuit, vt huiusmodi priuatio in perpetuū duraret, cum tam de iure cōi, quam de cōsuetudine eccl'æ extitit, aliās, & existat, vt qui propter contumaciam aliorum cōmunione priuatur, cum satisfacere voluerit, restitui debeat: Mandat dñs Papa, quod dictū magistrorum obedire volētem admittant in magistralibus ad consortium vniuersitatis. Nota quod qui simpliciter à cōmunione aliorum excluditur propter contumaciā, debet recipi cum satisfacere voluerit. Item nota quod iuramentum est benignè interpretandum.

i Fide.] idest, iuramento.

k Tertiòve.] Hæc est n. legitima & canonica citatio siue admonitio trina. 24. q. 3. de illicita, §. de conuētione, 16. q. 7. oēs decimæ, & 17. q. 4. de presbyterorū, quia vindicta sp dēt præcedere monitio. 12. q. 2. indignè, 1 prin. ē. de vi. & ho. cl. c. vl. & ē. de sen. exc. prigit. 2 & c. sacro.

l Infra triduū.] Nimis breuis fuit terminus, quia non poterat deliberare ad plenum, & ideò potuit in promptum incidisse periculum, simile, 2. q. 6. anteriorum, 1. respon. vbi olim triduum dabatur ad appellandum, vnde dati fuerunt postea decem dies, vel saltem terminū decem dierum statuissent: quia illud tps modicum appellatur. ff. de const. pec. l. promissor. §. 1. & propter breuem terminum potest appellari, inf. de dila. c. 1.

[Gl. seq. ponit opi. Inno. pro qua alle. 5. iura. Alleg. in contrarium, & soluit.]

m In perpetuū.] dicit hic Innoc. quod aliud est aliquē simpliciter excludere, & aliud in perpetuū excludere, simile 33. q. 4. nō oportet, 2. q. l. fi. & simile, 2. q. 1. sūt nonnulli, ver. beatus, ibi nō dicit, & inf. de don. c. pastoralis fic. ff. pro socio. coiri societatē, & l. 3. §. 1. & in gl. Arg. cōtra 50. dist. c. 1. in fi. ibi, non statuta, sed temporaliter dilata credatur, & C. de pac. l. fi. rmus, in fi. ibi, cum qui aliquā ex quo. non est tempus definitum, de quolibet tēpore intelligitur, 1. q. 1. cos, & ff. de euic. l. si tem. §. vlt. & inf. de

EX literis.] Pœna priuationis a cōione, quæ propter contumaciam ex cōstitutione infertur, tēporalis est, & non perpetua. Ioan. And. Prima pars ponit statutū & factum ex quo surgit dubitatio. Secunda dubitationem soluit, duas rationes inducens. Secunda ibi, Quia

ꝗ.de priuil.c.quia circa,vbi vt bñ simpliciter positum ad futura tempora trahitur. & generaliter intelligitur. Itẽ inuenio quod idẽ est perpetuò remouere quod si mpliciter remouere:vt 1.q.1.reperiuntur,in fin.& 79.dis. si quis ex episcopis,10.q.1. quia sacerdotes, 27.q.1. de viduis. Ioan. & ꝗ. de coha.cleri.& muli.c. clericus. Sed circa talia consideranda est natura siue causa cuiusunque negotij, hoc enim punitur ꝑ contumacia, & non pro crimine: & contumacia sæpe purgatur, vt facile est videre in multis.

a Iuris canonici.] inf. de sen.excõ.c.per tuas.& inf. de verbus signi.c. cũ olim. &c. ex parte, ibi, est exẽplum de cõtumacia, & crimine.

[Glo.sequens reci. per quæstionem.

b Admittatis.] iõ obstante illo mandato, si quid in medio tempore deliquisset, posset repelli infra de testi.cog.c. præterea.arg.ff.de transa.l. cum Aquiliana.

ADDITIO. Vide de iureiur.cap.veniẽs super gl. 2. Ioan. An. in nouel.

durarct; cum tam iuris canonici[a] quàm nostri moris existat, vt is qui propter contumaciam communione priuatur, cũ satisfactionem congruã exhibuerit, restitutionẽ obtineat: Mandamus, quatenus supradictũ magistrũ statutis vestris nunc humiliter parere curantem, ad communionis vestræ cõsortium in magistralibus admittatis[b].

¶ Honorius iij. episcopo. & cantori Cabiloñ.

¶ Non possunt canonici sine causa restringere numerum canonicorum seu præbendarum. Abb. Sic.

CAP. XII.

Ex † parte episcopi Heduensis fuit propositũ, ꝙ canonici Heduẽn: proprijs commodis inhiãtes,[c] præbendarum numerũ ab antiquo i ecclesia Heduẽn.statutũ(licèt non sint eius diminuti[d] reditus) restrinxerunt: & infra. ¶ Nolentes igitur diuini numinis minui cultũ, sed potius agmentari, mãdamus, quatenus antiquũ numerũ faciẽtes auctoritate nostra seruari; præbẽdas, quas à tẽpore vltimi statuti inueneritis vacasse in ecclesia memorata(nõ obstãte aliqua cõstitutione sup hoc à canonicis ipsis facta:vel confirmatione[e] † à nobis ab eidẽ obtenta) personis idoneis[f] cum consilio[g] episcopi conferatis.

¶ Gregorius ix.archipresbytero S. Mariæ Maioris de vrbe.

¶ Constitutio futura respicit & non præterita, nisi in ea de præteritis caueatur.

CAP. XIII.

Quoniam constitutionẽ Apostolicæ sedis om-

E X parte.]non valet statutum ꝑ quod diuinꝰ cultus sine causa diminuitur etiam si super hoc interuenerit in forma communi Papæ confirmatio. Ioan. And.primò narrat factum corrigendum,in secunda corrigit.secunda ibi, Nolentes. Abb.Siculus.

Casus sic ponit. Heduẽ. canonici,vt maioribus redditibus abundarent, numerum præbendarũ in ecclesia Heduẽ.ab antiquo statut ũ restrinxerunt, licèt redditus ipsorum non fuerint diminuti. significauit hoc eps Heduẽ.domino Papæ,nolens igitur Papa cultum diuini numinis diminui, sed potius augmentari, mandat quibusdã vt antiquum numerum faciant in ecclesia Eduẽ.seruari:& si quas præbendas à tempore vltimi statuti vacasse inuenerint personis idoneis illas conferant de consilio episcopi,non obstante aliqua constitutione super hoc à canonicis ipsis facta, aut confirmatione a sede Aposto.obtenta. Not. ꝙ numerus clericorum per solos canonicos non potest diminui: nec valet statutum super hoc factum,nisi Papa ex certa scientia illud confirmaret.

c Proprijs commodis inhiantes.] idest,cupiditati intendentes sv tium denotat,simile, ꝗ eod. cap. cum omnes.& supra eo.c.cum M.Ferrariensis.

[Glo.seq.infert à contrario, & remittit in fi. allega. c.contrarium.]

d Diminuti.] Secus si essent diminuti:quia tũc vł ꝙ auctoritate epi possunt diminuere numerũ. Arg. infra de vita & honest.cleri.cap.quoniam vt ait.sicut augmẽtatis facultatibus plures possunt institui etiam vltra numerũ statutum,supra eo.c.cum M.arg.inf. de cẽsi.c. quanto,& 2 1.dist. in nono,& C.de epis.& cle.c.in ecclesijs. de hoc dictum est,supra eo.c. cum accessissent. dic vt ibi Arg.contra,infra de ver.sig.c.vltimo.

[Glo.seq.reci.per quæstionem: de qua confirmatione loquitur litera.]

e Confirmatione.] sub forma cõi impetrata: quia talis confirmatio nihil noui tribuit,inf.de cõfir.vtl.vel inuti.c.cũ dilecta.§.nos igitur,ver.nolẽtes.& inf.de cõcess. præb. c. quia diuersitatem in fin. & inf.de priuileg. c. ex parte , quia qui confirmat,nõ donat.infra de fid.instru. c. inter dilectos, §. cæterùm, 1 per tales confirmationes non intelligit Papa iuri alicuius derogare, inf. de offic. ordin.ca. licèt, §. 1.qu a inde non debet nasci iniuria, vnde iura oriuntur: in. de accu.c. qualiter & quãdo 2 C.vnde vi. l. meminerint. Quando valet confirmando Papæ, & quando non,dictũ est ꝗ.tit.eo.c.cum accessissent,& ꝗ.de confir.vti. vel inuti. c. 1. & 2. 2 Et obtenta fuit ista confirmatio tacita veritate de antiquo statuto. & ꝙ si ultites ecclesiæ non essent diminutæ.

f ¶ Personis idoneis.] Hoc semper subintelligitur, inf.de elec. ca. causam quæ. talibus enim beneficia sunt conferenda: aliàs puniuntur dantes & recipientes, inf.de elect.c. nihil est,& inf. de præb.c.graue.

g Cum consilio.] De hoc traditur infra de elect.c.ne pro defectu.&c.cum in veteri.

Q Voniam constitutio.] Diuiditur: quia primò ponit causam constitutionis declarandæ. Secundò declarationem:ibi, declaramus. Tertiò declarationis rationem:ibi,cum leges.Abb.Siculus.

CASVS. Dominus Gregorius Papa fecerat quandam constitutionem in ecclesia sanctæ Mariæ maioris de vrbe,quæ constitutio est infra de maio. & obe.quæ incipit.statuimus,in qua dicitur,quod presbyteri primum locum obtinent, diaconi secundum, subdiaconi tertium & sic de reliquis ordinatim etiam si posterius admittantur:& qui maior est ordine, in portione percipienda sit potior, etiam si posterius sit receptus, Super ista constitutione dubitatur,vtrum constitutio ista traheretur ad præterita , vel ad futura tantum. Dicit Papa, quod constitutio ista sedis Aposto. omnes adstringit, & nihil debet obscurum & ambiguum continere:& ideo declarat constitutionem prædictam , dicens quod constitutio ista non ad præterita , sed ad futura tantum debet extendi: quia leges & constitutiones dant formam futuris negotijs, & non præteritis, nisi nominatim in eis dicatur, de præteritis negotijs. Nota quod constitutio Papæ generalis est, & omnes ligat , cum sit iudex omnium: Item nota quòd qui ius constituit , debet ipsum declarare. Item constitutio debet esse aperta & clara. Item constitutio futura tantum respicit, nisi aliud caueatur ibidem.

† Ex hoc ca. a parte colligitur,nõ valere statutũ per quod cultus diuinus sine cã diminuitur etiam si in forma cõi ꝑ Papam fuerit confirmatum.

1 Concord. text. in l. & quia. cũ glo. in versi. nec ipsa lex. ff. de iur. omn. iud.

† Hũc text. dixit Car. Floren. esse sin. ad hoc ꝙ app. confirmationis ; intelligitur de confirmatione in forma cõmuni.

2. Adde meliorẽ glo.de iure in capi. frater, i versi.auctoritate.17.q.2.

nes adstringit,[a] & nihil debet obscurum vel ambiguum[b] continere. Declaramus[c] constitutionem[d] quam nuper super præferendis[e] in perceptione portionis maiorib.& consuetis seruitijs[f] à minoribus exhibendis, edidimus: non ad præterita, sed ad futura[g] tantum extendi. Cum leges & constitutiones futuris certum sit dare formam negotijs, non ad præterita facta trahi: † nisi nominatim in eis de preteritis caueatur.

a Adstringit.] Cum sit iudex ordinarius omnium Christianorũ,& mater omnium ecclesiarum:vt 9.q.3. cũcta per mundum.& sic etiam aliquid graue præcipiat,faciẽdũ est, 19.dist.in memoriam,& 100.di.ꝫ morẽ.in prin. Et dic, oẽs scilicet de sua iurisdictione. qñ potestates distinctæ sunt. 10. dist.qñ & ꝫ.de app.c.si duab⁹. nisi forte ratione peccati, ꝫ.de iud.c.nouit.argu.& oẽs dignitates ordinis cuiuscunq; ecclesia Romana constituit. 22.dist.omnes. idem est in sententia Papæ: quia sicut ipse iudicat, alij iudicare debent, ꝫ.de re iudi.c.a. in causis.

[Glo.seq. reci.per q. qualis sit lex,vel contra.]

b Ambiguũ.] Lex enim siue cõstitutio debet eẽ honesta, & iusta, & nullam obscuritatem continere debet:& talis vt traditur 4.dist.erit aũt. ne per obscurã constitutionem in laqueũ incidamus: nemini enĩ debem⁹ laqueũ inijcere.27.q.1.de viduis,ij. nec dẽt nos inducere per legem obscurã vel dubiam, ad id à quo nos cohibere debet.arg.ꝫ.de na.ex lib.ventre.cap.vnico. & qui me defendere debet,nõ debet me impugnare,ff.si ser.ven.l.altius.

† Adde glo. fin. in clem. vt. hi qui. in ver. in postea.de æta. & quali.

c Declaramus.] Bñ dicit declaramus:quia nullus ali⁹ possit eam declarare siue interpretari:quia ad eũ ptinet interpretatio,ad quẽ pertinet cõstituere.ꝫ.de sen.excõ.c.inter alia.§.vt igit.& 11.q.1.clericũ.§. ex oibus, & C. de leg.l.2.& vlti.& ff.de preto.stipu.l.in prætorijs. Et si super priuilegia Apost.sedis quæstio oriatur, non vult Papa de ipsis per alios iudicari.ꝫ.de iud.c.cũ venisset.

d Cõstitutioné.] q̃ hẽs ꝫ.de ma.& obe.c. statuimus.

[Glo.seq.remittit cum seq.ad decre.c. statuimus]

e Præferendis.] An plus debeant maiores minoribus percipere,dicemus super illa constitutione, statuimus.

Constitutio an & quando respiciat futura.

f Cõsuetis seruitijs.] quid debeant minores maiorib. tractat tam in textu q̃ in gl. 93.dis.c.à subdiacono.& de hoc etiam dicemus in illa constitutione,statuimus.

[Glo.seq.notat,& duos casus excipit.]

g Futur.]No.ergo constitutioně recipere futura tñ & nõ preterita,sic s.c.c.cognoscẽtes.arg.31.dis.añ trienniũ;alias,c.1.& 82.dist.proposuisti.nisi sit cõstitutio iuris naturalis,q̃ etiam respicit preterita.ꝫ.de vsu.cũ tu. Vel nisi dicat in ipsa cõstitutione quod ad preterita trahatur.10.q.1.sic quidã.ꝫ.de elec.c.cũ in cunctis.§.hac sine.& C.de leg.l.leges,2.& hic in fin.vbi dr̃.nisi de præteritis,&c.& ꝫ.de rescrip.c.ad audientiam.

TITVLVS III.

De rescriptis. †

† in quodã manuscript. Vaticanæ i. tit.de rescriptis, & corã interpretationibus.

DE RESCRIPTIS.

Viso de constitutionibus,quia parũ est iura condere, nisi sint ministri,qui ea exequantur:vt in c.commissa,de elect.lib.6.& in c.vbi periculum,§.præterea,eod.tit. & lib.ideo post rubricam prædictam auctor intendit tractare de ministris iuris. Et quia ut plurimum dãtur per rescripta, ideo præmittit hanc rubricam. Abb. Siculus.

De hac materia tractatur.25.q.1.& q.2.per totum

¶ Alexander tertius Senoñ.archiepiscopo.

Sicut Romana.] Primò ponitur decisũ extra-diũ.Secundò consultatio,ibi.Quæsitum.Tertiò responsio.ibi.Inquisitioni.Quartò responsionis ratio ibi,Quia,Abb.Siculus.

¶ Casum sic pone,vt omnis tollatur dubitatio. Quidam propter suam culpam, quia sæpe deliquerat in appellando,priuatus fuit beneficio appellationis, vt puniretur in eo, in quo peccauit. Impetrauit indulgentiam, vt sibi liceat appellare:& sic restitutus fuit iuri communi,vt posset appellare vt prius. quidam aliàs impetrauit literas contra istũ qui habebat indulgẽtiam super aliqua cã appellatione remota, vocatus fuit iste ad iudicium:confisus iste de indulgentia sua appellauit ad Papam, queritur an tali appellationi sit deferendum? Respondet Papa, quod tali appellationi non est deferendum, postquam appellatione remota causa iudici est commissa? quia speciale mandatum derogat generali. No.a quod speciale mandatum derogat generali.

¶ Priuilegio generali secundùm ius commune obtento, obstat rescriptum speciale, etiam de eo mentionem non faciens.h.d.secundum intellectum magis communem.

CAP. I.

Sicut† Romana: & inf ¶ Quęsitũ est à nobis ex pte tua, si alicuius causa delegatis iudicib⁹, sublato remedio appellationis cõmittitur: & literis apostolicis altera pars munita(quib.ei generaliter est indultũ vt libere[h] sibi liceat appellare in vocem appellationis prupe rit.an eius in eadẽ causa debeat appellationi deferri?Inquisitioni tuę taliter respondemus, q̃ eius i hac

† Post cõc. Lateran. sub Alexan. 3.par.10.c. 11.&c.1.eo. tit. in 1.compilat.

[Glossa sequens obijcit quod indulgentia est superflua,ponit opinionẽ, quam reprobat per finem c.& obiectioni dupliciter respondet.]

h Vt liberè.] Ista indulgentia superflua vr̃,quod iure cõi liberum est appellare quotiẽscunque aliquis grauat,aliàs non liceat ante sententiam:ꝫ.de appel.c.vt debitus honor.olim indifferenter & liberè licebat appellare, nisi appellatio manifestè fuisset frustratoria.2.q.6.ad Romanam,& ꝫ.de appel.c.peruenit,sed quod de iure communi competit,superfluum est precibus impetrare. C. de thesau.l.1.lib.10.& ff.ad municip.l.j.§.Celius non probat,ergo fuit superflua. Quidam dicunt ad hoc vt indulgentia ista valeat,quod licitum est huic appellare vbique,vbi ius inhibet appellare, puta propter contumaciam,quia contumax non auditur appellans. 24.q.3.de illicita, 1 §.de conuentione, ibi, quinimo. & aliquos tales casus inuenies 2.q.6.ei qui appellat.§.sunt etiam quorum. Sed ista solutio stare non potest: quia dicitur hic in fine, speciale derogat generali:quia ibi ista indulgentia concessa fuit contra ius commune: quia priuilegium dicitur quasi lex priuata, 3.distin. priuilegia. sed priuilegium non tollitur per ius commune,nisi de ipso priuilegio mentio fiat.arg.infra eodem tit.cum ordinem,& priuilegium non tollitur per aliud priuilegium, nisi fiat mentio in secundo de primo,infra de præscrip.capit.veniens, sed ille qui impetrauit causam committi secundum ius commune, impetrauit appellatione remota: nec fecit mentionem de priuilegio partis aduersæ: & tamen valent secundæ literæ: quia speciale derogat generali: & ita siue dicas quòd literæ secundæ fuissent priuilegium, siue rescriptum secundum ius commune, non po-

r Facit text. in §.audient. in auth. de iud. coll.6. & l. non solũ.iuncta gl. in ver. restituere. ff. de min.& l. in tra minores cum glo. in ver. appellare.eo.tit.

non põt stare hæc solutio, ergo necesse est dicere, quòd iste, qui impetrauit vt generaliter posset appellare, impetrauit secundùm ius cõe: vt verum sit ꝙ speciale derogat generali. Potest ergo dici, quòd persona ista impetrans talis erat, quæ propter delictum & culpam suã non poterat appellare: quia fuerat ei interdictum appellar: vnde ius cõe ex idulgentia redditur ei. & est simile, C. de inoffi. testamen. l. si quando. & sic debet intelligi, vt potius res valeat, quam pereat: vt ꝟ. de priuile. c. in is, & inf. de ver. sig. c. ab late, ff de re. dub. l. quoties.

parte appellatio non debet admitti, postquam est causa iudicib. appellatione[c] remota commissa: Quia speciale[a] mandatum[b] derogat generali. †

† Facit text. in l. cũ de la ...ionis. §. cui fundũ. & §. ...sequẽ. ff. de fund. inst. & ..., seruis urba nis, §. si ali. ff. de leg. 3.

2 Si ergo talis indulgentia emanauerit ut liberè possit appellare: nihil aliud videtur principem concedere, ni i ut habeat consuetam, & legitimam appellandi potestatem: vt di. it lex prædicta, si quando. & sic nullum contrarium. Vel põt dici ꝙ solum ius cõe indulgetur huic ad cautelam: quia solet plus timeri, & c. 23. dist. quanquam, & inf. de iureiu. c. & si Christus. & inf. de procu. quia in causis. & inf. de hęr. cap. si aduersus. Et si hodie talis indulgentia concederetur, dicerem quòd liceret ei appellare, etiam si non grauaretur, nisi exprimeretur causa indulgentiæ ibi.

a Quia speciale.] inf. de offi. lega. ca. studuisti, & ꝟ. eo. pastoralis.

[Gl. seq. circa reuocationem distinguit inter rescripta ad causas principales, ad causas appellationum, priuilegia, & literas beneficiales, in fi. soluit duo contraria de decre. ex tua. & decre. ex parte.]

b Mandatum.] circa reuocationem rescriptorum siue literarum D. Papæ ita distingue. Et primò circa rescripta, quæ impetrantur de iure cõi ad lites contentiosas. Si primum rescriptum sit generale, & secundum specia le ab aduersario impetratum, secundum ualet, non primum: ita tamen quòd specificatio generalitatis nondũ sit facta vt hic. & inf. eo. cap. pastoralis, siue fiat mentio in secundo de primo, siue non: quia speciale mandatũ, &c. Et si primum sit speciale, & secundum generale, idem iuris est, s. quòd spãle ualet. ꝟ. e. c. abbatem. Si uerò primum est speciale, & secundum est spãle; si secundum expressam facit mentionem de primo, tunc ualet secundum, & non primum, ꝟ. eod. c. cæterum, & ꝟ. de re iudica. c. inter monasterium, ꝟ. de offi. deleg. ca. coram, & c. proxi. aliàs si non facit mentionem, ualeret primum, & non secundum, per iura proximè dicta. hoc intellige in negotijs iam cœptis citatione iam facta. & de hoc nota infra de appellat. c. ut debitus, in fin. illius not. & si. & in illa not. sed nunquid. Si verò nec primũ, nec secundum est iudici præsentatum, & benè potuit præsentari, tunc ualet illud, quod primò iudici extitit præsentatum secuta citatione. & ita alter potest præuenire primum impetrantem, licet in secundo non fiat mentio de primo, ꝟ. de appellat. c. ut debitus. hæc est opinio Papæ Innocen. III. Si verò primus impetrans non potuit suas literas iudici præsentare, ualebunt usque ad annum: & in hoc casu possumus adhuc seruare illa iura, infra eodem cap. si autem, & cap. plerumque. dum tamen hoc fuerit publicè protestatus, cum per eũ non steterit quo minus suis literis uteretur, de offi. ord. pastoralis, in fin. & optime habes, quòd protestatio sit præmittenda necessario ubi currit tempus, nisi protestatio præcedat. infra de appellat. cap. ultim. & inf. de electio. cap. vltim. & 16. quæst. 3. cap. placuit. §. hæc de præ scription: b. ver. is autem. aliàs si hoc non fuerit protestatus, valent secundæ, si iudici exhibeantur, & procedat saltem ad citationẽ, sed si exhibuit primas iudici, & citauit, nec docuit postea habere copiam iudicis intra annũ: idem est dicendũ ꝙ expectari dẽt ꝑ annũ, postea

De reuocatione rescriptorũ accurata disputatio.

verò valent secundæ, nec amplius expectari debeant iudices, primi ne lites fiant penitus immortales, & quia fit præiudicium ei qui non possidet in expectatione. Vel satis posset dici, quòd illa duo iura ca. si autem, & c. plerumque, trahantur ad illam constitutionem, vt debitus. hęc est sñia Papæ super decre. cæterũ, ꝟ. eo. vt finis litibus citius imponat, ꝟ. de dol. & cõtu. ca. finem, & c. ven rabilis, & C. de iudic. l. properandũ, in prin.

¶ Idem Cantuarieñ. episcopo.

¶ *In rescripto apostolico subintelligitur clausula; si preces ueritate nitantur. Et si rescriptum prohibet causæ cognitionem, est de falsitate suspectum.*

1 In literis quæ impetrantur ad appellationem, standum est illis iuribus, ꝟ. de appel. c. sæpe, & ca. oblatæ, & ꝟ. de confir. vtil. uel inutil. c. bonæ. & in alijs constitutionib. promulgatis sup appellationibus. Super priuilegijs ita dicas; quòd si secundum priuilegium nõ faciat mentionem de primo, semper ualet primum, & non secundum, 2 inf. de præ scrip. cap. venien. hoc planum est. Si verò rescriptum secundum ius cõmune, impetratur cõtra priuilegium, siue contra priuilegiatas personas, non ualet rescriptũ, nisi faciat mentionem de priuilegio: quia tacita ueritate obtentum est, ita loquitur ꝟ. eo. titu. ca. cum ordinẽ. Si autem primum rescriptum sit impetratum de communi consensu partium: & altera pars alijs iudicibus impetrauit causam committi tacito de illo consensu, & in secundis fiat mentio de primis, non ualent secundæ, immo in expensis condemnari debet primo impetranti, inf. eo. tit. c. cæterum, inf. de re iud. c. inter monasterium, & inf. de offi. deleg. c. corã. In beneficijs impetrandis si diuersæ literę à diuersis contra aliquam ecclesiam impetrantur, nec in secundis fiat mentio de primis, illę solummodo ualent, & ille illud beneficium obtinebit, qui primò literas suas præsentauit, infra eod. tit. ca. capitulum sanctæ crucis, & ꝟ. eod. ca. abbatem. ad hoc facit ꝟ. de appel. cap. ut debitus. Alij verò dicunt contrarium. Si verò in secundis fiat mentio de primis, seruabitur forma literarum secundarum, argumen. inf. eo. cap. cum dilecta. Si verò aliquis literas plures impetrat pro beneficijs pluribus obtinendis in pluribus ecclesijs: & in alijs non fit mentio de alijs: non ualent secundæ, si iam receptus est per primas, nisi secundæ expressam faciant mentionem de sua receptione: vt inf. ea decre. Grego. c. in nostra. Itẽ si impetrauerit primas, & ex eis obtinuit aliquas personas renunciando beneficio literarum, si alias postea impetrauerit hoc tacito, non valent, infra eodem, ad audientiam, 2 illa decre. infra de fil. presbyte. c. ex tua. non contradicit ijs quæ dicta sunt: quia ibi primæ literæ continebant indulgentiam, ut ille posset dispensare cũ filijs sacerdotum. secundę continebant grãm, sed de iure: & primæ erant generales, & quod per eas factum erat, non reuocatur per secundas: quia veritate tacita impetratę fuerant: quia tacuit ille dispensationem factam cum illis filijs presbyterorum. si autem impetrasset contra alios cum quibus nondum fuerat dispensatum, bene ualuissent literæ illę. Item illa, ꝟ. de offic. deleg. cap. ex parte. non contradicit: quia & ibi vtrumque fuit speciale rescriptum, & quia primum prius fuit ibi præsentatum, & ideo non ualuit secundum; quia non fecit mentionem de primo; vel quia de beneficijs loquitur, trahitur ad illam, infra eodem titu. capit. capitulum sanctæ crucis. quia Papa non intendit aliquos grauare in receptione duorum: ut infra eodem titu. cap. mandatum, & c. literis, & c. abbatem. Super hoc dic prout not. in capi. illo, capitulum sanctę crucis. Dicebat autem G. quod in literis iustitię sola consideratur repræsentatio, ut in c. ut debitus, de appel. inf. eod. capitulum sanctę crucis, sed in literis beneficiorum consideranda erat data. inf. eod. eam te.

1 Si utrũque sit gñale ualet primo præsentatum, & specificatũ citatione secuta, & stare possumus illi cõstitutioni, ut debitus inf. e. c. pastoralis. in fine. Io. And.

2 Nec est verũ, qđ dicebat melius cum priuilegium sit l. & primo i secũdo non dẽret fieri mentionẽ, quia illđ in legib. cõibus sicut in priuatis, ut ẽt no. Lau. & offic. dele. c. ex parte. 1. Ioã. And. in not.

EX parte Conuentren.] Diuiditur: quia in prima parte ponitur querela. In secunda prouisio. Secūda ibi, Verum. Abb. Siculus.

CASVS. Est quidam clericus nomine G. qui impetrauit literas ad Episcopum Conuentrē. contra quendā alium nomine F. super pręben. de Noualis, sub hac forma, quod si constaret ipsū F. de periurio esse cōuictū, & perpetuò illi renunciasse pręben. remoueretur ab ea. Iudex in causa pcedēs: quia ei constitit de pmissis, ipsum F. eadem pręb. priuauit, à qua sentētia dictus F. appellauit; & ad archiepiscopū Cantuariē. literas impetrauit sub hac forma, vt ei dem pręebendam & absq; causę cognitione pcisè restitueret. eps Conuentrē. hoc intelligens significauit dño Papę, qualiter in negotio ipso pcesserat. Super hoc negotio rescribit Papa eidem archiepō dicens, quod non credit ita pręcisè scripsisse; & in huiusmodi literis hæc cōditio debet intelligi; si pces veritate nitantur, etiam si non ponatur. Vnde mandat Papa eidem archiepiscopo, ut inspiciat literas Cōuentren. epo directas, & si inuenerit quod secūdū pdictum modum eidem scripsisset, & in literis ipsius F. non fuerit habita mentio priorum literarum, sniam epi Conuentren. debeat cōfirmare, & ipsū F. cum literis, quas impetrauit, ad sedē Apostolicā uenire compellat. Ber.

† Post concil. Latera. par. 7. c. 18. & c. 2. e. tit. in 1. cōpil.

† Norbale.

CAP. II.

EX † parte Conuentrē. episcopi nostris est auribus intimatum, quod cū de causa, quę inter G. & F. clericos vertitur super præbenda de Noualis, † cognoscens legitime eidem F. secundū tenorem literarum nostrarum continentem quod si cōstaret ipsum F. de periurio esse conuictum, & perpetuò [a] illi renunciasse præbendæ amoueretur ab ea, eo cognito, & probato præbendam adiudicasset eandem: ipse in uocem appellationis prorupit: & ad te, quod ei præbendam præcisè & absq; causæ cognitione restitueres, [b] literas [c] nostras reportauit, & infra.

¶ Verum quoniam non credimus ita præcisè scripsisse, & in huiusmodi literis intelligenda est hęc conditio, [d] etiam si non apponatur; si præces † veritate nitantur: Mandamus quatenus inspectis literis, quas episcopo prædicto direximus, si inueneris, quod secundum prędictum modum ei scripserimus, & in literis quas præfatus F. reportauit, non fuerit habita mentio priorum literarum: sententiam præfati episcopi confirmes, & pędictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam [e] nostram venire compellas.

Ex hac decretali nota quod periuriū repellit ab obtēto beneficio. Item renūciatio priuat aliquem iure suo. nota quod Papa non scribit sine causæ cognitione; & si scribit, literæ subreptitiæ sunt, & debent ad eū remitti. Nota quod in literis Apostolicis intelligitur ista cōditio; Si preces ueritate nitantur: etiam si non apponatur, & sic not. quod licet rescripta sint stricti iuris, quędā tñ in eis tacite intelligūtur. Not. quod iurisdictio delegati prius cōsideratur secundum precum ueritatem, quam secundum formam scripturæ: & sic nota quod rescriptū potius interpretandum est ualere secundum rei ueritatem, quam secundum ordinem scripturæ. Nota quod iudex, qui vltimò datur, formam literarum debet inspicere.

[Glo. seq. querit alle. & pro, & contra, ponit opinionem, & soluit distinguendo.]

a Et perpetuò.] Sed nunquid istorum altero probato pōt eps ipsum remouere, cum alterutrum sufficiat per se. s. de iureiu. c. querelam, inf. de fideius. peruenit. in fi. & 7. q. 1. quam periculosum, & s. de resti. spo. acceptis: Ita vr per iura prædicta, & 48. dist. c. 1. Sed cōtra vr. Forma enim cōmissionis exacta diligentia debet obseruari infra eo. cū dilecta. in fi. cum episcopus non sua, sed delegantis auctoritate fungatur, ff. de off. eius cui man. est in l. 1. & si prætor. & infra de off. deleg. c. sane. Et dñt quidam quod vtrūq; probandū est propter copulam [1] per leges illas, ff. de uer. obl. si quis. ita, & insti. de hær. insti. § pe. Istud non credo, sed distinguo. Si coniunctim duo mandantur, quorum neutrum per se sufficiat: sed si vtrumq; pbetur, sufficit ad remotionem; vtrumque probandū est s. eo. c. olim. ita quod incipias ibi à primo. s. a vitio falsitatis, arg. s. eo. c. inter cæteras, si talis sit filius sacerdotis, & in sacerdotio genit⁹: ista duo sufficiunt si probentur, sup. de cōsti. c. cum accessissent. § quo circa. Sed si alterum per se sufficit ad remotionem alicuius, sufficit si alterum probetur: licèt copulatiuè illa duo mādentur, vt hic, & cōsimilia, s. c. inter cæteras. Si cōiūctum mandentur & coniunctiua ponitur pro disiunctiua: & pro, vel, ff. de ver. sig. l. sæpe. & l. cōiūctio nē, & è conuerso disiunctiua ponitur pro copulatiua. C. de ver. sig. l. cum quidam & de conse. dist. 2. in c. licèt, circa finē & illa pluralitas resolūda est in singul. vnitatē s. de præb. c. cum iādudū, & s. de priui. c. vt priuilegia, & inf. de iud. c. exhibita. & inf. de appel. c. significauit, vbi de hoc & ff. de cōdi. & de. l. falsa. in fi. & 2. dist. oēs leges. i. omnis lex. Præterea eadem rō, quę mouet: et deleg. tū, s. c. cap. sup literis, in fin. [2] mirabile esset si remaneret in ecclesia si probaret periurus, licet non pbaretur renūciatio; uel è conuerso, & certè l. nūquam fuit intētio dñi Papæ vt vtramque necesse sit probare: dum tñ alterum probetur: & ita certè sufficit alterum probari, nisi Papa exprimeret hoc expresiè. [3] Sed quod hic dicit, ita propositum fuit: & ita Papa factum solummodo respexit sicut fuit ei propositum: & hoc innuit illa litera, eo cognito & probato: non dixit, his cognitis & probatis.

b Restitueres.] Suggerendo forsitan domino Papæ, quod & sine ordine iuris cum spoliasset.

c Literas nostras reportauit.] Non facta mentione de appellatione.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

d Conditio.] No. ergo conditionem subintelligendam, etiam si non apponatur. 22. q. 2. c. beatus, & 27. q. 2. c. beata Maria. & ff. qui satisd. cog. l. ult. sup. de iureiu. ca. peruenit. 2. & c. quemadmodum, & ff. de serui. l. si cui. ibi, nam quædam & ff. de condi. insti. l. cum seruus, ff. de sol. l. cum quis, 1. responso. in fin. ibi, tacitè enim. Arg. contra 25. q. 2. c. dicenti, § vniuersè. Solu. in rescriptis semper subintelligitur hæc conditio, Si preces ueritate nitantur: Si ita est, etiam si non apponatur ut hic in iuramentis & alijs huiusmodi pactionibus subaudiunt gñales conditiones, vt puta, si Deus voluerit, vt in c. beatus, & c. beata Maria, si res in eodē statu permanserit & similia, 16. q. 1. in parochia, ibi, & si Deus voluerit, & 22. q. 2. ne quis arbitretur. & aliæ cōditiones, quæ ipso iure insunt. ff. de sol. l. cum quis & in decre. c. quemadmodum, & in pdictis iurib. contraria loquuntur secundū leges, secus secundum canones.

e Ad præsentiam.] Hoc ideo mandat, quia falsæ præsumuntur literæ istæ, quæ tantam continent iniquitatem, arg. C. de precib. imper. offe. l. quoties, & l. uniuersa. Et tales falsarij mitti debent ad do. Papam puniēdi. 19. dist. in memoriam, § 1. & de cri. fal. c. ad falsariorum. Bern.

1 Ad hoc vt delegatus possit eū remouere, secus ī ordinario, quod satis posset sustineri secūdū Vinc. cui tñ placet qd s. dicit gl. & idē Phi. Io. And. in no.

† Et iure ciuili, nisi hęc clausula in serai. rescripto, nō valet rescriptum l. vlt. C. de diuer. rescrip.

2 Facit glo. cum tex. in l. delegat. i verb. constatio & ibi Bar. ff. de no ua.

3 Forsit parte se ad hoc expsc adstrigentes cui mos gerendus est, inf. de pb. c. licet. Io. And. in no.

Cum

CAEterùm.] Diuiditur, quia habet tria dicta, quæ sunt tres regulæ in materia rescriptorū, secundū: ibi. Si verò. Tertium ibi. Verùm si. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis impetrauit literas contra aduersarium suū super aliqua causa, aduersarius ille postmodum obtinuit causā illam alijs iudicibus cōmitti, nulla mentione habita de priori commissione. dicitur hic, quod primę literæ valēt, nō secundæ. Si verò in secundis fiat mentio de primis, tūc secundæ valēt, & nō primæ. Vltimò dicit, quod si de assensu partiū cā cōmittitur, & pars altera postea, altera nesciente, tacito de commissione priori, causam alteri obtinuerit delegari: literæ secūdæ nō valent, & is, qui tali dolo aduersariū suum laborare coegit, in expensis dēt parti alteri cōdemnari. No. pœnam illius, qui literas falsas impetrauit, quòd caret commodo illarum literarū. No. quod līæ posteriores debent facere mentionem de priorib. aliàs priores non reuocātur. No. quòd post literas impetratas de consensu partium aliæ literæ non possunt impetrari, nisi de eis faciant mentionem. No. quòd nō refert vtrū fraus cōmittatur in principio, vel processu temporis. No. quòd ille, qui per falsas literas grauat aduersarium, est sibi in expensis condemnandus.

¶ Idem Vuintonien. Episcopo.

¶ *Si in secundo rescripto per aduersarium impetrato, non fiat mentio de primo: valet primum, & non secundum; aliàs valet secundum. Et si primum fuit impetratum, communi consensu partium non valet secundum impetratum per alteram partem hoc tacito.*

CAP. III.

CAeterum † [a] si aliquis super aliqua causa ab Apostolica Sede impetrauerit, [b] literas, & aduersarius [c] eius eandem causam postmodum obtinuerit cōmitti alijs, de commissione priori non habita mentione, priores [d] iudices ad decisionem causæ possunt procedere, nec secundæ literæ obtinent alicuius roboris firmitatem. ¶ Si verò in secundis literis habeatur mentio de commissione priori, prædicta causa à priorum est exempta iudicio: [e] cum eædem literæ non sint veritate tacita impetratæ. † Verū si de assensu partium causa committitur, & processu temporis, vel etiam continuo alterutra pars, altera nesciente causam ipsam, tacito de commissione [f] priori, alii iudici obtinuerit delegari, non immeritò is qui tali dolo, vel fraude, aduersarium suum laborare [g] coegit, in expensis [h] condemnari debet eidem.

¶ Idem Eboracen. archiepiscopo.

¶ *Si Papa mandat in rescripto de duobus inquiri alternatiuè ad certum effectum consequendum, sufficit alterum probari.*

CAP. IIII.

INter † cæteras consultationes tuas fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cum aliqua sub disiunctione [i] mandantur, quorum vnum ve-

a Cæterùm.] Primā partem istius decre. intelligas secundum illam, inf. de app. vt debitus, vt hmōi valeant literæ, quæ primò iudicibus præsentantur. Vel dic iudicijs iā cęptis locum hēre, & ita tenet, quod dicit primò. Vel qđq; non potuit hēre copiam iudicis cum protestatione. Et cęptu n intelligo negotium per solam citationem, & non per solam præsentationem, vt no. in decre. vt debitus, in gl. sed nunquid.

b Impetrauerit.] & earū authoritate citatio facta sit.

c Aduersarius.] secus est si ipse idē: quia si vsus fuerit vtrisq; neutræ valebūt, inf. eo. c. ex tenore, & ar. C. de fid. instr. l. diuersæ, & inf. de fid. instr. c. imputari.

[Gl. seq. signat contrarium, & solui, & remittit.]

d Priores.] contra inf. de offi. dele. c. 2. Sol. hoc cum ad alios iudices impetratur, illud cum ad eosdem. Et ibi de hoc dicetur.

[Gl. seq. ponit septem casus, quibus suspenditur rescriptum ab his legitimum.]

e Iudicio.] Sic patet, quòd rescriptū legitimū, per līt per secundū n fa iens mentionē de pri no, vt hic. Et per negligentiā impetrans anno elapso, inf. eo. ti. sūt, & c. plerūq; Item quandoq; perditur per solicitudinē præuenientis, inf. de app. vt debitus, inf. de fo. compe. c. pe. Item per fraudem illius, qui duo paria literarum obtinuit ad diuersos iudices, & valeut vtrisq; inf. eo. ex tenore. Item morte delegantis re integra, inf. de offic. deleg. c. gratū, & c. relatum, & c. licèt. Itē ex noua causa emergente, inf. de offi. de leg. c. insinuante, itē perditur ad tempus per excommunicationem, inf. de offi. deleg. c. prudentiā, §. sexta. & inf. de excep. capia. lib. 6.

ADDITIO. Rescriptū perditur etiā in perpetuum si excommunicatus erat impetrans tēpore impetrationis, inf. e. c. j. li. 6. & tunc est exemplum nullitatis. itē per relationem, inf. de offi. deleg. c. licèt. Item per recusationem: quod dic, vt de off. deleg. c. iudex, li. 6. Item morte impetrantis, vel eius contra quem impetratū est rescriptum, inf. eo. c. significauit, qđ dic vt ibi, Io. And.

f De cōmissione.] Idem intelligo si de commissione fecerit mētionem, & tacuit quòd de cōi consensu fuerant impetratæ, inf. de offic. dele. c. coram, & infra, de re iud. c. inter monasterium.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

g Laborare.] Sed in quo coegit eum laborare, cū per tales literas conueniri non posset, vt dictū est? Rn laborauit ad iudicem veniendo per secundas literas vocatus vt suū priuilegium allegaret, ff. de iud. l. si quis ex aliena [1]. & ff. si quis in ius vocation i erit, l. 2. vel ex quacunque causa quod si e labore, & expensis fieri non potuit, Bernard.

h In expensis.] Et sic qui malitiosè, vel fraudulēter literas impetrat, puniri debet in expensis, sic inf. eo. tit. c. vlt. quia nonnulli, in Decre. Greg. & ibi dicemus de istis expensis, & damnis.

INter cęteras.] Ex disiunctiuè narratis in rescripto sufficit impetranti alterum probare. Primò ponit consultatio. Secundò responsio: ibi, Huic ergo. Abb. Siculus. Pars huius decret. est infra de re iud. inter cæteras.

Casus sic ponitur. Papa mandat aliqua sub disiunctione, quorum vnum est verum, alterum verò falsum, hoc modo, si constiterit, quod talis sit filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus, qui proximò in tali ecclesia ministrauit, vel quòd illicitè occupauit eandem ecclesiam quod iustum fuerit, exequeris. Quæritur, quid iudex facere debeat? Papa respondet quoniamq; istorum iudici constiterit, eadem ecclesia ipsum priuat, & idem in similibus est seruandum. No. quod si aliqua mandātur sub disiunctione, vnum sufficit adimpleri. No. quòd in similib. simile est iudicium.

i Sub disiunctione.] Secus videtur si per copulatiuā, sup. eo. ex parte, ibi dictum est de hoc.

Marginalia: † Post cōcil. Later. par. 1. c. 9. & c. 3. e. tit. in 1. compila. — † Facit tex. § l. 1. C. si contra ius, vel vti. publ. & ibi Bal. melius in l. 2. eo. tit. — † Post cōcil. Later. par. 4. c. 2. & 4. e. ti. in 1. cōpila. — [1] Vide de accus. veniēs super pen. gl. Io. Andr. — Rescriptum perditur multipliciter. — Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60.

liam, & illos qui per simplicitatem [a], vel ignorantiam litteras à nobis impetrāt, huiusmodi credimus discretionem [b] † adhibendam, vt hi qui priori modo [c] falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in tuæ peruersitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum consequantur, ita videlicet, quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides [d]) nullatenus [e] de causa cognoscet. Inter alios autem qui posteriori modo [f] litteras impetrant, diximus distinguendum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa, nam si talis expressa sit falsitas [g], vel veritas occultata [h], quę quamuis su fiet tacita vel expressa, nos nihilominus (alterm in forma communi [i]) litteras dedissemus †, delegatus non sequens formā in litteris ipsis appositā †, secundū ordinem iuris in causa procedat [k]. Si vero per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionē etiam veritatis, litteræ fuerint impetratæ, qua tacita vel expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus [l], à delegato non est aliquatenus procedendū †, nisi forsitā [m] eatenus, vt partibus ad suam præsētiā cōuocatis,

[Glo.seq.recitat per quæstionem.]

c Priori modo.] Scilicet per fraudem vel malitiam, & qui hanc fraudem allegat, eam probare tenetur. ff. de proba.quoties.§.qui dolo. 1 quia quilibet præsumitur bonus.donec probetur malus.infra de seru.ca. vnic. & inf. de præsumptio. dudum.

1 Hanc glo. dicunt esse sing. Inn. & Abb. hic, ad hoc q. exprimēs falsum uel tacēs uerum, in impetratiōe rescripti præsumitur hoc prima fronte fecisse ex simplicitate: & nō ex dolo.

d Facta fuerit fides.simile 25.q.2. cap. dicenti.§.& si legibus & §.si non cognitio quia cum dubium sit, poterit de hoc cognoscere iudex, qua ratione dubitationis fit quod alias non fieret.ff.de lib.cau. ordinata §.si. & C.eod.tit.lite ordinata. & ita qui fraudem allegat,eā probare debet, vt dictum est.

e Nullatenus.] Opposita exceptione legitima,suspensa est iurisdictio iudicis circa principalem causam:& si dubia est, de hoc prius cognoscat: postea cognoscat index de fraude siue malitia de qua excipitur: nec distinguitur in hoc casu quæ falsitas sit expressa,vel veritas occulta,sed sufficit quod per malitiam hoc fecerit, & sic intelligitur lex ista.25.q.2.c.dicenti. & §. si legibus.Sed qualiter probatur malitia? Certe ex perspicuis indicijs,puta ex qualitate personæ, & ex forma rescripti. Ber.

f Posteriori modo.] scilicet per simplicitatem, vel ignorantiam.

g Expressa sit falsitas.] puta si dixerit se de possessione vi electum,cum non esset:nihilominus darentur ei alia litteræ,ex quo per causam commis, uel tacet se de canum:& impetrat litteras super vsuris uel super alia re propria.supra eod.ed aures.

h Veritas occultata.] puta si occultauit quod ad arbitros iam erat, nec causa per eos potuit terminari. infra de testi præsentata. argum. C. si contra ius uel util.l.1.

i In forma communi.] Secundum illum modum intelliguntur ista illa, 25. quæst.2.cap.dicenti.§.præscriptione.& § prædicto & si legibus.

K Procedat.] Secus si per malitiā falsitatem expresserit, vel veritatem occultauerit, & ita aliquando recedi tur à forma in rescripto data,& reditur ad ius commune,vt sup. eo.causam quæ.

Glo. seq. ponit xx. casus quibus expressio falsi, vel taciturnitas veri vitiat rescriptum.

l Litteras dedissemus.] ex hoc patet quod simplicitas vel ignorantia, non prodest circa huiusmodi litteras impetrandas, immo ad hoc vt rescriptū teneat, nihil debet supprimi ex ijs quæ mouere possunt animū principis ad dādum rescriptū vel ad denegādum. Et primo quidem testes facti est exprimenda. inf. de cohab.cle.& muli.sup. eo. Item processus causa. inf. de re iudi. inter mona sterium. Item nō valent litteræ, si quis taceat sententiam latā arg.inf.de fid. instru. inter dilectos. C. si ... rescin. nō poss.vlt. Item si tacuit nomen dignitatis suæ. supra eodem ad aures. Item si tacuit aliud beneficium sufficiens.supra eodem cum adeo. siue etiā minus sufficiens, infra eod. si proponente. & infra, de præbend. cum teneamur. Item si tacuit Vicariam perpetuam, infra eodem, postulasti. Item si tacuit pactum præcedens siue compositionem, infra de deci. ex multiplici. Item si tacuit statutum. numerum canonicorum iuramento firmatum. supra eodem cap. proxim.& infra de præbend. pro illorum. Item si tacuit statutum quod dignitas non esset vlterius in ecclesia. sup. de consti. cum accessissent. Item si tacuit priuilegium.sup.eod.cum ordinem; Item si tacuit dispensationem. infra de fil. pres. ex tua. Item si tacuit se regularem præbendo confirmationem. infra de confir. vti. vel inuti. porrecta, in fin. Item si dixit se clericum non esse,cum esset.infra de trans.ex literis. Item si tacuit quod præbenda non vacaret de facto.infra de con cess. præb. cum nostris. & c. literas. Item si tacuit exceptionē.inf. de proc. in nostra.Item si tacuit appellationē à se factā. sup eo. ex parte. vel factā ab aduersario.infra de confirm. utili uel inuti. bona. Item si tacuit quod alius de mandato Papæ fuerit receptus. infra eod. mandatum.& duobus cap.sequ. Item si dixit se habuisse monitorias, quod fuit falsum, & executorias impetrauit, non valent, infra eo. ex insinuatione. Et generaliter vbicunque. talem ueritatem tacuit,uel talem falsitatem expressit. qua tacita, uel expressa Papa litteras non dedisset, rescriptum inutile fit.

Glo.sequens dupliciter exponit illud, forsitan.]

m Nisi forsitan.] Illud forsitan non est dubitatiuum, immo affirmatiue ponitur:quia de hoc ipso cognoscere debet, an scilicet preces ueritate nitantur. ff.de iudic. si quis ex aliena & infra de appellatio. cum parati.simile forsitan habes 23.quæst.2.admonere.versiculo si forte ignoscat. infra de procurator. tua. vel ideo dicit forsitan. quia si notoria esset exceptio, statim posset cessare: & in hoc casu ubi notorium est quod aliquis non est iudex meus nec ... ut

† Vide l. j. ... Bald. ... si contra ius uel util. publicam.

† Sed Rescriptum quod mouetur ... curata dispe tatio.

† Vide l. mutuus. cum glo. 2. ff. de procur.& ... de petit. ha re.l.si posse sor. & l. ... quid posse sor.

si citet me, qui est vltra mare: non teneo rite, argum. inf. de accusat. euidentia, & argum. inf. de iureiuran. ad nostram, C. de iurisdictio. omnium iudic. in criminali, & 2. quæst. 3. si episcopus. vbi de ista materia notatur per Ioan.

a De precum qualitate.] i. de veritate vel falsitate precum opposita contra impetrantem.

b In vtroq; casu.] primus est, cum tacita veritate, vel falsitate expressa per simplicitatē Papa litteras concedit in forma cōi, ac si esset veritas dicta, vel falsitas tacita. Secundus casus est cum Papa nullas litteras dedit sed tacita falsitate, & expressa veritate per simplicitatem.

de precum qualitate [a] cognoscat, vt sic in vtroque casu, [b] eadem ratio, quæ delegātem moueret, moueat etiam delegatum: & vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiā suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

¶Idem abbati & conuentui Præmonstra.

¶ In causa monasterij conuenitur abbas per rescriptū, in quo nulla fit mentio de cōuentu, nec propter hoc appellari pōt, nisi abbatis & cōuētus bona essent d[i]stincta omnino.

CAP. XXI.

Edoceri.] Solet multum allegari. Diuidit; qa primo ponitur duplex quæstio. Secundo solutio: ibi, super quo. Tertio ratio: ibi. Cū ex officio. Quarto exceptio: ibi, nisi. Et hic nomināt(quid nescio abbas) quod inter abbatem & conuentum bona monasterij possunt esse diuersa, vt aliqua pertineant ad mensam abbatis, aliqua ad mensam conuētus. Abb. Sicul.

Cap. 21. od. tit. in 3. compil.

EDoceri † postulastis à nobis, vtrum per litteras aduersus abbates (nulla mentione habita de suis conuentibus) impetratas, teneantur abbates ipsi super causis (quæ ad conuentus pertinent, & eosdem,) de ipsis querelantibus respondere: ac licet inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint (ne respondeant) se tueri. ¶ Super quo diximus respondendum, quod (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quominus debeant [c] auctoritate litterarum huiusmodi legitime respondere. ¶ Cū ex officio suo teneātur [d] congregationum suarum negotia procurare: Nisi forte abbatis & conuentus negotia essent omnino discreta. [e]

CASVS. Aliquis impetrauit litteras Apostolicas appellatione remota contra abbatem quendam, nulla facta mentione de ipsius conuentu: quærebatur vtrum abbas tenebatur respondere per litteras illas super causa quæ communiter pertinet ad abbatem & monachos: & si abbas appellauerit ne compellatur respondere super causā illa, vtrum valeat appellatio? respondetur, quod per appellationem abbas se tueri non potest quo minus auctoritate huiusmodi litterarum respondere teneatur, nisi alia causa rationabili iuuetur quia abbas ex officio suo negotia sui conuentus tenetur procurare, nisi forte abbatis & conuentus negotia essent omnino discreta. Not. quod prælatus officium suum adimplere tenetur, & non valet appellatio contra vtilitatem ecclesiæ interposita. No. quod per litteras contra abbatem tantum impetratas super causā conuentus, potest abbas conueniri. Item qui causam habet cum monasterio abbatem conueniat, & non monachos. Not. quod prælatus officium suum adimplere tenetur, & negotia sua congregationis procurare. Not. quod si res abbatis & conuentus sint diuersæ, non abbas, sed conuentus poterit conueniri.

[Glo seq. facit quatuor. Primo consuluit prælatum conueniendum duplici de causa, & dat simile. Secūdo dicit prælatum sine capitulo vel econtra non agere, vel defendere: distinguit triplicem speciem causarum, quędam spectant ad prælatum, quædam ad capitulū, quædam communiter ad vtrunque. Tertio recitat per quæstionem an subsequens consensus, &c. Quarto quærit, & solut.]

abbas non conuenitur cōmuni de... quær.

c Debeant.] Discrete agit qui abbatem conuenit: nam si conuentus conueniretur, statim prælatum nominaret in iudicio, & sic inducias obtineret, inf. vt lit. non conte. q̄m frequenter §. quod si super. & C. vbi in rē act. l. 2 quia sine licentia abbatis, nec agere, nec rńdere pōt conuentus, quin retractatur sola, inf. de iudi. cum in. 16. quæst. 1. monachi, & q. 3. si sacerdotes, sicut nec filius quandiu est in ptāte patris, C. de an. excep. l. 1. in fi. 16. q. 3. si sacerdotes & ideo abbas primo cōueniēdus est. Dico tamē, quod nullum collegium conuenit vel conuenitur sine auctoritate prælati; & econuerso prælatus sine auctoritate Capituli, nec cōuenit, nec conuenitur, sed per syndicum, actorē, vel procuratorem ab ipso prælato de cōsensu Capituli cōstitutum; & hoc cū negotium principaliter tangit prælatū, in f. de procu. c. 1. & si negotium principaliter tangit capitulum, ab ipso capitulo constituatur de auctoritate prælati, infra de iudic. causam quæ, C. de epis. & cle. omnes § hoc nihilominus, & hic, & 12. dist. nō decet. in princ. Et hæc locum habent quādo negotia Capituli, & prælati sunt discreta, vt dicit in fi. Si verò sunt communia, prælatus de cōsensu [1] Capituli constituit syndicum. Vnde vacāte sede nihil est innouandō, inf. ne se. va. c. 1. 2. & 3. nec tūc currit præscriptio contra ecclesiam, inf. de præsc. c. 1 &c. de quarta. Et si forte capitulum agit, non sufficit subsequens consensus prælati, sicut nec sufficit subsequēs auctoritas tutoris, ff. de auct. tut. oblig. ari, § vlt. & inst. eo. tit. § tutor. Sed hoc non credo: sufficit enim si postea accedat consensus prælati, vel econuerso, inf. de dona. pastoralis, in fin. & inf. de iis, quæ fi. a præl. si consen. c. cum nos. Et dicit lex quæ confirmat prædicta, quod qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere, ff. de iur. delibe. ait prætor. Sed quid si lis oriatur inter collegium & prælatum? A deatur superior, & ille dabit collegio curatorem ad litem ipsam cuius officium cessabit lite finita, Instit. de auct. tut. in fi. & ff. de tut. l. 3. §. si pupillus, in fi.

[1] Vide Iol. And. in fi. c. olim cām, de rest. spol.

ADDITIO. Licet non negetur hoc fieri posse, tamen sine tali curatore capitulum velut habens legitimam administrationem agere, defendere, & procuratorem constituere poterit, vt de caus. poss. cum ecclesia, & c. cum olim, de instit. cum venissent; ibi, ad petitionem Eboracen. ecclesiæ, &c. Ioan. And.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

d Teneantur.] Et quidem tenentur, licet non fiat mentio in rescripto. nomine enim prælati ecclesia intelligitur; & prælati monasterium, ff. de annu. lega. l. annua § primo, & ff. de condi. & demonst. filiusfamilias. Et ecclesia est in episcopo, & econuerso, 7. quæstio. 1. scire debes, & ff. de rebus dub. cum his, non tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia. infra de testamen. requisisti, & 12. quæst. 2 illud, & q. 3. Pontifices.

e Oīno discreta.] Bene dī. discreta; quia si sunt discreta oīno, nō tenet rńdere nisi de parte in qua tenet eā nō

¶ Idem archiepiscopo & magistro. vv. canonico Magdeburgeñ.

¶ Processus factus per litteras surreptitias irritatur sed factus contra formam rescripti irritus nunciatur.

CAP. XXII.

CVm † dilecta in Christo filia R. custos † Hesieñ. Ecclesiæ, ac procurator G. monialis, super electionib. in eadẽ ecclesia celebratis litigauerint aliquandiu coram nobis: & inf. ¶ Deprehendimus litteras ad abbatẽ de Remech & suos coniudices impetratas [a] fuisse p subreptionem † obtentas; cũ in eis illi articuli, videlicet, de subtractorum resignatione, fuerit præter conscientiam nostrã [b] cognitio demandata, qui in prioribus litteris ad Scholasticum Hildeseñ & cõiudices suos obtentis, insertus fuerat; de quibus in secundis litteris mentio non fiebat: [c] & ideo quod ipsarum litterarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. ¶ Dictum insuper Scholasticum & cõiudices suos inuenimus minus prouide processisse: cum enim litteris nostris eisdem principaliter mandaretur: vt ad prædictam ecclesiam personaliter [d] accedentes, personæ idoneæ administrationem cõmitterent abbatiç: cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum, ipsi formam mãdati Apostolici transponentes, [e] illo capitulo prætermisso; de alijs articulis [f] inordinate plurimum cognouerant:

extendunt ad res, vel ad personas in eis non compreheñ [1] quia strictè intelligenda sunt. ar. sup. eo. sedes, & ĩ. de cẽ. dele. cũ olim abbas. § quia vero. & melius c P. & G. Et licet sint omnino diuiseta, tñ nec prçlatus sine consensu Capituli, nec Capitulum sine cõsensu prælati hoc facere possunt, vt dictum est in prima notula.

CVm dilecta.] Diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima succinctè tangit quæstionem. In secunda irritat processum secundorum iudicum: ibi, Deprehendimus. In tertia irritum decernit processum primorum iudicũ. ibi, Dictum. In quarta committit causam, & mandat restitui spoliatos ibi, Ideoque. Abb. Sic. De facto huius decre. loquit. inf. de re iudi. ad probandum.

CASVS. Vacante monasterio Hesieñ. duæ electiones ibidem fuerũt celebratæ, vna de custode illius monasterij, & alia de G. moniali ipsius monasterij; super istis electionibus causa fuit commissa primo Hildeseñ. Scholastico, & coniudicibus suis, sub hac forma, vt personaliter ad monasterium accedentes personæ idoneæ committerent administrationem abbatiæ, cui fieret restitutio quorundam subtractorũ ab vtraq; parte; Iudices isti cõtra formã mandati processerunt. postmodũ cã fuit cõmissa abbati Remecheñ & coniudicib suis p surreptionẽ: qa in litteris p̃ter conscientiã dñi Papæ fuit articulus insertus de resignatione subtractorũ, qui in litteris prioribus continebat, & isti iudices cœperunt procedere in causa. tandẽ negotiũ ad sed. Apost. est delatũ, Papa sciẽs de processibus iudicũ prædictorũ, inuenit litteras iudicũ secundorum p surreptionẽ obtentas: quia articulus de resignatione subtractorũ p̃ter cõscientiam dñi Papæ insertus in secundis litteris fuerat, qui in priorib. positus erat, de quibus in secundis litteris mentio non fiebat. & ideo Papa cassauit quidquid factum fuit occasione litterarũ secundarũ. præterea primi iudices processerunt cõtra formã mandati, qui cũ deberẽt accedere ad locũ, & psonæ idoneæ administrationẽ cõmittere abbatiæ, fieret resignatio subtractorũ hincinde: ipsi hoc capitulo p̃termisso, de alijs inordinate cognouerunt: propter quod dñs Papa processum eorũ denunciauit irritũ & inanẽ: quia contra formã mandati & iuris ordinem processerunt. Mandat ergo dñs Papa tertijs iudicibus, q̃ primo isti iudices restituant quasdã moniales, q̃ spoliatæ fuerunt, & postea mandati forma diligenter obseruata, in negotio ipso prælata rõne procedant. Not. quod litteræ per surreptionem obtentæ non valent; & opposita exceptione cassatur quicquid fit per eas. Item secundæ litteræ non valent nisi de primis fecerint mẽtionem. Item quæ primo fieri mandantur, primo expedienda sunt secundũ formã mandati. Item forma mandati diligentissime seruanda est. Item processus contra formam mandati friuolus est.

a Impetratas.] Quæ falsa erant, vt infra de exces. prælator. inter dilectos § præterea.

b Nostram.] Et cancellarij, vel alterius qui debebat requiri, inf. de cri. fal. licet.

c Mentio non fiebat.] Et ideo secundæ litteræ non valuerunt, sup. eo. cæterum. nec quod per eas factũ est. vt inf.

d Personaliter.] not. casum nouum: cum mãdatur alicui vt personaliter negotium exequatur, potest alij committere vices suas, si partes consentiant: nisi in duobus casibus. In causa inquisitionis. Item cum Papa prouideri mandat ecclesiæ alicui de p̃latis, & alijs ministris, inf. de offi. deleg. qm Apostolica, §. is autem. Et est simile qđ dicit lex, si promisisti mihi per te factumm nauem velaliquid cõsimile, per aliũ me nõ consentiente facere nõ potes propter industriã tuam quam elegi. ff. de sol. inter artifice.

[Glo. seq. notat ordinem scripturæ seruandum alleg. sex iura, & tria in contrarium. & soluit distinguendo, Demũ obijcit quærendo, & soluit.]

e Transponentes.] Not. in rescriptis ordinem scripturæ seruandum, vt hic, & 43. distin. sit rector. in fi. 3. q. 6. in grauibus, & 2. quæstio. 1. in primis, ff de vsufruct. quoties. Et ordo verborum ostẽdit ordinem processuũ, de consec. distin. 2. in Christo pater. vers. vos autem, in glo. cur gradum, & ff ad Trebel. hæredes, in fi. Arg. contra. sup. eod. causam quæ, & ar. sup. eod. inter cæteras ar. C. de app. l. 1. Solu. vbi aliquid principaliter mandatur, illud tanquam principale & primo tractandum est; cætera vero secundario tanquam accessoria subsequenter sunt expedienda, sicut hic. Vbi vero plura principaliter committuntur, non refert quod illorum primo tractetur, nisi forsan vnum de natura sui præcedat; vt in decret. sup. eod. causam. & arg. de causa poss. & proprie. pastoralis, & C. de rei vendi. ordinarij. Et ideo cassatus, i. cassus, & irritus nunciatur hic processus iudicum, quia articulum principaliter commissum omiserunt, de alijs inordinate plurimum cognoscendo, vt dicitur in littera, & idem penitus habes, infra de offi. deleg. venerabili. Sed quare non confirmauit quod legitime factum fuit. inf. de præb. dilectus, 1. in fin. & inf. de arbi. cum tempore. & inf. de priuileg. cũ olim, 2. §. fin. Resp. quia non seruarunt formam sibi datam; & quia cum principale sit cassatum, accessoria etiam cassata intelliguntur, inf. de fid. instru. inter dilectos. versus fin. & 2. q. 6 post appellationem, §. si quis ex pluribus. Bernar.

f De alijs articulis.] Scilicet, de electione, & pertinentijs suis.

1 Adde tex. in l. si & in l. præscriptio C. Si contra ius vel vtil. pub.

† Cap. 12. eod. tit. in 3. collectio.

† Hessien.

† Idest tacẽdo verũ, vel exprimendo falsum.

Personaliter exeq. debẽs, an possit alij committere.

10 20 30 40 50 60

a Iuris ordinem.] Iuris ordo exigit vt primo de spoliatione cognoscatur quàm de proprietate, vt 3.q.1.c.2. & quasi per to.ū. & 2.q.3. per totum, & C. de rei ven. ordinarij, & C. de interdi. incerti iuris nō est, & ff. de iudi. si de vi & possessione, & inf. de restitu. spolia. ex cō quęstionē, & quęstio spoliationis priuilegiata est. inf. de ordi. cog. sup spoliatione. Et q a isti iudices hunc ordinē nō seruauerunt, Papa illorū processum irritauit, i. irritū esse ostendit. vt inf. vt lit. non conte. accedēs 1. & pcipue q a illa fuit forma mandati. & ita est de substantia i. iuris ordi natij ordo iste: & sic in duob. peccauerunt: quia contra formā sibi datam, & contra ordinē iudiciariū, sic inf. de confir. vti. vel inuti. examinata. Sed hic vr̄ loqui de alio ordine, quē non seruauerunt, iudices in alijs articulis, vt ipsa lra dicit: & quia cōtra mandati formā fecerunt, & ordinē iuris in aliis articulis non seruauerūt, Papa processum illorum denunciauit irritum & inanem, & sic in duobus peccauerūt, non seruando formam rescripti, nec etiam seruando ordinem iuris in alijs articulis, forte dimittēdo contestationem litis: & sic duobus modis potest intelligi quod dicit, iuris ordinem.

1 Vide qđ notat. 2. c. 1. in summa. et vide de inf. de ... ex ratione ... super 1. ... de offi. de ... pruden. ... super si. ... gl. Io. An.

Cap. 11. &. 1 in 3. compila.

propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem [a] attentatum, irritum [b] decernimus, & inanem; Ideoque mādamus quatenus G. & quibusdā aliis sororibus ecclesiæ, (sicut iustum fuerit) restitutis, [c] & forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione præuia procedatis.

¶ Idem.

¶ Valet secundum rescriptum: licet de primo non faciat mentionē, quo vti noluit impetrans intra annum.

CAP. XXIIII.

PLerumq; † contingit, ꝙ aliqui (nostris litteris impetratis) illis vti multo tempore postponētes, tūc demum eas exhibēt, cum aliarum auctoritate, ab eis contra quos primitus litteras impetrarunt, cœperint conueniri, dicentes posteriores litteras non valere; vtpote non facientes de priorib. mentionem. ¶ Cum igitur non sit malitiis [d] hominum indulgendum, statuimus, vt si quis nostras litteras impetrans, infra annum [e] postquam copiā iudicum habuerit ex malitia, vel negligētia [f] post posuerit, vti eis, auctoritate posteriorum litterarum valeat conueniri, licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

10

20

30

[Glo. seq. rec. per obiecta.]

b Irritum.] Et supra dixit, irritandū: quia ibi ipso iure non erat irritus processus, sed irritandus propter litteras surreptitias, sup. eod. super litteris, hic ipso iure pcessus est nullus; & ideo dicit irritū duabus de causis: quia contra formam, & contra iuris ordinem, vt 2.q.6. cap & qui appellat. & diffinitiua. vers. item sententia citra solitum ordinem, &c. & inf. de confir. vti. vel inuti. examinata.

40

[Gl. seq. obiicit & dupliciter soluit.]

c Restitutis.] Sed qualiter potest monacha petere restitutionem? Dico quia nō habebant abbatissam, 2 & illæ spoliatæ erant. arg. ff. de iudic. si longius. §. si filiusfamilias, vel quia petit restitui non tanquam monacha, sed quasi de corpore; sicut si collegium non hēat vnde soluat creditori, soluent singuli non quasi singuli, sed quasi de corpore, & petit monachus partem vbi res monasterii diuiditur. 19. q. 2. in nullo. & etiam vbi recedit a collegio 27. q. 1. si quis rapuerit, & vbi monachus percutitur. inf. de sent. excom. parochianos. Sed ibi non datur actio iniuriarū monacho; sed monasterio; & intentabit eam syndicus monasterii; sicut dn̄s agit pro iniuria serui. inst. d. iniur. §. si seruus.

50

Hanc glo. ... esse sin... Abbas ... ad hoc ꝙ ... ægrotus ... hatis pōt ... restitu... nem in ab... tia sui su... cautis.

60

PLerumque contingit.] Diuiditur quia primo tangit impetrantium malitiam. Secundo adhibet medicinam compe. entem. ibi, Cum igitur. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam impetrabant litteras contra aduersarios suos: sed eis non vtebantur, postea aduersarii eorum impetrauerunt alias litteras super eadem cā ad alios iudices; & tunc primo primi impetrantes exhibebant suas litteras, cum per secundas conuenie bantur, dicentes secundas litteras non valere, vtpote non facientes de prioribus mentionem. Quærebatur quid iuris? Papa dicit, cum malitijs hominum nō sit indulgendum, statuimus, quod si quis litteras impetrauerit, & eis per malitiam vel negligentiam non fuit vsus intra annum postquam habuit copiam iudicum, auctoritate secundarū poterit conueniri, licet de prioribus nullam fecerit mentionem. No. quod malitiis hominū non est indulgendum. Item per lapsum tēporis probatur malitia, vel negligentia. Itē non currit ei tēpus, qui copiam iudicis habere non potest.

d Malitiis.] sup. eo. sedes. inf. qui ma. accu. pot. significāte. & ff. de rei vend. in fundo.

[Glo. seq. dat primo sex cōco. ad id quod dicitur de spatio annali, demum quærit, & ponit quatuor opiniones, & primam approbat: vltimo ponit ius nouum & remittit.]

e Infra annum.] Not. hic annalē pscriptionē, inf. vt li. non contest. quoniam frequenter. 2. respon. et infra de offi. ordi. pastoralis, §. 1. inf. de offi. deleg quærenti. et 11. q. 3. rursus. et c. quicunq; et 20. q. 2. puella. Sed quæritur quando incipiat currere iste annus. Tunc cum incipit habere copiam agendi, cum primo habeat copiam iudicum, ff. de diuer. et temp. præscrip. l. 1. et 2. q. 6. b. duum, et ff. de seruit. rustic præd. Atulicinus, et si tunc negligens fuerit, imputatur ei, ex quo habuit tēpus prosequendi suum ius; et huiusmodi negligentia latæ culpæ comparatur. arg. C. de tu. non ge. l. 1. et 2. 23. q. 1. dominus noster. Dicunt quidam, ꝙ incipit currere à tempore præsentationis litterarum factæ iudici. inf. de appel. super eo. 2. 3 Alii dicunt quod a tempore quo composuit sarcinulas suas et potuit aduocatum quærere, ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostib. § sed quod simpliciter. Quidam dicunt, et male quod à tempore datæ litterarum, supra eo. tit. eam te et c. constitutus, quod primum dicitur, verum est, ut dicit litera ista. Hodie vero ista locum nō habent, sed potior est conditio occupantis, licet secundæ litteræ non faciant mentionem de primis. inf. de appellatio. vt debitus honor, et inf. eo. capitulum sanctæ crucis. De hoc tamen dictum est satis supra eod. tit. c. 1. qualiter intelligatur hoc c. et illud supra eo. si autem.

3 Dic vt in glos. in vers. modicū. in l. omisit. §. 1. ff. de contr. pec. et in l. non enim in glos. restitutum. ff. ex ꝗ. cau. ma.

[Gl. seq. quærit et soluit.]

f Vel negligentia.] Sed quis probabit hanc negligentiam? Respon. transcursus anni probat hoc, 4 nec alia interpellatio est facienda. inf. de loc et condu. potuit. nisi ille vellet ostendere contrarium, sicut dicitur de anno appellationis, inf. de appel. cum sit Romana. in princ. Tamen ista non operantur aliquid hodie, quia ille obtinet, qui primo litteras suas exhibet iudici, ut dictum est, nisi primus copiam iudicis habere non potuerit antequam secundas litteras suas præsentasset, quia tunc excusatur, et hoc verum est si hoc fuit publice protestatus, quia iudicis copiam habere nō potuit et ita

4 Placet Cōpostellano, quod sequit in glo.

& ita præmissa ista protestatione secundus non poterit eum præuenire, inf. de app. si iustus metus.

CVm contingat.] Quotidie practicatur ista decret. in executionibus gratiarum, cum executores diuersorum mandant contraria capi. seu ordinario loci. raro autẽ practicatur in terminis ꝓpriis, s. in executionib. caussarum. & h d. Instruitur ordinarius qd facere debeat cum à diuersis delegatis recipit mãdata cõtraria. Primo ponitur q̃stio. Secundo distinguẽs responsio. ibi: Super quo. Tertio duplex instructio, ibi, Cæterum Abb. Siculus. Pars huius decre. est de eta. & quali. & de offi. delega. cum contingat.

CASVS. Quidam impetrauit literas ad iudices cõtra aduersarios suos, pars altera impetrat eãm eãdem alijs iudicibus cõmitti. quidã obtenti à parte altera mãdant alicui vt partem aduersam denunciet excommunicatã. Alij iudices postmodum mandant eidem vt eandem denunciet absolutam; quæritur, quid super hoc sit faciendum. Papa dicit hic esse distinguendũ, cum primũ recipit mandatũ ille cui hoc mandatur, videat an sibi innotuerit, inter illos qui primo mandant, & alios super iurisdictione discordiam suscitatam, an nihil omnino sciuit: & si nihil intellexit, cum primum mandatum recipit, illud exequatur, si postea ab alijs contrarium demandetur: tunc petere debet copiam vtriusq; rescripti: & si euidenter appareat, ita ꝙ nõ sit dubitandum aliquatenus quod literæ illorum à quibus recepit secundum mandatum reuocent primas: tunc mandatum illud adimpleat quod secundo loco mandatur. Si vero constet quod literæ illorum qui dederunt primum mandatum, non reuocentur per litteras aliorum, illud nullatenus exequatur, donec inter illos concertatio sopiatur; & illud idem facere debet si primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, ei innotuit quod inter eos super iurisdictione huiusmodi concertatio esset oborta. In istis omnibus mandatis discretus debet esse qui ea recipit, ne dicat se dubitare vbi dubitandum non est, nec dicat se certum vbi certus non est. In fine dicit quod licet certa in his detur doctrina qualiter in his procedendum est, nulla tamen potestas datur huic executori vt inter delegatos aut partes iudicare debeat de iurisdictione. Not. ꝙ in hac decretali statuitur, propter contraria mandata, quæ frequenter occurrunt. Not. quod per contentionem iurisdictionis res fit dubia, vt executor hic non procedat.

[Glosa seq. quærit, arguit negatiue, & dupliciter soluit.]

† Cap. 1. eo. tit. in 4. compilatione.

¶ Idem Redo. Archiepiscopo.

¶ Si à delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi. Sed si alius delegatus per alias litteras post executionem mandet contrarium, vel si ante executionẽ innotuerit ordinario, inter delegatum qui mandauit, & alium, contentionem esse de iurisdictione, faciat sibi vtrarumque litterarum copiã exhibere: non vt iurisdictionaliter cognoscat, sed vt se informet, an per secundas reuocentur primæ & si primæ reuocentur, exequatur secundũ mandatum. Si autem non reuocentur, vel de hoc dubitet, non exequatur secundum mã datum, donec contentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sicul.

CAP. XXIIII.

CVm † cõtingat: & infra. Præterea cum quidam super aliquo litigãtes, ad diuersos iudices litteras impetrant, quorũ quidam obtenti à parte altera tibi mandant, vt partem aduersam denuncies excõicationis sententiæ subiacere, alijs iudicibus postmodum tibi iniungẽtibus, vt eandem denuncies absolutã: quæris an vtrisq;, an neutris, vel alterutris saltẽ obedire debeas in hac parte. ¶ Super quo tuæ prudentiæ respõdentes, credimus distinguendũ, an cum primum mandatũ te cõpisse digno scens, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super iurisdictione discordiam suscitatam, an super hoc nihil oĩno sciuisti. [a] Et quidem si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescat; cum primum mandatum recipere te contingat, illud debet humiliter executioni mandare. [b] † Sed si postea contrarium tibi ab alijs demandatur: tũc litterarum [c] ad vtriusque

a Nihil omnino sciuisti.] Nec per famam, vel alio modo. inf. de sent. excomm. cum desideres. §. secundæ quæstioni. hoc enim dicimur scire, quod ab alijs audiuimus, 22. q. 5. hoc videtur. Sed quid si audiuit ab aliquo leuis opinionis: nunquid hoc sufficit vt non debeat parere mandato iudici? Vt quod non. infra de spon. cum in tua. & 11. q. 3. in cunctis, & inf. de test. licet. sed vt ꝙ sic: quia in dubijs potius obediendũ est, vt 23. q. 1. q d culpatur. in fi. & ꝙ. de præscrip. cum ex officij. [1] Et illa est rõ quare executio sententiæ differri nõ debeat: nisi incontinenti probetur exceptio. inf. de testi. veniens. 2. & inf. de rest. spol. litteras. Dico ꝙ non sufficit, nam hoc non retardaret executionem sẽtẽtiæ, q diceret se habere priores lras q̃ reuocatæ nõ essent, vel q posteriores litteras diceret se habere q̃ reuocarent primas. & sic sequeretur, ꝙ nullus iudex posset excommunicare vel absoluere. vel ferre sententiam, si diceret aliquis ante prolationem sententiæ causam illam alijs esse commissam, & sic daretur occasio figmentis, quod esse non debet 32. q. 1. dixit dominus. In stit. vi bo. rapt. §. sed nedũ alia. & C. vnde vi. si q̃s in tãtã. ff. ad Carb. l. 1 §. si quis non. ff. de lite l. 1 Immo probabilem causam debet habere ille qui recipit mandatum de diuersitate litterarum antequam credat. 23. q. 4. quam magnum, & inf. de cle. excõ. min. illud. ff. quod cum falso tuto. l. 2. in fi. Vel dic, quod qualiscumque notificatio sufficit in secundo casu vt iudex non debeat dici dubius, 1. q. 4. c. turbatur. versic. si quis vobis dixerit hæc idolis, & c. inf. de spon. præterea. 2. de pœn hæreticum veniunt. §. a quo denunciatum & ff. de admin. tut. quidam decedens. §. ex quo. [2] & hoc videtur innuere litera ista, nihil omnino sciuisti.

b Executioni mandare.] quod & fecit. scilicet quia denunciauit partem illam excommunicatum.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.]

c Tunc litterarum.] Sed qualiter potest illud percipi ex sola inspectione litterarum? Nam licet secundæ expressam faciant mentionem priorum iudicum, & rerum contentarum in prioribus litteris: & et hoc non constat primas litteras esse reuocatas: cum possint esse impetratæ per falsi suggestionem, & ita non reuocant primas, inf. de offic. deleg. cotam & infra eodem ex parte. circa princip. & infra de re iud. inter monasterium, & argum. sup. eod cæterum, infra de do. & contum. ex litteris. Ad hoc ergo vt executori nullatenus sit dubitandum, oportet vt discat per assertionem partium: quia cautum mens partium assertione

1 Adde text. in l. quoties, ff de reb. dubijs. & in l. cum de nouo. in glo. 1. C. de legib.

† Quod si non fecerit, poterit compelli ad exequendũ, inf. de offi. dele. c. pastoralis.

2 Et ex quo non liquet arbitro de eo, non cogitur pronunciare, cum aliter cogeret. ff. de arbit. l. Pomponius, §. ult. & ff. de re iud. si vni. secundum Vinc. Ioan. Andr.

tione pandantur. C. si per vim, vel alio modo. l. vlt. infra de testi. in integrum, tum ex litteris. & sic videtur quod aliquam possit exercere iurisdictionem inter partes: quod falsum est, vt dicit in fi. alias non poterit scire vtrum secundæ reuocent primas. Et hoc verum est, vt dicit Io. quod nunquam ex sola inspectione poterit scire: nisi aliquid intelligat de hoc ex partium assertione: sed per hoc nullam habet iurisdictionem inter partes. Sed hoc verum est si ille qui habet priores litteras, aliquid nõ obijciat contra secundas: alias iudex præsumeret primas esse reuocatas: ex quo in secundis fit mentio expressa de primis. supra eod. cæterum. Si autem aliquid obijcit, statim executor debet supersedere: 1 quia per negationem res fit dubia. C. qui. ad li. procla. non li. l. 3. Et in hoc casu intelligitur quod legitur supra eod. pastoralis. vt ibi dicitur, scilicet quod tunc dubium est de reuocatione litterarum, quando fit mentio expressa & iudicum & rerum: sed ab aduersario obijcitur litteras impetratas esse per falsi suggestionem, per decr. prædictas. Itẽ licet executor dubitet an debeat absoluere vel condemnare, tamen secundum regulam Ariani promior erit ad absoluendum quam ad condemnandum. Regulam illam habes ff. de act. & oblig. Arrianus, & infra de prob. ex litteris. hoc ideo dicit, quia non constat an ille iudex habeat iurisdictionem: per hoc tñ non iudicat de iurisdictione quorum sit iurisdictio, sed tantum dicit se debere exequi mandatum, vel non debere, ꝟ. eo. ex parte.

1 Vide de hoc tex. in l. iure nostro. § fin. & ibi Bar. ff. de testamen. tut.

† Contrẽtio.

[Glo. seq. quærit & soluit.]

a Præcipimus.] Sed quid si non exhibentur secundæ? Non exequetur secundum mandatum & ad terminũ præfixum nõ exhibeantur: vt ꝟ. de exec. pastoralis. nam litteræ quæ nõ apparent, nõ sunt. ff. de contrahẽ. emp. in lege & l. Rutilia Polla. de confec. d. 3. solennitates. in fi. non potest tñ cogere aduersariũ ad exhibendum: quia non habet iurisdictionem inter partes, vt dicitur in fi. Nec etiam tenetur obedire mandato. nisi videat rescriptum, inf. de offi. deleg. cum in iure.

ADDITIO. Dicit quod non habet iurisdictionem, sed terminus cum causæ cognitione datur 3. q. 3. c. induciæ. §. spatium. Sed secundum Inno. illud locum habet in termino qui datur pro testibus, & ad instructionem causæ, secus in alijs. Ioan. And.

b Hæsitandum.] Videtur quod executor non debeat petere copiam rescripti, nisi vbi recipit contraria mandata, sed non est verum, vt dictum est in proxima notula.

à sede Apostolica obtentarum copia postulata, (quas tibi authoritate præsentium districte præcipimus [a] exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehenderis euidẽter (ita quod non sit aliquatenus hæsitandum [b]) quod litteræ, quæ ad illos, à quibus secundum mandatum receperis, impetratæ noscuntur, expresse reuocent litteras aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi secundo loco [c] mandatur. Si vero ex litterarum inspectione manifeste tibi constet, quod litteræ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minime reuocantur: secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi merito fuerit dubitandum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non oportet: donec iuxta cuiusdam nostræ constitutionis [d] tenorem inter eos huiusmodi concertatio † sopiatur. Et idipsum [e] facere debes, si primo mandato recepto & nondum executioni mandato, tibi forsã innotuerit, quod inter se super iurisdictione demandata cœperint disceptare.

¶ Cæterum in omnibus puram, & prouidam te conuenit intentionem habere: ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non est: vel etiam ad exequendum te asseras esse certum, vbi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes de iurisdictione debeas iudicare. [f] †

¶ Idem magistro G. & P. de Firmisca.

¶ Quando in rescripto plura narrantur diuersos effectus operantia, non sufficit impetranti alterum solũ probare ad vtrumque effectum consequendum.

CAP. XXV.

Olim † ex litteris sancti Nicasij Rhemeñ. abbates partes ad suã pñtiam primo, secundo, & tertio citauerunt. & quia dictus P. per se vel p alium corã eis cõparere noluit, excõicauerunt eundem, facientes fructus illius parochiæ sequestrari: postmodũ idẽ P. accedens ad eos promisit iuri parere, & sic fuit absolutus: & litteras absolutionis eidẽ cõcesserunt, assignantes locum & diem in quo faceret, quod promisit: ipse uero locum & diẽ de litteris radẽs, in loco raturæ scripsit qđ sequestrati fructus restituerent eidem. & hoc idem P. confessus fuit coram duob. iudicib. tertio se excusante. iudices ipsi hæc omnia significauerunt domino Papæ: & ipse mandauit iudicibus præsentibus, vt si esset ita, ipsi P. super ipsa parochia perpetuum silentium imponerent, & præfato R. præfatam parochiam restituerent cum fructib. sequestratis. sed prædictus R. probauit bene falsitatem prædictam, vnde petebat parochiam illam sibi assignari. Iudices illi dubitauerunt super clausula illa [si esset ita] vtrum ad omnia prædicta debeat

[Gl. seq. obijcit & soluit.]

c Secundo loco.] Sed quare reuocatur qđ legitime factum est per primas litteras, cõtra id quod legitur. inf. de testi. cũ. spo. audita. supra eo causam quæ. Sed ꝑ istũ executorem nihil reuocatur: sed denunciãtur illi absoluti, a primo fuerant excõmunicati.

d Constitutionis.] supra eod. ca. pastoralis.

e Et idipsum.] ita vt nõ exequaris mãdatum. & iste §. respicit proximum ꝟ.

f Iudicare.] hic fallit illa regula. ff. de iudi. de qua re.

Olim ex literis] Diuidit. primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi. Nos igitur. Vel secundum Hos. diuiditur in tres partes. Nã primo ponit relationem priorũ iudicum. Secundo ibi, Nos igitur commissionem factam secũdis iudicibus. Tertio ibi, Verum. dubitationem emergẽtem. Abb. Sicul.

CASVS. P. clericus sancti Remigij detinebat parochiam de Salice, quam R. de Cliuo dicebat se canonice adeptũ fuisse. vnde idem R. impetrauit causam super hoc cõmitti quibusdam abbatib. ipsi

† Adde con cor. in l. qui pcuratorẽ. in gl. 1. ff. de procur. & in l. a Diuo Pio. & ibi Bar. & Doc. ff. de re iud.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cõpilat.

beret referri, an tm̃ vitium falsitatis. Consuluerunt dñm Papam, & ipse rñdit, quod clausula illa ad oĩa debet superiora referri, ad hoc ut ipsi Roberto ecclesia conferatur: quia licet propter illã falsitatem esset priuandus ecclesia supradicta præfactus P. qui falsitatem huiusmodi perpetrauit: tñ p p hoc non est illa ecclesia aduersario cõferéda, nisi prius super alijs fuerit facta plena fides. Not. p p cõtumaciã potest q s. excõicari. Licet agat actione reali, ordinarium tñ est iudiciũ in possessionẽ mitti. Ité clausula (si est ita) oĩa precedentia respicit. Item qui falsat litteras iudicis, dẽt priuari eo, super quo litigatur, propter hoc tamen non acquiritur ius alteri parti.

a Per interpositam personã.] Quod potest fieri. If. de pbẽ. accedens.

[Gl. seq. reci. p q. an poterit fieri sequestratio, &c.]

b Sequestrari.] qđ de iure fieri non debuit: nisi causa subesset. Ĩ. de sequestro. ad hoc. & duob. c. seq. vbi de hoc: in quibus duob. dr̃ q qñ fructus dissipantur, debet fieri sequestratio. C. de prohibita sequestra. l. vnica. De hoc nota. 2. q. 9. quoties. 2 Sed in casu isto scilicet p p cõtumaciã bene fit sequestratio vt mitti agatur cum reo. inf. de do & cõtu. ex litteris. 1 sed in casu isto non dr̃ proprie sequestratio, prout traditur infr. de sequestr. per totum. quia ibi non fit sequestratio ppter cõtumaciam.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & remittit. item arg. alleg. duo iura. & quatuor alle. in contrarium.]

c Ad omnia.] Vr̃ q per hanc clausula [si est ita.] Vel per hinc, [Si pmissa vera sunt.] teneat impetrator pbare oĩa pmissa esse vera, licet aliud ex præmissis sufficeret ad propositũ pbandũ similes. S. eo. ex parte Conuentensis. ff. de execu. tuto. qui testamẽto. nam nisi quis plene probet suam intentionem, succumbit C. de rei ven. l. ult. fines enim mandati diligenter sunt obseruandi. s. eod. cum dilecta. & imputet sibi qui plura narrauit; quorum vnum sufficeret per se. Arg. contra quod sufficit vnum probare. ff. de condi. & demon. falsa. in fin. & ff. de condi. in sti. l. 2 §. vlti. ff. de manumis. testamẽ. l. si ita. inf. de preb. cum iam dudum. Dic vt s. eo. ex parte. Item ar. est hic quod sequens clausula respicit omnia præmissa. Ĩ. de ap. secundo requiris. & c. inquisitioni. & c. antep. arg. contra. inf. de do. cum dilecti. vbi nõ respicit omnia superiora clausula illa de foresta, sed tantum proximam donationem & inferiorem. 3 q. 5. constituimus. in fi. & in glo. quia infames. & de consecr. distin. 2. cũ omne, in princip. & in glo. quod quã sit. Sed melius est quod ad omnia referatur. & sic facit pro alia parte. ff. de in rem ver. si pro parte. penult.

† Sargien.

Sargieñ † & Vallis regiæ abbatum fuit nostris auribus intimatum, quod cum ad eos semel, & iterum, à nobis litteræ processissent, super eo quod P. clericus sancti Remigij, parochiam de Salice (quam R. de Cliuo per interpositam personam [a] sibi collatam fuisse proposuit) detinebat: ipsi partes semel, secundo, & tertio citauerunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit per se vel per responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, fecerũt fructus ipsius parochiæ sequestrari. [b] Cumque postmodum idem P. accedés ad eos se iuri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolui: ipsi absolutionis litteras concedentes, diem ei assignauerunt, & locum quibus coram eis quod promiserat adimpleret; qui diem & locum ex litteris illis radens, in loco rasuræ scripsit quod ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant; quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per litteras) est confessus.

¶ Nos igitur cum tantæ temeritatis excessus, falsitatis scrupulo non careret: vobis dedimus in mandatis; (si esset ita †) ipsi præsumptori super dicta parochia perpetuũ silentium imponentes, præfato R. de Cliuo assignaretis eandem cum fructibus sequestratis.

¶ Verum sicut vos per vestras nobis litteras intimastis: cum dictus R. rasuram præfatam coram vobis per testes idoneos probauisset, & ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari, vos † vtrũ clausula illa (si esset ita) de omnibus superioribus, an de articulo tantum rasuræ deberet intelligi, dubitastis. Nos igitur respondemus, quod clausula illa ad omnia [c] debet superiora referri, ad hoc ipsi R. pfata ecclesia cõferatur: quia licet vitiũ falsitatis ad ĩponendũ ei perpetuũ silentiũ super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetrauit, non tamen propter hoc eadem ecclesia est aduersario assignãda, nisi super alijs facta fuerit plena fides.

1 *Concor. tex. nam Arrianus ff de ac. & obl. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

† Adde q si ista clausula desit in aliquo rescripto, illud psumitur esse falsum. Archi. & doct. in ca. cordi.

† Vos de clausula illa, si ita est.

2 Hoc verũ si astringit se ad vtrunque infra de proba. licet. Ioan. And.

Dilectus.] Diuiditur: quia in prima ponitur facti narratio. In secunda iudicum instructio: ibi, Nos igitur. Abb. Sicul.

¶ Idem episcopo Imolesi.

¶ Non valet rescriptum super restitutione beneficij impetratum, quod de causa excommunicationis & amotionis impetrantis non facit mentionem.

CAP. XXVI.

DIlectus † filius abbas sancti Stephani Bonoñ nobis per suas litteras intimauit, q cum ipse (cui visitationis officium

† Cap. 3. eo. ut. in 4. compilat.

CASVS Abbas Sancti Stephani Bonoñ datus fuit visitator à sede Apostol. in ciuitate ac diœcesi Boñ. abbas ille B. & A. presbyteros ppter suos excessus manifestos remouit ab ecclesijs suis, & excõmunicauit: & ijdem presbyteri litteras impetrauerunt à sede Apostol. i forma communi super restitutione eorum, de causa remotionis suæ & excommunicatione, qua tenebãtur adstricti, nullã facientes mentionem. Opponebatur eis coram episcopo Imoleñ. negotij executore, q litteræ illæ non ualẽt, eo quod non faciebant mentionem de causa suarum remotionũ, nec de excõmunicatione eorundem. cõsultus Papa respondet dicens, quod si est ita, litteræ non valent tanquam per surreptionem obtentę; & quod episcopus iste decernat eas viribus carere. Nota quod excommunicatus non potest impetrare litteras ad agendum: quia isti presbyteri simpliciter impetrauerunt, tanquam essent spoliati, ad petendam restitutionem, vnde dicitur in forma communi.

[Glo.

Gl. seq. nomen meum exprimendam.]

a Causa.] Not. quod non sufficit narrare seriem facti in literis Papæ, nisi causa facti adijciatur, argum. 23. q. 5. si non occidit. inf. de testi. cum causam, & cã facti potius quærenda est, quam ipsum factum. 15. q. 1. c. 1. in fine, & ff. de fur. veni. & j. de accu. cũ dilectus. C. de adopt. l. 3 & etiã modus facti, C. de translat. vt respõsum.

[Gl. seq. primo no tat rescriptum impetratum ab excõmunicato nõ ualere: & reddit triplicem causam. secundo signat contrarium, & solut. in fine remittit.

b Excommunicationis.] Hic hẽs ꝙ si excõmunicatus impetrat literas uel rescriptum tacẽs de sua excommunicatione, ꝙ non ualent literæ, tũ quia tacuit processum iudicis, j. de re iud. inter; tum quia tacuit uitium suum, tum etiam quia ingessit se coroni hominis, propter quod puniendus est, j. de cle. ex. mi. illud. §. illud autẽ. & 11. q. 3. placuit, unde inconueniẽs esset ꝙ ex eodem facto consequeretur pœnam & comodum. ff. de ne. gest. l. siue, in fi. & j. glo. fin. 16. q. 1. legi. in gl. deteriores. Cõtra. j. de exce. significauerunt. & c. uenerabilẽ, ubi dicitur ꝙ excommunicati non repelluntur à prosecutione appellationis: sed isti presbyteri erant rei, ergo non debe rent repelli. De hoc dicemus inf. de exce. uenerabilem, &c. significauerunt. Sed pro nunc dic breuiter, quod isti non erant rei, sed actores qui petierunt restitui, nec appellauerant: in quo casu loquuntur contraria. Et sic est arg. quod quæstio spoliationis non sit priuilegiata. An autem literæ ab excommunicato impetratæ, ualeãt eo absoluto? 2 dic super hoc prout no. inf. de excep. pia. [lib. 6.] In gl. quæ incipit, sed mirum.

[Gl. seq. no. specialiter causam excommunicationis exprimendam. in fin. dicit hic non probari, quod nõ ualeat rescriptum ab excommunicato impetratum.]

c Viribus carere.] ut j. eod. cum dilecta. Et sic uidetur quod si aliquid factum sit per literas surreptitias illud debeat reuocari. De hac materia plenius dicetur inf. eo. c. ad audientiam. Et dic carere, si constiterit de istis exceptionibus, scilicet quod non fecerint mentionem de causa suæ remotionis, & excommunicationis qua tenebantur adstricti. Et mento de causa excommunicationis tenebantur facere mentionem: quia qui petit absolui ab excommunicatione, tenetur exprimere causam excommunicationis suæ, alias non ualent literæ impetratæ super absolutione: uel si aliam causam exprimeret, quam illam pro qua fuit excommunicatus, infra de off. ord. ex parte, & infra de fid. instr. quod super his. In illa decr. ex parte, notatur de hoc in gl. quę incipit, ex eo. & inf. de senten. excommu. cũ pro causa. in gl. quæ incipit, illud tanquam. Et in hoc casu nõ valent literæ impetratæ ab excommunicato tacito de causa excommunicationis. secus si aliquis impetrat litteras ad agẽdum contra aduersarium, tacens de sua excommunicatione: quia tunc valent litteræ eo absoluto. infra, de excep. Pia. [libro 6.] vbi de hoc in gl. quæ incipit, sed mirum. Alia etiam de causa non ualuerunt huiusmodi literæ: quia non fecerunt mentionem ꝙ per sententiam spoliati fuissent propter suos excessus, à qua fuit appellatum. C. sen. rescin. non poss. impetrata & 3 ita duabus de causis nõ ualuerunt litteræ istorum presbyterorum. Olim consueuit decr. ista allegari ad probandum quod litteræ impetratæ ab excommunicato ad agendum, non ualebant, sed hoc non probatur per hanc decret. quę non loquitur in tali casu Ber.

in ciuitate ac diœce. Bonon. commisimus) B. & A. presbyteros ab ecclesijs suis (propter eorum graues & manifestos excessus, duxerit amouẽdos, ijdẽ sup restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrarũt, de amotionis suæ causa [a] & excõmunicationis [b] † qua tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionem. ¶ Nos igitur fraternitati tuæ mandamus quatenus (si est ita) litteras ipsas tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere [c] decernas.

¶ Idem Episcopo Veratisiamen.

e Postulastis.] Postulo a te priuo si consentire licebit. Consentire nego, nisi te bene postulo primo. Forsitan indignus & turpi crimine læsus. Sic aliter possem primo post iure carere. Si minus est dignus: tunc me potente tuetur.
f Priuare.] Ergo fuit constitutum in Concil. Lateranen. inf. de elect. c.cum in cunctis, vt qui scien ter indignum elegerint, eligendi ea vice potestate tenuerint se priuatos, & ad postulationem extenditur: vt hic,& inf.de elect.c.bonæ memoriæ, in fi. & hoc ideo est: quia per postulationem peruenitur ad electionem arg.sup.de consti. c.nam concupiscentiam,& ff. de sponsl.oratio.secus tamen est, cū postulatur illegitimus, vt dispensetur cum eo, vel legitimetur, 56.dist. c. cenomanensem, & inf.de elect.c.innotuit.
g Possemus.] idest priuari essetis.
h Concedimus.] hoc ꝗ officium iudicis & de gratia non de rigore. contumaci enim & delinquenti potest iudex remittere pœnam de gratia: vt inf. de offi. deleg. c.consuluit, vbi dicit: nisi per gratiam ei benignitas iudicantis subueniret,& inf.de offi. leg.c.nisi specialis dilectio. bene dicit, concedimus: quia quod non poterat de iure communi, concedit eis per priuilegium, vt patet in capitulo seq.

¹ Concor. tex.in l.si arbiter, ff.de arbit.& in l.3. §.ibidem, ff. ad exhi.

² Hęc glos. non inuenit in antiquis exemplarib.

† In aliquot manuscriptis ita: de solita tamen benignitate sedis Apostolicæ concedimus, &c.

³ Hęc gl.nō habet in antiquis codicibus.

tissiodorensis inobedientiam attendentes, ne nil obedientia [a] prodesse videretur humilibus, & contemptus [b] contumacibus nō obesset: cum iuxta canonicas [c] sanctiones quædam sint culpæ, in quib. culpa est relaxare vindictam, postulationem huiusmodi non propter postulantem ecclesiam, sed propter postulatam personam [d] repulimus, vt indignam. ¶ Licet autem ex eo quod hominē, qui vestro non conueniebat ꝓposito, postulastis, [e] cum vos interdicti sententiam seruaretis, & ipse eam contemneret obseruare: permissa vobis facile abusi fueritis potestate: ac ideo vos ea nō inmerito priuare [f] possemus, [g] de solita † tamen benignitate concedimus, [h] vt vobis per postulationem, seu electionem canonicā de persona congrua consulatis.

¶ Idem Hostiensi epis. Apost. sedis legato.

¶ *Qui postulationem cassatam vitio personæ innouat, est eligendi & postulandi potestate priuatus.*

CAP. II.

GRatum † gerimus: & infra. ¶ Accepimus ex litteris tuis, quod canonicis Senonen. quorū postulatio nostra fuit auctoritate cassata, [i] licet cassationis litteras suppressissent in fraudem, vt canonice ad electionē procederent, mandauisti: & infra. ¶ Cumque plures eorum postulationem cassatam [k] à nobis innouare denuo niterentur, [l] quidam verò episcopum Cameracen. in archiepiscopum postularunt; tu intelligēs eos qui cassationem nostram quodammodo reuocare volebāt, eligēdi priuilegium amisisse, quia cōcessa sibi ex Apostolicę sedis benignitate abuterentur temere potestate, ac ideo ad alios licet pauciores [m] numero, quantum tamē

† Cap.2.eo. tit.in 3.cop.

G Ratum.] Continuatur hoc c.ad præcedens, tractat enim de illa materia. Diuiditur in duas partes: nā in prima ponitur narratio duplicis postulationis, & alterius admissio, ac alterius derogatio, secundo ponitur Papalis resp. ibi Nos igitur Abbas.

CASVS. Canonici Senonen. retentis litteris cassationis postulationis prædictæ, fraudulenter suppresserunt litteras ipsas, legatus tamē Apost. sed. qui super hoc mandatum Apostolicum receperat, mandauit canonicis prædictis, vt ad electionem procederent canonice celebrandam, quidam canonici Senon. postulationem cassatam à dño Papa iterum innouarunt, quidam alij canonici licet essent numero pauciores, postulauerunt epm Cameracen. Cadinalis intelligens ꝙ illi qui postulationē cassatam innouarūt, essent eligēdi seu postulādi potestate priuati,& ideo ad alios (licet pauciores numero essent) postulādi auctoritas esset deuoluta, postulationem factam de epo Cameracen. penitus admisit,& Papa pdictum epm Cameracen.à vinculo absoluit quo tenebat ecclesiæ Cameracen & confirmauit factum legati. Nota qui ꝓ nam indigna eligit vel postulat, amittit potestatem eligēdi, & potestas ad alios licet pauciores numero tunc deuoluit.

i Cassata.] supra c. prox.
k Cassatam.] i.nō admissam.
l Niterentur.] Postulando eundē Altissiod. & male: quia ex quo alicuius electio vel postulatio cassatur vitio personæ, non est assumendus ad eandem, inf. de elect. c.super eo.
[Glos seq. quærit, arg. ponit opin. Ioā. demū soluit,& alleg. in contrariū rñdet.]

m Pauciores.] Hic patet quòd si maior pars delinquit in electione, eligendo vel postulando indignum, electio deuoluitur ad alios, licet numero pauciores, inf. de elect.c.bonæ 2.& c.cum in cunctis,& c.cum Vintonien. sed quid si omnes delinquunt præter vnum, nunquid ille vnus poterit eligere? Videtur quod sic: quia vniuersitas remanet in vno, siue ius vniuersitatis, ff. quod cuiusq; vniuersi.sicut municipij, & in fin.& 63. dist. si forte. Et dicit lex hominibus coactis, sic accipere debemus, vt siue vnus solus vim fecerit, siue etiam hominibus coactis quantum enim ad uerba non refert an solus vim faciat, an hominibus coadunatis: quia adhuc non deficiunt verba, ff. vi bono. rapt. l.at prætor. §. homines, sic siue vnus solus sit, siue plures, ille potest eligere, Ioan. dicit [4] quod vnus solus non potest eligere, & in eo solo non potest ius illud remanere. argu. inducit ad hoc infra de elect cap.1.& 10.q.3. vnio. ff. de uerbo.sign. Neratius, quia cum duo siue tres faciant collegium, qui debent sibi eligere prælatum, non potest hoc esse in uno, cum sani definiat esse collegium, sicut grex definit esse, si unum tantum animal remansit de grege, ff. de legat primo, l.si grege, & ad hoc inducit etiam 63. distinctio. si forte, quia si unus solus

⁴ Et Gof. hic qui reddit tres rōnes, quas colligas ꝑ sequētia. Puto tamen ꝙ iste unus possit à superiore petere, ut ecclesia prouideat. Io.An.

tus eps remaneret in prouincia, debet ipse alios conuocare ad consecrandum electum; vt inf. de elect. c. bonæ 2. Tu dicas quod vnus solus potest eligere, & ius eligendi remanet in vno solo per iura primo inducta. Et iura quæ inducit Io. non contradicunt. Primo illud c. si forte, non contradicit; quia ipse solus non pōt aliquem cōsecrare. immo ad minus debēt esse tres, & est de substantia consecrationis, ita quod aliàs non esset cōsecratus, 66. dist. por ro. vbi forma consecrationis traditur, sed in illa sola, quæ solus facere potest, nō vocabit alios. Et illa decre. bonæ. non contradicit, quia cū prima electio nō esset nulla ipso iure, immo ille H. qui solus elegit, secundo eam poterat confirmare: vt inf. de elect. c. qd sicut, non debuit procedere ad secundam, nisi prima cassata: quod si fecisset, debebat postea solus eligere, vt s. p. p. culpam illorū. Sed in casu illo dicit Ioan. quod non deuoluitur potestas eligēdi ad contemptum: sed tunc quando eligunt indignum, satis pōt dici, quod p. p. talem contemptum non deuoluitur ius eligendi ad contemptū: quia non tm̄ peccant illi qui contemnunt, quā tum illi qui eligunt indignum: 1 & sufficit quod cassetur electio; quia non est nulla, in quo casu tm̄ priuati sunt, inf. tit. prox. c. cum in cunctis. Sed debent tunc priuari per sententiam, sicut quando peccatur in forma, inf. tit. prox. c. quia p. p. & in c. bonæ. Alia iura quæ dicunt qd̄ definit esse collegium, non contradicunt, quia licet collegium definit esse collegium omnibus mortuis, prætereunt; nihilominus ius collegij siue vniuersitatis remanet in illo; per legem sicut municipij, §. vlt. & hoc dicunt Laurentius, Vincentius, & Tancredus.

ad hoc pertinet consilio saniores eligendi, vel postulandi deuolutam esse licentiam, prædictum Cameracen. ad eorum instātiam in pastorem auctoritate fretus Apostolica p̄uidisti.[a]

¶ Nos igitur a solicitudine Cameracen. ecclesię ipsum reddidimus absolutum: quod a te de mandato nostro factum est, auctoritate Apostolica confirmantes.

¶ Idem † clericis Rauen. ecclesiæ.

¶ Postulatio per quam priuata vel minor vtilitas communi vel maior præfertur, vel quæ fit a minori quam a tertia parte collegij, admitti non debet.

CAP. II.

Bonæ † memoriæ Guil. archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso, quidam vestrum sanctæ Praxedis presbyterum Cardinalem; quidam vero Imolen. episcopum postulauerunt: & infra. ¶ Nos igitur auditis quæ de facto, & de iure fuerant allegata, plenius etiam pro vtralibet partiū curauimus allegare,[b] considerauimus † vero quòd eiusdem Cardinalis pñtia vtilior fit non solùm Romanæ, sed etiā ecclesiæ generali[c] tam apud Apostolicam sedē, quam apud ecclesiā Rauennaten. ideo Papa volens præferre cōem vtilitatem priuatæ, & maiorem minori, postulationem Cardinalis non admisit: ex alia parte considerans quod eps Imolen. a minori quā à tertia parte fuit postulatus, & huiusmodi postulationes in discordia factas Romana Ecclesia admittere non cōsueuit: quia qñ etiam in concordia fiunt, cū non tam ex iure quā ex gratia moueātur postulationem Imolen. epi non admisit, mandans Capitulo Rauennaten. ut in personam idoneā conuenire procurēt. No. quod iudex potest supplere de iure & de facto quod aduocati omittunt. Itē communis vtilitas præferri debet priuatæ. Item postulatio & iuri & gratiæ innititur.

[Gl. seq. recitatur per quæstionem, an iudex de facto supplere debeat, & ponit duas opiniones, & primam approbat, respondens ad legem contrariam.]

a Prouidisti.] De nostro speciali mandato, aliàs non posset illum transferre, inf. de officio leg. c. nisi specialis, & c. quod translationem. & ideo bene dicit, prouidisti. non enim debuit dicere, confirmamus, quia nihil est quod confirmaret eum, per postulationem nullum ius acquiritur, inf. eo. c. penul. Sed debet dicere superior, postulationem admittimus, vel postulationem uestram non duximus admittendam, inf. eod. c. proxi. & sup. eo. cap. proximo.

Bonæ memoriæ.] Diuiditur in tres partes. In primo ponit duas discordes postulationes. In secunda ibi, Nos igitur vtramque repellit, causam exprimens, In tertia ibi, Mandantes, monet nouam prouisionem fieri. Abb. Siculus.

Consuetudo est in ecclesia Rauennate, quod mortuo archiepiscopo sine licētiā hoc Papæ, sed de ipsius mādato eligunt, aliter sine mandato eius eligere non est [illegible]

CASVS. Vacante ecclesia Rauen. canonici illius ecclesiæ episcopum Imolen. postularunt, quidam vero postulauerunt S. Praxedis presbyterum Cardinalem, postulationes istæ delatæ sunt ad sedem Apostol. Papa auditis allegationibus, supplendo tam de iure quam de facto, etiā allegauit plenius pro vtraque parte, cōsiderans quod præsentia Cardinalis esset vtilior non solum ecclesiæ Romanæ, verum etiam tam generali ecclesiæ quam Rauennaten.

b Curauimus allegare.] Sic ergo patet quòd iudex potest supplere quæ aduocatus omisit, sicut papa hic supplet, & Cst quæ desunt aduoca ind. sup. l. vnic. & de iure debet supplere, & non de facto: nisi tale sit factum quod iam sit ei notum vt iudici, prout dicit dominus Azo. Alij etiam dicunt sicut Placen. quod etiam de facto, & inducunt ad hoc ff. de pet. hæred. l. vltima. Sed primum verius est, quod de tali facto supplere tantum debet, quod est ei notum tanquam iudici. 2 arg. C. de appel. l. vltima. in si. 1. respon. & est argu. Institu. de act. §. si minus, ff. de ædil. ed ct. l. bouem. §. aliquando Et debet supplere ut iudex sedendo, & non stando, ne aduocati officium sumat. C. de postuland. l. quisquis, inducendo legem uel decretum uel decretalem. Inuenio quod quandoque iudex supplet altera parte absente, C. de temp. appellat. l. 2. §. vltimo, & C. de appellat. Iulianus in princip. Sed utraque parte præsente supplere non debet; nisi in casu propter publicam utilitatem repellendo militem à procuratione etiam tacente altera parte, ff. de procurator. l. filiusfamilias, §. ueterani. & C. de procurato. l. mulierem. Et lex quam inducit Placentis ff. de petitione hæreditat. l. ultima. non obstat; quia potius consuluit illi iudicis officio quàm iure ordinario. Et est simile ei quod dixit de milite. Nam iudex ex officio suo si scit aliquem excommunicatum publice, ipsum debet repellere ab agendo, etiam si ab aduersario non excipiatur, inf. de exceptionibus, cap. exceptionem, & sic officio iudicis consulitur aduersario; sicut in l. de petitione hæreditatis, l. ultima, & hic Papa supplet ex officio suo, & inf. de election. c. cum nobis olim, ubi de hoc dicitur; quare in hoc casu officium iudicis locum habet.

c Generali.] Arg. quod Papa & Cardinales curam & sollicitudinem gerant pro statu ecclesiæ generalis; & superi-

† Aliàs, ita; idem clericis Rauen.

1 Adde quod eligēs indignum uidetur scienter tacere, ff. de consti. tutoris si patronus. per Host.

† Cap. q. cōi utilit. 3. q. op.

† Aliàs, sup. considerauimus igitur.

2 Vt qd̄ scit priuatim est in attestationibus uel alijs actis, sm Inno. sup. eod. tit. c. 1. allegat de consul tia. c. 1. forte p. p. ad quod ibi dicā sup verbo scandalo. non de eo quod est sibi notum vt Deo, uel ut homini, de offi. ordi. si sacerdos. Io. And.

Imperator vt subiecti quiete viuant, noctes ducit insomnes, in Authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. in princ. coll. 2 & idem dicit, voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus, in authent. vt diuinæ iussi subscriptionem habeat gloriosissimi quæstoris, in princ. coll. 8. inf. de restit. spol. c. sequens, & de exc. c. vlt.

[Glo. seq. alleg. 4. cōcor. & soluit quattuor iura cōtraria.]

Publica utilitas priuatæ debet præferri.

a Communem.] & ita publica præfertur priuatæ, 7. q. 1. scias, & ff. pro socio. l. actione, §. Labeo. & C. de cad. tollen. l. vnica, §. penult. & in authen. de restit. & ea quæ parit §. ea enim quæ communiter, colla. 4. & hoc verū est, cum in communi vtilitate priuata includitur, sicut fit in prælatura: alias quilibet debet propriā vtilitatē præferre cōmuni. arg. 19. q. 2. duæ sunt. & 33. q. 5. si non licet, arg. C. de seru. l. possessores, & ff. de alb. Licet autem.

† Al. moueamur.

[Gl. seq. obijcit & soluit.]

uennatem, vnde non immerito præferētes speciali vtilitati communem, [a] & minori maiorem, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum.

¶ Attendentes autem ex altera parte, quod prædictus episcopus à maiori quā tertia parte fuerit postulatus: & quod Apostolica sedes postulationes huiusmodi non consueuerit in tanta diuisione [b] ac contradictione recipere: cum etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorū, non tam ex iustitia, quā ex gratia [c] moneatur, † postulationem ipsius nō duximus admittendam.

¶ Mandantes quatenus cū his qui vocem [d] in electione habere noscuntur per electionem, postulationē, seu nominationem [e] canonicam in personam idoneā cōuenire curetis.

¶ Idem Præposito, & Capitulo † Strigoñ.

Archiepiscopus in archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio præsentata est Papa non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari h. d. quo ad titulum.

CAP. IIII.

18 Bonæ † memoriæ Guil. archiepō ve-

b In tanta diuisione] Ad hoc n. vt postulatio præiudicet electioni, requiritur vt numerus postulantium sit duplo maior numero eligentium, inf. de elec. c. scriptum est, de hoc tamen dicas secundum quod nota. inf. tit. prox. c. scriptum, in gl. quæ incipit. hæc dicit Papa. Vt tamen qꝫ minima pars eligentium deberet præferri multis postulantibus: quia postulantes soli gratiæ innituntur: vt hic. Sed eligentes iure cōi iuuantur, similiter & electus, sed hoc non est verū, nam patronus laicus in præsentando soli gratiæ innititur, 16. q. 2. si quis episcoporum, & tamen iniuria fit præsentato, si non admittatur, 17. quæst. 7 decernimus, & infra de iure pat. c. pastoralis, gratia ergo fit postulato si admittatur. iniuria si repellatur, ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. pen. Vnde non solum postulato, sed postulantibus fit iniuria, si postulatus est idoneus, & repellitur, ff. qui satisd. cog. l. si vero, in fi. Alia ratio potest melior assignari, quam huiusmodi videatur, licet eligentes nitantur iuri, & postulantes gratiam non debent præferre electores ex quo sunt minima pars Capituli, quia nūquam tenet electio, nisi fiat à maiori parte capituli, inf. de elec. c. ecclesia vestra, & c. Cumana, ita tamen quod maior pars non peccet, vt ex hoc ipso iure priuatur: quia tunc valet electio minoris partis capituli, sup. c. proxi.

[Gl. seq. recitatur per quæstionem quo iure petatur postulationis admissio.]

c Gratia.] Hoc ideo dixit: quia per huiusmodi postulationem siue gratiam, ius non acquiritur postulato, inf. eo. tit. c. penult. & ideo quia gratia est, nō compellit prælatus concedere postulatum, 63. distinct. litteras, in authent. de sanct. epis. §. nullus, coll. 9. si tamen iusta causa exigit, debet compelli per superiorem, vt illum cōcedat, inf. de iu. pa. c. nullus. Item indirecte quodam modo compellitur illam concedere si sit idoneus, quia tenetur ei prouidere in competenti beneficio, inf. de iur. patro. cap. pastoralis. 1 Item idem superiorem illum potest concedere, vel repellere: quia nō tenetur ei facere gratiam, nisi velit: quia nemo inuitus de suo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. precariæ, 2 non igitur quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijcitur, ff. de iudi. l. non quicquid, arg. inf. de offi. deleg. c. consuluit. Sic ergo patet, qꝫ in huiusmodi postulationibus implorandum est officium iudicis, & non iuris actione agendū est, vt supra eo. c. ad hæc. ver. si & inf. de in integ. resti. per totū, & Institu. de offi. iud. per totū. Iudicis enim officium apponitur pro actione, cū deficit actio, inf. de offi. iud. c. audientis officiū. sed nō proprie imploratur iudicis officium in casu isto, sed potius gratiam debent implorare a superiore. Bernar.

1 In præsentato, non in postulato sequitur, & dic vt ibi. & uide quod dr de re iud. cū Bertholdus, super 3. glo. Io. An.

2 Concord. text. in l. 2 ff. de condi. & demonst. l. si patroni, §. sed nec illud, ff. ad Treb.

† Al. canonico.

d Qui voce.] Hoc ideo dicit, quia forte erant aliqui eligendi potestate priuati, infra de elect. c. cum Vintonien. vel quia oēs sunt vocandi, qui ius habent eligēdi, inf. de elect. c. quod sicut.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compilat.

ADDITIO. Vel propter suffraganeos ecclesiæ Rauenatis, qui debent de consuetudine interesse. Ioan. And.

e Nominationem.] Nominatio canonica potest dici quando omnes concordant in aliquo ineligibili assumendo, & vadunt ad eum a quo petendus est consensus, & requirunt eius consensum, vt cum ipso dispenset. Et hæc potest dici nominatio canonica, quæ nō potest dici postulatio proprie: quia postulatio solenniter debet fieri: quia talis nominatio satis similis est postulationi, immo quasi idem est, vnde dicit postulationem seu 3 nominationem.

ADDITIO Habes de hac nominatione 16. q. vlt. contra sanctorum, 2. q. 6. c. ei qui, §. diffinitiua. versic. nominatio. Ioan. And.

3 Adde qꝫ ista gl. cōiter allegatur pro ista ratione, seu, quod nō sit uera disiūctiua, tā de de ea p Bar. in l. 1. ff. de auro & arg. leg. & C yn. post Petr. de Bellap. in l. cum quidā, ff. de uerbor. signif.

Bonæ memoriæ] Diuiditur hæc decr. in sex partes. In prima ponitur postulationis admittendæ petitio, contra eam exceptio & replicatio. In secunda Apostolica trimembris prouisio. ibi. Nuncijs, vsq; ad §. cæterum. In tertia temeraria & iniusta postulatio, & eius repulsio, prouisionis faciendæ monitio; & eiusdē communicatio sua retentio vsq; ibi, Verum in quarta suffraganeorum, ad concordiam seu. cano. canonicorum dissentio, duplicis postulationis iniusta innouatio, vsq; ibi, Nec obstabit. In quinta ponitur tacitæ obiectionis responsio vsque ibi, intelleximus. In sexta ponitur diffinitiua prouisio, archiepiscopalis translatio, ac pallij utendi prouisio. Abb. Siculus.

CASVS. Ecclesia Strigon. vacante, canonici Strigon. postularunt archiepiscopum Colocen. quidam suffraganei Strigon. ecclesiæ scilicet, Quinque eccle. episcopus, & quidam alij episcopi huic postulationi se opposuerunt, dicentes qꝫ eis contemptis & exclusis, qui ius in electione habebant, huiusmodi postulatio fuit facta, propter quod nuncij vtriusque partis ad sedem Apost. accesserant, sed nuncij Capituli econtra respenderunt, qꝫ suffragium de gratia solummodo fuerat requirit, sed ipsi suum consilium denegauerunt, & alia et nuncij proponebāt contra ipsam postulationē, quia de his non constitit domino

strò viam vniuersæ carnis ingresso, cum in Colocen. Archiepiscopum postulandum à nobis contulissetis [a] vnanimiter vota vestra, suffraganei Strigon. ecclesiæ Quinque ecclesien. episcopus † videlicet & quidam alij, postulationi vestræ se opponere curauerunt, asserentes quod eis contemptis [b] qui ius habebant eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata: licet vestri nuncii proponerēt ex aduerso, quod super prçficiendo vobis Pontifice, † de gratia [c] multoties suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi vobis consilium denegauerunt.

¶ Nunciis igitur in nostra prçsentia constitutis, & proponentibus aduersarijs quædam alia contra postulationis vestræ processum, quia nobis de propositis non constabat, ita duximus prouidendum, vt si suffraganeis persistentibus in contradictione sua, vos † postulationi vestræ uelletis instare, per procuratores idoneos ad sedem Apostolicam veniretis. Si autem illi a contradictione sua cessarent, & uos instaretis proposito vestro, ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, quæ super his, quæ opportuna forent, nos redderent certiores. [d] Quod si contra dicentibus episcopis memoratis, vos contingeret de iure vestro diffidere, [e]

[…]dñi Papæ? Ita super hoc duxit videndum: si suffraganei persistere voluerint in contradictione sua, & canonici Strigon. voluerint instare postulationi suæ vtrique pars procuratores idoneos ad sed. Apost. debeat destinare. Si vero suffraganei voluerint desistere à sua contradictione, & canonici volunt in suo proposito permanere, mittant personas idoneas, quæ dñm Papam reddāt certiorem super negotio postulationis. Si aūt suffraganei in contradictione persistere voluerint & canonici diffidant de iure suo: tūc aliam personam sibi prouideāt in pastoré canonice. Istud fuit primū mādatū, sed antequā illud mandatū ad capitulū peruenirent, q dā canonici temere recedētes à postulatione, quā dño Papæ p̄sentauerāt. alijs persistentib. in sua postulatione, prædictum Quinque eccl. epm postulauerunt, suam postulationem dño Papæ præsentantes, sed dñs Papa, eā non admisit, cum facta fuisset i maiori cōtradictiōe q̄ prima, & cōtra formā p̄dicti mādati: mādās capitu. vt personam idoneam sibi prouideat in pastorem requisito assensu suffraganeorum, si de consuetudine antiqua esset requirendum: alioquin Papa prouideret ecclesiç de pastore. Istud fuit secundum mandatum: quod cum ad capitulum peruenisset canonici innitentes mandato priori, suffraganeos ad concordiam reuocauerunt præter episcopum Quinque ecclesiens. quo facto receperunt secundum mandatum, & illi qui Colocen. archiepiscopum postularunt, eandem postulationem innouarunt, reuersis ad eos quibusdam, qui dictum episcopum postularunt, illi volentes procedere iuxta tenorem secundi mādati ad capitulum cæteros conuocauerunt, & illi noluerunt conuenire cum illis. illi credentes penes se remansisse potestatem eligendi, dictum episcopum postularunt, propter quod vtraque pars ad sed. Apo. accessit. auditis allegationibus hincinde, scribit Papa super hoc, Capitulo Strigon. dicens quod non nocet discordia illorum qui prædictum episcopum postularunt quia primo in postulatione Colocen. omnes consenserunt, & consensum suum proprijs subscriptionibus roboratum ad sed. Apost. transmiserunt. Vnde non potuerunt postea suam consensum mutare. si enim postquam postulatio præsentatur domino Papæ, possent ab ea recedere. postulantes sibi frequenter illuderent, & ipsius iudicium ab illorum arbitrio pendere uideretur. & ideo licet Papa neutram postulationem admittere teneretur, tamen quia omnes licet diuersis temporibus conuenerint in Colocen. postulationem ipsius admisit, absoluens ipsum à vinculo quo tenebatur ecclesiæ Colocen. & dat ei licentiam transeundi ad Strigon. ecclesiam, sibi postmodum pallium transmissurus. Nota postquam postulatio præsentata est superiori, non possunt ab ea recedere postulantes, nec mutare consensum, sicut nec post electionem. Item si contempti volunt postea consentire, bene valet postulatio siue electio, dummodo in forma vel in persona nō sit vitium.

a Contulissetis.] Ipsum postulando.

b Eis contemptis.] Et ideo cassanda erat electio si verum dicebant. infra de causa pos. ca. cum ecclesia. & 63. dist. obeūtibus. & inf. de electio. capitu. quod sicut & capitu. venerabilem, & capi. bonæ 2.

[Glo. sequens circa vocatos de gratia tria dicit, & dat consilium.]

c De gratia.] Si hoc esset q de gratia vocati essent, nec ius, nec aliquod cōmodum sibi acquisitum fuisset. inf. de verb. sig. c. abbate. & 10. q. 3 quia cognouimus, & C. de seruit. l. 1. & ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. respon. 1. vnde ipse qui dedit, potest reuocare, 1 & illos vlterius non admittere: vt 10. q. 3. quia cognouimus. & C. de agri. & censi. l. litibus, libro 11. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Aristo. & §. Trebatius. Nec tali datur restitutio, quia non dicitur spoliatus. cum non possederit: sicut ille qui sub cōditione possidet. infra de resti. spo. c. olim causam. C. de illo tamen aliter facientis gratiam, ut hoc protestetur nec præsumat sibi ius creare in posterum: 10. 7. q. 1 Pontifices. & inf. de iure patrona. c. ex litteris, & c. consultationis. arg. inf. titu. pre. si. c. Cumana. Præterea c. iij. non est de collegio, & dicit se debere interesse electioni. debet exprimere quo iure debeat interesse. infra de elect. cap. constitutus. Vnde iusti satis uidebantur excludendi.

d Certiores.] De modo postulandi & de persona postulata an sit idonea. dicitur inf. de electio, nihil est; ubi dicitur q de idoneitate personç sit quærendum.

[Gl. seq. arguit ad duo de diffidentia, & vtrumq; declarat distinguendo.]

e Diffidere.] Arg. quod si prælatus diffidat de iure suo, debet dimittere rē quā tenet. inf. de simo. per tuas. in fi. 54. dist. cap. generalis. in fi. quia bonā fidem agnoscere debet, ff. mandati. Quintus Mutius, 1. rñ. Sed hoc verum est si de iure proprio diffidat, qđ nō suam tangit personam: sed si diffidet de iure ecclesiæ, constituat aliū defensorem nomine ecclesiæ. Arg. ff. de nego. gest. at qui natura, §. cum me absente, 2 Et not. q diffidentia iuris permittit uariare ubi non est ius alteri acquisitum, vt hic, & inf. c. proximo, & inf. de electio. q sicut. nisi p̄sentatio iā facta esset superiori, ut inf. eo. capi. & inf. de elect. q sicut. sed hic poterat uariare de licentia Papæ, alias non cum postulatio iam esset præsentata ut infra sequitur, uel nisi iā publicatio scrutinij fuerit facta. inf. de elect. publicato. Si uero ius est alteri acquisitum, licet diffidant, uariare non possunt in eius præiudicium. ĩ. de elect. cum inter canonicos, in fine. quia nemo potest mutare consilium suum in alterius præiudicium, ff. de reg. iur. l. nemo.

[Glo.

† Vox, episcop⁹, deest in multis antiquis.

† Al. postulatio.

† Al. & cubit⁹ &c.

1 De insti. cū uenissēt. Ioan. And.

2 Adde text. ĩ c. dudū. §. 1. de elec. & in l. 2. & ibi Bal. C. de sex ui. & aqua.

aliam personam idoneam prouideretis vobis canonice in pastorem.

¶ Cæterum quidam vestrum à postulatione vestra, quam nobis præsentaueratis communiter, temere [a] recedentes, alijs persistentibus in eadem: prædictum Quinqueecclesien. episcopum in archiepiscopum postulauerunt: & infra. Nos igitur postulationem ipsam, quam inuenimus in multa discordia, non solum suffraganeorum, verum etiam canonicorum Strigonien. ecclesiæ, ac contra formam mandati [b] nostri temere celebratam, non duximus admittendam: sed vobis dedimus in mandatis, vt ad prouidendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem (requisito suffraganeorum assensu; si essent de antiqua & approbata consuetudine [c] requirendi) procedere curaretis, alioquin [d] nos ipsi prouideremus ecclesie viduatæ. [e]

¶ Verum antequam [f] ad vos litteræ † nostræ peruenissent, innitentes mandato priori, suffraganeos, preter Quinqueecclesien. ad concordiam reuocastis: & infra.

¶ Post † hæc mandato nostro recepto; hi qui in Colocen conuenerant, ab eius postulatione recedere noluerunt, sed innouauerunt eandem, reuersis ad eos quibusdam canonicorum † qui in partem alteram declinarant: & infra.

¶ Cæteri vero, qui Quinqueecclesien. episcopum postularant; conuenientes in vnum, cæteros canonicos ad capitulum conuocarunt, ad postulationem concordem, vel electionem canonicam iuxta mandatum Apostolicum procedere cupientes; sed illis nolentibus conuenire, intelligentes [g] penes se tantum remansisse facultatem liberam eligẽdi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesien. denuo postularunt: & infra.

¶ Nec obstabat † eorum discordia qui alium postularunt, cum prius in postulatione archiepisco pi supradicti conuenissetis pariter vniuersi, & cõsensum vestrum annotatum litteris, & subscriptionibus proprijs [h] roboratum, petijssetis à nobis per communes nuncios, confirmari: nosque vestram recepissemus postulationem diiudicandum, si suffraganei forsitam in contradictione persisterẽt, vel, si consentirent, aut etiam cederent, approbandam, Si enim postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, & præsentatur Romano Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, [i] & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur,! & infra. Intelleximus itaque, quod si neutra esset postulatio approbanda, [k] iuxta tenorem tamen† posterioris rescripti, ad nos de cætero Strigon. ecclesiæ prouisio pertineret. Quia uero non plenam de personis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salua conscientia eidem ecclesiæ in alia

[Gl. seq. soluit contrarium.]

a Temere.] ideo dicit temere, q̃a alij appellauerant & perseuerauerant in proposito suo, nec poterãt variare, etiam si alij non appellassent: cũ iam postulationem suam cõiter factam præsentauerant dño Papæ approbandã, vel improbandam, & ideo temere faciebãt: aliàs possent variare, vt vr: cum per huiusmodi postulationẽ nullum ius sit alicui acquisitum. ̃j. c. proxi. nisi iam publicato scrutinio vellent ẽt mutare suam postulationem: quia nec tunc variare possunt. ̃j. de elec. publicatio: vt dixi i prima notula: nec est cõtra. 63. dist. quanto. quia ibi elegerant indignũ. uel ibi non erãt duæ partes capituli ad faciẽdũ electionẽ.

b Contra formam mandati.] & ideo non ualuit. ̃s. de rescrip. cum dilecta. ff. man. l. diligenter. & inf. de electio. cum in ueteri lege.

c Consuetudine.] idẽ esset ac si essent in quasi possessione eligendi. inf. de iure patrõ. c. cõsultationibus, & inf. de cã possessio. c. cum ecclesia. & inf. ut lit. pendẽ. c. 1. 2. 3. & 4. uel ideo dicit hoc: q̃a ex quo non sunt de capitulo, debet apparere an habeant ius eligẽdi, & decere quo iure sunt admittẽdi. if. de elect. c. constitutis.

d Alioquin.] idest, si nõ prouiderẽt intra terminum præfixũ.

e Viduatæ.] Si canonici negligunt sibi eligere epm̃ infra tres menses, seu monachi abbatem: transfertur potestas eligendi ad proximũ superiorem. infra de elect. cap. ne pro defectu. in alijs inferioribus prælaturis, siue bñficijs infra. sex menses. infra de conc. præb. nulla.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

f Antequam.] Si nondum receperant secundas literas, nõ debuit cassari quod legitime factũ erat, inf. de resti. spo. audita. & ff. mãd. l. si mãdassem. & ̃s. de rescr. ex parte decani. Quære ergo dicit in fi. & si neutra esset postulatio admittenda? Solu. forte hoc ideo dicit, q̃a utraque postulatio in discordia facta fuit, & postulationes factę i discordia non consueuerunt admitti, supra capitulo prox. Ista ratio non ualet: quia prima facta dicitur in concordia. licet diuersis tẽporib. consentirent. ut dicit in fi. & illa lr̃a sic debet exponi: Et si neutra earum approbanda esset postulatio, i. quamuis neutrã approbare teneremur, quia cum gratiæ innitantur postulationes potius q̃ iuri, nõ tenebatur facere gratiam nisi uellet, ut supra eod. cap. proxi. uel dato quod neutra esset facta in concordia, neutra esset approbanda.

g Intelligentes.] & male, quia illi nõ negligebant ius suũ, sed insistebant suæ postulationi, ut illã facerent concordem iuxta primum mandatum Papæ.

h Proprijs.] quare uariare non poterãt. ̃j. de elec. publicato.

i Illuderent.] Qđ esse non debet. if. de offic. leg. l. licet. cum hoc ludibriũ esset, ut C. de bon. quæ libe. l. ult. §. ubi & 61. distin. nullus, & est simile, 6. quæst. 3. denique suffrag. s, C. de rela. l. 1. Et si dixerit se uelle referre, ulterius se intromittere non dẽt. infra de appell. intimasti. sic & in postulatione præsentata superiori, quia quantum ad se, illam approbauerit p̃ p̃sentationẽ. inf. de elec. cũ inter canonicos. in fi.

k Ap̃pbãda.] de iuris rigore, cũ esset i discordia facta.

† Al. litteræ nostræ secũdæ peruenissent.

† Al. post hæc mandato nostro secundo recepto, &c.

† Al. quibusdam Canonicorũ ex his, qui, &c.

† Nocebat in manuscrip.

† Dictio, tamen, deest in antiquis.

a Alienum.] 71. dist. hortamur. C. de episc. & cler. in ec. lesijs, & ff. de tuto. & cur. da. ab ād. diuus. nec obst. inf. de cle. pere. c. vlt. non obstat. j. de insti. ad decorem. q. illi erant omnes extranei, & qua ratione illi Veneti in stituebantur, eadem ratione & alij: dummodo aliud im pedimētum non obsistat.

† In quibusdam vulgatis hic interitur dictio, nisi, q̄ nec i antiqs, nec i ueteri compilatione hr̄

b Honestius.] nam de minori ad maius aliquis est promouē dus. 93. dist. legimus. in fi. & ff. de mu. & ho. ut gradatim. & sic potius de pari ad parem quam de maiori ad minorem, j. de transla. c. vlt.

† vt.

Gloss. sq. argu. & signat contrarium.]

c Diuersis.] arg. q̄ si oēs canonici successiue conueniāt in aliquē, q̄ ex tali consensu ius illi acquiritur, j. de elect. c. q̄ sicut, ff. de serui. rust. præd. l. per fundum. Sed contra vr̄. 2. q. 6. ca. ei qui, §. nominationes, sub illo. q. est quandoque, & inf. de elect. c. quia propter. in fin. & c. in genesi. ADDITIO. Et 63. dist. c. 1. & c. auditis. vbi de hoc. Dixit Abba. primum uerum qn̄ ab initio facta est electio a maiori parte cap. quod sicut de elect. secus si ab initio à minori sit fcā, ut in ca. auditis. ad l. per fundum. respon. ut no. de consti. ca. picum omnes. in 1. gl. Io. Andr.

† De pallio uide in synodo octaua, canon. 27. & Iuonē parte 5. c. 325.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. secundo quærit, & soluit.]

d Palliū.] Sed quare debet ei mittere pallium? nonne habet ipse suum, quod personam sequitur, & cum eo sepelietur, j. de vsu pallij. ad hoc? Respond. pallium dat personæ. l. d contemplatione loci, vnde r. ō vtitur illo. & ecclesiam suam, & ne prouinciam, j. de vsu pal. c. cum super. & c. ex tuarum, & quòd pallium respicit locum, patet in archiepo, qui renunciat loco archiepiscopali, q. perdit vsū pallij, j. de renun. ad supplicationē. Sed nunqd successor istius qui transfertur ad ecclesiam, eo ipso quòd confirmatur utetur pallio, qd̄ ibi inuenietur? Non sine licentia speciali Dn̄i Papæ: & iniuria faceret ei si denegaret priuilegium, quod prædecessor eius habuit. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pe. Ber.

† Ca. 5. eo. ti. in 3. compi.

persona † quæ de regno Hungariæ originem duceret congruè prouidere: nec[a] uellemus ei præficere alienum:[a] quamuis honestius[b] uideretur, si † suffraganeus ad metropolim suam accederet, quā archiepiscopus ad metropolim transferretur, partē tamen elegimus potiorem. Et eundem archiepiscopum, in quo omnes, quorum consensus in electione, uel postulatione pastoris requiritur, licèt diuersis[c] temporib conuenerant, à uinculo, quo tenebatur Colocen̄ ecclesiæ absoluentes, ad metropolim Strigon transferimus, & eī licentiam tribuimus transeundi, & pallium[d] ei ad nomen, & vsum eiusdem ecclesiæ transmisimus.

¶ Idem Cap. Strigonien.

¶ Postulatio contra quam agitur de contempto, potest sine præiudicio alicuius reijci: potest tamen de speciali gratia admitti. h. d.

CAP. V.

POstulationem † quam celebrastis: & infra.

POstulation. m.] Postulatio dependet à gratia. Et potest diuidi in duas partes, quia in prima ponitur decēta facti narratio. in secunda ibi. Licèt. Prouisio. Abb.

CASVS. Dicit Papa, quòd per huiusmodi postulationem nullum ius acquiritur postulato: & ideo sine præiudicio alicuius poterat prædictam postulationem repellere, tamen de gratia mandauit, quòd partes mitterent procuratores suos ad ipsum, ut utraque parte præsente quod iustum fuerit decernatur.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

e Nullum.] Et ideo possunt ab ea recedere postulantes, nisi iam sit præsentata superiori, j. c. proxi. vel nisi publicatio scrutinij iam sit facta, tunc non possunt ab ea recedere, j. de electio. c. publicato. Et licet nō possint à postulatione recedere nullum tn̄ ius adhuc acquisitum est postulato quo possit petere iure actionis confirmationem, sed totum dependet ab arbitrio superioris. & licet grām solā dēat petere: tn̄ iniuriā ei facere vr̄ si non admittitur per l. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen. & non acquritur per nominationē ius nominato, inf. de elect. q. d sicut. in principio non possunt ab ea recedere, ut ibi dicitur. Sed nunquid patronus potest aliū præsentare, primo p̄sentato nondum admisso per epm̄? Nō dēt illud facere: tn̄ si secundum præsentauerit, & admittatur, secundus obtinebit cum distinctione decretaliū, quas habes j. de iure patr. c. cum autem. & capit. quod autem, & cap. pastoralis.

¶ Licèt ergo per postulationem huiusmodi nullum[e] ius sit alicui acquisitum, ideoq; sine præiudicio alicuius postulationem potuissemus repellere memoratam: ut tamē vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus prouidendum, quòd per procuratores idoneos[f] ad omnia sufficienter instructos, nostro uos conspectui presentetis, quatenus utraque parte presente,[g] quod iustum fuerit decernamus.

f Idoneos.] Qui sciant & possint reddere rationem, 17. di stin. multis, & inf. de procura. c. 1.

g Præsento.] Quia causarū merita partium assertionibus pandūtur, C. si per vim vel alio modo, l. 2. & infra de restitu. in integ. capi. cum ex literis.

¶ Hono. † iij. Capitulo Calaritano.

† al. Innocētius iij.

¶ Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.

CAP. VI.

ETsi vnanimiter uota uestra concurrerint, ad Sutrin. episcopū in ecclesiæ vestræ archiepiscopum eligendum, cum suę alligatus ecclesiæ, liberū † non habeat sine nostra permissione[h] uolatum: electionem de ipso factam, tanquam contra ca

† In quibus antiquis: liberum non hēat ad aliā sine &c.

ET si vnanimiter.] Diuiditur quo ad mentem in ii. pri mò recitat factum. Secundo cassat electionem, & rationem submittit.

CASVS. Canonici Calaritani concorditer elegerunt in archiepiscopum suum, episcopum Sutrinum, petētes ipsum concedi à D. Papa: Papa respondet: quamuis concorditer sit electus, cum ipse alligatus suæ ecclesiæ sine permissione D. Papæ, ecclesiam ipsam dimittere non possit, electionem ipsam irritauit, quia nullo modo debuit eligi, sed tantum postulari. Not. quòd epi semper sunt postulandi, & non eligendi, quando ad aliam ecclesiam petuntur. totum in litera patet: quia nō possūt consentire sine licentia domini Papę.

[Glo. seq. rationem reddit. Secundò ponit alios quatuor postulandos. s. patientes defectum ordinis, ætatis, natalium, & laicos. de alienigenis tenet contrarium. finis recitetur per quam valeat postulatio de eligibili.]

h Permissione.] Sic j. de renun. nisi cum pridem. in §. & j. de transl. c. inter corporalia. versi. sicut aut. 21. q.

ideo sine licentia Papæ transire non debet: quia est alteri matrimonialiter alligatus: vt hic dicit,& in illa decret. inter corporalia.& tale vinculum dissolui non potest,nisi auctoritate diuina, idest auctoritate illius quē constat esse vicarium Iesu Christi,vt in dicto capitulo, inter corporalia. Et ita patet, quòd cum non possit consentire, non potest eligi: sed tātum debet postulari à Papa. ℑ. co. bonæ memoriæ. in prin. vt hic dicitur. Idem est dicendum de quolibet, qui est in minoribus ordinibus constitutus, & qui non sit ætatis legitimæ. ℑ. de elect. c. dudum. 1. & ℑ. de ætate,& quali. ca. præterea. quia huiusmodi personæ inhabiles sunt ad eligendum: quia cum non habeāt ea propter † quæ eliguntur, merito eligi non possunt simile, ℑ. de cler. excomm. c. si celebrat. & ideo postulari debēt ab eo qui potest, tē habet dispēsandi cū illis. Idem est dicendum de illis, q alias non sunt idonei, ut illis qui sunt legitimè nati, ℑ. de elect. innotuit. in fin. Sed idem videtur de quocunque clerico, qui promoueri debet ad aliam ecclesiam,& præcipue de alio episcopatu: quia ex toto consentire non potest, nec ecclesiam dimittere sine licentia sui epi,ut 7. q. 1. cos. & ca. si quis presbyter. & ℑ. de renuncia. c. admonet. & sic omnes postulandi sunt,& pauci eligendi. Dico,quod illi qui idonei,& legitimi sunt ad eligendum,debent eligi, & possunt ad quamcunque ecclesiam siue in sua, siue in aliena. ℑ. de elect. c. cum inter canonicos, ibi electus fuit de aliena ecclesia. Et idem credo seruandum in postulatione:& si postulatio facta sit in concordia, uel à duabus partibus idem credo:& si à longè maiori,& præsentata superiori, vel etiam publicatio scrutinij facta sit, non possunt ab ea recedere postulantes, ℑ. co. bonæ memoriæ. 2. & ℑ. de elect. cap. publicato, licèt nullum ius sit acquisitum postulato,ut ex hoc possit agere,sed potest petere gratiam à superiori, & quamuis omnes clerici adstricti sint ne possint dimittere ecclesias sine consensu episcoporum eorum,nihilominus eligi possunt: quia non est tanta coniunctio inter eos,& eorum ecclesias,sicut inter epm,& ecclesiam,cui est matrimonialiter alligatus, ℑ. de testa. cap. requisiti. sed illud uinculum non est in alijs inferioribus prælatis. Et idem uidetur de abbatibus, qui tantum subsunt Domino Papæ, quod de episcopis,s. quòd sine licentia Papæ,uel ipsius legati recedere non possunt, ℑ. de consuetu. ca. cum venerabilis. Dic tñ quòd tales abbates etiam exempti sunt eligendi,c. si abbatem, de electio. in 6. Et laicus eodem modo est postulandus. De hac materia dicitur 61. dist. cap. Osius,§. sed aliud est. Et not. quòd sicut postulandus nō debet eligi,ita & eligendus non debet postulari; quia non consentiunt postulantes in illum ut in sponsum per postulationem. Vel satis pōt dici, quòd ualeat talis postulatio,quia fortè dubitatur utrum sit eligēdus,vel postulandus,& ita consentiunt in illum,ac si eligeret. Et si dicunt;eligimus, & postulamus secundùm quod de iure melius potest, bene ualet quod agitur, siue sit eligendus,siue postulandus: aliàs non ualet si eligendus simpliciter postularetur; quia quamuis eligibilis sit,nō eligitur, sed postulatur. Potest dici,quòd potuit, noluit,& quòd voluit,nō potuit adimplere: quia uox, illud,non significat. ff. de rebus dub. in ambiguo.& nullum ius est acquisitum postulato, & superior potest illum admittere,vel repellere. 1

† Adde qđ cōuenire canoni ē pēm ut notatur ℑ c. 2. & in c. illud. de maioritā. & obed.

† Codices antiqui hic uariāt; nam quidā, Pluralij, Alexander, habent.

1 Hęc quę ī gl. pōnūtur, pūt his uersib. adnotari; postule Pōtifices,nō sacros; atq; minores, exemptos, laicos, malè natos, religiosos.

non est † minus licitè attentatam, de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, cum eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari.

TITVLVS VI.

De electione,& electi potestate.

¶ Lucius † Papa.

¶ Ecclesia collegiatę non debet prouideri de prælato per collationem, seu prouisionem, sed per electionem canonicam faciendam per ipsum collegium. h. d. Abb.

CAP. I.

NVllus † in ecclesia ubi duo,[a] vel tres fuerint in congregatione[b] nisi eorum electione canonica, presbyter eligatur; & infra. Si verò aliter[c] quis ecclesiam adeptus fuerit: eo quòd per cupiditatem illam acquisierit,atq; cōtra canonicę regulæ disciplinā egerit, expellatur.

¶ Ex Concilio Sardicen. †

¶ Electus ad clamorem populi, non debet per superiorem confirmari.

CAP. II.

OSius Episcopus dixit: Si quis ita teme-

† Ca. 1. eo. t. in 1. comp.

1 Vide c. cod. ti. lib. 6.

DE ELECTIOne,&c.

¶ Quia postulatio est præambula electioni: fit enim ut per eam sublato impedimento efficiatur quis habilis ad eligendū: meritò post rubr cā præcedentem subijcitur ista de electione. Vel sic: Supra uisum est de uno modo per quem prouideretur ecclesię per viam gratiæ: nunc subijcit alium modum perquem prouidetur per uiam iuris: quia postulatio innititur gratiæ & electio iuri. Et quia in tractatu electionis potest dubitari de potestate electi, ideo ne auctor haberet materiam ponendi rubricam specialem, subiecit etiam de electi potestate. Abb. Sic.

† Conc. Sardicense can. 2. Eurchardus. li. 1. de cr. c. 19. Ivo par. 5. ca. 37 & c. 2. co. tit in 1. compi

¶ De hac materia tractatur 63. & 61. & 62. & 63. & 69. dist. & 1. q. 6. & 8. q. 1. & q. 3. per totum.

NVllus.] Congregatio ecclesiarum, seu collegium ecclesiasticum dēt sibi prælatum eligere,& aliter adeptus ecclesiam, expellendus est. h. d. sm omnes. Primò prohibet. & secundò contra factum uitiat;ibi, Si verò. Abb.

CASVS. Dicitur in c. isto quod vbicunque sunt duo, uel tres in ecclesia tanquam collegium, ad ipsum collegiū pertinet electio: alter verò electio non ualet. Nota hic quòd de iure communi ad collegium pertinet electio prælati.

a Duo.] Nota quòd duo faciunt congregationem, ut hic; tres collegiū, ut ff. de uer. sign. l. Neratius. retinetur tñ in uno ius collegij ff. quod cuiusl. uniuer. l. sicut. §. vl. Et decem hoīes faciunt populum. 10. qu. 3. vnio. 3 & plures q̄ 10. aut 15. turbā. ff. vi bon. rapto. prætor ait. §. 1. Et quattuor, vel quinque porci, vel decem oues faciunt gregem. ff. de abigeis, oues. Et quod dicit, duo faciūt cōgregationem, hoc intelligo ubi mortuo prælato plures remanent in congregatione, ad minus duo, 4 vt hic dr, duo, vel tres, per id quod sequitur in litera: nisi eorū electione, ergo non minus. & ita patet, quod ubi tantū est sacerdos, & clericus, ibi non dicitur congregatio, sine collegium. Ber.

b In congregatione.] Tunc enim contentus est electio. infra de iure patro. ca. nobis. & 16. q. vlt. congregatio. secus si essent ibi plures, non tanquam collegium: tunc enim solius patroni est electio. ℑ. de iure patron. c. postulasti.

c Aliter.] Quàm per canonicam electionem.

OSius Episcopus.] Populus non debet Episcopum vel alium prælatum eligere. hoc dicit. Primò ponitur narratio. Secundò approbatio; ibi. Synodus. Abbas.

3 Vide l. Imperator. ff. vi bon. rapt.

4 Vide Bar. in l. prætor. ff. vi bon. rapt.

CASVS.

CASVS. Osius episcopus in cōcilio generali Sardicēn. dixit, si quis literas populi accepit, ꝑ quas populus ipsum petat in suum prælatū, quia præsumptio est cōtra ipsum ꝙ populū ꝑmio corruperit & mercede, dixit ꝙ fraudes damnarentur, ita ꝙ laicam cōionem in fine nō accipiat nisi pœnituerit: & synodus sententiam ipsius approbauit. Nota quod laici ab electione sunt repellendi.

a Populi.] No. ꝙ ad clamorem populi nullus est eligendus: qa spe aut gratia hoc faciunt, aut ꝓcij inde recipiunt: vt 8. q. 1. si ergo, qa populus sequendus no est, sed docendus. 62. dist. docendus. & 61. dist. miramur. Et vanæ voces populi non sunt audiendæ. C. de pœn. decurionum filij. & arg. ad hoc ff. de app. si const. t.

b Sinceram.] charitate informatam. [Glo. seq. alle. concor. & vnum contrarium, & soluit.]

c Corrūpi.] not. hic dubia in deteriorem partem interpretari. ꝫ. de de. t. in non resi. c. 1. arg. ꝫ. ꝫ. de reg. iur. estote. Hoc ideo fit: qa frequētius laici hoc faciunt. & iura ad ea q̄ frequentius eueniunt, adaptantur, 28. dist. de Syracusanæ, & 63. di. nosse. & ff de leg. & senatuscons. l. nā ad ea.

d Pœnituerit.] quia venia non datur nisi contrito & correcto. 24. q. 2. legatur & quomodo gaudebis te fuisse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? 3. q. 7. quēadmodum. & 50. dist. pœnitentes.

rarius extiterit, vt talem excusationem asserens, asseueret, quòd literas populi [a] acceperit; cum manifestum sit potuisse plures eorum qui sinceram [b] fidem non habent, præmio & mercede corrumpi, [c] vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem (nisi de hoc pœnituerit) [d] talis accipiat: si verò omnibus placet, statuite: Synodus respondit, Placet.

¶ Gregorius iij. †

¶ *Electio canonica confirmanda est: debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conuersatione & vita electi, vbi fuit conuersatus.*

al. Grego. x. & malc. reg. lib. 8. pist. 18. registri. & c. 1. eo. tit. in comp.

De hoc vide B. Th. 2. 2. q. 60. ar. 4.

POstquam.] Diuiditur: quia primò ponit vnum dictum. Secundò audiuisti, Cuius. Abbas.

CASVS. Dr in capitulo isto, quòd qñ confirmatio electionis petitur a suo superiori, superior inquirere debet de vita & moribus electi in loco in quo conuersatur. vt si dignus inueniatur & electio sit canonica, sine dilatione debeat confirmari.

e Impleantur.] 65. dist. de persona. & inf. de elec. cū inter vniuersas. c. nihil est. & §. vltimo.

f Conuersatus.] No. quòd ibi facienda est inquisitio vbi quis conuersatur: quia notus est ibi. sic in c. 22. dist. illud. argu. ꝫ. de præsump. quositam. & 24. q. 1. pudenda. & 47. dist. de Petro, & inf. eod. scripti est, & qui aliquē purgant, debent notam habere ipsius conuersationem, a ꝫ. de purg. cano. cum P. Manconella. & c. cum dilectus. alias non posset de ipsius vita constare. Bern.

Directorium inquisit. 3. par. in modo procedendi contra infamandi.

SIgnificasti.] Pertinet istud c. ad secundam partem rubricæ. Primò ponit admirationem, quam cōfundit. Secundò duplex admirandi motiuum, cui respondet. Tertiò concludit. Secunda ibi, Aiunt omnes. Tertia ibi, Cum igitur. Abb. Siculus.

¶ Quia igitur non debemus attendere solummodo quid factũ sit, sed potius quid sit faciendum: Consultationi vestræ taliter respondemus: quòd cum secundum legem diuinam non sit in boue arandũ & asino: [d] nec quisquam debeat vestem induere de lana linoque contextam: irritetis [e] electionem prædictam, & compellatis præfatũ presbyterum aliosque clericos non professos, vt vel beati Augustini regulam in eadem ecclesia constituta profiteantur: & seruent, aut ipsam ecclesiam omnino dimittant.

¶ Idem I. titu. S. Stephani in Cælio monte presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato.

¶ *Nominatio vel appellatio eius cuius non interest, electionem non impedit: sed si vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio etiam confirmata: & potest prosequi nisi consenserit electioni: quod potest etiam ex post facto. hoc dicit vsque ad §. Super eo.*

CVm causam.] Communis diuisio. Secunda ibi, Quia igitur.

CASVS. Quidam prioratus in ecclesia S. Petri Lucanẽ. vacauit, maior pars canonicorũ in priorẽ elegit presbyterũ Bonũ. quidam alij ꝯ dicebant dicẽtes, q illa electio non valebat eo q dictus presbyter Bonus non erat pfessus ordinem regularem, cã fuit commissa iudicibus coram qbus allegabatur, q cum dictus presbyter Bonus non fuisse pfessus ordinẽ regularẽ, eligi nõ potuit in priore. In priũ pponebat q multi priores continue vnus post alium fuerãt in ecclesia ipsa p multa & lõga tẽpora, q non fuerant pfessi. Dubitauerũt iudices, an talis consuetudo excusaret quo minus talis electio valeret. cõsultus Papa rñdet, q nõ debemus solummodo attẽdere qd sit factũ sed qd sit faciẽdum, & sm legẽ diuinam nõ est arandũ in boue & asino, nec aliqs debet induere vestẽ de lana & lino textam. Vñ mandat Papa, vt ipsam electionẽ debeant irritare. & pdictũ pñbyterum & alios cõpellãt, ut B. Bñdicti regulã in eadem ecclesia cõstitutam pfiteantur & seruent, ante ecclesiã ipsam omnino dimittant. Not. q non debet considerari qd factũ sit, sed quid faciẽdum: quia in hoc consuetudo non excusat. Item omnes qui in vna eodemque officio deseruiũt eiusdem pfessionis debent esse.

b Per multa & lõga tempora.] Consuetudo in hoc non iuuat. ī. de consue. ad nostrã. & c. cum inter vos quia non quod fit factum, sed faciendũ considerandum est. de of. præsi. sed licet. & ff. de iusti. & iur. l. pen. 2 & 93. dist. legimus. & negligentia episcopi hoc accidit. ī. de testa. qa ingredientib. & dispar professio in ecclesia esse non debet. 16. q. 3. presbyteros. & q. 7. in nona.

c Dubitatis.] simile ī. de rescrip. c. cum contingat.

d Asino.] i. homines diuersæ professionis in vno officio non sociabis, sic exponit 16. q. 7. in nona actione.

ADDITIO. Vnde versus.

Nemo boues asinis curuo coniungat aratro:
Nec gestet vestem lino lana quoque textam.

e Irritetis.] & merito: quia ꝯ ius cõe factũ est. 18. q. 2. abbatem. & c. q̃ fit. & contra istud ius commune non præscribitur nullo tẽpore, vt hic dicit. 3 quamuis p multa

† Dubitatis.

Deut. 22.

2 Prætor dicit etiã iniqua d cernit: rel tione fa nõ ad id q eum fac oportebat Ioan. And

3 Concor tex. cum in ver. ce bit. in l. xiliũ. ff. minor.

multa & longa tempora, &c. & similem casum habes infra eod. tit. c. cum in magistrum.

QVòd sicut.] Diuiditur hæc decre. principaliter in tres partes. Secunda ibi in §. Super eo. Tertia ibi in versicu. Quòd autem. Hæc prima pars primò ponit tria quæ obijciebantur cõtra formã electionis, & pertinet ad primam partem rubricæ. Potes colligere modum ponendi casum literalem. Nã facta electione de quodam promouendo in epm in ecclesia Armachana, & cura illius confirmatione, & cõsecratione, instabant aliqui, vt iste archieps deberet deijci. ad cuius deiectionẽ allegabãt tria cõtra personã. Papa auditis allegationibus vtriusque partis decreuit & mandauit vt in litera continetur. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante ecclesia Armachana quidã abbas electus fuit in archiepm ecclesiæ Armachanæ, & postmodum confirmatus & cõsecratus. Quidam eps, & abbas quidã opponebant se huic electioni. Legatus Apostolicæ sedis coram quo prædicti se opponebãt, inquisiuit de modo electionis, & de persona electi, quia multa proponebantur tã contra personã electi, q̃ cõtra formã electionis: & inquisitione facta, inuenit plura in contra personã electi, q̃ formã electionis. Dubitauit Cardinalis qd sibi esset faciendũ. consuluit Papã: & ipse rñdit illa, q̃ contra electionem proponebantur. Primò quidẽ electio dicebatur facta de tribus, sed illa videtur potius nominatio q̃ electio: vnde nihil iuris acquisitum fuit nominatis. & ideo licitè potuit procedi ad electionem celebrandam in ecclesia Armachana. Secundo fuit appellatio à rege interposita: & Papa dicit quòd appellatio illa electionem nõ potuit impedire: quia nihil attentatum fuit in præiudicium regis: quia nõ noiatio, sed electio solemnis debet principi præsentari, vt suum præstet assensum tanquam patronus, licètq; que per vsurpationem in contrarium fiat. Tertia fuit, quia dicti eps & abbas contempti fuerunt, vt dicebat: dicit Papa, si electioni interesse debuerunt, & ipsi non contempti, sed vocati fuerunt, dummodo sine periculo potuerint vocari, siue nequiuerint, siue voluerint ad electionem venire celebrandam, ipsorum absentia electionem nõ potuit impedire. Si verò non fuerunt vocati sed contempti, cassari debet electio, nisi postea pro bono pacis voluerint consentire. Super eo verò quòd die consecrationis suæ antequam missa finiretur, acolythum ordinauit: pro tanto excessu castigetur: quia solus Romanus Pontifex, qui consecratur ante hymnum angelicum, & postmodum missam incipit & perficit cõsecratus in die suæ consecrationis potest ordines celebrare. Alij verò qui inter epistolam, & euangelium consecrantur: quia ipsi cõsecrati concelebrant principaliter celebranti, non debet tunc ordines celebrare ne diuidat mysterium vnitatis. Præterea non licet archiepo sine pallio cõuocare conciliũ, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, & epos cõsecrare, & iõ mulctũ præsumit qui antequã impetret palliũ, pdicta facere præsumit: cum nõ tanquã eps, sed tãquam archieps ea facere videatur. Super eo verò q̃ tabulã argenteam alienauit, dummõ ecclesiã reddat indẽnem, æquanimiter poterit præteriri, cũ hoc pcesserit de cleri & populi voluntate. Not. quòd p nominationẽ nullũ ius acquiritur nominato. Itẽ appellatio p laicum patronũ interposita ne fiat electio in ecclesia collegiata, non valet. Itẽ si quis contemptus fit i electione nisi cõsentire voluerit, cassari dẽt electio. Alia verò q̃ cõ personã pponebãtur, dispensatiue intelliguntur.

[Gl. seq. distinguit duplicem nominationem.]

CAP. XXVIII.

QVòd † sicut ex literis tuis. & infra.

¶ Verum cum ex prima electione, quæ facta de tribus dicenda videtur potius nominatio, nihil iuris,[a] acquisitum fuerit nominatis, licitè procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam: præsertim in ecclesia Armachana: cum iuxta constitutiones[b] canonicas, si fieri potest, in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari. Nec appellatio interposita electionẽ illam potuit impedire,[c] cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis: quia non simplex nominatio, sed solemnis electio debet principi præsentari, vt postulationi præstet assensum: etsi secus aliquando per vsurpationem aliqui faciant abusiuè. Si autem Mirideñ. † episcopus & abbas Mellifontis, qui interesse debuerant, non contempti fuerunt, sed ad electionem vocari (si tamen sine periculo[d] potuerint conuocari) siue nequiuerint,[e] siue noluerint[f] ad electionem celebrandam accedere, ipsorum absentia non potuit electionem impedire: & infra.

¶ Quòd si eos vocatos[g] non fuisse constiterit, sed contemptos, infirmanda erit penitus electio taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis

† Ca. 13. eo. tit. in 3. cõpi.

† Miridensis.

† Mondinensis.

† Vintuñ.

a Iuris.] ex tali simplici nominatione nullũ ius acqrit noiato, vt 2. q. 6. c. ei q. versi. noiatione. sed ex illa noiatione q̃ fit in scrutinio ipso publicato: ius adquiritur noiato i scrutinio. ꝰ. e. publicato.

b Cõstitutiones.] 23. dist. in nomine domini. & ꝰ. de appela. qua fronte. & etiam causæ spirituales in ecclesia sunt tractandæ. 2. q. 2. præceptum. & 23. q. 8. conuenior. versicu. sed etiam in consistorio.

c Impedire.] & meritò: quia laici non debent interesse electioni. ꝰ. eod. cum terra. imò ius eligendi non cadit in laicum in collegiata ecclesia, et si esset patronus. ꝰ. eo. sacrosancta. non obstante aliqua consuetudine, inf. eo. c. Massana. sed electio facta præsentari debet patrono vt suum præstet assensum, sup. eod. cum terra. & c. cum inter vniuersalis. & inf. eod. tit. c. sacrosancta.

d Sine periculo.] & sic patet quòd si periculum esset etiam in vocando siue in mora, 1 alij ad electionem procedere debent eis non vocatis. ꝰ. eo. c. cum inter vniuersas. arg. inf. de sent. excom. sacro.

[Gl. seq. signat contrarium.]

e Nequiuerint.] Arg. contra. sup. eod. bonæ. ver. si constaret de vi, &c.

f Noluerint.] Si noluerint, alienos se fecisse videntur. ꝰ. eod. c. cum nobis olim. & ꝰ. eod. ecclesia vestra.

[Gl. seq. signat contrarium & soluit.]

g Vocatos.] Præsumitur quis non vocatus, nisi hoc probetur, vt hic patet. & 4. q. 4. quisquis. 82. dist. proposuisti. Arg. contra. ꝰ. eo. bonæ. versi. fin. quia nuncio creditur an aliquis sit vocatus. ff. de reb. eor. qui sub tu. uel cura. magis. §. illud. inf. de appel. cũ parati. Dico quòd si quis negat se fuisse vocatũ aduersario incumbit probatio, vt hic innuitur. & ꝰ. de proba. quoniam contra. de hoc dictum est. sup. eo. bonæ.

1 Adde textum cum gl. in l. item quæritur. §. si gemma. in verbo periculum. ff. loca. & in l. opus. in gl. 2. eo. tit.

ADDITIO. Dicit Goffred. Puto nuncio & actis iudicum standum, nisi validæ probationes offerentur ex aduerso. alle. inf. de testib. cum à nobis. Quid de nuncio dixerint hic Io. & Vinc. scripsi in Spec. de cita. §. sequitur. super ver. sed nunquid. Io. And.

[Ex hac

curauerint consentire.[a]

¶ Episcopus dum celebratur missa consecrationis suę, vel archiepiscopus ante receptum pallium ordines conferre non debet. hoc dicit. vsque ad versicu. Quod autem.

¶ Super eo autem quod in die consecrationis suę, antequam missarum solemnia finirentur, acolythum ordinauit, pro tali excessu eum corripias & castiges: cum solus Romanus Pontifex (qui ante hymnum angelicũ consecratur, & postmodum ipse missarum solemnia incipit & perficit consecratus) in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero qui inter epistolam & euangelium consecrantur, quia consecrati concelebrant principaliter celebranti, ne diuidatur[b] mysterium vnitatis, † nõ debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat archiepiscopo sine pallio[c] conuocare concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, & episcopos consecrare, multũ profecto præsumit qui antequam impetret

[Ex hac dissoluta glo. seq. format tres oppositiones & duas quæstiones. Opponitur quòd contemptus ratificare non potest, quia quod non valet, &c. Secundò quòd non potest, quia suo nomine non est gestum qđ in spiritualibus, &c. ponit opin. Ioan. quam reprobat. Tertiò quòd cogitur habere ratum cum sit vtiliter gestum, soluit quòd remittere non tenetur, &c. Quartò quæritur an instãte contempto, eligens resilire possit, allegat pro & 5. Quintò an contempto mortuo requiratur consensus substitutorum. ponit solutionem Vincen.]

a Consentire.] sic patet ꝙ electio quæ non valet per ratihabitionem põt confirmari. 16. q. 1. quoniã quicquid. & j. de his quæ fi. à præla. sine conse. cap. cum nos. & cũ in Apostolica. j. de dona. c. pastoralis. & j. de iure patr. cura. & j. de transa. contingit. Sed 5. j. eo. auditis, & j. d iure pat. illud. & 16. q. 3. cap. placuit. §. potest. versi. quod ab initio. ff. de re iud. qđ ab initio. Sed nonne absentes cogi debent ratã habere electionem, cum in hoc negotiũ ecclesiæ vtiliter gestũ sit. ff. de nego. gest. l. Pomponius. cũ absentes id facere tenerentur. ff. de ri. nupt. l. si filius? sed dic quòd iniuria facta est absentibus, & illã nõ tenẽt remittere sine satisfactione. 23. q. 4. illic. 90. distin. si quis contristatus. Item si cogerentur consentire præsentibus, iam non haberent liberũ arbitrium & sic inuitis daretur episcopus: qđ esse non debet. 61. dist. nullus. Item patet hic quòd circa spiritualia possum habere ratum qđ meo nomine non est gestũ. 9. quæst. 3. Lugduñ. & j. de iu. pat. cura. & 2. q. 1. i primis. & 3. q. 6. hoc quippe. Sed nunquid in hoc casu possent primi electores resilire, cum absentes nolunt consentire? Quod vř. cum diffidãt de iure suo. j. de postu. bonæ. 63. dist. quanto. Sed contra videtur. s. eod. cum inter canonicos. in fin. & 8. q. 2. dilectissimi. de serui. rusti. prædi. per fundum. ff. de opti. leg. si tibi. §. vnius. ff. de nego. gest. si ego. Itẽ põt dici vt Ioan. dicit, ꝙ si pręsentes eligunt, & spem suæ electionis ponunt in absentibus sperantes ipsos ratum habituros, quia tunc demum per ratihabitionem põt confirmari factum præsentium: sed si statim præsentes per suam electionem itendant ius dare electo: tunc non potest ratificari ipsorum electio, vt 9. q. 2. Lugduñ. ff. de solu. si quis offerẽti. qđ non credo, imò qualitercumq; eligant, possent absentes ratã habere electionem, dum tñ nõ sint nulla ipso iure. j. ea. proxi. Item pone quòd illi qui cõtempti sunt mortui sint; nunquid subditorum consensus exigitur? Vinc. dicit quod non, nisi essent prælati qui alijs succedunt in honore ac onore. j. de off. deleg. quoniam abbas. & j. de off. ord. pastoralis. in canonico secus. arg. j. de testi. requisiti. in fi. §. 1.

¶ SVPER eo.] Iste §. diuiditur in tres partes. quia ponit alia tria, quæ obijciebantur contra personam promoti: comprehendit §. fin. partes satis patent in litera.

[Glo. seq recitetur per quæstionem, an missa sit de substantia consecrationis, & an vnus possit consecrare, & alter missam dicere. In fin. signat cõtrariũ, & soluit.]

b Diuidatur.] sed qualiter diuidatur, exemplum habes 23. dist. quorundam. ita episcopus, qui consecratur concelebrat idest, simul celebrat suo consecratori qui principaliter celebrat, & ideo tunc non dẽt dimittere officiũ illud qđ ipse inceperit cum consecratore suo, & alios ordinare: quia sic diuideretur mysterium illius missæ in qua consecratur: quod fieri nõ debet: & toti missæ debet interesse. Et ita vř esse de substantia cõsecrationis ipsa missa, hac ratione, quia consecrationes episcoporum & ecclesiarum & confectio chrismatis debet fieri cũ missa. j. de cel. mis. te referente. & de conse. distin. 1. omnes basilicæ. & vno cõtextu sine aliquo interuallo, & ille qui consecrat, dẽt missam celebrare, & ita officium illud totum continuum debet fieri sine interpositione vel mutatione aliqua personarũ nisi magna necessitas casualiter superueniret. 7. q. 1. nihil & c. illud. quia sic ordinauit ecclesia Romana, & obseruat. & idem fit & obseruatur in collatione sacrorum ordinum. Ex hac consideratione videtur ꝙ missa sit de substantia consecrationis. contrarium tñ consueuit dici, & verum est quòd missa non est de substãtia consecrationis: quia diuersa sunt consecratio & missa, sed propter virtutem & reuerentiam sacramentorũ & ordinũ statuit eccl'a, quòd qñ talia celebrantur, semper cũ missa celebrẽtur. Contrarium est not. 77. distin. in ueteri. Tamen si huiusmodi solẽnitates non seruarẽtur, nihilominus valerent consecrationes, & ordinum collationes clericorũ, sed q contra facerẽt, punirent ordinãtes, & ordinati q cõtra ordinationẽ ecclesię, & cõtra illud qđ ecclesia seruat fecerunt. Sed ꝙ illi q faciũt cõtra ordinationẽ ecclesię puniant, habetis đ tem. or. sanc. & c. lr̃as. & c. vel nõ est cõpos. & duob. c. ibidẽ sequẽtib. oẽs. n. tenẽtur seruare quòd ecclesia Romana obseruat. j. de sacra vnc. c. vnico i fi. & quæ omissa sunt in præmissis, debent suppleri, vt i pri. c. đ sacra vnc. & i ti. seq. c. j. & c. presbyteri. Hu. dixit quòd si vnus cõsecrat, & alter missam dicat, cõsecratus erit: sed fieri nõ dẽt. De hac materia no. 75. dist. ordinationes epõrum. De hoc qđ dixit, Hoc q̃situ fuit à me Bernardo Parmen. canonico Bonoñ. capellano dñi *Papę* in cõsecratione dñi Octauiani Bonoñ. epĩ, verũ archiepũs posset consecrare, & alius missam cantare? Rñsum fuit quòd illud fieri non debebat, cũ illud esset contra ordinationem ecclesiæ, vt inf. dicitur, & nũquam audiui nec legi, quòd hoc aliquando factum fuerit: & hac de causa ponitur hic hęc additio. Bernar. Sed finita illa missa si alia postea celebraret, bene posset ordines celebrare si necessitas esset. 2 vnde dicit, tunc, quasi dicat, finita illa missa posset prius pallio recepto: quia mysterium diuidi non debet. 23. dist. quorundã. Arg. contra 7. q. 1. nihil, & c. illud. Sed illud ex necessitate, quæ legem non habet. sup. de consu. quanto. de cõsec. dist. 1. solemnitates. 3

c Sine pallio.] quia in pallio plenitudo Pontificalis. officij confertur. infra de vsu pal. nisi. & ideo ante pallium talia facere non potest. Alij tamen dicunt quòd põt alij demandare. s. eo. suffraganeis. quia consecrare

Electio inualida an possit per ratihabitionẽ confirmari.

Solus Rom. Pont. in die consecrationis suę ualet ordines celebrare.

Missa an sit de substantia consecrationis.

† In vno manuscripto Vaticano: veritatis.

1 Idem Phi. Gof. Innoc. Host. Cõp. & Abb. Itẽ sm Inno. & Host. & Cõpost. si lite pendente super contemptu moritur contemptus vel transfert ad aliã ecclesiã, perit actio. C. si re vel ac. mor. fu. l. fi. Ioã. And.

Bernard. decretaliũ glossator qs fuerit.

2 Sed cum præsentes fuerint alij epĩ, ne[...] apparet, q[...] lis necessit[...] possit occurrere, nec[...] die posit[...] sacri ordin[...] conferri, [...] & 3. de ti[...] ordin. ut [...] ait Host. Io. And.

3 Concor[...] tex. in l. [...] q. ff. de o[...] procõ. & [...] l. non [...] cu n vul[...] de excu. [...]

secrare est ordinis episcopalis: sed episcopalia ante pallium acceptum exercere non pôt, vnde alijs inferioris ordinis hoc demandare non valet. arg.op.inf.de conse. eccle.vel alta.aqua. Et arg.ĩ.eo. trãsmissam. sed suffraganei sui ad mandatum ipsius possunt alium suum suffraganeũ consecrare.ĩ.eo.c.suffraganeis.

a Tanquam.] Et ita quadã facit quis tanquã alius, vt 23.q.4.si ecclesia.in fine & ff. de adopt.si pater.§.qui duos.& l.si consul. & ĩ. qui filii sint legiti. per venerabilem vbi de hoc: quia nullius ecclesię erat eps: tanquã archiepiscopus non poterat: quia nondum recepit pallium.

[Gl.seq.notat per restitutionẽ purgari pœna, allegat 5.c.& 5.ll.primæ legis causam exprimens. ad cõtrarium alle.3.ll. & primã exprimit. item obijcit. dat solutionem Io. cui respondet, ponit opin. demum soluit.]

b Præterire.] Et ita hic purgatur pœna criminis per restitutionẽ. ĩ.de reb.eccle.non alien.si quis presbyterorũ. 35.q.8. qđ quis cõmisit. & 12.q.2.si quis qualibet.simile ĩ.de loca. & condu. pp. & ca.potuit. 1 sicut si aliquis ante accusationem recedit ab incestuosa cõiunctione, sine pœna est.ff.de adulte. si adulterium. §. iidem imperatores. sic. ff.quòd met.cã.l.si cum exceptione, §.satis,& C.de his qui vt indign.l.alia.ff. de ioff.test.l. Papinianus, §. meminisse.ff. de ali.iud. mu.cau.fac. ex hoc edicto.§. penul.Ar.contra ff.vbi bono.rapto.nõ prodest.vbi prodest raptori rem restituere ad euitandam pœnã. ff. de fur.qui ea mente.& ff.depos.l.1.§.si depositã.Sed obijcitur iste est suspectus,& satisdatio nõ mutat maleuolũ animum tutoris:Instit.de suspe.tuto.in fin.Sed iste non erat suspectus aliàs, & excusatur pp mandatum cleri & populi. 12.q.2.de rebus.Sed ibi maior præstitit auctoritatem hic fuit iste maior qui deliquit, imò ipse facere non debuit quod alios fecere ipsum prohibere oportuit.16.q.1.nemo.& c.in canonibus. & ff.si ser.ven. altius ff.de condict.indebiti frater a fratre.Dicunt quidam quod hic potest in casu isto & consimili pœna purgari quod non remoueatur ab ecclesia nec deponatur. Contrarium dico, quòd licèt reddat ecclesiam indemnẽ.propterea non euadit pęnam depositionis, sed euadit solummodo pœnam excommunicationis,vt 12.q.2. monemus.& c.diaconi. & c.statuimus. Et hoc etiam dico per iura proximè dicta. hoc probatur per decre.Greg. ĩ. de solu. si quorundam.ubi dicitur, qui obligat ecclesiam suspensus est ab administratione spiritualium & temporalium ipso iure. Et ita intelligitur capit.illud, si quis presbyterorum. quia per restitutionem solummodo euadit pœnam excommunicationis. Et quod hic dicit, dispensatio fuit & gratia. & hoc innuunt illa verba: æquanimiter poteris præterire. & ita fuit solummodo quædam tolerantia. Huic adminiculum præstitit quod dicit:cleri & populi assensu.cap.illud,quod quis commisit. loquitur similiter de misericordia de eo qui toleratur in officio suo: vt ex litera ipsius c. patet. ad hoc præstat bonum arg.ff.depos.l.1.§.si rem.

pallium, clericos ordinare festinat: cum id non tã quam [d] simplex episcopus, sed tamquam archieps facere videatur.

¶ *Iste vers. non summatur, tum propter diuersitatem lecturarum, tum quia non facit ad titulum. Abb.*

¶ Quòd autem tabulam argenteam dicitur vendidisse, dummodo ecclesiam Armachanam reddat indemnem, æquanimiter poteris præterire, [b] cum id de cleri & populi processerit voluntate.

¶ Idem Tolet. † episcopo & Sagoñ. † & de Ardesi. Abbatib.

¶ *Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest. h.d. secundum communem intellectum.*

CAP. XXIX.

Auditis † & intellectis meritis causę de duabus electionibus celebratis in ecclesia Baiocesi vnam † de G. archididiacono:& alterã de R. subdiacono [c] inuenimus vtranq; contra formam canonicã attentatam. Cum enim inquisitis voluntatibus singulorum decanus cũ paucioribus in ipsum R. [d] & cantor cum pluribus in dictum G. archidiaconum [e] conuenissent: [f] solo cantore postmodum quẽdam alium, videlicet magistrum R. de Algedijs † nominante, ad nostram fuit audientiã appellatum, [g] ne decanus qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet sine consensu totius capituli, vel maioris & sanioris partis ipsius. Ipse verò decanus non habito consensu maioris partis ca-

Auditis.] prima pars diffinitionis causam ponit. Secunda diffinit, ibi, Nos igitur. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante ecclesia Baioceñ. canonici Baioceñ. ad electionem conuenientes, pars vna elegit Guil. archidia. alia pars elegit R. subdiaconũ. Electiones istæ delatæ sunt ad dñm Papã. Ipse Papa examinatis nuncijs vtriusque electionis, inuenit vtrique cõtra formã iuris attẽtatam hoc modo: Cũ enim canonici in capitulo cõuenissent,& voluntates singulorũ iquisitæ fuissent, decanus cum paucioribus conuenit in R. subdiaconum nõ ipsum eligendo, sed nominando: cantor cum pluribus nominauit Guil. archidi. tandem solus cantor nominauit magistrũ R. de Algediis, appellans ne decanus qui primam vocem in electione habebat ad electionem procederet sine consensu totius capituli vel maioris partis. Decanus non obstante appellatione illa, non habito consensu maioris partis capituli, sed longè minoris, dictum Guil. archidiacono.elegit statim appellans ne quis in electionem aliquid attentaret. decanus tamen allegabat quod electioni suæ plures consenserunt, sed hęc allegatio non valebat, quia electio, quæ fuit irrita ipso iure, per subsequentem consensum non poterat esse rata. post electionem cantor & alij, qui remanserunt in capitulo, post illam electionem decani nondum cassatam, & post appel. ad sedem Apostolicam interpositam recedentes à nominatione dicti Guil. archidiaconum dictum subdiaconum elegerunt. dñs Papa vtramque electionem vt contra formam canonicam attentatã, vt dictum est, cassauit. Not. quòd secunda electio attẽtari nõ dẽt prima non cassata, quod intellige cum prima electio non est in illa ratione electi. Not. quòd electio quę nulla est, post facto non conualescit. Item quod fit post legitimam appellationem non valet.

c Subdiacono.] Magistro R. olim.

d Ipsum R.] non erat in antiqua.

e Archid.] olim verbum istud, dictum non erat hic. Bernard.

f Conuenissent.] nominando, non eligendo.

ADDITIO. Et per tales nominationes non impeditur electio. sup.c.proxi. Io. And.

g Appellatum.] à cantore & suis.

a Proxi-

Marginal notes: † Doleñ. Doloñ. † Sanigneo. Sanguineo. 1 Concord. tex in l.magna.C.de cõtrah.& com. stip.cũ gl.fi. & ibi Cy. & Pet. de Bellap. facit C. de ver. sig.l. sanc.mus.in gl.expurgari. † Cap. 14. eo tit.in 3.cõp. † Ait Inno. ita fuisse in registro: vnã de R. archidiacono. & alteram de magistro R. subdiacono. † Aldegijs. Allegijs.

a Prorupit.] eligendo G. archidiaconum, & recedendo à nominatione R. subdiaconi.

b Electioni.] factæ à decano.

[Gl. seq. obijcit, & soluit & remittit.]

c Ex postfacto.] Hic vr quod electio, quæ nulla est ipso iure, impediat secundam, & quia dicit electio, quæ fuit irrita ipso iure, & c. quia vtraque hic cassat: vnde contradicit. s. eod. bonæ. & inf. de appel. constitutis. & j. eo. congregato. in quibus secunda tenet: quia prima fuit nulla ipso iure. Sed dicas, quod electio illa non erat nulla ipso iure, imò poterat rata haberi, nec erat euidens ipsam non tenere. Et verba ista scilicet, irrita ipso iure, non tenent propriè: vnde expone, irrita ipso iure, idest irritanda de iure. & hęc expositio placet per finem c. vbi dicit; vtramq; electionem duximus irritãdam & sic nulla contrarietas: & loquitur in codẽ casu hæc decr. cũ illa. s. eod. considerauimus. Et non inuenitur hic quod ratihabitio non possit habere locum in electionibus, quia bene habet locum: vt s. e. qđ sicut. & c. licèt. 63. distin. quantò. j. de iure patrona. cura. & s. de postula. bonæ. sed hic non potest habere locum ratihabitio, quamdiu appellatio pendet: Et ei non renunciatur in totũ quia cõtraria sunt cõsentire & nolle recedere ab appellatione: simile j. de appel. solicitudinem: vnde dixit, maximè appellatione pendente: quasi dicat, si voluit renunciare appellationi & consentire, potest conualescere: & maximè, pro, tñ, ponitur. & quod dicit ex post facto, &c. allegatio fuit partis aduersæ, nec ponunt illa verba, ex post facto. & hoc vr per fi. vbi dicebatur: Nos igitur his & alijs auditis q corã nobis allegata fuerunt. vel dic prout dr in vltima notula. in fi.

d Maximè.] propriè ponitur; quia idem esset citra appellationem. 1 & in antiqua nõ erat hoc aduerbium.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

e Cassatam.] De facto intellige, cum nulla fuerit quia qđ non est cassari non põt. sic j. de re. eccl. alien. vel non, si quis presbyteri. Item quod dicit irritandam contradicit literæ superiori, vbi dicit quòd electio fuerat irrita ipso iure, ergo non poterat irritari, si nulla est. Dic quod verbum istud, irritandã, quantum ad primã electionem, ponitur impropriè, idest, irritata: quantũ ad secundã ponitur propriè. simile 28. dist. presbyterũ quia secunda non erat nulla, sed per exceptionem fuit cassata: & si decanus & sui consensissent electioni secundæ, confirmata fuisset: vt dicitur in fi. vltimæ notulæ.

[Glo. seq. dist. quòd duæ electiones aut fiunt vno contextu, aut ex interuallo. secundo casu aut prima est annullanda, aut nulla. & si nulla, aut istud est euidens aut dubiũ: & ponit quòd etiã nulla impediat secundã, inducens ex similia. Ponit opi. distinguentẽ nullitatẽ iuris vel exceptionis, vel tantum actionis. Quærit demũ de ratione diuersitatis quæ est solutio contrarij. & distinguit an primi qui fecerunt electionem nulla, sint etiã priuati potestate eligendi, necne. In fi. quærit arg. pro & contra. & soluit.]

pituli, sed longe minoris, subito in electionem prorupit. a appellans ne quis contra ipsam aliquid attentaret: quamuis asseueret, quod electioni b factæ plures alij consenserunt: cum tamen ex postfacto c nequiuerit conualescere, quod ab initio non valebat: quoniam electio, quæ fuerat irrita ipso iure, per subsequentem cõsensum, maximè d appellatione pendente, nõ poterat esse rata. His ergo ad propria recedentibus, † cantor & alij qui remanserant in capitulo, post illam electionem nõ dum cassatam, e & appellationem ad nos interpositam, à nominatione † dicti archidiaconi recedentes, de nouo pręfatum subdiaconum eligere præsumpserunt.

¶ Nos igitur electionem vtramque duximus irritandam. f

¶ Idem Grandissyluæ, & Bellæperticæ Abbatibus.

¶ *Potestas data compromissarijs ad eligendum prælatum, re non integra reuocari non potest, & desinit res esse integra postquam compromissarij cœperunt habere tractatum.*

f Irritandam.] No. quòd vbi plures electiones cõcurrunt, quæ fiunt incontinẽti, neutra impediat aliam, vel præualet alij quæ prior fit, sed præualet illa quæ maioribus iuuatur meritis, & plurimorum approbatur assensu. 63. dist. c. vlt. j. e. ecclesia. s. eo. dudum. si verò ex interuallo fiat secunda, tunc habet locũ dist. aut prima est aliqua, licèt posset elidi per exceptionẽ, aut nulla ipso iure. Si n. euidẽs est, primã non tenere ipso iure: puta cũ eligit qui est ineligibilis, s. eod. cũ Vintoñ. j. de appella. constitutis. & j. eod. venerabilẽ. & j. eo. tit. congregato. vbi tenet secunda à paucioribus facta: tunc prima non præstat impedimentũ secundæ. Sed si dubium est an teneat prima, quia aliqua causa allegatur quare possec tenere, tunc prima præstat impedimentum secũdæ, nec debet fieri secunda, prima nõ cassata. s. eod. considerauimus. Sed hic vr cõtra ex eo qđ dixit s. cũ tñ ex post facto, &c. quod electio, q nulla est ipso iure, impediat secundam. prima enim à paucioribus, & post appel. facta fuit, unde videbatur nulla. Et sic perditur dominium per id quod nullum est. j. de renũcia. quòd in dubijs. a Sicut vides quòd ab accusatione, quæ nulla est, non põt quis discedere nisi iudicis auctoritate. ff. ad Turpil. l. 1. §. accusationem. sic secundum testamentum factum sub conditione, quæ nunquam erit, dum tamen esse possit, rumpit primum. ff. de iniu. rup. testa. cum in secundo. in fi. & primũ matrimoniũ quod nullũ est, impedit secundũ. j. de spon. ad audientiã. sic manumissio, quę nulla est, præstat impedimentũ vsucapiendi. ff. de vsu capi. pro donato. l. qui pro donato. sic accusatio, quæ nulla est impediat sequẽs matrimoniũ, j. de despon. impube. ad dissoluendũ. in fi. In stipulatione aliud est, quia si prima stipulatio non valet, quæ potest elidi per exceptionem, tenet secunda, ff. de verb. oblig. si dari stipuler. Quidam tamen distingunt quòd electio qñque nulla est iure actionis, & non iure exceptionis: quoniam ex ea nõ potest peti confirmatio: vt hic, & s. eod. considerauimus. vbi prima non tenet: & tamen impedit secundã; & hæc qñque est nulla iure exceptionis & actionis: vt illa quæ facta est ab excõmunicatis siue de persona indigna: quia ex ea non põt excipi vt alia impediatur: j. de appel. constitutis. & simile: s. eo. bonæ. Sicut aliquis qñque cõsequitur sumptus per retẽtionẽ, quos nõ posset cõsequi per actionẽ. ff. de condi. indeb. si in area, in fi. Inst. de re. dr. §. certe. arg. ff. de cõpen. et, Sed q est rõ quare in casu huius decre. electio q est ipso iure irrita, impedit secundam, ita quòd non valet. & in cõtrarijs. j. eo. scriptũ. & j. eo. cõgregato. & s. eo. cũ in cũctis. & c. bonæ. & c. cũ Vintoñ. & j. de appell. constitutis: electio q est ipso iure irrita, nõ præstat impedimentũ secundæ. Rõ est hæc. Licèt. n. in casu huius decr. prima electio sit nulla, eligentes tñ nõ sunt ipso iure eligendi ptãte priuati: nec electio propter hoc deuoluitur ad alios: & ideo cãto; & sui non debebant eligere sine decano & suis socijs: & quia elegerũt decano & suis socijs non vocatis post appel. prima non cassa-

† In codice Barbatiæ: recedentibus. s. ad domum propriam.

1 Vnus intellectus est. i. si appellatio non penderet. q. d. contra iustã appellationem facta nõ cõualescit, licet appellationi renunciet: vt dixi s. gl. prox. Alius intellectus est. i. si appellatũ non fuisset. Io. And.

† Ait Inn. in registro in haberia nominatione dicti G. archidiaconi recedẽtes, de nouo magistrum R. subdiaconũ cum esset subdiaconus eligere præsumpserunt.

a Concor. Bart. in l. quis vi. j. differentia ff. de acquir. poss.

Electio ipso iure irrita non præstat impedimentum secundæ.

...stat & ex interuallo cassatur vtraq; electio: & vtraque pars peccauit in forma, siue in modo eligendi, sed in contrarijs electio est ipso iure nullã. & eligẽtes, sunt ipso iure eligendi potestate priuati, & ius eligẽdi deuoluitur ad alios etiam pauciores. s. de postu. gratum. & s. eo. bonæ. & ideo tenet electio, cum sit facta ab illis penes quos ius deuoluitur eligendi, & ista duo concurrere debent ad hoc vt teneat secũda electio: plus enim peccauerunt eligẽdo indignũ quàm peccãdo in forma, & ideo plus puniuntur. Et est simile. quia qui peccant hodie contra formã illã s. eo. quia propter, nõ sunt priuati eligẽdi potestate, sed priuãdi, sed qui peccant eligẽdo indignum, sunt ipso iure priuati. 1 si vero vtraq; pars peccat in forma, vtraq; cassatur, vt s. eod. considerauimus. & hic, & in consimilibus. sed si vtraq; pars peccat in materia, transfertur eligendi potestas ad superiorẽ. s. eod. bonæ. in fi. hodie vero seruari debet forma illius decr. s. eo. quia propter. Sed si cantor & sui vocassent decanũ & suos ad electionem, & illi etiam noluissent venire, tunc nunquid eorum valuisset electio? Videtur quòd sic. s. eo. cum nobis olim. & ca. quod sicut. §. si autem. Arg. contra s. eod. cõsiderauimus. Credo quòd si decanus, & sui, qui contempti fuerunt in secunda electione à cantore & suis, consensissent electioni cantoris, valuisset secunda, sup. eod. quod sicut, cum nullum ius acquisitũ fuisset electo per primam electionem, quæ nulla erat ipso iure, vt dicitur s. vnde ab eo poterat recedi sine iniuria alicuius.

† Cap. 15. e. tit. in 3. cõp.

† Ista etiam re putat singu. per Pan. hic in suo effectu.

1 Adde Roman. post Bart. in l. cũ quidam. 2. ff. de leg. 2.

† In antiq. quilibet.

CAP. XXX.

IN † causis: & infra. ¶ Cum Capitulũ Tholosañ ecclesię ad tractandum de electione episcopi conuenisset, duos elegit, vt quinque de eodẽ capitulo eligerent electores, † qui præstito [a] iuramento de substituendi Pontificis electione tractarent: & à singulis de capitulo statutum est, & concessum, vt ille quem illi concorditer, vel tres ex illis eligerent, ab eis (si persona esset idonea) [b] pro episcopo sine contradictione aliqua † haberetur: & infra. ¶ Postmodum vero cũ à prædictis duobus quinque electores electi fuissent, & ad tractandum de electione secessissent in partem, & non possent omnes in vnam pariter concordare personam, tres ex eis conuenerunt in episcopum Cõuennarum; & deinde electionem, [c] quam de postulando episcopo fecerant, capitulo publicarunt: ac reliqui duo subsequenter tertia die cum paucis de capitulo, reliquis absentibus, elegerũt archidiaconum Agennẽsem: & infra. ¶ Nuncij verò prædicti archidiaconi ècontrario responderunt, quod cum prædicti quinque electores seorsum de electione tractantes, inter se dissiderent, ita quod contentiosæ voces eorum, à fratribus, qui remanserãt in capitulo auditæ fuissent, capitulum ipsos propter huiusmodi contentiones suspectos habens, ad eos duos de canonicis destinauit, per quos inhibuit eis ex parte nostra, ne vlterius in facto procederent: & ita potestatem [d] eligendi, quam eis commiserat, reuocauit; mandans eis, vt redirẽt ad capitulum, & pariter cum alijs fratribus de electione tractarent, & huiusmodi reuocationi duo ex ipsis electorib. adhibentes consensum.

absentibus archidiaconum Agennen. elegerunt. Demum, causa super istis electionibus ad sedem Apost. est delata in præsentia domini Papæ oia ista ex parte illorum qui postulauerant epm Cõuennarũ proposita fuerunt; è contrario nuncij prædicti archidiac. responderunt quod cũ prædicti quinque de electione tractarent, & inter se discordassent, ita quod contentiose voces eorũ à fratribus, qui remanserant in capitulo, audita fuerunt à capitulo. capitulum per duos de canonicis prohibuit ne vlterius in negotio ipso procederent, renouãdo sibi traditam potestatem, mandantes eisdem ut ad capitulum, redirent ad tractandum de electione cum alijs quorũ duo, ad capitulum sunt reuersi. subsequenti die capitulum (ut moris est) fecit pulsari campanas ad capitulũ congregandum, & cum prædicti tres cũ quibusdam alijs de capitulum non venissent: prior cum maiori parte capituli, prædictum archidiaconum elegit. Audiitis his & alijs Papa super hoc scribit quẽ busdam abbatib. in hunc modum: Quia postulatio facta de episcopo Conuennarum, facta fuit per illos in quos totũ capitulũ eligendi transtulerat potestatem, propter quod de consensu totius capituli intelligitur esse facta: cum res non esset integra, ex eo quòd electores in tractatu processerant, potestate in illã capitulũ non potuit reuocare. & iõ electionẽ ipsius archidia. cassauit. Vnde mãdat Papa cuidam epo, & duob. abbatib. quatenus si personã illius epi inueniant vtilem & necessariam ad regimen ecclesiæ Tholosanæ, & idoneam ad hæreticorum perfidiam extirpandam, ei tribuant licentiam transeundi ad ecclesiam Tholosan. Not. quòd re non integra potestas alijs concessa non potest reuocari. Item quod fit per illos quibus totum capitulum contulit potestatem, per ipsum capitulum intelligitur esse factum. Item qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

IN causis.] Diuiditur principaliter. in tres partes. In prima ponit postulati petitionem. In secunda. ibi, Nuncij verò. ponit electi allegationem. In tertia: ibi, Quia verò, partim negotium diffinit: & partim diffiniendum committit. Abbas Siculus.

CASVS. Ecclesia Tholosan. vacante, capitulum ad tractandum de electione in simul conuenerunt, & duos de capitulo elegerunt, vt quinque de eod. capitulo eligerent electores, qui præstito iuramento tractarent de electione pastoris, & statutum fuit à capitulo, vt ille quem illi quinque eligerent, vel tres ex illis, dummodo persona esset idonea, pro episcopo haberetur: postmodum cum illi duo, quinque electores elegissent, & illi ad tractandum de electione secessissent in partem, & non possent omnes concordare in vnam personam, tres ex illis postulauerunt episcopum Conuennarum: reliqui duo tertia die cum paucis de capitulo reliquis

a Præstito.] secundùm quod lex dicit in auth. de sanc. epis. §. iubemus igitur abbatem. coll. 9.

b Idonea.] hæc clausula semper intelligitur, etsi nõ apponatur. sup. eodem causam quę. & supra de rescrip. cum adeo.

c Electionem.] no. mirabilem significationem huius termini. electio: hoc fuit dicere suam postulationem capitulo publicauerunt. argum. inf. de renun. post translationem.

Electio pro postulatione quandoque accipitur.

d Potestatem.] hic confessus fuit de intentione aduersarij, & sic fundauit intentionem aduersarij.

a Cāpanam.] ī. de off. custo. c. 1. & 2. d. j. ius militare.
[Gl. seq. recitatur per quæstionē, an datus ad eligendū postulet. arg. q sic, p hoc c. inducēs. 7. alia iura ad ɔtrarium inducit tex: soluit, & contrarijs respondet.]

b Postulatio.] hic habes quòd qui dati erant ad eligēdum possunt postulare, & de alia ecclesia, sic ī. de renunc. cum post translationem. Ex quo enim capitulum nihil excipit in illa potestate, omnia intelliguntur concessa per q p ueniturad illud, & quicqd ipsi possent, facere. arg. ī. de consti. ex literis. & ī. de priuileg. quia circa. ff. de procu. ad lega-tā, & l. ad rem mobilem. Et arg. ad hoc. ff. indi. sol. iā tñ. §. in hac & ff. man. l. vlti. in fi. Argu. contra. ī. e. innotuit. i fi. ff. de proc. mandato. & C. de transa. transactionis. i fi. & ff. d mi. illud. §. si talis. & ff. de proc. Pomponius. & ff. de iureiu. iusiurandum. §. procurator. Solu. prima rubrica vera, quia talia præparatoria etiam coniuncta sunt principali negotio: quia per postulationem venimus ad electionem vel ad eius effectum ff. de sponsa. oratio. Contraria casualia sunt.

Postulare pñt qui dati sunt ad eligendum.

† Facit ad hoc lex fin. C. de præd. dec. lib. 10.

sensum, reliquis tribus non contradicentibus, ad ipsum capitulum sunt reuersi, sed alij tres vsque ab fores capituli sub secuti, ab eis postmodum discesserunt. Capitulum vero cum tota die illa ipsorum præsentiam expectassent, subsequenti die campanam [a] pulsari fecerunt (sicut moris est) ad capitulum congregandum: † & prædictis tribus cum paucis complicibus suis sese contumaciter absentantibus, Prior cum maiori & saniori parte capituli elegit in episcopum archidiaconum supradictum: & infra.

¶ Quia vero postulatio [b] de episcopo Conuennarum, quę præcesserat, facta erat per eos, in quos totum capitulū eligendi transtulerat potestatem, propter quod vnanimiter de consensu totius capituli intelligitur esse facta, quam (cum res non esset integra, [c] quia in tractatu iam processerant electores) capitulum minime potuit reuocare: electionem ipsius archidiaconi decernimus irritandam. Quocirca mandamus, q atenus si personam ipsius episcopi † vtilem & necessariam, inueneritis ad regimen ecclesiæ Tholosanæ: & idoneam tam scientia literarum quam suæ conuersationis exēplo, ad hæreticorum perfidiam [d] de Tholosan. diœcesi extirpandam, † quæ ibi per negligentiam præsulum miserabiliter, & damnabiliter hactenus pullulauit, transeundi ad ecclesiam Tholosanam propter vrgentem necessitatem, & eorundem † vtilitatem, ei licentiam tribuatis. [e]

reuo. dona. si donationem. & C. de dona. quæ sub modo. l. perfecta. & dicit Dñs: Non auferam à te quod tibi dedi. 12. q. 2. c. si qualibet §. non enim. & remittentibus actiones suas non est amplius regressus ad eas. ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditor. & commodatum ante vsum completum non reuocatur. ī. de commo. ca. vnico. & ff. eo. tit. in commodato. §. sicut. Et sic non videtur per ista iura q reuocatio posset fieri eis inuitis, cum gratia vtrorumque hoc sit factum, & intersit istorum non reuocari ius illud ab eis, cum modo possent eligere quem volūt, postea vero non. In contrarium uidet. q etiam re non integra possunt reuocare vsq; ad litem ɔtestatam: quia vsq; ad lit. contesta. possunt reuocare mandatum procuratorium. ff. de proc. ante litē, & ēt post, suspectus sit ff. eod. tit. post litem & l. item si suspectus & l. quæ omnia. sed isti iam suspecti videbātur, cum essent in clamoribus & discordia, vt ī. de proc. ex insinuatione, & in ca. in nostra. & c. mandato. & iudiciū soluitur uetante eo qui iudicare a iussit ff. de iud. iudiciū. ff. de arbit. sed si in

† Vox est deest in nonnullis, aut quis.

† Præcipimus episcopū ... in extirpandis hæreticis versari ... nam hoc incumbit ... re diuinc ... bertin. ... de agn. ... tio. q. 11 ca. fine. ... chrō Co Tholos c. 2.

ADDITIO. Et loquuntur in his quæ requirunt speciale mandatum. infra de procuratio. qui ad agendum. in fin. libro sexto. Ioan. And.

Eligendi potestas aliquibus concessa an reuocari possit.

[Gloss. seq.] recitatur per q. an potestas compromissariorum possit reuocari, & primò probat quod possit re integra, inducens 4. Secundò quòd non possit inducens quinque. Tertiò quòd etiam re non integra reuocari possit, inducens duo. Quartò quòd re non integra non possit. Quintò ponit opi. quām approbat. Sextò opi. quam non approbat.]

c Cum res non esset integra.] ergo si res esset integra, possent reuocare: vt hic arguitur ad instar mandati, quod re integra reuocari potest Instit. mā. §. recte. cum nihil interest mandatarij. ff. de condict. ob causa. l. si pretium. & l. si pecuniam. & l. dedi. in princip. & in societate. ff. pro soc. verum. §. vlt. & in deposito. ff. de depos. l. 1. §. pen. & ī. de deposito. bona fides. In contrarium videtur quod re integra non possit reuocari talis potestas, nisi placeret vtrique parti, sic fit in venditione. C. de acti. & oblig. sicut in initio cum gratia vtriusq; talis actis factus est vt illa nam ex quo semel cō senserunt & contulerunt ius in ipsos, & illi acceperunt, & et iurauerunt mutare non possunt, nec reuocare: vt ī. de off. deleg. sup. quæstionum. §. porro. & quod semel placuit, amplius displicere non potest. 32. quæstione 5. horrendus. & 8. quæstio. 2. dilectissimi. & supra eod. cum inter canonicos. ver. fin. 1 præterea hic fuit quædam concessio siue donatio iuris. sed perfecta donatio nō reuocat. C. de donatio. siue C. de trāsac. quāuis. & de

Cōpromissariorū potestas ad eligēdum an possit reuocari.

1 Vide text. in l. si vxor. §. fi. ff. de adul. & in l. quod si nolit. §. in factum, ff. de ædil. edi.

seruum. in fin. Contra probo quod re non integra non possint reuocari infra de iud. cap. 1. & ff. de iurisdict. om. iudi. si conuenerit. & hic in fi. Quid ergo dicemus. Satis probabiliter posset dici q talis potestas data reuocari non possit, siue res sit integra siue non, & hic supple, maxime, quia non est hoc purum mandatum, imò cessio iuris siue donatio, vt dictum est. Et Ioan. huic opinioni consentire videtur: & ad hoc optimè facit. sup. eod. causam quæ. Alij dicunt quòd re integra possunt reuocare, vt hic innuitur a contrario sensu. Et argu. optimum: quia non dicitur durare talis potestas, nisi cui permissa durat. ff. quod cuiusque vniuersi. item eorum. §. 1. in fi.

d Perfidiam.] hoc ideo quia si esset remissus & negligens ad hæreticos extirpandos, debet remoueri. inf. de hæretic. excommunicatus 1. in fi.

e Tribuatis.] Ex hac decretali bene colligitur quòd ius acquiritur postulatio post publicationem postulationis: in hoc, scilicet acquiritur quod postulantes ab ea recedere non possunt, sicut nec ab electione post publicationem scrutinij. infra eodem publicato. & idem credo publicata postulatione, vt dixi supra de postulatio. c. vlt. & penult. Sed contrarium potest assignari, ī. de postulatio. bonæ vbi videtur quòd postulantes possint recedere à postulatione, antequam sit præsentata superiori. Sed hic non poterāt recedere, quia promiserant illum habere pro episcopo quem illi eligerent in episcopum: & ita non poterant venire contra promissionem suam.

† Al. etiam.

a Hoc est ... rio cō te, et integ ... legat. inf. de leg. ... lib. 6 ... ordi re. ... ergo ... Ioan.

ADDI-

ADDITIO. Vnde quòd non tenuit hic electio, non fuit propter postulationis publicationem, sed propter defectum potestatis in compromissarios iam translatæ, secundùm Compost. qui hoc no. s. tit. 1. ca. fi. Vnde dicebat Inn. hic, quod obstabat hęc fides præstita in cõpromisso. & quia nõ ipsi, sed compromissarij postulabant. Dicebat etiam quod propriam postulationẽ reuocare non posset, nisi consentirent omnes, vel maior pars. ff. ad munic. quod maior. Dicit Host. ꝙ fortè requirent duæ partes, nã aliter non est plena concordia. arg. s. eod. licèt. cum concor. Ioan. And.

† Cap. 16. tit. in 3. cõpila.

C Vm ecclesia Vulterana.] Primo ponitur consultatio. Secundò responsio. ibi, Mãdamus. Abb. Siculus.

CASVS. Ecclesia Vulterana canonicorum obsequio longo tempore fuerat destituta. Vnde Vulteranus epũs quosdam eligit & instituit in eadem. sed canonici eos recipere noluerunt, dicentes quod electio talis fuerat in eorum pęiudicium attentata, ppter quod episcopus cõtra canonicos literas apostolicas ad Floren. epũm impetrauit, corã quo petebat episcopus, vt canonicos prohiberet ab iniuria quam faciebant eidem super electionę dictorum canonicorum. Secundo petebat vt canonici ipsum episcopum iure electionis liberè vti de cætero paterentur Florentinus episcopus lite super dictis articulis contestata, & receptis probationibus vtriusq; partis dubitans qualiter super prędictis debet procedere, cõsuluit dominum Papam, causam instructam remittendo ad ipsum. & ipse Papa eisdem respondet vt super hoc primò articulo in quo petebant episcopus vt canonicos prohiberet ab iniuria quam faciebant eidẽ super electione prædictorum canonicorum, absoluat canonicos Vulteranos ab impetitione epĩ: quia non vr̃ iniuriam facere qui vtitur suo iure: cum per testes longè melius sit probatum, quod canonici illo iure sint vsi antequam eṗs Vulteranus. In secundo articulo, quo idem eṗs petebat, vt canonici paterentur episcopum liberè vti de cæterò iure electionis. absoluat similiter canonicos sepedictos, cum sit notorium, quod in Tuscia consuetudo generalis seruatur, vt canonici in cathedralibus ecclesijs solummodo irrequisito episcopo eligendi canonicos habeant potestatem. No. quod non facit alicui iniuriam qui vtitur iure suo. No. quod in ecclesijs cathedralibus circa electiones consuetudo seruatur, cum de iure communi pertineant simul ad capitulum & eṗm illius ecclesiæ.

[Glo. seq. obijcit. & soluit.]

a Longo.] per hoc videbatur quod eṗs posset supplere negligentiam canonicorum, etiam si alijs eligere non posset. j. de conces. præben. nulla. & s. eod. cum in cunctis. in fi. §. Sed hic non poterat aliter supplere, quia nõ erant distinctæ prebendæ. j. de conces. præben. ex parte. & si distinctæ essent, adhuc non posset: cum ipse similiter negligens fuisset, vnde potestas translata erat ad superiorem, nec moram poterant purgare. infra de suppl. negli. præla. licèt. & duobus cap. seq. ex eò quod dicit, longo tempore.

¶ Idem episcopo Florentino.

¶ *De consuetudine potest canonicorum electio ad solũ capitulũ pertinere, hoc dicit, & solet quotidie allegari.*

CAP. XXXI.

Cvm † ecclesia Vulterana debito canonicorum obsequio lõgo[a] fuisset tẽpore destituta, Vulteranus episcopus volens ministrorum defectum in eadẽ ecclesia restaurare, canonicos quosdã elegit & instituit in eadẽ: quos canonici recipere noluerũt, asserentes quod talis electio fuerat in eorũ præiudicium attenta: & infra. ¶ Mandamus, quatenus super primo articulo petitionis episcopi, ĩ quo postulauit[b] à te vt canonicos ab iniuria, quam ei super electione canonicorum Vulteraneñ. ecclesiæ inferunt, prohibetes, ab † impetitione ipsius dictos canonicos absoluere non postponas; quia non videtur iniuriam[c] facere, qui vtitur iure suo, cum per testes longe melius[d] sit probatum, quòd canonici supradicti, hoc iure vsi fuerint antequã episcopus memoratus. In secundo quoque articulo,[e] quo idem petebat episcopus, vt dicti canonici

† Al. ita: af. impetitione ipsius epi.

[Glo. seq. obijcit, alleg. contra obiec. & soluit. contra solutionem alleg. tria iura, quibus respondet.]

b Postulauit.] & videtur ꝙ bene postulauerit, quia solus episcopus debet dare præbendas, arg. 21. dist. in nouo. & 16. q. 6. nullus. argu. 21. distin. §. 1. quia Moyses ex præcepto Dñi Aaron in summum pontificem, & filios eius in minores fecer dotes elegit, vt ibi dr̃, & vr̃ expressum in authenti. vt deter. sit num. cleri. colla. 1. in prin. Arg. contra infra de his quę fiunt à præla. sine consen. cap. in 6. cap. primis qa hmõi ecclesiastica debent facere de consensu capituli vt ibi dr̃, & cum quibus est. In ministerio, cũ his disponat. 93. distinctione, diaconi: præterea ex eo quod dicit in fine, si consuetudo est, ꝙ canonici eligant irrequisito episcopo, patet ꝙ de iure communi simul debeant eligere sicut & alia negotia simul facere debent, cum eṗs sit caput capituli, & canonici membra. infra de his quæ fiunt à præla. sine consen. ca. nouit. &c. quanto. & quod simul eligere debeant, habes j. de conces. preb. postulastis. Dico quod de iure cõi simul ad episcopum & capitulum pertinet collatio beneficiorum per iura ꝓximè dicta j. de iure patro. nobis. & hic in fi. satis patet ita esse. sed consuetudo in pluribus ecclesijs derogat huic iuri, vt hic in fi. huius dec. & inf. de cã pos. cũ ecclesia. & infra de ver. sig. abbate & supra de consue. cũ dilectus. & 24. q. 1. prudẽda. & de his q̃ fi. à pre. sin. consen. ca. ea noscit, & consuetudo reddit aliquẽ inhabilẽ ad eligendũ. j. de cle. coniu. cũ olim. & 12. di. nos consuetudinẽ. & ff. de Decur. non tñ. Ar. contra. su. eo. tit. cum terra. & cũ causam. & su. de cõsue. cum venerabilis. &c. cum inter. sed illa consuetudo non est rõnabilis. imò est contra decus ecclesiæ, & ideo non est prę scriptibilis. s. de consue. c. vlt.

Collatio beneficiorum ad quos spectet.

c Iniuriam.] sic ff. de iniur. iniuriarũ. §. j. & ff. de peri. hær. illud. 1. responso in fin. & infra de appel. bonæ. & 14. quæsti. 1. quod debetur. & q. 5. non sane. quia & si noceat alij ita vt auferat ei consueta commoda, dum tamen non faciat animo nocendi, non dicitur facere iniuriam. ff. de aqua pluu. arc. si in meo. & ff. de dam. infe. ꝓculus. & 15. q. 1. illud. ff. de ser. vrb. prædio. cum eo. & 23. q. 2. c. vlt. secus si faceret aio nocendi. ff. de rei. iu. domũ. ff. de da. infe. qui vias. ff. si ser. vẽ. sicut. §. Aris.

r Secus in prędio rustico, quod nõ licet mihi ita rigare ꝙ noceat vicino prædio. ff. de aqua pluu. arc. l. 1. fin Vicen. Io. And.

d Melius.] & ideo præualere debet infra de prob. licèt. sed si ęqualiter probatum sit. cõiter cõseratur cum de iure cõi hoc sit faciendũ, vt dictum est in notula, & vr̃, quia res ad suũ statum sic reuertit: arg. s. de consue. cum dilectus. & ff. de pac. si vnus. c. ꝙ si nõ vt totum ad̃s esset sententiandum ꝓ possessore. j. de ꝓb. ex literis. j. de fide instr. inter dilectos, in fi. & Insti. de interdi. §. commodũ. nisi in tribus casibus. inf. de probationib. ex literis.

e Articulo.] eadem videtur petitio cum prima. Sed dic, ꝙ prima erat ne repellerent canonicos ab episcopo institutos: secunda erat, vt in posterum non impedirent eum eligere. quod licèt obtineret in 1. non obtineret propter hoc in secundo, arg. sup. eodem querelam: sed secundò ar. 1. agebatur petitorio, vt patet ex ipsa litera.

ci ipsum iure electionis vti libere paterentur, absoluere studeas canonicos sæpedictos, maxime si sit notorium,[a] quod in Tuscia generalis consuetudo seruetur, vt in cathedralibus ecclesijs solum capitulũ, irrequisito episcopo eligẽdi canonicos habeat facultatem.

¶ Idem abbati sancti † Victoris, & decano Parisiensi, & magistro R. Decortoñ. canonico Morineñ.

¶ Compromittentes tenentur recipere electum à compromissarijs, si sit dignus nisi contra formã compromissi eum appareat electum.

CAP. XXXII.

CVm † dilectus filius archidiaconus Morineñ nobis † intimasset: & infra. ¶ Ecclesia Morineñ. episcopi solatio destituta, canonici eiusdem de pastoris substitutione tractantes, in tres canonicos Morineñ. potestatem eligendi episcopum vnanimiter contulerunt: promittentes, vt illum reciperent in pastorem quem de gremio[b] ipsius ecclesiæ ducerent eligendum: qui examinatis[c] voluntatibus singulorũ, archidiaconum eiusdem ecclesiæ in episcopũ elegerunt; Metropolitanus quoque tam electionem, & electi personã examinans, quam etiam super ipsius ætate de cuius defectu fuerat ab aliquibus dubitatum) inquirẽs solicitè veritatem, per sententiam declarando electũ ipsum minime sustinere in ætate[d] defectũ, electio

a Notorium.] idest, manifestum rei euidentia, vel alijs duobus modis. de quibus tribus modis habes ḡ. de coha. cler. & mul. c. p. vlt. & ff. de legi. si de interpretatione.

CVm dilectus filius.] Tres habet partes. In prima ponitur allegatio pro electo. In secũda ibi. Verum, allegatio contra electum. In Tertia: ibi, Nos vero. diffinitionis commissio. Abbas Siculus.

¶ CASVS. Ecclesia Morineñ. destituta pastore, archidia. eiusdem ecclesię electus fuit in pastorem: super ista electione iam confirmata, orta fuit postmodũ cõtrouersia inter eũm electũ, & eius sequaces, & quosdam alios canonicos eiusdem ecclesiæ. tandem delata est q̃stio ad sedem Apos. ex parte electi fuit propositum coram Papa, quod cum ecclesia propria vacaret, canonici eiusdem ecclesiæ in tres canonicos Morineñ. potestatem eligendi epm contulerũt, promittẽtes vt illum reciperent in rectorem, quem de gremio ecclesiæ ducerẽt eligendum, qui examinatis voluntatibus singulorum archidiaconũ eiusdem ecclesiæ elegerunt. Metropolitanus electionem examinans, ac personam electi, & de ætate ipsius, & de defectu de quibus fuerat ab aliquibus dubitatum veritatẽ inquirens, pronunciauit ipsum in ætate non sustinere defectum, & electionem ipsius confirmauit. Vnde petebat imponi silentiũ parti aduersæ, quæ se huic electioni opponebat malitiosè. Verum quidã B. noie proposuit ex aduerso sub pœna beneficij sui se obligans, quod supradictis tribus sub hac forma data fuit potestas eligendi, vt examinatis singulorum voluntatibus illum in quẽ oẽs vel maior & sanior pars capituli de gremio ecclesiæ consentiret, eligere tenerentur: sed ipsi electores potestatẽ sibi traditã nõ seruantes, dictum archidia. quẽ pauci de capitulo nominarunt, eligere præsumpserunt. Vnde canonici Moriñ. postmodũ mirabant qualiter archidiaconus fuerat electus cũ plures essent in ecclesia digniores, vñ cęperunt, ferè publicè profiteri, quod ipsum archi. nulli aperte nominarant, & reputantes se in hac parte delusos, sic talẽ surreptionẽ dño Papæ retulerunt: petens dictus B. dictum archidi. remoueri ab ecclesia Morineñ. dñs Papa his auditis, quia res erat perniciosa exẽplo, si per surreptionis astutiã quis ascenderet ad apicẽ dignitatis, ita duxit prouidendũ, vt cõtradictores pstent iuramentũ quod maliciosè nõ pponant hmõi qõnẽ: & prædicti tres electores iuro adstringant dicere veritatẽ, quot ex canonicis examinationis tpe in dictum archid. conuenerunt, & si tres vel duo illorum dixerint quod maior pars canonicorũ cõsenserit in dictum archid. cõtradictorib. silentiũ imponatur, cũ illorũ probatio insufficiens esset, eo quod essent in suis testimonijs singulares. Si verò dixerint quod à paucioribus prædictus fuerit nominatus, tunc si fuerit sufficiẽter probatũ quod illum de gremio eccle. iux. formam sibi datam eligere tenentur, in quẽ oẽs vel maior & sanior pars capituli consentirent, electio ipsius cassetur, alioqui quod de arch. factum sit, ratum habeatur, & contradictores compescantur ab ipsius molestatione, & iudices prædictum B. priuent præben. Morineñ. ecclesiæ, qui se hac pœna si in probatione deficeret, obligauit, non obstante, quod super ætatis defectum obiectum fuit contra ipsum cum idem B. nõ multũm institerit huic obiectioni, & sup hoc a Metropolitano iudicatũ fuit, cuius sententia in rem transijt iudicatam, à qua intra decendium non fuerat appellatum. Nota, ea quę per surreptionem fiunt, cassari debent. Item nota, quod iuramentum debet exigi, quod exceptiones malitiosè non opponantur, vbi est præsumptio, contra obijcientes. Item propter defectũ probationis testes recipiũtur, qui vel de facto suo recipi non deberent. Item testes singulares nõ valent. Itẽ aliquis potest se obligare ad pœnam beneficij sui. Item interlocutoria sententia à qua infra x. dies nõ appellatur, transit in rem iudicatam sicut diffinitiua.

b De gremio.] Sed si hoc in illa translatione potestatis non fuisset expressum, poterant eligere vndecunque vellent sup. eo. in causis. Quid iuris sit super hoc, dictũ est. sup. eo. cum inter canonicos.

c Examinatis.] ad hoc non tenebantur secundum hãc formam.

[Glo. seq. primò probat iudicem, qui in ætate non dispensat, de illa iudicare posse. Secundò quærit an episcopi in ea dispensent arg. quod non. ponit opin. contrariã. soluit negatiuè.]

d In ætate.] Potest enim minor iudex examinare de ætate, an sit dignus venia ætatis, & docere poterit super hoc principem. C. de his qui ve. æta. imper. l. 2. non tñ in ætate dispensare põt. C. eo. tit. l. 3. [z] sed bene potuit iudicare ipsum non pati defectũ: & si minor fuisset, debet cassare electionem. ḡ. eo. dudum. sed dispensare non potest, nisi solus Papa. Sed nunquid episcopi possũt dispensare vt minor promoueat ad honores? Vĩ quod non, per id quod habes sup. eo. cum in cunctis cap. inferiora, & inf. de æta. & qualita. eam te. ibi, præcipit Papa, quod null[9] promoueatur, nisi sit ætatis legitimæ. ḡ. eo. nihil est. vbi punitur grauiter qui hoc facit. Et sic huiusmodi dispensatio illis prohibetur. Dicunt quidã, quod epi possunt dispensare in ætate. arg. ad hoc infra de æt. & quali. præterea. & c. indecorũ. Credo quod non põt dispensare in hoc contra concilium, licèt de facto hoc faciant qñq;. Et est simile: quia cum illegitimo dispẽsare non possun vt promoueatur ad honores. infra de fi. presby. c. vlt. & pen. vbi dr̃ quod cum illegitimè natis solus Papa dispensat, quod illi prohibeantur ab honoribus, dicitur in concilio Pictauẽ. ḡ. de fil. presby. cap. j.

Qui-

a Adde meliorem glo. de iure in l. cinex. in gl. vend. C. de appella.

† Aliàs ita: abbati Sancti Victoris Parisi. & magistro R. de Torto canonico. Morineñ.

† Capi. 17. eo. tit. in 3. compila.

† Hæc duo verba: nobis intimasset, desunt antiquis multis.

Cõpromissarius potest eligere extra gremiũ.

z Sit inferior iudex cognoscit privilegio sedis Apostolicæ ... de ... non iudic... infra de f... stru. accep... mus. Fin... An. & V...

nem factam de ipso solemniter confirmauit: & infra.

¶ Verum B. qui contra electum venerat memoratum, proposuit ex aduerso, quod cú supradictis tribus sub hac forma fuerat eligendi concessa potestas, vt capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus vel maiori & saniori parte de gremio ipsius ecclesiæ nominatum eligerent in pastorem; electores ipsi terminos [a] potestatis sibi traditę non seruantes, prædictum archidiaconú eligere præsumpserunt, qué pauci de capitulo nominarant: vnde canonici Morin. postmodum admirantes, qualiter archidiaconus electus fuerat memoratus, cum plures essent in eadem ecclesia digniores, [b] cœperunt fere omnes publice profiteri, quod nullatenus archidiaconú nominarant: & reputantes se in hac parte delusos, quod super hoc factum fuerat, nostro curauerunt Apostolatui reserare: & infra. ¶ Nos vero attendentes, † quia res perniciosa esset exemplo, si per surreptionis [c] astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis, ita duximus prouidendum: vt præstito á contradictoribus iuramento, [d] quod ipsi malitiose contra præfatum electum non moueant quæstionem huiusmodi, prædicti tres electores iuramenti vinculo adstringantur dicere veritatem, quot ex canonicis examinationis tempore in præfatum archidiaconum conuenerunt. Et si tres [e] simul, aut duo saltem ex ipsis † iurati dixerint maiorem canonicorum partem in ipsum archidiaconum conuenisse, vos contradictoribus silentium imponatis, cum contra hoc eorum esset probatio [f] insufficiens: eo quod singuli essent in suis testimonijs singulares. † Si vero per eorum depositiones, constiterit sæpe dictum archidiaconum extitisse á paucioribus nominatum, tunc [g] si fuerit sufficienter ostensum, [h] quod illum de gremio ecclesiæ secundum formam sibi traditam debeant eligere, í qué omnes vel maior & sanior pars capituli cóueniret, vos electioné ipsi' archidiaconi omnino cassetis: [i] alioquin quod de ipso factum est, ratum

Qua enim ratione episcopi nó possunt ꝯ illud concilij dispensare, eadem ratione dico quod nó possunt dispensare contra concilium 1 Laterañ. & contra concilium generale, infra eo. nihil. vbi puniuntur qui hoc faciunt: quod est magis 1 celebre cócilium, in quo prohibet ne minores ad dignitates promoueãtur, š. eod. cú in cũctis, in prin. §. inferiora, & ideo stabimus illis concilijs & legibus prædictis, ex quo non inuenio concessú per canones ꝙ minores iudices possint dare veniá ętatis, if. de no. oper. nunc. intelleximus, vbi enim iura canonica nó cótradicút legibus immo concordant, illis stabo.

ADDITIO. Hodie dispensant episcopi I ętate in casu, de ęta. & quali. c. vno. lib. 6. per quã decido quędam hic notata per Modernos, quorum aliqua colligas ex ibi notatis. Dicebat Io. And. hic circa minores dignitates episcopum dare ueniam ætatis.

a Terminos.] Si hoc verum fuisset, nihil valuisset eorum electio. š. de rescrip. cum dilecta. & ff. mã dati, diligenter.

b Digniores.] Quibus dignior loc' debetur. 2. q. 1. illud & 63. dist. metropolitano & 61. dist. miramur ad fi. 2 Et is gradus cęteros antecedit, qué labor prolixior vel stipẽdia meliora fecerint ante ire. C. de offi. magi. offi. l. nemo.

c Surreptionis.] Sic infra de se iud. cum olim.

[Gl. seq. no. quod I spiritualibus excipiẽs &c.]

d Iuramento.] Sic ergo in causa spirituali pſtat excipiens iuramentum calumniæ siue quod malitiose hoc nõ proponit, sic inf. de test. cóstitutis, & c. p̃sentium & inf. de rest. spo. literas. & if. de excep. pastoralis, licet directæ agent non præstet hmõi iuram: vt inf. de iura. calũ. literas. Et hoc fuit rõne p̃sumptionis, p̃sumitur em̃ quod malitiose excipiant, ex quo 1 or p̃sumptiones sunt pro electo. quia ſm leges pſtatur 1 iuram quõq; in exceptionibus, licet à principio presteretur sup tota lite. in auth. de test. § si uero coll. 7 inf. de testi. vltra tertiam. Vel dic quod licet ca sit sup re spirituali, ꝙ ñ directe agens præstabit iuramentum calũniæ: vt si agat ad restitutioné rei spiritualis, inf. de rest. spo. literas. quia sic nõ agit spũaliter. Itẽ si agatur spũaliter, iuramentũ de veritate dicẽda pſtat inf. e. dudũ, & inf. de iureiu. cũ ſsis. Sed ibi I cá ecclesiastica iurat de veritate dicenda.

[Gl. seq. querit opponendo, & dupliciter soluit.]

e Et si tres.] Istis enim creditur quasi duobus testibus. Sed nunquid fuerunt isti testes in propria cã vel quasi? Nó, sed super eo quod factũ est coram ipsis de facto alieno. arg. C. de fideicõmiss. l. vlt. & Institutio. de testa ord. §. legatarijs, nam iudici credit de his quę corã ipso aguntur. 18. dist. de concilijs arg. multo fortius istis q toti negotio interfuerũt. argu. C. de adul. in l. adulterij. C. ad legem Caluelũ de sica. l. fi. Sed nõ est verũ ꝙ iudicibus credatur nisi quatenus, &c. inf. de pbatio. qm̃ cõtra. Vnde melius vr ꝙ licet isti suspecti essẽt, & de facto suo quodã modo dicãt, admittit eorũ testimoniũ in defectũ probationis: arg. C. de hęr. l. vlt in fin. & 4. q. 3. item in criminali. versi. item secundum. 2. respon.

[Gl. seq. querit & opponẽdo, & soluit.]

f Probatio.] Sed vr quod isti canonici debuerũt audiri ad hoc pbãdũ, q a talis negatiua, Nos nõ cõsentimus, põt pbari. if. de probatio, tertio, & negatiua indirecte p bari põt infra de testibus, ex tenore. 3 De hac materia dictum est, š. e. bonæ. Sed hic iõ non sunt admissi ad pbãdũ, q a examinatio illa facta fuit secrete & sigillatim. vnde quilibet eorum esset singularis, quia non posset directe nisi de se. sic If. de accusatio, cũ dilecti. in fine: quia singularis testis nõ probat, sed si publice facta fuisset illa examinatio siue nominatio, tũc probari posset saltem indirecte, vt inf. de probatio, cap. 3.

g Tũc.] Auditis quod vtraq; pars pposuerit ad probandũ formã, ſm q̃ eligẽdi potestas tribus dicitur commissa fuisse, siue cõcessa, & si. &c. Hæc lra é in antiqua dec. &c.

[Gl. sequens querit, & soluit.]

h Ostensum.] Qualiter cõpellunt canonici probare formam traditã illis electorib. & nõ archidiaconus? Hoc põt esse duabus de causis. Quarũ prima est p̃sumptio, q̃ multũ faciebat p eo, videlicet, quod iã erat electus & cõfirmatus. Secũda est: q a ad hoc se obligauit ille, sicut patet in fine decre. vbi dicit quod ad hãc pænã se obligauit.

i Cassetis.] Idest, nullam pronuncietis.

§ De concilio Lateranẽ. sub Innocentio iij. loquitur, in quo conuenerunt prælati tã Græci quam Latini, & ideo vocat magis celebre.

a Concord. l. senatores. ff. de senato. & l. maioré ff. de pact. & l. nec honor. C. de epi. & cle.

† Dictio, intendentes, deest in antiquis.

† Vide tex. in l. cum falso. C. de iur. & fac. igno. & in l. ob crimen. aliàs est, ob carmen ff. de ri. iti.

† Et de testiũ singularitate multiplici vide Cravettam tract. de antiq. tempo. part. 4. adde B. Thom. 2. 2. q. 70. ar. 2.

3 Concord. l. 1. §. hoc interdictũ. cũ glos. 1. & ibi Bartol. ff. de itine. ac. pri. & in l. errores, cum gl. interces. ff. ſe. C. de error. aduo.

[Gl.seq. ponit in prin. & si quæ pœna olim. & quæ hodie. In medio ad notabile inducit tria similia, & signat contrarium.]

a Obligauit.] Alioquin si se non obligasset, pœna esset in arbitrio iudicis, cum certa pœna hic statuta non sit ff.de iure del. l. 1. ff.de acc.sup his. & ℸ.de off. del.de causis. Sic habes hic ꝙ aliqs obligat se sub pœna beneficii sui. ℸ.de fals.ca. vlti. Itẽ obligat aliqs sub pœna ordinis uel anathematis. 1 q.7. quoties cordis. & de cõs. dist.2. ego Berengarius. Item & sub alia pœna pecuniaria. 23 dist.quamquã.& 25. q.2.quæcũq;& ℸ.de sub. dilecti. ar cõtra ꝙ sub pœna beneficij nõ possit aliquis obligari. C. quæ res pig.ob.pos. spem eorum præmiorum. Hodie vero certa pœna statuta ẽ cõtra illos q se opponũt cõtra electos, siue ĩpugnãt electionẽ.inf.eo.c.1. In concilio Lugd.Inno.iiii.(lib.6.)

[Gl.seq.quærit & soluit, solutioni obiicit, & respondet.]

b Iudicatum.] Sed nũquid obstabit aliis hæc sententia volẽtibus agere cõtra electũ? Sicut videm' circa crimina & populares actiones, infra de accusa de his.& 23.q.4.si illic.& ff.de procu.l. non cogendum.§. qui ita ff.de popu.actio.l. 3.neq enim de delicto unius hominis sæpe est quærendum, ff. nau. cau. stab.l.licet. Videtur tamen quod illis solum qui præsentes fuerint, debeat præiudicari.2.q.5.habet hoc, & cap. Mennam, inf.de accu. ueniens, sicut est in ciuilibus actionibus, inf.de fide instru.inter dilectos, ibi: res inter alios acta, &c. Ad hoc dicas, quod absolutio in popularibus actionibus præiudicat omnibus et absentibus, nisi in duobus casibus: Vnus est si quis suam iniuriam prosequitur & probet se ignorasse accusationem ab alio institutam.ff.de acc.si cui.§.1. Secundus cum uult docere de collusione prioris accusatoris.ff.de præuari.l.4.ff. de iniuriam.l.eum qui.§.in popularib.

[Gl.seq.notat quod interlocutoria, etc. et remittit.]

c Intra decendium.] Per hoc patet ꝙ interlocutoria sententia transit in rem iudicatã, sicut et diffinitiua, inf. de testi. significauerunt, non tamen quod ad hoc transit in rem etiam iudicatam, quin iudex etiam post decem dies possit reuocare. 1 inf.de appell.cum cessante.ff.de re iud.l. quod iussit. de hoc dicetur super illa constitutione, cum cessante, inf.de appella.

Cvm in iure peritus.] Hoc ca legitur uariis modis: sed inhærendo uerbis literæ summatur ut in rubro. Vel aliter ꝑm intellectum intrinsecum. Si electio fit ex forma compromissi, electus consentiendo electioni de se factæ à media parte eligentium, auget numerum, et electionem perficit. Et est casus singularis secundum istum intellectum. In prima ponitur decisum ex ordinata notans quærentem. In secunda consultatio ex cõpromisso super duplici electione facta. In tertia consultationis responsio, cum duplici determinatione. Secũdo ibi, Primus tuæ consultationis. Tertio ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Defuncto decano cuiusdam ecclesiæ capitulum eiusdem ecclesiæ compromisit in vij. canonicos eiusdem ecclesiæ sub hac forma, ut illũ quẽ ex se uel aliis d gremio ipsi' ecclesiæ oẽs ipsi septẽ uel maior pars eligerent, capitulum ipsum reciperet in decanũ: tandẽ vnus ex illis septẽ elect' fuit à tribus ipsorum, & alius qui nõ erat de numero illorũ septẽ, à tribus aliis electus fuit in decanum: cõsultus Papa quis eorum esset potior? Respõdet, ꝙ ille qui de numero septẽ à trib. illorum est electus ꝑm formã compromissi debet in decanũ assumi, dummodo electioni de se factæ uoluerit cõsentire, & aliquid canonicũ nõ obsistat. Ex hac decretali cõsueuit dici, quod ꝑsona electa auget numerũ eligẽtiũ. cõtrariũ tñ verũ est, ꝙ persona electi non computatur in numero eligẽtiũ, quod probat ff. eod Cumana ecclesia. Item forma mãdati est sequenda.

habentes, contradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam compescatis. præfatum B. præbenda Morieñ. ecclesiæ spoliantes, qui se ad hãc pœnam (si forsan in ꝓbatione deficeret) obligauit. [a] † Non obstante, quod super ætatis defectu obiectum est contra illum, cum idem canonicus huic obiectioni non multũ institerit, & super hoc à metropolitano fuerit iudicatum, [b] cuius sententia in rem transiit iudicatam, cum intra decendium [c] r.õ fuerit legitima prouocatione suspensa.

¶ Idẽ episcopo Baioceñ.

¶ Si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, & ille consentit, & est idoneus: confirmabitur electio.

CAP. XXXIII.

Cvm † in iure peritus existas: & infrà.

¶ Primus † tuæ consultationis articulus continebat, quod cuiusdam ecclesiæ decano defuncto, eiusdem loci capitulum sub hac forma in septem ex ipsis canonicis compromisit: vt illum, quem ex se, [d] † vel aliis de gremio ipsius ecclesiæ omnes pariter, vel maior eorum pars nominaret, idẽ capitulum reciperet in decanum. Vnde cum vnus ex illis septem à tribus ipsorum: & alius qui non erat de numero eorũdẽ, à trib. aliis in decanum fuerint nominati: requisisti vter eorũ assumi debeat in decanum.

¶ Super quo taliter respondemus, quod is qui de numero septem à tribus eorum dignoscitur nominatus iuxta compromissi tenorem, debet in

Obligatio potest fieri sub pœna beneficij.

† Ad idem est text. in l. stipulatio ista.§. alterius, cum no ff. de uer. oblig.

† Cap.11.e. tit.in 3. compilat.

b Al. prim' sequitur.

† Vide leg. plane. cũ gl. in uer.pôt.ff. ꝙ cuiusq.uai.

1 Nec quo ad hoc quin releuetur per appellationẽ interpositam à diffinitiua, si parat piudiciũ negotio pricipali, ut hic; alĩter non. inf.de appellat. ca. ult.li 6. Ioan. And in nouell.

[Gloss. sequen. ponit opin. dicentium, quod compromissarij, & cap. quam reprobat. Secunda pars recitetur per q.quid si unus solus esset compromissarius, & solum negatiue, ponit opinionem contrariam, quam improbat.]

d Ex se uel aliis.] Dicũt quidã quod licet hoc nõ fuisset expressum de iure, tñ unum de se eligere poterant: vt arg.8.q.1.in scripturis, uer. ecce mitte me, &c. ff. de tu.& cur.da.ab his, ubi abiit. sed non credo: qa à seipso videtur electus, & hic tenuit electio propter formam compromissi, ut dicit in fine iuxta compromissi tenorem, &c. sic inf.de for c.ult. ubi de hoc, & hoc ꝙ dico optime probat lex ff.de cõtrah.emp.& ven. l.licet. & l.si in emptione.in fi. Sed si uni tñ collata est potestas non posset se eligere, inf.de iu. pat.per nostras, inf.de institi ad nostram, & ff. de tut.& cura. da. l. prætore, & 24.q.1.didicimus: & quia nemo debet oriri à seipso. 8.q.1.in scripturis. Dicunt quidam quod si iurasset eligere meliorem, & ipse esset melior, tunc posset eligere se; sed tamen inconueniens esset & inhonestum, quod se eligeret, sic ambitiosus uideretur, & ideo repellendus per illud cap.in scripturis, potius debet renunciare tali potestati, & fatuus esset qui sic iuraret, si credit se meliorem ut se eligat. Vel dic quod tunc ipse intelligitur exceptus; quia in generali sermone persona loquens non comprehenditur. C.de solu. inquisitio.ff.de cond.& dẽ. l.qui hæredi.§ ult. 2

[Gl.seq.quærit & distin.soluit. demum dicit e. contra dictum]

An is cui ... ta est pot... eligendi ... set eligere ... ipsum.

2 De ho... cetur infr... petitio. d... tetur.

a Consen-

decanum assumi,† dummodè electioni de se factæ cōsentiat, [a] & aliqd canonicum non obsistat.

¶ Idem duci Carinthiæ †

¶ Electio Imperatoris spectat ad principes Germanos, tres prælatos, & quatuor laicos: & electio facta per eorū maiorem partem, cæteris nō consentientibus, tenet: Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare, si est dignus, vel reijcere si est indignus, vel quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, periurus, vel ecclesiæ persecutor. Et electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocū eligentium nec accedente maiori concordia, Papa potest gratificari cui vult. hoc dicit nec. isto text.

CAP. XXXIIII.

VEnerabilem: † & infra. ¶ Inter cætera verò quidam principes, hac præcipuè obiectione sunt vsi, dicentes, quòd

a Consentiat.] Quia si vult consentire, tunc persona sua computatur inter eligentes, argu. ff. quod cuiusque vniuersitatis, l. planè, argu. ff. de adop. l. si consul. & sic quatuor intelliguntur: & ita maior pars capituli. Quid si consensit in alium? Respondeo, si cōsensus talis facit cum alijs maiorem partem, in se non potest postea consentire, nec mutare consilium in alterius preiudiciū, ff. de reg. iur. l. nemo. Si verò consensit talem in quē minor pars cōsensit, tunc potest mutare, quia talis consensus illi nō prodest. Hodie non connumeratur persona electa inter eligentes, ī. eo l. Cumana. & c. quia pp. nec dicerem valere talem electionem si modo fieret: quia est electus à minori parte capituli.

† Hic text. dūt sing. Io. And. in regula, in voto de reg. iur. & Panor. hic, ad hoc q electus cōsentiendo electioni de se tanquā a media parte eligentium augeat numerū & electionē perficiat adde Paulum Castren. cons. 230. lib. 2.

† Zerangiæ Laringiæ.

VEnerabilē.] Electus in Imperatorem à maiori parte illorum ad quos spectat electio, si fuerit idoneus, per Papam confirmatur: vel potius approbabitur. Io. And. Diuiditur: nam in prima ponit reprehensionem legati. In secunda: ibi, Verùm, captando beneuolentiam principum, ipsorum ius & potestatem declarat. In tertia: ibi, Obiectioni. respondet ad id quod obijciebatur contra legatum. In quarta: ibi: Eos igitur. monet principes vt adhæreant Ottoni, & recedant à Philippo, & quòd hoc facere debeant, probat quatuor rationibus. In quinta: ibi, Nobilitatem. hoc specialiter mandat duci in suprascriptione nominato. Abb. Sic.

CASVS. Vt melius litera intelligatur, prænotandum est, q Federicus Imperator habuit duos filios, Henricum & Philippum. Mortuo Friderico successit ei Henricus eius filius in imperio. Hoc facto Henricus Imperator procurauit q principes Alemaniæ eligerēt in regē Imperatorē promouendū post mortem ipsius Henrici Fridericū filium istius Henrici Imperatoris. Et sic fuit electus Philippus frater Henrici, & alij principes iurauerunt dicto Friderico fidelitatē tanq̄ regi: qui Fridericus postmodū promotus in Imperatorem fuit depositus p Inno. iiij. in Concilio Lugduñ. postmodum verò mortuo Hērico Imperatore fratre Philippi ac patre dicti Friderici, principes in discordia elegerūt. Quidam elegerunt Ottonem, quidā verò dictum Philippū fratrem Henrici. Cùm ergo electiones istæ in discordia factæ fuissent, Papa misit quendam legatum in Alemania, vt alterā electionem prædictarū, q̄ canonicam inueniret cōfirmaret. Legatus verò diligēti examinatione præmissa in dictis electionibus, electionē Ottonis cōfirmauit, electione alterius reprobata, pp quod principes illi, qui Philippū elegerūt, cōquerebantur de facto legati, & miserūt nuncios suos cū literis suis ad Papā: & inter cętera principes hac obiectione vsi sūt, dicētes: Legatus iste aut electoris aut cognitoris gessit psonā, &c.

Hic tñ casus non hr̃ i vetustis castellanibus.

[Hunc casum prosequitur Bernardus in modum sequentem.] Si electoris, falcem misit in messem alienam: quod facere non debuit, si cognitoris, absente altera parte perperam processit, cum citata non fuerit, & ideò non debuit contumax reputari; scribit Papa super hoc negotio duci Carinthię, dicens quòd benè cōfitetur & recognoscit ius eligendi regem, in Imperatorem postea promouendum ad principes pertinere, & de iure & antiqua consuetudine: quia sedes Apostol. transtulit imperium Romanum nuper à Græcis, in persona magnifici Caroli ad Theutonicos, sed principes benè recognoscunt, quòd potestas examinandi personam electam spectat ad Papā qui eum inūgit, consecrat, & coronat: quia illud regulariter verum est, q ad eū pertinet examinatio personæ, ad quem manus impositio spectat: nunquid. n. si principes in discordia personā eligerent indignam, deberet Papa illum confirmare aut coronare? absit hoc omnino. His præmissis Papa respondet obiectioni principum, dicens q legatus approbando & reprobando, nec electoris gessit personā: quia nec aliquem fecit eligi, nec eligit, nec cognitoris: quia quantum ad eligētes neutrius electionem cōfirmauit, nec etiam infirmauit, sed exercuit denūciatoris officiū: qui personam Philippi reputauit indignam, personam verò Ottonis denunciauit idoneam ad imperiū obtinendū, non tā pp studia eligentiū, q̄ pp merita electorū, q̄uis maior pars illorū ad quos pertinet electio, cōsenserint in Ottonē: ex eo q electoris Philip. alijs absentibus & cōtēptis ipsum eligere præsumpserūt, patet eos pperā pcessisse. Verū quia in electionib⁹ plus nocet contemptus vnius q̄ multorū contradictio in præsent. His ergo præmissis reputauit Papa Ottonem idoneū & Philippū indignū ad imperium obtinendū, cum. n. vota principum in electione diuidunt, post admonitionem & expectationem pōt Papa alteri parti fauere, maximè postq̄ ab ipso inunctio & coronatio postulatur: & hoc pbatur iure & exemplo. Iure, hoc modo: Nunquid si principes admoniti & expectati non potuerunt, vel noluerunt eligere aliquem, sedes Apost. carebit defensore? q. d. non exemplo, hoc modo: Sciunt. n. principes, q cum Lotharius & Conradus in discordia fuissent electi, Papa Lothariū coronauit, & imperium obtinuit coronatus, dicto Corrado tūc ad eius gratiam redeunte. Postea monet principes vt à Philippo reprobato recedant & Ottoni adhæreant, nisi tunc demum qn̄ cōtra psonā vel factū ipsius aliquid obiectū fuerit, & pbatū. His dictis ostēdit multa p q̄ electio Philippi nō teneret, licèt Philippus esset ab oībus electus concorditer. hoc modo Impedimenta Philippi sunt notoria, excōicatio publica, periuriū manifestū, & psecutio diuulgata, q̄ ipse & eius antecessores in Romanā ecclesiā & alias ecclesias exercuerunt. Nam ipse à pdecessore nostro excōicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognouit dum per eius nuncium absolutionis beneficium postulauit. Vnde patet q fuit excōicatus electus. Ipse verò contra proprium iuramentum regnum sibi vsurpare præsumpsit, cum super illo iuramento sedem Apost. primò cōsulere debuisset, nec prodest ad suā excusationē, si dicat q iurm illud fuisset illicitum: quia nihilominus sedem Apost. prius super eo requirere debuit, anteq̄ contra ipsum propria temeritate veniret, & hoc pbat exemplo Gabaonitarū, qui cū à filijs Israel p fraudem surripuerunt iuramentum, ipsi tñ filij Israel cognita fraude cōtra illud venire noluerunt, nisi prius cōsulerent Dñm, verum dictū iurm̃ sit licitum aut illicitum: & verum seruandū sit, an nō seruandū, nullus sanæ mētis ignorat ad iudiciū Papæ pertinere. Pręterea si Philippus imperiū obtineret, potestas princípū deperiret in electione, & imperiū obtinedi de

† Cap. 19. e. tit. in 3. cōp.

Apostolicę sedis legatus, aut electoris, gessit, aut cognitoris [a] personam. Si electoris, in messem [b] alienam miserat falcem suam, & electioni se ingerens, principum derogauerat dignitati. Si cognitoris, absente altera [c] partium videtur perperam processisse, cum citata non fuerit, & ideò non debuit contumax iudicari: † & infra.

¶ Verùm illis principibus ius & potestatem eligendi regem, in imperatorem postmodum promouendum, recognoscimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere: præsertim cum ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanum imperiū in personam magnifici Caroli [d] à Græcis transtulit [e] in Germanos. [f] Sed & principes recognoscere debent, & vtique recognoscunt, sicut ijdem in nostra recognouere præsentia, quòd ius & auctoritas examinandi personam electam in regem, & promouendam ad imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, cōsecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio [g] personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum [h] quemcunque, vel excommunicatum in regem, tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, consecrare ac coronare hominem huiusmodi debemus? absit omnino.

¶ Obiectioni ergo principum respondentes asserimus, quòd legatus noster approbando regem, & reprobando ducem, nec electoris gessit personam, vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: nec cognitoris, cum neutrius electionem quo ad factum eligentium [i] confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem denunciatoris officium: quia personam ducis eiusdem indignam, & personam regis denunciauit idoneā quo ad imperium obtinendum: non tam propter studia eligentium, quàm propter merita electorum: quāuis [k] plures ex illis, qui eligendi re-

cetero ceteris fiducia tolleretur: si enim Philippus succederet Henrico fratri suo, sicut Henricus successit Friderico patri suo, videret imperium non p electionē, sed potius p successionē pcedere, & in preiudiciu principum redundaret si nō nisi in domo Philippi ducis Sueuię videretur aliquis assumendus. Vltimò monet Papa istū ducem, vt omnino à Philippo recedat, nō obstante iuramento si quod ei fecit ratione regni: quia eo reprobato huiusmodi iuramentum obseruari non debet. Not. q hic multa notabilia eliciuntur primū est, q ius eligēdi regem, in imperatorē promouendū de iure cōi pertinet ad principes. Itē ad eū pertinet examinatio ad quem pertinet cōfirmatio. Itē ad officiū illius qui confirmat electū, etiā si nihil ei obijciatur, ptinet inqrere an sit idoneus. Item qñque reprobatur electio poti' pp personam electi indignam, quàm pp eligētes. Itē in electionibus plus nocet cōtemptus vnius, quā si multi præsentes cōdicant. Item index pōt alteri parti fauere. Item publicè excōicatus repellitur ab electione. Itē periuriū manifestū repellit aliquē à dignitate. Itē psecutores ecclesiarū ab ecclesiastico honore debent repelli, vt puniant in quo peccauerūt. Itē cum dubitatur an iuramentū sit licitum vel illicitum, recurrendum est ad sedē Apostolicā. Item in honoribus non debet semper successio attēdi. Itē in fine no. q sublato principali, accessoriū nō tenet.

† Vide l. properandum, §. sin autem. C. de iud. & ibi Pet. & Cyn. in l. consentaneum. per Bar. C. quomodo & qñ iud.

a Cognitoris.] in reprobando Philippum, & approbando Ottonem.

b Messem.] 6. quæst. 3. cap. 1. & inf. de parochi. cap. nullus. Ber.

c Absente altera.] Quod non debuit fieri. 7. de testibus, in nomine Domini. & 3. q. 9. quasi per totum.

d Caroli.] Cui etiā ius patriciatus siue dignitas collata est. 63. dist. Hadrianus.

[Gl. sequens ponit historiam.]

e Transtulit.] Legitur in Chronicis, quòd cum ecclesia Romana opprimeretur ab Astulpho rege Lombardorum, petijt auxilium à Constantino & à Leone filio eius imperatoribus Constantinopolitanis: & cum noluerunt patrocinari ecclesiæ Romanæ, Stephanus Papa secundus natione Romanus, transtulit imperium ad Carolum magnum, qui fuit filius Pipini, quem Zacharias prædecessor eius substituerat Ludouico regi Francorum, quem deposuerat, de quo legitur 15. q. 6. alius. Et translatio illa facta est de anno Domini septingentesimo septuagesimo sexto. qui Carolus coronatus est a Leone Papa iiij. elapsis post hoc quindecim annis.

Imperium, qñ fuerit trāslatum.

[Gl. seq. recitatur per obiectionem.]

f In Germanos.] sic ergo regnū mundi translatum est ad Theutonicos, nam ipsi habent regnum Romanæ ecclesiæ. de consecr. dist. 5. in die. Et sic patet q imperium non est apud Græcos; licèt largo nomine appelletur imperator. infra de maio. & obed. solitę. sicut & rex Schacorum dicitur rex, quoniam extra ecclesiā non est imperium. 24. quæst. 1. c. schisma. §. sed nec illud. est autem imperator ille super omnes reges. 7. quęst. 1. in apibus. & omnes nationes sunt sub eo. 11. q. 1. §. sed si quis. in versic. volumus. r Ipse enim est princeps mundi & dominus, ff. ad legem Rhodiam de iac. deprecatio. Et & Iudæi sub eo sunt, C. de Iudæ. l. Iudæi. & omnes prouincię. 63. distinct. Hadrianus. & omnia sunt in potestate imperatoris, 8. distinct. quo iure. & 23. quęst. 8. conuenior. C. de quadrien. præscrib. benè a Zenone.

Imperium ad quos est translatum.

r Adde opi. gl. cum text. in l. qui leuā de. ff. ad legē Rho. de iac.

g Examinatio.] 77. dist. qui est.

[Glos. sequen. recitetur per obiectionem.]

h Sacrilegū.] hoc quòd sacrilegium impedit promouendū. nam & familia sacrilegi repellitur à sacramentis ecclesiæ. 17. quæstio. 4. miror. & ab alijs legitimis actibus. 3. quæstio. 4. nulli.

ADDITIO. Et sacrilegium inter magna crimina cōnumeratur. 16. q. 3. quod autem.

i Eligentium.] Quia de meritis siue studijs eligentium non cognouit, sed de qualitate electorum pronunciauit.

k Quamuis.] Idest, quia, vel propter tenetur, & quod dicit supra, non tam propter studia eligentium, &c. idest, non propter studium eligentium, sed propter merita electorum, personam ducis denunciauit indignam, & personam regis idoneam, sic supra de postu. c. 1. vide.

c.1.versic.fin. vnde bene sequitur, quamuis plures, &c. & sic non gessit cognitoris personam: quia retulit se tãtum ad merita electorum, non ad studia eligentium, quamuis potuerit se referre, vt infra sequitur, vel possunt verba teneri propriè: & quãuis, ponitur pro quia, vt prædixi, sed superior litera, scilicet, cũ neutrius electio, &c. videtur cõtraria.

blica, ad hoc vt aliquis repellatur à prosecutione iuris sui. 1 inf. de except. exceptionem, & c. pia. (lib. 6.) cũ suis concord. vndè quicquid interim facit quousque ad ipsum perueniat excommunicatio tenet, & valet, infra de cleri. excom. mini. Apostolicæ, & inf. de re iudic. ad probandum.

gem in Imperatorem promouendum de iure ac † de consuetudine obtinẽt potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum regem: & ex eo quòd fautores ducis absentibus alijs & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperam processisse: cum electioni plus contemptus vnius, quàm contradictio [a] multorum obsistat: & infra.

¶ Nos † vtique non ducem, sed reliquum reputamus & nominamus regem iustitia exigente: & infra.

¶ Quòd autem cum in electione vota principũ diuiduntur, post admonitionem & expectationẽ alteri partium fauere [b] possimus, maximè postquam à nobis vnctio, cõsecratio, & coronatio postulantur, iure patet, pariter & exemplo. Nunquid enim si principes admoniti & expectati, vel non potuerunt vel noluerunt in vnum propositum † conuenire, sedes Apostolica aduocato & defensore carebit: [c] eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt autem principes, quòd cum Lotharius [d] & Cõradus in discordia fuissent electi: Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & imperium obtinuit coronatus: eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte.

¶ Eos igitur duximus commonendos, [e] vt à præfato duce, iusto quidem à nobis iudicio reprobato, recedant: & præfato regi non abnuant adhærere, nisi † tunc demum contra personam vel factum, legitimum quid ab eis obiectum fuerit & ostensum: & infra.

¶ Sunt enim notoria impedimenta ducis scilicet excommunicatio publica; [f] periurium [g] manifestum, & persecutio diuulgata, quàm progenitores [h] eius & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem † & aliàs ecclesias exercere; fuit quoque à præd nostro excommunicationis vinculo innodatus; [i] qđ postmodum recognouit, dum per nuncium suum absolutionis beneficium postulauit. [k] vndè patet, quòd fuit excommunicatus electus: [l] & infra.

¶ Idem etiam contra proprium iuramentũ, [m] super quo nec consilium à sede Apostolica requisiuit, ambitionis vitio regnum sibi vsurpare præsumpsit, cum super illo iuramento prius Romana ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitum, [n]

a Contradictio.] j. eod. bonæ.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

b Fauere.] Si fauet, ergo non debet esse iudex. 11. quæstio 3. quatuor. & c. sequen. Sed dic quòd in dubio potest fauere cui vult. ff. de leg. 2. si quis seruum, §. si inter duos. ff. de bon. aucto. iud. pos. in venditione, §. vlt. ff. ad Syl. si quis in graui. §. si cum omnes. Vel potest cogere partes ad concordiam. Instit. de satis. to. si autem. & j. de offi. deleg. c. inspicionis, §. ab ipso. & supra eod. cum inter R. tunc demum debet fauere, cum merita electorum & eligentium paria sunt. arg. inf. de iure patro na. quoniam in quibusdam, & 68. dist. si fortè. vel cum potestas eligendi deuoluta est ad ipsum. j. eod. bonæ. circa finem.

c Carebit.] Aduocatus ecclesiæ nõ potest esse patronus ecclesiæ, sed comparatur tutori, qui datur pupillo vt eum defendat à vexationibus aliorũ, & appellatur honorarius, vel notitiæ gratia datus, vt alios contutores informat. ff. de sol. qđ si forte. §. sunt quidam. nec computatur talis tutela in numero trium tutelarum, sed ex causa honoris tantum. ff. de rit. nuptia. si quis tutor. §. quid ergo.

[Gl. seq. arguit, al legat l. & duo iura in contrarium.

d Lotharius.] Hoc est exemplum de quo præmisit, scilicet iure patet pariter & exemplo, & ita ab exemplo principum est argumentandum. Instit. de iure natu. §. sed & quod principi. argu. contra. C. de sent. & interlo. om. iud. nemo. & sup. eo. cum in cunctis.

e Commonendos.] scilicet per nuncios suos.

f Publica.] not. quòd excommunicatio debet esse pu-

g Periurium.] qđ quæ periuriũ nõ repellit. inf. de iureiur. sicut nostris. Sed intellige ibi periuriũ, idest, temerariũ iuramentum. Periuri enim non solum nõ debẽt promoueri ad honores, imò si promoti sunt, debent repelli, infra de iureiu. querelam. 2 infames enim sunt, vt ibi not. j. de fideiuss. peruenit. in fine.

h Progenitores.] in filijs enim paterni criminis exempla metuuntur. 6. q. 1. c. quæro. §. verùm. & in l. illa. §. quis cum militibus. Vnde illud: Sæpè solet similis filius esse patri.

i Innodatus.] propter inuasionem & deuastationem patrimonij B. Petri dũ in Tuscia moraretur.

k Postulauit.] nõ. hic eo ipso q quis petit absolui, per cõsequens se confitetur excommunicatum.

ADDITIO. Nisi ad cautelam fiat quia bonarum mentium, &c. 4. dist. ad eius verò concubitum.

l Electus.] vndè ipso iure nulla fuit electio. j. de appell. cõstitutis, & sup. eo. cum inter R. & sup. de consuet. cum dilectus.

m Iuramentum.] qđ fecerat Friderico 3. regi Siciliæ nepoti suo tanq̃ Imperatori futuro dũ adhuc Hẽricus Imperator frater eius dicti pueri pater, viueret.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

n Illicitum.] quoniam fuit de successione viuentis, C. de pact. s. l. pactum. tamen hic voluntas accessit viuẽtis. vndè videtur tenere, C. eod. l. vlt. sed illa loquitur in hæreditaria successione, quæ in imperio locum habere non potest, nec etiam in beneficijs ecclesiasticis locum habet. inf. de conces. præb. nulla. inf. de decl. ad hoc. & inf. de iure patr. consuluit. Bernar.

[Gl. seq. recitetur per obiectio. §. vlt. &c.]

† In codice Barbatiæ ita: ac cõsuetudine antiqua obtinẽt &c.

† In codice Barbatiæ, ita: Nos itaque nõ Philippum Ducem, sed ipsum O. reputamus, &c.

† in aliquot vetustis legitur oppositũ. al. ita: vel nõ potuerit, vel noluerũt cõuenire, sed qualitercunque legas, Idem manet sensus.

1 Facit text. cum no. in l. placet. C. de sacros. eccle. & in l. exceptiones 1. cũ gl. fin. ff. de excep.

† In quibusdã vetustis, ita: nisi tunc demũ, cum cõtra personam, &c.

2 Concord. tex. in l. quoties. in versi. priuatos, C. de dig. li. 12. & l. testiũ, §. lege Iulia. & gl. impuberes, ff. de testibus.

† al. deest vos, sedem.

3 Iste fuit ille qui postea depositus fuit per Inno. inf. de re iudic. ad Apostolicæ. lib. 6. Ioan. Ant. in no.

a Veni-

Illicitū infringi potest sine superioris auctoritate.

1 Concor. tex. in l. illicitas. §. 1. ff. de offi. præs.

Iosue. 9.

2 Valet legatum colūnæ ex ædificio, ex quo illud dirui necesse est. Io. An.

a Venire.] tali modo sicut fecit, scilicet vsurpando regnum, nam aliàs cum fuerit illicitum propria auctoritate potuit venire contra non obediendo illi tanquam Regi, aut Imperatori. 22. q. 4. si quis præuenit, §. ecce. Ber. 1 Nec expectari debuit superioris auctoritas, ff. de cond. instit. q sub condône. §. vlt. quia quod necessario destruendū est, non est necessaria superioris auctoritas in destructione illius, ff. de lega. 3. si leicōmissa 4. si q̄s illicitè. 2 Sed si esset dubiū an valeret, tūc adiri debet superior: aliàs autē semper seruandū est iurm dummodo sine interitu salutis æternæ seruari possit, inf. de iureiur. si verò. si spontè sit præstitum, & sine dolo, inf. de iureiuran. cū contingat. Ber.

b Gabaonitæ.] hāc historiā habes 22. q. 4. c. inter cętera, §. sed eū his, & cimnoc.

c Ex successione.] tres successiones continuæ vīr ius successionis inducere, imò duæ, quia binus actus inducit consuetudinem. arg. 25. q. 2. ita nos, & C. de epali audien. nemo.

d De domo.] imò de alia tribu eligi debet, 8. q. 1. Moyses.

[Gl. seq. tex. fortificat, secūdo arguit, alleg. 4. iura.]

e Obseruari.] etiā si ei iam coronato iurasset post reprobationem legitimā ei non teneretur in aliquo ratione iuramēti. 15. q. 6. alius. & ī. de transla. quanto. circa fi. Item arg. q̄ destructo principali, & accessorium, ī. eod. qualiter. C. de vsur. l. eos, & C. depo si. si deposita pecunia. & ff. de rei vend. l. & ex diuerso. & de no. oper. nunciat. l. secunda.

cum nihilominus super eo nos prius cōsulere debuisset, quàm contra ipsum propria temeritate venire: [a] illo præsertim exemplo, quòd cum Gabaonitæ [b] à filijs Israel per fraudem surripuerint iuramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Vtrum verò dictum iuramentum sit licitū vel illicitum, & ideò seruandum, an non seruandum extiterit, nemo sanæ mentis ignorat, ad nostrum iudicium pertinere: & infra.

¶ Insuper si prædictus dux imperium obtineret, libertas principum in electione periret, & imperium obtinendi de cętero cęteris fiducia tolleretur: nam si prout olim frater dicti ducis patri eorum, sic dux ipsi fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione [c] deberi: & in præiudicium principium redundaret, si non nisi de domo [d] ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus: & infra.

¶ Nobilitatem ergo tuā monentes per Apostolica scripta mādamus, quatenus à præfato duce recedas omnino, non obstā te iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium reprobato) iuramentū huiusmodi non debeat obseruari. [e]

¶ Idem.

¶ Absentes ad electionem de prouincia sunt vocandi, & confirmatur electio maioris & sanioris partis.

CAP. XXXV.

Coram † dilecto filio tituli sanctæ Pudentianæ † presbytero Cardinali: & infra.

¶ Si verò vtriusque partis fuerit cassata electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint in prouincia [f] conuocatis) quod maiori & saniori parti eorum super prædictis videritis cō placere, per censuram ecclesiasticam faciatis firmiter obseruari.

¶ Idem Parmen episcopo, & eis coniudicibus.

¶ Cassatur electio partis maioris facta, contempta minori parte etiam si est vnus solus, non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem. h. d. secundum intellectū communem.

CAP. XXXVI.

ij Bonæ † memoriæ S. Cremonen. epi-

parti illorum placuerit, faciant per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Not. quòd vbi electio debet celebrari, ibi omnes canonici de ecclesia, qui sunt in prouincia, sunt vocandi. Item qui sunt in prouincia dicuntur præsentes. Item inuiolabiliter obseruari debet q̄d fit à maiori, & sanior: parte.

[Gl. seq. nos illos & solos vocandos, &c. remittit & determinat.]

f In p̄uincia.] hic vr̄ expressum, quòd omnes illi & soli q̄ sunt in prouincia, vocandi sunt ad electionem, & per hoc vr̄ sic intelligendū, si sunt in prouincia. inf. eod. quia p̄pter. De hac materia not. 7. q. 1. factum est: & quod dicit in prouincia, sic est intelligendū, si sunt in prouincia ita propinqui q̄ eo modo sint vocandi: quia si prouincia esset multum lata & longa, non debent vocari: quia periculum est in mora, supra eod. cum inter vniuersas, & eodem modo si esset extra prouinciam, & propinquus, nunc vocandus esset, inf. eodem cap. proxi. vbi fuit vocatus qui extra prouinciā erat. Rhegium enim & Cremona diuersarū sunt prouinciarum. Et ita nec dico vocandos omnes de p̄uincia, nisi qui commodè possunt vocari nisi cōsuetudo sit q̄ oēs vocantur. ī. eo. in Genesi. nec dico tantùm de prouincia sunt vocandi per capitulum sequens: In talibus enim vocationib. potius statur consuetudini, vt absentes vocent iuxtà consuetudinem vniuscuiusq; ecclesiæ: & hæc consuetudo erat q̄ oēs de p̄uincia vocarent̄, vt est ī. eo. i Gen. Ber.

Absentes à quā remoto loco sūt vocādi ad electionem.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cōp.

† Hic perperam in ob. legitur Prudētianæ, cū nullus vnq̄ fuerit talis titulus.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cōp.

ADDITIO. Et licèt quidam (vt Pet. de Sam. qui hoc no. inf. eo. Cumana. & Ægi.) dixerint nō valere consuetudinem q̄ absentes non vocentur, licèt valeat de quā remoto loco vocentur tu dic contra, vt dixi inf. de præben. cum in ecclesijs. lib. 6. in gl pen. Ioan. And.

Coram.] In prima ponitur decisæ narratio. In secūda prouisio: ibi, Si verò. Et pone casum quòd celebratis duabus electionibus in discordiam, Papam commisit illas decidendas prout de iure fuerit, & sic cōtingeret vtrunque cassari, Papa mandauit electionem celebrari de nouo prout habetur in litera. ABB. Sicul.

CVmana ecclesia pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrãdum electionem præfixa; qui præsentes [a] erant de Cumanis canonicis, ac tribus abbatibus, [b] qui vocem in electione habere noscũtur, capellani & clerici ciuitatis electioni se debere interesse dicentes, sub huiusmodi protestatione [c] admissi fuerunt, quod vox eorum qui non deberent interesse de iure vel consuetudine [d] non valeret. tandem præmisso iuxtà formã concilij † generalis scrutinio: septẽ de canonicis, vnus abbatũ, vndecim capellani, & nouẽ clerici in eiusdem ecclesiæ archipresbyterum cõuenerunt: nouem canonicis, vno de abbatibus, vno capellano, & vndecim clericis in ipsius ecclesię archidiaconum dirigentibus vota sua: & infra. ¶ Cum decem & octo fuerint canonici, tres abbates, viginti clerici, & quatuordecim capellani: neutram electionem comperimus ad maiorem [e] partẽ totius capituli

† Lateranensis sub Inno. iij. cap. 24.

CASVS. Vacante ecclesia Cumana statuta die ad celebrandum electionem, canonici & tres abbates, qui vocem in electione habere dicuntur, cœperunt de electione tractare: capellani & clerici ciuitatis eiusdem, dicebant se debere electioni interesse, & quod sine ipsis electio fieri non debet. tãdem ne propter huiusmodi contradictionem differretur electio, capellani & clerici admissi fuerunt sub huiusmodi protestatione, ita quod vox eorum, qui non deberẽt interesse de iure vel de consuetudine, non valeret, & sic præmisso scrutinio, septem canonici, & vnus abbas xj. capellani, & ix. clerici in archipresbyterum eiusdem ecclesiæ conuenerunt. ix. canonici, vnus abbas, vnus capellanus, & nouẽ clerici in archidiaconum eiusdem ecclesiæ consenserunt: & publicato scrutinio, a parte sua extitit electus vterque. electiones istæ ad se. Apo. sunt delatæ. dominus Papa meritis auditis vtriusque electionis, & auditis alijs, quæ partes proponere curauerunt, inuenit quod xviij. sunt canonici, & xiiij. capellani, xx. clerici, & tres abbates, sed neutra electio peruenit ad maiorem partem totius capituli, quia nõ fuit probatũ quod clerici admitti debuerint, nec quod capellani admissi fuissent de iure vel consuetudine; quia & si capellani interfuissent vtrique electioni episcoporum, & scrutatores dederint voluntatẽ, non tñ vota illorum inquisita fuerunt, nec aliquos elegerunt. Sed dato quod vota illorum inquisita fuissent: vel aliquos elegissent, quod hoc tamen non fuit probatum, quod illud eis competeret de iure vel consuetudine præscripta: & ideo dominus Papa electiones prædictas factas etiam contra formam concilij generalis, quia collatio in communi fuit omissa, quæ statim post publicationem scrutinij fieri debuisset, cassauit, & electores hac vice potestate eligendi priuauit. Not. quod in electionibus faciendis valet protestatio, licet contra protestationem fieri videatur. Itẽ nõ valet electio nisi sit facta à maiori parte totius capituli. Item hic probatur, quod persona electi non computatur in numero eligentium, nec auget numerũ: quia si archid. fuisset computatus, obtinuisset, si forma seruata fuisset: & litera hoc probat vbi dicit neutram electionẽ inuenimus ad maiorẽ partem capituli peruenisse. Itẽ consuetudo in hoc nõ prodest, nisi sit scripta. Item qui peccant in forma concilij, per sententiã priuandi sunt potestate eligẽdi. hic fuit omissa collatio, & sic fuit peccatum in forma.

[Gloss. seq. arg. & remittit.]

a Præsentes.] per hoc vr̃ quod absentes non debeãt vocari ad electionẽ arg. 7. q. 1. factũ. & 10. q. 2. hoc ius porrectũ. sup hac vocatiõe stat consuetudini, vt dixi s. eo. corã.

b Abbatibus.] de quibus constat per speciale priuilegium vel per consuetudinem. infra de consue. cum dilectus. & s. quòd sicut. sed clericis & capellanis in dubium reuocabatur, & ideo sub protestatione admissi interesse, & sic qui de capitulo non sunt, & dicunt se interesse dẽre in electione, debent dicere quo iure hoc dicant. s. eod. constitutus. hic allegabatur consuetudo.

Qui non sunt de capitulo qualiter ad electionem admitti possint

[Gloss. seq. arguit, pro contestatione alleg. 10. iura in contrarium alle. 4 & sol.]

c Protestatione.] qui consenserunt clerici, & capellani. aliàs non præiudicaret eis protestatio. sic ergo protestatio valet, sic j. quod me. causa. perlatum, & 31. q. 2. Lotharius. & ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. si debitor, §. 1. & 7. q. 1. Pontifices. & 34. dist. presbyteri. 28. dist. diaconi. & j. de offi. ordi. pastoralis. & j. de app. cap. vltim. & 16. q. 3. placuit. §. pōt. ver. is aũt. & ff. de neg. gest. Nessennius. In contrariũ vr̃ quod protestatio ista non debeat prodesse j. de const. cũ M. Ferrarien. & j. de appellatio. solicitudinẽ. & j. de censi. olim causam. & ff. de condi. inde. quod quis sciens. Sed valuit hic protestatio, vt patet in fi. aliàs si protestatio nõ præcessisset, bñ habuissent vocẽ in electione cum essent in quasi possessione. j. de cau. pos. cum eccl'a. & c. cum olim. & j. de iure pat. consultationibus. & s. eo. querelam. & etiam si non essent in quasi possessione valuisset eorũ vox, ex quo spõtẽ admiserunt illos. s. e. scriptũ. Et id. o quia hic negabatur ab initio illos debere interesse, nec admittebant illos sine protestatione. 1 & totum ius eorum in iudiciũ deductũ fuit, vox illorũ nõ valuit nec profuit quod interfuerunt duabus electionibus: quia præscriptionẽ legitimã nõ probauerũt. Et est simile j. de cau. pos. cum ecclesia. vbi totũ ius capellanorũ deductum fuit in iudiciũ, culpa tñ illorum, & post factã electionẽ, sed isti inuiti hoc fecerunt, compulsi ab aduersarijs qui negabant illos ius habere: & est multũ notabile hoc.

1 Hæc glo. dicit hic abbas esse sing. ad hoc, quod vbicumque protestatio venit ad detrahendum iuri aduersarij: non nocet aduersario, nisi expresse protestationi consentiat.

d Consuetudine.] clerici & capellani & etiam abbates de iure communi in electione esse non debent, cũ ad capitulũ tantũ spectet electio 16. q. vlt. congregatio. & 18. q. 2. abbatẽ. & s. e. c. 1. & j. de iure pa. à nobis sed de consuetudine possunt. j. de cau. po. cum ecclesia.

[Glo. seq. computando probat quòd vox electi non auget numerum.]

e Ad maiorem partẽ.] sic s. eo. ecclesia vestra. & j. eo. in Genesi. quia cũ clerici & capellani nihil probauerint, vox eorũ nulla fuit: & sic remãserunt septem canonici ex vna parte, & vnus abbas, & ita octo: ex alia parte nouẽ canonici, & vnus abbas, & ita decem: quia totũ capitulũ cum abbatib. qui ius hẽbãt, viginti vnus erãt, quia canonici erant 18. & sic nulla electio peruenit ad maiorẽ partem illorũ, qui vocẽ habebãt, & sic cassatur vtraq; electio. Vel si vis intelligere maiorem partẽ respectu capituli tñ, adhuc idem est. Sic patet, quod consensus electi non cõputatur inter eligentes: quia si sic computaretur, vna pars fuisset maior et quo ad totum capitulum, s. pars archidiaconi, quæ habuit nouẽ, & ipse fuit decimus: & sic erat maior pars capituli: & tñ non valuit electio sua. Quòd persona electi nõ auget numerũ eligentiũ, euidenter probatur per constitutionẽ illã s. eo. quia propter. quia ante quã quis eligatur, oportet quod in scrutinio maior pars capituli consentiat in aliquem, vt ibi dicitur. & s. eod. ecclesia vestra. et hoc. & j. eod. in Genesi. & ita cum nondum sit electus, nec etiam sciat in quem consen-

Electi vox non auget numerum.

pituli perueniffe: nec ꝓbatum fuerat quòd clerici admitti debuerint, nec quòd capellani admiffi fuerint de confuetudine, vel de iure; nam & fi capellani duabus † electionibus epifcoporũ interfuerint, & fcrutatores dederint voluntatũ, non [a] tamen inquifita vota fua fuiffe, vel eos aliquos elegiffe probatur; fed † & fi inquifita fuiffent vota, vel ipfi aliquos elegifsẽt, per hoc tamen non conftitit id eis de iure [b] competere, vel ex confuetudine iam [c] præfcripta. Vnde nos electiones ipfas præfumptas etiam cõtra [d] formam concilij generalis, cum collatio in communi omiffa fuerit, quæ poft publicationem fcrutinij fieri debuiffet, de fratrum noftrorum cõfilio fententialiter duximus † irritandas, electores hac vice eligendi poteftate priuantes. [e]

¶ Idem abbati Cluniaceñ.

¶ Per compofitionem factam cum prælato & capitulo non poteft ius eligendi competere laico, etiam patrono in ecclefia collegiata.

CAP. LI.

SAcrofancta Romana † ecclefia: & infra. Sanè † propofuifti in noftra præfentia, quod fuper ordinatione Prioris monafterij fancti Pancratij ad Cluniaceñ. ecclefiam pertinentis cum comite de Varenna † patrono ipfius, quidam prædeceffor tuus de confenfu capituli fui, cõpofitionem quandam iniuit iuri [f] cõ-

ferit maior pars, non põt augere numerũ. Sic ergo patet ex illa conftitutione, quia pp. & c. ecclefias. ꝙ ꝑfona electi non debet computari inter eligẽtes: & qđ dicit ŝ. eod. cum in iure. obtinet ex forma compromiffi, vt ibi dixit; & hoc dr̃ in litera. nec hoc credo, ꝙ talis electio valeret hodie & ifta eft de forma electionis, quod maior & fanior pars totius capituli ꝯfentiat in aliquem in ipfo fcrutinio.

a Non tamen inquifita.] & ita non fufficit dare inquifitores nifi vota eorũ inquirantur. fed alterũ per fe fufficeret, fcilicet inqſitio votorũ. ŝ. eod. quia pp. opus eft hic facto, & ideo non fufficit alterum. ĩ. de eo qui mit. in poffef. conftitutis.

b De iure competere.] quod dicit de iure vel ex ꝯfuetudine, vel ponitur ꝓ ideft, quia de confuetudine præfcripta debẽt intereffe, fed non de iure cõi. Vel propriè poteft iftud teneri, vel, ideft, ex priuilegio fibi cõceffo à Papa. fimile. ĩ. de his quæ fi. à præla. ca nofcitur.

c Iam ꝑfcripta.] fic patet ꝙ fola poffeffio non dat nec creat ius nifi fit præfcripta. ĩ. de cã pof. cum ecclefia. & fic confuetudo non valet nifi fit præfcripta & rationabilis. ŝ. de confue. cũ dilectus. & c. vlt. Sic & poffeffio fola non facit aliquẽ decurionem. ff. de decur. Herennius. & fic poffeffio nõ facit aliquem clericum fine canonica inftitutione. ĩ. de præbẽ. dilecto. & ĩ. de infti. ex frequentibus. arg. C. de lib. cau. non idcirco. ff. de decur. Herennius.

d Contra formam.] & fic patet ꝙ forma, quæ tradit ŝ. eo. qa pp. fit de fubftãtia electionis quo ad quędam, quæ ibi ponuntur, vt ibi diximus, & eft verum fecundũ ꝙ hic dicit. Ex quo enim forma ifta attentatur, diligẽter fecunda eft, ita ꝙ qui ꝯ faciat, punitur, vt hic dicit. Inqſitio, publicatio, & collatio funt de fubftãtia: vt fi omittantur, caffatur electio, & incontinenti debet fieri electio. aliàs fi protrahatur, non valet. ŝ. eod. cum poft petitam, & fic electiones caffatæ fuerunt duplici de caufa, quia neutra facta fuit à maiori parte capituli, & quia forma feruata non fuit.

[Gl. feq. fignat contrarium, ponit opinionem, quam reprobat, demum foluit.]

e Priuantes.] & ita qui facit ꝯ formã illam. ŝ. eo. qa pp priuari dẽt per ſniam, & non ipfo iure, vt dicit illa conftitutio. ver. verò, &c. Vnde fignatur contra ŝ. eo. cũ in cũctis. & c. innotuit. vel qui cõtra iftã formã, &c. vbi funt ipfo iure priuati. Vnde qdam dñt quòd illa cõftitutio, qa pp corrigit illũ canonẽ, cũ in cunctis. in hoc quòd illi hodie non funt priuati ipfo iure, fed priuandi ꝑ ſniam, ꝓut hic factũ fuit. & dr̃ in illa conftitutione quia pp. Iftud nõ credo, imò vtraq; conftitutio locum fuũ obtinet, & in fuo cafu loquitur. Illa decre. cum in cũctis, loquit cũ quidã ex certa fcĩẽtia elegerũt idignã perfonam, unde ipfo iure funt priuati poteftate eligẽdi. ŝ. eo. fcriptũ eft. in fi. & beneficijs ecclefiafticis ꝑ trienniũ. vnde dico ꝙ fi forma iftius conftitutionis, qa pp per omnia feruaretur: & venirent contra illam conftitutionem, cum in cunctis. nihilominus effent priuati fecundùm tenorem illius canonis. ĩ. eo. congregato. Aliud eft peccare contra formam illius capituli, cum in cũctis. & aliud contra illam conftitutionem, quia propter. quia plus peccant eligendo indignas perfonas, quàm faciendo cõtra formam iftius conftitutionis, quia propter. Ibi enim non peccant in perfonam aliquam, & ideo maior pœna in vno quàm in alio; & ipfo iure in vno, & per fententiam in alio, & fic vtraq; conftitutio remanet in fuo ftatu: quia diuerfæ formæ funt.

SAcro fancta.] Primò narrat initiftam compofitionẽ, quam fecundò reuocat ibi, Attendẽtes. Abb. Sculus.

CASVS: Quidam comes de Varenna patronus monafterij fancti Pãcratij pertinentis ad monafterium Cluniaceñ. contendebat cum abbate Cluniaceñ. fuper ordinatione Prioris ipfius monafterij fancti Pancratij: tandem dictus comes cum abbate Cluniaceñ. de confenfu capituli fui facit quandam compofitionem, vt videlicet effet in arbitrio ipfius comitis recipere ad prioratum dicti monafterij vnum de duobus melioribus totius ordinis Cluniaceñ. quos abbas duceret nominandos: exceptis Prioribus Cluniaceñ. & de Charitate, abbas Cluniaceñ. fucceffor illius, qui fecit compofitionem iftam, videns illam cõpofitionem monafterio damnofam, acceffit ad dominum Papam oftendendo compofitionem, fibi in præiudicium fui monafterij factam. Papa cõfiderans quòd ius eligendi non cadit in laicum in ecclefia collegiata, & ideo illud erat perniciofum exemplo, & redundabat in difpendium ecclefiafticæ libertatis, ftatuit vt abbas Cluniaceñ. dictum prioratum poffit liberè ordinare, non obftante ipfa compofitione iuri contraria, denunciando poftmodum ordinationem factam patrono, vt fi voluerit, fuum præftet affenfum. Not. quòd compofitio in fpiritualibus cum laico facta contra ecclefiafticam libertatem & iuri contraria, non tenet, etiam fi facta fit à toto capitulo. Item ius eligendi non cadit in laicum in ecclefia collegiata etiam patronum. Itẽ electio à toto collegio facta præfentari debet patrono vt affenfum fuum præbeat.

[Glo. feq. fortificat tex. per fimilia.]

f Iuri contrariam.] & ideo non tenuit, fimile ŝ. eodem cum terra. vbi nominabantur duæ perfonæ auribus principis vel patriarchæ, fic ĩ. de tranfa. de cæterò cũ fit facta de re fpirituali cum laico, quã ipfe obtinere non pot. ft. fic ĩ. de præfcri. caufam quæ. & 16. q. 7. c. 1. ficut

† In multis ĩpreffis deeft vox, duabus quã habent manufcripti, & agnofcit gloffa hic.

† al. ita: fed etfi inquifita fuiffent eorũ vota.

† diffiniuimus.

Intellectu c. cũ in cunctis. & c. quia propter. fup. eo. tit.

† Vox, Romana, deeft in pluribus manufcriptis.

† In omnibus manufcriptis ita: In noftra fanè propofuifti pꝛfentia.

† Varonnia Garennate

ſicut nec pactio pro ſpiritualibus adipiſcendis valet. ī. de pactis. pactiones. & c. cũ clerici. ad hoc facit infra de col. audiuimus & ſpiritualia iudicio laicorum diſpo ni non debent. infra de iudi. decernimus. nec laicus i ſpiritualibus arbiter eſſe poteſt. infra de arbi. contingit. ideoque huiuſmodi compoſitio fuit iuri contraria. Item damnoſa fuit ipſi monaſterio, & iõ improbanda. inf. de in integrum reſtitu. requiſiuit. & ſi de iure fuit ex quo damnoſa fuit, debet reuocari, ſaltẽ per in integ. reſtitu. vt dicit prædicta decre. requiſiuit.

Arbiter eſſe nequit lai. pro re ſpirituali.

† Vide l. nõ dubium. cũ no. C. de le. et 25. q. 2. imperiali.

trariam. † & eccleſiæ ipſi damnoſam videlicet vt i optione ſit ipſius comitis aſſumere ad prioratũ dicti monaſterij (Cluniacen & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis) vnum de duobus melioribus totius Cluniacen. ordinis, quos abbas duxerit nominandos: & infra. ¶ Attendentes itaque, ꝙ ius eligendi in collegiata eccleſia non cadit in laicum,[a] & ideo id eſſet perniciosum exemplo, & redundaret † in diſpendium eccleſiaſticæ libertatis,[b] volumus vt dictũ Prioratum liberè poſſis (non obſtante compoſitione ipſa) ſicut alios Prioratus tibi ſubditos ordinare: denunciando † ordinationem factam patrono, vt ſuum ſi voluerit honeſtum impertiatur aſſenſum.

¶ Idẽ decano & c. ſancti Ioan. & ſancti Stephani Biſuntineñ.

¶ Si per Papam mandatur habentibus eligere quòd eligant cum conſilio aliquorum, alioquin conſiliarij prouideant: eligentes debent conſilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare reſponſum aliàs electio non tenet.

[Gl. ſe. alleg. ꝯ conſuetudinem Bononien. ſignat contrarium, quod dupliciter ſoluit & remittit. Io. And.

Eligẽdi ius non cadit in laicum.

† Redondare.

a In laicum.] Sic patet ex hac decre. & ex illa. ī. eo. c. Maſſana. quod ius eligendi non cadit in laicos, etiam patronos i eccleſia collegiata. Et ita hic tollitur cõſuetudo Bononienſium, qui eligunt capellanos in capella, qui etiam non ſunt patroni, ſed parochiani: & qui patroni ſunt, eligunt cum clericis prælatum in collegiata eccleſia. Arg. ꝯ. ī. de iure patronatus, nobis. vbi innuitur ꝙ patronus habet vocem eligendi in eccleſia collegiata. Sic enim corrigitur i illa decret. & omnia alia iura, ꝙ idem dicere videntur: & ſic ſtabimus huic, vt T. dicebat. Sed electio facta debet præſentari patrono, (vt hic dicit) vt ſuum præſtet aſſenſum ſic ſup. eod. cum terra. & c. quod ſicut. Vel intelligas illam decret. nobis. cum eccleſiaſtica perſona obtinet ius patronatus. & ſic non contradicit: licèt generaliter loquatur non diſtinguendo inter laicum patronum & clericum. Dic vt ibi notatur.

† Al. itã denũcianda ordinatione facta patrono, vt ſuum, &c.

1 Per hanc poſteriorẽ ꝙ fuit Gregoriana. inf. de cõſti. c. 1. li. 6. Io. And.

b Libertatis.] quæ enim in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ tentantur, firmitatem ſortiri non debent. ſupra de conſti. quæ in eccleſiarum. & ſupra e. cum terra. & 99. di. bene quidem. & ī. co. quiſquis. vbi laici prohibentur ab huiuſmodi electionibus.

CVm in veteri.] Primò ponit electionis formam Secundò cauſæ commiſſionem, & deciſam iudicum relationem ibi, Relato ergo. Tertiò cauſæ diffinitionẽ: ibi, Cum autem. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante Biſuntina eccleſia, mandauit Papa capitulo Biſuntino vt intra xl. dies poſt receptionem literarum, perſonam idoneam ſibi eligerent in paſtorem cum conſilio S. Benigni & Moriſmundi abbatum, & fratris G. de ordine fratrum Prædicatorum: alioquin dicti conſiliarij prouiderent eccleſiæ Biſuntinæ de paſtore. Recepto mandato, die ad eligendum præfixa, canonici poteſtatem eligendi archiepiſcopum ſex ex canonicis ſuis contulerunt vſque ad conſumptionem cuiuſdam candelę duraturam, quæ extitit coram eis accenſa. tandem electores cœperunt tractare de electione paſtoris, & conuenerũt in prædictum abbatem S. Benigni: & cum ſuper hoc conſilium ſociorum requiſiſſent, vnus eorum reſpondit, quòd habito inter ſe conſilio reſponderent: cumque illi differrent dare reſpõſum, & candela deficeret, electores ipſi non expectato reſponſo ipſorum, dictum abbatem in Biſuntinum archiepiſcopum elegerunt. proceſſus huius electionis ad ſedem Apoſtolicam eſt delatus. Sed quia de huiuſmodi proceſſu non conſtitit domino Papæ, archiepiſcopo Viẽnen. & abbati de Firmitate iniunxit, vt ſi conſtaret quòd electores prædicti ſuper electione tractatum habuiſſent, & in tractatu electionis requiſitum fuiſſet conſilium prædictorum, electionem ipſius abbatis, ſi perſona eſſet idonea, confirmarent: & ſi in tractatu electionis non fuiſſet aliorum conſilium requiſitum: quamuis poſtea requiſitum fuerit tempore non competenti, nec etiam fuit expectatum reſponſum ipſorum: vel ſi idem abbas non eſſet idoneus: quod de ipſo factum erat, caſſaretur. Inquiſitores ipſi ſecundum mandatum domini Papæ procedentes inquiſitionem ſuam domino Papæ remiſerunt. Papa ſuper hoc reſcribit quibuſdam dicẽs cum non fuerit compertum tempore competenti requiſitum conſilium de perſona prædicti abbatis, & quando fuit requiſitum reſponſum non fuit expectatum niſi modico tempore, & cum nõ debeat alijs obeſſe quod electores in tantũ ſe arctarent electionem ipſius abbatis non propter vitium perſonæ, ſed propter vitium electionis caſſauit. Nota quod forma mandati diligenter eſt obſeruanda, & quia iſti non ſeruauerunt formam ſibi datam, caſſatum fuit factum illorum. Nota. cum dicitur; de conſilio talium procedas, quàm cito incipis de hoc tractare, debes requirere ipſorum conſilium, nec expectare quamdiu iam fixiſti animum tuum. Item negligentia ſiue factum vnius alijs de iure non debet obeſſe.

CAP. LII.

CVm in veteri lege: & infra. ¶ Porrò iam dudum vobis dedimus i mandatis, vt infra quadraginta dies poſt ſuſceptionem † literarum noſtrarum, cum conſilio ſãcti Benigni & Moriſmundi abbatum, & fratris G. de ordine prædicatorum eligeretis perſonam idoneam canonicè in paſtorẽ: alioquin dicti conſiliarij vobis de archiepiſcopo prouiderent. Verũ die ad eligẽdũ præfixa, ſex ex vobis poteſtatem eligẽdi dediſtis vſque ad cõſumptionem cuiuſdam cãdelæ, quæ ibidẽ accenſa extitit, duraturam. Tandem cũ electores huiuſmodi conueniſſent in prædictũ abbatem ſancti Benigni, & ſuper hoc ſociorum[c]

† Receptionem.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

c Sociorum.] & ſic requiſierunt conſilium duorũ tñ vnde non videntur ſeruare mandatũ: quod quidẽ exacta diligen-

diligentia est obseruandum.sup. de rescri. cum dilecta.]. de off. de le. venerabilis. Sed licèt non requirerent cõsilium tertij, quem eligere volebant, non dicuntur fecisse contra formam mandati, nec præter formam: quia ipsum eligendo illo consentiente consilium ipsius requirunt & obtinēt. arg.]. eod. cu o in iure. & ff. quod cuiusq; vniuer. plane.

a Ipsorū.] f. duorum, & nō illius qui electus fuit, quia ille non debuit requiri, cum hoc ipso cassaretur, vt]. eo. l. cum post petitam.

[Gloss. seq. nota & dat simile, quærit, & solutioni obijcit, & respondet.]

b In tractatu.] hic patet q tractatus debet haberi ante electionem, & collationē adinuicem: aliàs quomodo eligerent nisi primò de aliquo eligendo tractarent.]. eo. cum terra. &]. eod. quia propter. &]. de arbi. cum olim. sicut in carnali matrimonio tractatus præcedere debet; & ideo si isti non fuerunt requisiti in tractatu electionis, cassatur electio. Sed qd si consiliarij dis ordarent ab istis electoribus, nunquid valebit electio ipso iure? Certè ex ipsa litera satis innuitur, qđ si requirat ipsorū consiliū in ipso tractatu cōpetenti tpe ante q cōu niant in aliquē, & conferant adinuicē de psona eligēda, siue concordēt, siue discordent quod valeat eorū electio: quia per hanc formā non imp nitur necessitas vt consilium eorū sequi teneantur, alias nō viderent habere potestatem eligēdi, cum talis potestas penderet ab illorum arbitrio. ad hoc facit op. a. infra de arbi. cū olim. & ex consilio nemo ad id obligat. 14. q. 1. q quisiar. 4. di. deniq; in fi. arg. Sed circa fi. vbi dr quod nec expectatū fuit eorū re sum, vr q dicere huic dicto. Sed dic q nō contradicit, quia responsum eorum semp est expectādū, alias delusorium videretur, tale cōsiliū petere. 2 ADDITIO. Et quid operetur sic petere consilium, ex quo sequi non tenentur, notatur in dicta decre. cum olim. to. And.

[Glo. seq. dat simile, cui signat contrarium.]

c Requisitum.] & ideo pro non requisitis habentur sicut sero appellat qui tpe competenti non prouocat. 2. q. 6. biduum. ver. si quidē. Et est simile quod dicit lex si promisisti facere insulam infra certum tempus, & tantum tempus transierit quod ammodo infra tempus statutum fi ri non posset, licet totum tempus non transierit, possum agere contra te quia perinde est ac si totum tempus transierit. ff. de verb. oblig. si ita stipulatus esset. & l. cum stipulatus. & l. 1. de iure. Arg. c. ff. c. insulam. & illud dicitur te apud competes, quod deliberare congruē poterant.]. 1. de offi. dele. consuluit. Et tardè fuerunt requisiti, sicut è conuerso tempestiua citatio non tenet.]. eod. bonæ memoriæ. arg.

[Glo. seq. signat contrarium & soluit. Secunda pars recitatur per quæstionem, quid si cum assensu, &c.]

d Expectatum.] & sic vr q non sufficit consilium tm petere, sed expectandum est consiliariorum responsum, & sine ipsorum consilio & rñso non valet electio. Sed q]. de arbi. ca. cum olim. vbi consilium eis requiritur, sed assensus nō exigitur. & illud generale est, & obtinet rōne arbitrij, & sufficit licentiā petere, licèt nō obtineat.]. de reg. & trans. ad religi. li. et. 3 Itē tutor consilium matris potest o nittere, licèt testator hoc mandauerit. ff. de admini. tuto. quidam. §. Papinianus. Et sitor nunquā à voluntate patris recedit. ff. vbi pup. edu. debeat. l. 1. & ita vr qđ sufficiat requirere consiliū tm, & non rñsum attendere. Hic non valet quod faciūt, nisi eorū consiliu habitū sit in tractatu electionis. vt 63. distin. obeuntibus. & 15. q. 7. eps nullius. & 12. q. 2. sine exceptione.]. eo. ne pro defectu. vbi de hoc. Sed si mādatū fuisset q cū eorū cōsilio & assensu obtēto: tunc non valeret electio nisi sequerentur voluntatē consiliariorū. & talis potestas non est libera: quia non possunt eligere quē volunt, & tunc non adstringuntur ad aliquam formā, sed oīus præsentibus requirant electores siue canonici consilium consiliariorum: & sm eorum consiliu n & rñsum eligant oēs vel vnus vice omnium de ipsorum mandato. Sic fuit factū in electione per manum nepotis dñi Papæ, vbi talis forma data fuit capitulo. Si capitulum Bituricēn. voluisset in casu isto eligere per formam scrutinij, tunc ante scrutinium communiter omnibus præuiis tractare debebant de electione cum consiliarijs, & requirere eos, & audire consilium eorum, & postea procedere ad scrutinium, & eligere quem vellent, & etiam post scrutinium requirant consilium illorum. & postmodum eligant seruata forma scrutinii. Ber.

[Glo. seq. arguit, allegat tria iura.]

e Alijs imputari.] imputent sibi, quia tantum se arctauerant. Et est ar. quod negligentia vnius alij obesse non debet. Iniquum est enim aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoff. test. si quis. & pœna suos debet tenere auctores. infra de hi quæ fi. à maio. par. ca. quæsiuit. & C. de pœnis. l. sanci nus.

[Glo. seq. inducit simile.]

f Arctarant.] sic iudex cuius iurisdictio expirat in termino, non debet ita se arctare, sed ea hora procedat qua possit perficere quod in sibit ante noctis tenebras, &c.]. de offic. deleg. consuluit. & ff. de ferijs, pridie. & l. more Romano.

eius consilium requisissent: proponente vno ex illis, quòd deliberato cōsilio responderent: & differentibus eis festinanter dare responsum, præfati electores (cum candela ipsa deficeret) non expectato ipsorum [a] consilio, dictum abbatem in Bisūtin. archiepiscopum elegerunt: & infra.

¶ Relato ergo ad Apostolicam sedem negotio: archiepiscopo Vienneñ. & abbati de Firmitate † iniunximus, vt si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu [b] electionis prædictorum consilium requisitum, electionem ipsius abbatis (si persona esset idonea) confirmarent. Quòd si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licèt postea requisitum [c] fuerit non competenti tempore, nec certā expectatum [d] responsum ipsorum, aut nō esset idoneus idem abbas: quod de ipso factum erat, tanquam inualidum irritarent: & infra.

¶ Cum autem compertum non fuerit competenti tempore requisitum consilium de † persona prædicti abbatis: & quando extitit requisitum, non fuit expectatū responsum nisi modico tēpore, nec debeat alijs [e] imputari, quòd in tantū illi sibi tēpus arctarant [f] † electionē abbatis ipsius, non personæ, sed electionis vitio, duximus irritandam.

¶ Idem episcopo Siluanecteñ.

¶ *Si maior pars capituli scienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. h. d. secundùm veriorem intellectum & in transitum.*

¶ Firmitate. ¶ Vide vt dixit Compostel. nō excusarent p hoc eligentes in dignum, qđ hoc fecerint de illorū cōsilio. ff. mandati. idéque. §. si qs facit de regu. iur. nullus ex cōsilio. i. 6. vbi scripsi. in fi. ronis de prepositionib. cū. & de. Io. And.

a Concor. tex. in l. qui decedens. §. Pomponius. ff. de adult. & l. 1. §. si plures. ff. de exerci. acti.

3 Concor. text. in l. in sacris. & in l. hæc lege. de pxi. sacr. scri. lib. 12.

† Aliter: de persona idonea abbatis prædicti.

† Vide tex. in l. 2. §. sed si quis. ff. si quis cau.

Cū potestas eligendi facta est aliquibus vt eligāt de consilio, vel cū consilio aliorum quid facere debeat.

Congre-

Congregato.] Electus à maiori parte capituli, si est idoneus confirmat, aliàs confirmat electio facta à minori parte de digno. hoc dicit, & hęc summatio est multũ generalis. Primò ponit duplex electio, & super vtraque partium allegationes. Secunda ibi, Nos igitur, diffinitionis cõmissio. Abb.

CASVS. Ecclesia Niuernensi vacante, capitulũ eiusdẽ die pfixa ad celebrandũ electionẽ cõuenerũt pmisso scrutinio secundũ formã cõcilij gñalis, octodecim (cõputato quodam pcuratore absentis) conuenerunt in cantorem eiusdẽ eccl'æ. xiij. verò in decanũ eiusdem eccl'iæ consenserunt. illi q cãto rẽ in scrutinio nominarant, vidẽtes q essent numero plures, q̃ illi q in decanum cõuenerãt, ipsum cantorẽ in pastorẽ elegerunt. Postmodũ pars decani vidẽs, q alij plurimũ deliquissẽt eligendo personam sciẽ literarum expertẽ, ppterquod illi erãt ipso iure eligẽdi potestate priuati, s'm statuta Later. Cõcil. & ad eos pcẽs eligendi deuoluta: decanũ in suũ epm eligit, ad sedẽ Apost. appellãs. & sic negotiũ istud ad sedẽ Apost. est delatum. Petebãt pars decani electionẽ ipsius confirmari, reliquam infirmata, cum facta esset de persona indigna. Pars altera petebat electionẽ ctoris à maiori parte capituli canonicè factam reliqua infirmata, confirmari. Mandat Papa epo Siluanecẽsi. ut si dictus cantor defectum in literatura nõ patitur, & aliàs est idoneus, ipsius electio confirmetur, reliqua infirmata alioquin cantoris electione irrita nunciata, decanum ipsum si aliàs idoneus est, preficiat in pastorem ecclesiæ Niuernen. Nota quòd si aliquis defectum in literatura patitur, electio de ipso facta non ualet, & ad alios licet pauciores numero deuoluitur potestas eligendi. Item no. quòd nescientia promouendum impedit, & promotum deijcit.

CAP. LIIII.

Congregato Niuerñ. capitulo ad electionem futuri pastoris, tredecim in decanũ, & octodecim (computato procuratore[a] cuiusdam absentis) in cantorẽ ipsius ecclesię conuenerunt: qui cum plures in unum, & pauciores in alium sua desideria direxissent, à parte sua electus[b] extitit in pastorem ecclesiæ Niuerñ. Postmodum[c] credente parte decani, quòd alij plurimum deliquisset eligendo personam scientiæ literalis expertem, propter quòd illis secundũ statuta Lateranensis[d] † Concilij ipso iure eligendi potestate priuatis, potestas eligendi ad eos extitit deuoluta, decanũ ipsum, qui in eũ sua uota direxerant, in suum episcopum elegerũt, ad sedem Apostolicam appellãtes, & infra. Reliquis petentibus ut irritare decani electionem attentatam à paucioribus, & post aliã non cassatam, ac confirmare reliquam ueluti canonicè celebratam à pluribus de persona idonea, dignaremur.

¶Nos igitur mandamus, quatenus si dictus cantor, defectum in literatura[e] non patitur, & aliàs est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procures auctoritate nostra (infirmata reliqua) confirmare. Alioquin (ipsius cantoris electione irrita[f] nunciata) præ:nominatum decanum (si nihil ei de canonicis obstiterit statutis †) eadem auctoritate præficias ecclesiæ memoratæ.

¶Idem Siluanecteñ episcopo, & Ioan. de Monte mirabili archidiacono, & succentori Parisieñ.

¶Habens plures dignitates, uel plura beneficia curata, sine dispensatione Papę ineligibilis est. h.d. quo ad titulum.

a Procuratore.] s. eo. quia propter. & c. scriptum. & ff. de admi. tut. ita autem. §. gessisse.

b Elect[us].] Seruata forma scrutinij in utraq; electiõe.

c Postmodum.] Antequam diuerterent ad aliũ actũ; ne sit contra. s. eo. cum post petitam.

ADDITIO. Poterant etiam ex interuallo facere, repetito tamen inter eos scrutinio & tractatu, ut dixi in tex. super versi. elegerunt. Io. Andr.

d Lateraneñ. Concilij.] Sup. eod. cum in cunctis.

e In literatura.] & ita defectus scientiæ facit aliquem ineligibilem. supra eo. l. cum in cunctis. & non solum impedit promouendum, sed deijcit iam promotum. s. de æta. & quali. c. viti. & defectus scientiæ inducit renunciationem, s. de renun. nisi cum pridem, §. pro defectu. & quia si non sit eminentis scientiæ, saltem sit sufficientis. supra, eodem. cum nobis olim. & non solùm debet habere scientiam sacrarum literarum, sed etiam secularium negotiorum. 36. dis. §. 1. & c. qui ecclesiasti. is. vt sit paratus omni poscenti reddere rationẽ. ea. dist. §. ecce. ad fin. quia cũ ipse debeat alios illucere, non debet tunc discere. in authẽt. de san. episco. §. damus. coll. 9. & nos qui epi sumus, aliorum doctrina non indigemus. 1. q. 7. c. conuenientibus.

[Glo. seq. reci. per q. quare hæc electio est irrita. & reliqua confirmanda. & arg. contra opinionem.]

f Irrita.] Ipso iure. s. eodem. cum in cũctis. cum indignam personam elegerint. vnde eligendi potestas remansit penes alios, q̃uis numero paucior.s, cum primi eligendo talem reddiderint se indignos. s. de postul. ca. 2. vnde confirmatur hic electio à minori parte celebrata, non obstante priori electione: & ita electio, q̃ nulla est, nõ pstat impedimentũ secundæ similis. s. eo. scriptum est. in fi. & de hoc dictum est. s. e. auditis. & per hanc, decre. expressè reprobatur dictum illorũ, qui dicũt, quòd canonizauerunt ille, cum in cunctis. non est hodie latæ sententiæ, sed ferendæ, ut dixi sup. eo. Cum in a. in fi.

Scientię defect[us] reddit aliquem ineligibilem.

† Lateraneñ. Concil. sub Inn. iij. c. 26

† Et si quæ scientia institutio esse dicam

† institutis.

Intellect[us] c. cũ in cũctis. s. hoc titu.

CAP. LIIII.

ij Dudum Ecclesia Rothomagensi pastoris solatio destituta, contra electionem, quæ

ij Dudum.] Diuiditur principaliter in tres partes. In prima ponuntur narrationes partium coram Papa. In secunda ibi, No. igitur. Commissio, & processus iudicum. In tertia ibi, Licet autem. Processus Papæ. Abbas Sicul.

CASVS. Vacante Rothomag. ecclesia, Canonici conuenerunt ad celebrandum electionem. decanus ipsius ecclesiæ electus fuit in pastorem: contra ipsam electionem se opponebat A. archid. ipsius ecclesiæ, & quidam alij Canonici dicto archi. pro se, & pro parte sua, & G. archi. procuratore eorum, qui electionem celebrauerant, in præsentia Papæ constitutis, inter alia, quæ contra electum obiecta fuerint, proposuit archi. prædictus, quòd idem electus post Concilium generale ad. ptus fuerat Archidiaconatum Ambian. & ipsum cum pluribus parochialibus ecclesijs, quas ipse habuerat ante ipsum Concilium retinere præsumpsit, & dimisso illo Archidiaconatu ecclesias ipsas retinuit. Sed in Cõcilio illo dicitur. Quicunque receperit beneficium habens cura

in eadem ecclesia fuerat celebrata, [a] A. archidiaconus & quidam alij eiusdem Ecclesiæ Canonici ad Sedem Apostolicam accesserunt. Dicto verò Archidiacono pro se ac parte sua, & G. archid. procuratore illorum, [b] qui electionem celebrauerant, in nostra præsentia constitutis: inter alia quæ contra [c] electum obiecta fuerant, archidiaconus proposuit memoratus, quòd idem electus post generale † Conciliũ Archidiaconatum Ambiañ. adeptus, ipsum cũ pluribus parochialib. ecclesijs, quas † ante idem concilium obtinuerat, retinere præsumpsit, eoque dimisso retinuit ecclesias memoratas. Vnde cum in eodem [d] concilio sit statutum, ut quicumque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus: & si fortè illud retinere contẽderit, etiam alio spolietur: prædictus electus contra huiusmodi ueniens statutum, trãsgressionis notam, nec non cupiditatis [e] uitium (quod in alijs reprobare

curam animarum annexam: si prius tale beneficium obtinebat, ipso iure sit isto beneficio priuatus; & si illud retinere contenderit, etiam alio spolietur. Sed idem electus contra prædictum concilium veniens, notam cupiditatis incurrit, quam in alijs debuit reprobare: & retinendo beneficia, quę non spectabant ad ipsum, rem contrectauit alienã. & sic furtũ commisit quodãmodo, vel rapinam. Præterea in suæ salutis periculũ, & multarum aiarũ dispẽdiũ illas ecclesias retinebat, cũ earum cura nullaten9 ad eum ptineret, cũ illis esset ipso iure priuatus, & sic per ipsum parochiani dãnabiliter sunt decepti. Ex aduerso rñdebat pcurator alteri9 partis, ꝙ etsi dictus electus plura beneficia obtinebat, per cõcessionem tñ Rothomageñ. archiepi domino Papæ exhibitam, excusabat eundem, dñs Papa excusationẽ illam friuolam reputauit, mandans quibusdam, ut si constaret, ꝙ idem electus post receptum archid. prædictam curam animarum habentem, præfatas ecclesias electionis tempore tenuisset, nec ostenderet secum super hoc per sedẽ Apost. dispensatum fuisse, electionem cassarent ipsius ecclesiæ, & de persona idonea prouiderent. Partibus igitur in iudicum pręsentia constitutis, & pręstito iuramẽto de veritate dicenda, & factis positionibus, & responsionibus hinc & inde, tandem idem decanus electus ex quibusdam grauaminibus ad sedem Apost. appellauit: iudices, non obstante appellatione cassauerunt electionem eiusdem decani, & eidem ecclesiæ de Cœnomañ. epo prouiderunt: postmodum verò cã ad sedem Apost. est delata, Papa examinato processu iudicum prædictorum, licèt positiones, & rñsiones factæ fuissent super quibusdam articulis coram prædictis iudicibus: quia tamẽ Papa non inuenit litem contestatam fuisse, quia per positiones, & responsiones non fit cõtestatio litis, sed per petitionem in iure positam, & responsionem secutam contest. lit. fit, processum eorundem iudicum denunciauit irritum & inanem. post iam omnia archidia. ex causa præmissa petijt electionem irritari. electus prædictus respondit, quòd electio eius non erat irritanda, sed potius confirmanda. lite coram Papa legitimè contestata, & præstito à partibus iuramento de veritate dicenda, electus ipse confessus fuit electionis tempore se beneficia tenuisse prædicta: sed excusabat se dicendo, quòd non credebat dictum archidiaconatum curam animarum habere, sed tamen ipse confessus fuit in iure, quòd Archidiac. Ambianeñ. de consuetudine suspendit, excõmunicat, & absoluit presbyteros, & priores, & parochiales ecclesias interdicit visitat, inquirit, & procurationes recipit, ex hoc patet quòd curam animarum habet annexam: & sic etiam non habere curam animarũ, personatus tamen extitit. sed idem est iudicium de personatibus, & beneficijs curam habentibus. Item indulgẽtiam quam super hoc se dicebat habere, Papa friuolam reputauit. quia fuit impetrata veritate tacita, & falsitate suppressa, quia tacita, uel expressa, scilicet ueritate, eam nullatenus habuisset: expressit enim quòd prædictas ecclesias canonicè fuit assecutus antequam archidiaconatum habuisset, cum nullus possit parochiales ecclesias plures habere, nisi una pendeat ab altera, vel nisi vnam intitulatam & aliam commendatam haberet. Vnde cum ipse vtramque intitulatam habuit, illas canonicè nõ potuit obtinere. Item dixit, quòd redditus sui personatus erant tenues, & exiles. suppressit etiam ꝙ plures parochiales eccl'as cũ alijs beneficijs in diuersis ecclesijs obtineret, & non fuit intentio Papæ secũ in tot beneficijs dispensare, nec de nouo sibi aliquid concedere. Ad vltimum cum nõ restaret nisi sententia proferenda, renunciauit iuri, si quod ei competebat, & liti spontanea uoluntate cessit, & Papa eius renunciationem admisit. Ex hac decretali plura notabilia colligunt. Primò ꝙ qui habet curã animarũ, vel personarũ, si recipit consimile beneficium, ipso iure uacat primum. Item qui retinet beneficia cum cura animarum, uel plures personatus inelegibilis efficitur dum illa retinet. Item solus Papa super hoc potest dispensare, ut quis habeat plura beneficia, uel personatus. Item tempore electionis spectandum est, an quis sit idoneus. Item per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio, & non per positiones, & responsiones. Item vbi litis contestatio non processit, nullus est processus, nec iuramentum in causa illa factum, sed iterum litis contestatio facienda est. & iterum iurandum est. Item confessio in iure facta præiudicat. Item si quis prælatus excommunicat, absoluit, inquirit, & visitat; ex hoc curam habet animarum. Item beneficia cum cura animarum, & personatus æquiparantur. Item indulgentia impetrata veritate tacita uel falsitate suppressa non ualet.

a Celebrata.] De decano eiusdem ecclesiæ, qui primò fuerat Archidiaconus Ambianensis.

b Illorum.] No. quòd eligentes possunt petere confirmationem suæ electionis. 1 sed hoc intelligo de cõsensu electi esse faciendum, aliàs non. supra eodem Innotuit.

c Contra electum.] Not. quòd qui opponit, in formam electionis, & non probauerit. quòd opponit condemnari debet alteri parti in expensis. Qui verò deficit à probatione eius quod obijcit in personam, à beneficijs ecclesiasticis per triennium nouerit se suspensum: ad quæ si intra id tempus se ingesserit, ipso iure illis perpetuò est priuatus, nullam spem de misericordia habiturus, nisi probauerit euidenter, quod probabilis, & sufficiens causa ipsum à calumnia excusauerit, ut hæc statuuntur in decret. Innocen. iij. eo. ti. cap. 1. quę incipit, statuimus.

d In eodem Concilio.] ⁊. de præb. de multa cuius verba hic inferius ponuntur.

e Cupiditatis vitium.] ⁊. de cler. non resi. quia nonnulli. ⁊. de præb. cum iam dudum. & c. quia in tantum. vndè contra Lateraũ. Concil. & Concilium generale beneficia huiusmodi retinebat.

[Glossa sequens allegat 3. concord. inducit quatuor similia.]

† Hoc est generale Concil. Laterañ. sub Inn. iij. ubi c. 28. cauetur, ne vllus habeat duo bñficia cum cura annexa.

† Al. ita: quas idẽ añ Concil. obtinerat.

1 Adde nuper Barto. in l. si g. s. C. de decur. li. 10. & gl. vlti. in ca. examinata. ⁊. de confir. vtili uel inuti.

Decretũ Cõcil. Lateran. cuius hic fit mẽtio integrũ inuenies. ⁊. lib. 3. ti. 5. de præbẽ. & dignit. c. 28.

a Reprobare debuerat.] sic patet ꝙ non dēs facere id à quo alios debueras prohibere. ℑ. de natis ex lib. ven. c. vnic. & ff. de cōd. indebi. frater a fratre. & ff. si ser. uen. altius. & qđ quis debet exigere ab aliis multo fortius à seipso. ff. de nego. gest. si pupilli. §. videamus. & ff. de ſideiuſſ. tutor datus. nec potest esse hortator viduitatis, q cōiugia frequentauerit. 26. dist. vna tantùm. nec potest de medio ecclesię malū auferre, qui in simile delictū corruerit. 25. dist. primum. Et qđ aduersus alium præstare debuit tutor pup. l lo suo, id aduersus se præstare debuit. ff. de administ. tuto. quoties. §. 1. & 41. dist. §. 1. in prin.

Quales esse debeant par tes eorū qui præsunt.

b Iure.] ℑ. de pb. c. de multa.

c Alienam.] sic. ff. de pecu. l. Pōponius. & C. vnde vi. l. vlt.

[Glo. seq. dicit qđ sit furtū, opponit quòd hic non cadit furtum, & soluit.]

d Furtum.] simile 7. q. 1. non furē. Furtum committit qui rem alienam inuito domino contrectat. Inst. de oblig. quę ex deli. nascuntur. §. furtum autē. Et dr̄ furtum contrectatio rei alienæ fraudolosa, vt Instit. eod. titu. in prin. vt iste qui rem alienam scienter tenebat, & ideo nō excusatur. Si enim quis rem contrectauerit alienam credens esse suam, non committit rapinam, vel furtum, Inst. vi bonor. rapt. §. quia tamen. Item nec excusat hoc etiam si credat dominū permissurum, cum exigatur expressa dispensatio Apostolicæ sedis, vt ℑ. sequitur. & ℑ. de præben. de multa. Sed in furto excusatur si credat dominū permissurum. Insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nas. §. placuit. Sed quod dicit, furtum vel rapinam, hoc non est verum, quia furtum non committitur in re immobili. Instit. de vsucapio. §. qui autem. nec de re incorporali, qualis erat hic. ff. de acqui. rerum dom. seruus. §. incorporales. Sed hic illa verba impropriè dicūtur, & iste potius dicitur inuasor. sic exponitur. 7. q. 1. non furem & latronem, idest, inuasorem. Et hoc etiam exponit cū dicit, quodammodo.

†Detinebat.

Furtū quid dicatur.

† Cōsiteref.

In re incorporalē non cadit furtū, sed inuasio.

[Gl. seq. causam reddit, quærit, arguit, & soluit.]

e Deceptę.] quia cum desierit esse prælatus ipsorum, nihil potestatis habebat in eis: vnde non poterat illas animas soluere vel ligare, inf. de pęnit. & remis. omnis vtriusque. & de pę. dist. 6. placuit. Sed nunquid valebit illis absolutio illius talis prælati, sine pęnitentia p illū imposita? Non videtur, quia nullam potestatem hēt ligandi vel soluēdi, sicut non valet sententia a nō suo iudice lata. ℑ. de iud. at si clerici, & si sic peribant. In isto casu non credo quod perirent, non quia ille hoc posset, sed propter fidem quam habebant de sacramēto, cum crederit illum adhuc esse suum prælatum, & ita in sola fide 1 saluantur. ℑ. de bapt. & eius effec. debitum. & ℑ. de presby. non bap. Apostolicam. & de consecr. dist. 4. baptismi vicem.

1 Sano [illegible] do hoc [illegible]pias.

f Per concessionem.] ante concilium generale. ℑ. de præb. de multa. poterant episcopi de talibus dispensare, per illud decretū 70. dist. sanctorum. sed postea non, & iō non profuit huic concessio facta post illud concilium. Ber.

[Glos. seq. notat tēpus electionis spectandum. & dat duo similia. demū quęrit, arguit pro & contra, & soluit, & remittit.

g Electionis tempore.] no. tēpus electionis spectandum, ℑ. eod. dudum. vbi de hoc & ita si tunc nō habuisset, non imputaretur ei, cum iam purgatus esset per restitutionē. Sic & qui in crimine detinet, repellitur à testimonio, sed si iam emendat⁹ est, admittitur. ℑ. de test. testimonium. cū distinctione illius capituli. & ita repellitur vt indignus, quia non erat capax tunc. ff. de iure fisci. non intelligitur. §. si quis palā. Sic etiam consideratur tempus cōtractus, an ecclesia decepta fuerit vel læsa vltra dimidium iusti pretij. ℑ. de empt. & vend. cum dilecti. & ff. de euict. ex mille, §. 1. C. de rescin. venditione.

† Al. visus.

† Vide l. liberto. §. fi. ff. de neg. gest.

debuerat) [a] ex pluralitate beneficiorum incurrit. Et retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, (cum post receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipso iure) [b] rem contrectauit per consequens alienam, [c] & sic furtum [d] commisit quodammodo vel rapinam. In suæ quoque salutis & multarum animarum dispendium prædictas parochiales ecclesias retinebat: † cum earum cura, quæ iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret: & sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ. [e]

¶ Verum procurator eorum, qui elegerant ipsum, & si pluralitatem beneficiorum huiusmodi coram nobis profiteretur † in iure, per concessionem [f] tamen Rothomagen. archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electum nisus † est multipliciter excusare.

¶ Nos igitur, dictam excusationem, vtpote friuolam nullatenus admittentes, † vobis dedimus in mandatis, vt si constaret, quòd idē post receptum archidiaconatum præ dictum curam animarum habentem, præfatas parochiales ecclesias electionis tempore [g] retineret, nec ostenderet secum per Sedem Apostolicam [h] super hoc dispensatum, electionem illius auctoritate Apostolica cassaretis: & infra.

¶ Partibus ergo propter hoc in vestra præsentia constitutis, præstito quoque † iuramento de veritate dicenda, & factis positionibus & responsionibus hincinde, tandem eodem decano, [i] prætextu quorundā grauaminum ad nostram audientiam appellante, vos electionē huiusmodi

†Al. præstito que. Al. & præstito.

Sed si medio tempore dimitteret illas parochiales ecclesias, nunquid prodesset ei vt sic reputaretur dignus? Videtur quòd sic: quia si tempore litis contestatæ non competit mihi ius contra te, quia tunc non possides, & tempore sententiæ tū possideas, sequitur condemnatio. ff. de rei vend. si autem. §. 1. ff. de peti. hæredi. si quo tempore. & ff. de pecu. quæsitum. respon. 1. & ff. depositi. l. 1. §. non solum. & meritò cum res peruenit ad eum à quo potuit efficax habere principium ℑ. de conuer. coniug. placet. Sed contra, ipso sui principio inhabilis erat. quia intus ortus occidit. 1. q. 1. quibusdam. & talis contractus non sumpsit initium ab origine æquitatis. 14. q. 3. si sacerdotes. Verū est ꝙ non prodesse dimittere huiusmodi beneficia, vt per hoc confirmaretur electio sua. De hac materia quando considerandum est principium vel finis, no. ℑ. eod. c. dudum.

h Per sedem Apostolicam super hoc dispensatum.] ℑ. de preben. de multa. Et sic euacuatur opinio Ioannis, qui notauit ibi quòd episcopi adhuc possunt in talibus dispensare.

i Eodem decano.] scilicet electo. qui decanus erat eiusdem ecclesiæ, post dimissum archidiaconatum Ambian.

[Glo. seq. quærit an per confessionem fiat contestatio, arguit contra, & soluit pro distinguendo tamen.]

a Respon-

irritantes, eidem ecclesiæ de Cœnomaneñ. episcopo prouidistis: & infra.

¶ Licèt autem positiones & responsiones super pluribus articulis factæ fuerint coram vobis: quia tamen contestationem litis non inuenimus esse factam (cum non per positiones & responsiones ad eas factas, † sed per petitionem in iure propositam & responsionem [a] factam, contestatio litis fiat †) eundem processum de fratrum nostrorum consilio irritum [b] duximus nunciandum. Tandem archidiaconus electionem ex præmissa causa petijt irritari [c] electo [d] 10 respondente prædicto, quòd non erat eius electio irritanda. Lite verò coram nobis legitimè contestata, præstitoque de veritate [e] dicenda à partibus iuramento, idẽ electus, etsi confiteretur [f] se dicta beneficia 20 electionis tempore tenuisse: tamen excusare se super hoc nihilominus nitebatur, quia videlicet dictum archidiaconatum non credebat curam animarum habere. 30 Sed cum in iure confessus fuerit, quòd archidiaconus Ambiañ. de cõsuetudine suspendit, [g]

a Responsionem.] Sed pone ꝙ reus confiteatur quod petitur ab actore, nunquid per confessionem fit litis cõtestatio? Vr̃ ꝙ non: quia dicit lex, ꝑ narrationem propositã & contradictionẽ obiectã fit litis cõtestatio C. de indi. rẽ non nouã. §. patroni. & alibi dr̃: lis contestata vr̃ cum iudex per narrationem causam audire cœperit. C. de lit. contest. l. vni. & ita q̃d dixit simpliciter per narrationẽ, determinat per illã l. rem non nouã. quæ est posterior, & ita vr̃ ꝙ fiat contestatio litis tãtũ per cõtradictionem, & non per cõfessionẽ. Dicas ꝙ si libellus datus est aduersario, & proposita narratione actoris aduersario, ipse cõfiteatur animo cõtestandi litem, tunc lis est contestata, & ex tali cõfessione dãnatur. ff. de confes. Iulianus. & ita sententia diffinitiua fertur cõtra reum. Sed si non sit datus libellus & reus confiteatur i iudicio, tũc non dr̃ fieri litis contestatio, nec fertur sñia diffinitiua, sed iudex ꝑcipit reo, vt soluat ad certum tempus. ff. de iudic. si debitori. & tale ꝑceptum non appellatur sententia, sed simpliciter dr̃ præceptum, & ita seruatur. Est ergo verũ quòd oblato libello aduersario, & postea proposita petitione actoris in iudicio, siue reus neget, siue confiteatur, litem contestando, litis cõtestatio est facta. 1 Et hoc satis habetur per hoc, q̃d dicit, quòd per narrationẽ & rñsionem cõtestatio litis fiat, non distinguendo, confitendo, vel negãdo, & etiam ipsa significatio verbi hoc probat satis. Contestari, idest simul testari, & ita reus, qui confitetur, cum actore simul testatur super re petita. Ber.

† Dictio, factas, deest in omnibus antiquis exemplaribus.

† Vide l. de tensor. §. qui interrogat. ff. de inter. actio. & in l. j. C. de diuer. rescr.

1 Concor. tex in l. j. §. preterea. ff. de iti. actu. priua. & in l. 1. & ibi Petrus de Bellaperti. & Cy. C. de alien. iu. muta. fac.

b Irritũ duximus.] sic patet manifestè quòd litis cõtestatio est de substãtia ordinis iudiciarij, & nihil valet sententia vel testis receptio, illa omissa. j. vt lit. non contesta. c. accedens. & c. ad hoc. & hic. & ita per positiones & rñsiones ad eas, nõ fit litis contestatio. j. de li. contesta. c. vnico. & C. de iudi. rem non nouam.

c Irritari.] hic agebatur ꝯ electum, vt eius electio cassaretur ex causa ꝑdicta. simile. j. de iudi. exhibita. & eadem cũ possent ipsi ijdẽ excipere ꝯ electum, si peteret electionem suam confirmari. j. de excep. dilecti. & sic ex eadem causa competit actio & exceptio, diuerso tamen iudicio: q̃d non contingit in alijs iudicijs, cum exceptio sit actionis exclusio. ff. de excep. l. 2. & idem est effectus quocunque modo procedatur. Ber.

d Electo respondente.] hic ergo patet qualiter litis contestatio fiat, quia per petitionem in libello petitam & rñsionem directè factã ad ipsum, vt hic patet: sicut ẽt traditur. C. de lit. contest. l. vnica. & j. de lit. contest. c. vni. C. de iudi. rem non nouam. §. patroni.

Litis contestatio qualiter fiat.

[Glo. seq. not. quærit, argu. contra. Iterum quærit, & soluit. allegat in fine ius nouum.]

e De veritate dicenda.] notat ergo ius nouum, licèt nõ esset antiqua. & sic etiam obseruatur. ꝙ in causis spũalibus iuramentũ de veritate dicenda nõ præstat, & non de calumnia. j. de iur. calum. litera. Sed nunquid huiusmodi iuramentum debet exigi à prælato qñ litigatur ꝑ syndicum noĩe collegij in causis spũalibus? Non vr̃: quia illud iurm dẽt præstare syndicus, ꝙ vr̃ dñs litis factus per contestationem, sicut præstat iuramentum de calũnia. j. de iura. calum. in pertractandus. & c. seq. & c. cum in causa. & idem dico in hoc iuramento quod in iuramento de calumnia, vt qui illud præstare non vult, actor cadat ab actione instituta, & reus pro confesso habeatur. j. de iur. calum. cum in causa. & C. eod. tit. l. vlti. §. ꝙ si actor. Iuramentum illud de veritate dicenda quidã exigunt à ꝑlato, licèt præstitum sit à syndico, & in spiritualibus & in ciuilibus causis, vt ꝑlatus dicat inde veritatẽ de causa illa. sed quo iure hoc faciant. nõ vidi ius super hoc. sed ex quadam æquitate hoc dicunt, quæ posset continere qñq; iniquitatem, quia posset corrumpi prælatus. Sed nũquid crederetur cõfessioni prælati, vt per talem cõfessionẽ condẽnaretur ecclesia: & si iã fundasset ecclesia intentionem suam, nunquid præualeret confessio prælati contra ecclesiam facta? Certe non, argu. opi. 25. q. 2. postea quam. quia factum prælati non debet ecclesiæ sic imputari. 16. q. 5. si episcopum. & j. de excep. cum venerabilis. Qui tale iuramentum exigunt dicũt quòd confessio prælati sola non præiudicaret ecclesiæ, sed cũ alijs adminiculis præiudicaret, vt si altera pars semiplene probasset, ita quòd non sufficeret ad cõdemnandum, tunc confessio prælati complet probationem. Sed nõ credo quòd deberet talis exigi confessio: nisi forsan cum prælatus deberet respondere de eo quod ipse fecit, sicut seruus quandoque interrogatur de facto suo. 4. q. 3. c. si testes. §. item serui neque. & C. de q̃stio. interrogari. nec tunc dicerem quòd confessio illa ꝑiudicet ecclesiæ: quia delictum personæ. & c. nisi id fecisset de mandato capituli, vel ratum postmodum habuisset. & hoc probat decre. illa, præsentium. quæ hic inferius allegatur, licèt consuetudo se habeat in contrarium. Hodie vero habemus quandam decretalem sup hoc, quæ dicit quòd prælatus nomine suo, & in animam capituli vel maioris partis præstat hoc iuramentum de veritate dicenda, & sic debet respondere veritatem, quam ipse scit & intelligit per eos in quorum animas iurauit. & incipit; præsentium tibi auctoritate. & mittitur cuidam archiepiscopo. a Et ita confessio solius prælati non præiudicat ecclesiæ, & ita non debet exigi. Ber.

An cum prælati testificantur, debeant præstare iuramentum de veritate dicenda.

a Hanc decretalẽ hẽs modo sub titulo de testibus. lib. 6.

f Confiteretur.] & ideo pro conuicto dẽt haberi, cum sua excusatio non valeret: quia confessos in iure, pro iudicatis haberi placet. C. de confes. l. vnica. & j. de cõfes. cum super. & c. ex parte. tamen si quis ꝓbat se errasse, non nocet confessio. c. vlti. & C. de iur. & fac. igno. error facti. De hac materia tractatur plenè j. de confes. c. vlt. & j. de iudi. c. at si clerici.

Cõfessio nõ nocet errãti.

[Glo. seq. arguit à contrario, allegat tria iura. & arfortificat per vnam decre. secundò contra allegat quatuor iura, tertiò soluit.]

g Suspendit.] Innuit quòd secus sit de iure cõi, q. d. Archidiaconus ea quę sequuntur facere non debuerat de iure

Archidiaconus an habeat curam animarum.

iure communi, sed de consuetudine. ǁ. de offi. archi. ad hoc s. de exces. prælat. ad hæc. Item quòd non de iure cōi hoc faciant, est argu. 16. q. 7. nullus omnino. imò vř de iure cōi quòd consuetudo non prosit, inf. de off. Archi. cum satis. imò contrarium vř quòd de iure cōmuni hæc spectēt ad archidiaconum. 25. di. perlectis. 63. dist. si in plebibus. ǁ. de offic. archid. c. ad hæc. & cap. vt nostrum. Quid est ergo tenendu m de iure cōi? Vř quod hæc pertineant ad archidiaconum per iura proxima. Sed consuetudo seruatur in talibus. 1 De hac materia dicetur infra de offic. archid. ad hæc. & eo ipso, quod archidiaconus vel alius prælatus hoc exercet, intelligere pōt quòd curam habet animarum annexam.

vel canonicatus in aliqua ecclesia: vñ dř intitulari, i. inclericari, vel canonicari. Et dř titulus quilibet ordo ecclesiasticus, & qlibet dignitas vel platio. vnde qs intitulari in aliqua ecclesia. i. ordinari vel præfici. 70. dist. sanctorū. Est ergo regulariter verū, quòd nulli clerico de iure cōi licet hře duas ecclesias, vel quo ad titulū clericatus, vel quo ad titulū canonicatus vel ordinationis, vel plaītiōis, vel dignitatis, vt 70. dis. sanctorū. & hic, vbi dicit q̄ null9 pōt hře plures parochiales ecclesias uel dignitates, cum idē iudiciū de hmōi sit hñdum, vt hic dicit, & ǁ. de multa. & 13. q. 1. c. 1. & 80. di. epi. & 7. q. 1. in apib9. & 21. q. 1. clericus ab īstanti, nam hře plures ecclesias, est genus negotiationis, vt in prædicto c. cleric9 ab instanti, quia eis seruire non pōt. ǁ. de præb. quia in tantū, & ǁ. de elemen. resi. quia nonnulli. & qui ad vtrunq; festinat, neutrum benè peragit. 16. q. 1. presbyteros. Item sicut vxore viuente nullus aliam pōt hře. 4 sic nec clericus secūdam ecclesiam pōt hře. 7. q. 1. sicut alterius. & sic accipitur titulus in decr. prædicta: & in decretis prędictis. Ista quidem sunt regulariter vera: ūñ in casibus. 5 potest quis hře plures ecclesias. Primò ubi una pendet ab altera, vt hic, & inf. de æta. & quali. cam te. & ǁ. de præb. extirpandę. §. 1. Item si habet unam intitulatam, & aliā commendatam, vt hic, & 21. q. 1. qui plures. Item propter paupertatem ecclesiarum. 10. q. 3. vnio. & ǁ. de æta. & qualit. cam te. Item olim propter penuriam clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fi. Item per dispensationem domini papæ. inf. de præb. de multa: & hodie in talibus episcopi dispensare non possunt, vt etiam dicit illa decre. de multa. sed in illa quam quis habet commendatam, non dicitur prælatus esse. Vnde versus.

Paupertas pendens defectus, gratia seruans:
Ecclesias retinere duas dat quodlibet horum.

Hæc uera sunt in prælaturis & dignitatib. Quid dicemus de alijs clericis, nunquid pñt esse clerici in plurib. ecclesijs, & ibi hře præbēdas? de iure cōi pōt dici quòd in pluribus ecclesijs intitulari non pñt: nisi essent tenues in substantia, vt dictum est de prælaturis: sed per dispensationem eorum benè pñt, quia epi dispensatio cum talibus clericis non est prohibita, imò tacitè vř concessa per contrariam consuetudinem, quam scit papa & tolerat: & sic ipso facto derogatum est illi decret. 79. dist. sanctorum. Sed in diuersis episcopatibus necessaria est vtriusque episcopi dispensatio. Sed hic vř permitti quòd clerici possint hře titulum in pluribus ecclesijs: quia non prohibet hic, nisi de parochialibus, & sic per ꝯtrium sensum permittit clericis hře plures canonias. Sed credo quòd si primum beneficium sit sufficiens, qđ secundum non possit hře nisi dispensatione.

excommunicat, & absoluit presbyteros, & priores, & parochiales ecclesias interdicit, necnon archidiaconus visitat, † & inquirit, quæ viderit inquirenda, & procurationes ratione visitationis recipit, euidenter apparet, quod curam habeat animarum annexā: quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus existat: cum idem de personatibus, [a] quod & de beneficijs curam animarum habentibus, iudicium sit habendum. [b] Insu per indulgentiam, quam super hoc asserit se habere, inualidam reputauimus, cum in ea falsitatem suggesserit, & suppresserit veritatem, qua tacita vel expressa [c] ipsam nullatenus habuisset. [d] Suggessit enim, quod prædictas parochiales ecclesias antequam fuisset in archidiaconum assumptus, canonicè fuerat assecutus, cum nullus potuerit plures parochiales ecclesias obtinere, nisi vna penderet [e] ex altera, uel vnam intitulatam, [f] & alteram † commendatam haberet. vnde cum idem vtramque illarum intitulatam haberet, ipsas nequiuit canonicè habuisse. Item suggerens, quod redditus personatus [g] sui erant tenues & exiles,

† Vide Cōc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3.

1 Concord. tex. in l. obseruat. §. antequā. ff. de offic. procon. & l. item eorū. §. 1. ff. qđ cuiusl. uniuers.

bat Abb. q̄ sicut titulus designat nomē libri, sic bñficiū itiis latū nomen uel cognomen, uel de nominationem clerici. Io. And.

† Aliam i

4 Tex. est in l. Arethusa. & seq. cum vulg. ff. de sta. homi.

5 Hic casus no. 21. q. 1. s summa. & Host. ponit hic versus: Dependens, tenuis, ratus uel gřa papæ, utilius vrgens, uel cōmendatio iusta: Diuersos titulos p mittunt iure teneri. Io. And.

Pro solu..., & p tră... to. & de s oīb. po... Host. spe... les rubri... llas in sū... a sua de ... leri. sup ... ima parte ... ricæ, q ... ct. dř vsu... ion. Io. ... d.

Vñ dica...

a Idē de personatibus.] inf. de præb. de multa. §. vlt. & est arg. quòd de similibus idem děet esse iudicium. ǁ. de transla. c. inter corporalia. & ǁ. de rescrip. inter cætera. in fi. Similis n. æquitatis ratio similia iura suadere vř. C. ad leg. Fal. l. vlti. ff. ad leg. Aquil. illud & C. de const. pecu. l. vlt. & ǁ. de cōfir. vti. uel inuti. cum dilecta. & s. de const. nam concupiscentiam. & quoties ex vna radice uitium nascitur, consequens est ut eadem lege tollatur. C. de nup. si libertam.

b Habendum.] potest hic dici prout dicit 17. q. 4. uxor fęlicis. versic. sic est ad singula, &c.

c Expressa.] s. de rescrip. super literis. multa exempla potes habere s. de rescri. cum adeo. & constitutus. infra de offic. delega. coram. infra de re iud. inter monasterium. & sic idem iuris est in indulgentijs siue cōfirmationibus sicut in rescriptis, vt hic patet, & in priuilegijs. ǁ. de deci. ex multipici. ut non ualeant ueritate tacita impetrata. Ad hoc ut confirmatio ualeat, necesse est quod papa ex certa scientia confirmet omnia beneficia, alias non ualet, ut hic patet. & inf. de confir. & affi. c. quia circa. inf. de concess. præben. quia diuersitatem.

d Habuisset.] ut ipse dicebat.

e Penderet.] de hoc no. ǁ. de æta. & qualita. cam te.

[Gl. seq. ponit quinque modos, quibus dicitur titulus. secundò ponit regulam, & quinque casus exceptos tertiò quærit, & soluit.]

f Intitulatam.] no. ergo q̄ nullus pōt habere duas ecclesias intitulatas. Vt hoc melius intelligas, uideas primò quid sit titulus. Titulus quādoque dř signū. ut 16. q. 6. consuetudo. Et dř titulus omnis causa acquirendi dominij, ut titulus, pro emptore, pro donato, p hærede, pro suo, pro dote, pro legato, pro derelicto. 2 vnde dicitur quod in præscriptionib. ecclesiasticis bona fides & iustus titulus exiguntur. infra de præscrip. si diligenti. & qui aliquem talem habet titulum, habet causam præscribendi. Itē dř titulus ipsa ecclesia, vt titulus S. Petri: vnde singuli tantùm clerici per singulos tantum titulos sunt ponendi, idest, ecclesias. 80. di. episcopi. unde in ordinationibus quando uocantur clerici. dř talis ad titulum 3 talis plebis. Itē titulus dř clericatus,

g Personatus.] i. decanus super quo impetrauit indulgentiā, ut ipsum cū prædictis parochialib. ecclesijs retineret. Vel fortè loquitur de archidiaconatu. ut illas retineret cum archidiaconatu. ǁ. de cons. & affi. quia circa.

[Glo. seq. notat, & dat simile.]

a Retinere.] not. ꝙ qui habet plura bñficia, quorũ alterũ per se sufficeret, nõ põt sine mortali peccato retinere aliud: sed dispẽsatio reddit licitũ qđ erat 1 illicitum, sicut vides simile, consuetudo facit quod in absẽtia licitè possit beneficiũ percipi. ĩ. de consti. cum omnes. b Si quod.] idest, quia non videbatur cõpetere, ideo cessit spontanea voluntate sic. ĩ. de simo. p tuas quasi male conscius sibi cessit.

1 Intellige regulariter & in his sunt iuris positiui.

IN Genesi.] Sunt duæ partes. Prima ponit tres cassation s causas. Secũda cassat: ibi, Nos his prima causa vsque ibi, Nec plenè. Secũdò usque ibi, Nec ẽt & ab īde tertia. Ab. Et aduerte quia totũ legitur suspẽsiuè vsque ad finem.

CASVS. Vacante quadam ecclesia cathedrali, cũ canonici statutã die ad celebrãdã electionẽ cõuenissent, qdã canonicus G. noie fuit admissus cũ ꝓtestatione. qdã canonicꝰ H. noie cum esset in regno Franciæ, nõ fuit ad electionẽ vocatus cũ de ꝯsuetudine uocari debuit. præmisso scrutinio ſm formã concilij gñalis, qdam cõsenserũt in G. Quidam verò in alias ꝑsonas singulares, ita ꝙ i ipso scrutinio plures nunciati & electi fuerunt publicato scrutinio illi qui in eundem G. in scrutinio singulariter consenserunt, eundem G. singulariter elegerunt. demum causa super istis electionibus ad sedem Apost. est delata. examinatis electionibus papa super his ita processit. dicit papa, in concilio generali cautum vt hac collatione habita eligatur, quem omnes vel maior sanior pars consenserit, sed in G. maior pars totius capituli non consensit, quamuis habuit maiorem partem comparatione minorum, nec fuit plenè collatio facta numeri ad numerum, quia in collatione tractatum non extitit, nec discussum, vtrum prædicti duo G. & H. vocem in electione habuerant, nec fuit collatio zeli ad zelum, nec meriti ad meritum; præterea electio non fuit communiter celebrata: quia licèt in dictum Guli. singuli singulariter consensissent, non tamen publicato scrutinio debuit subsequi singularis electio, sed communis: ne idem repeti videretur, vt tot essent electiones quot essent numero electores, quod est absurdum, quia ex singularibus consensibus electio non apparet vniuersalis. nec communis. quamuis quilibet singularis ueritatem exprimat suæ partis, & hoc probatur per quoddam simile: ex singularibus propositionibus, licèt sint veræ, non apparet vniuersalis propositio, nisi per signum uniuersale exprimatur. Præterea prædicti duo non debebant sic excludi, quia G. erat in possessione canonicatus vel quasi, habendo stallum in choro, & locum in capitulo legendo, & cantando, & in tractatu electionum tanquam canonicus sit vocatus, q̃uis fuerit cũ protestatione admissus: Alius verò erat in tali loco, de quo debuit vocari, cum de toto regno Franciæ vocẽtur absentes cõsuetudine ecclesiæ Gallicanæ. His igitur plenius examinatis papa electionem præmissam ꝯ formã concilij generalis in pluribus attẽtatã decreuit irritam & inanem. Not. quædam sunt de forma electionis, quæ si omittantur uel aliquid ex istis, non ualet electio. Primum est, ꝙ maior & sanior pars totius capituli dẽt esset in electione, aliter nõ ualet electio. Item collatio necessaria est numeri ad numerũ, zeli ad zelum meriti ad meritum. Itẽ cõis debet esse electio siue vniuersalis, idest, oẽs ꝙ in scrutinio consenserunt, publicato eodẽ, oẽs vna uoce debent ipsum eligere, vel vnus de mandato aliorũ. Itẽ oẽs ꝗ requisiti fuerunt in scrutinio, debẽt esse in collatione. Itẽ absentes uocandi sunt in loco unde consueuerunt uocari. sed istud vltimum ñ est de forma: quia si absens postea uellet cõsentire, non cassatur electio propter ea, sed potius confirmatur.

† Collige ex hoc optimã practicã cedendi liti, &c. simi. est in l. postquã liti. C. de pac. Bart. in l. q. Romæ. §. duo fratres, ff. d ver bo. oblig.

suppressit, quòd alios redditus in pluribus ecclesijs noscitur obtinere. Suppressit etiam, quod plures parochiales ecclesias, cum pluribus alijs beneficijs in diuersis ecclesijs obtineret; cum intentionis nostræ non fuerit secum in tot beneficijs (præsertim habentibus curam animarũ) dispensare; nec intentionis nostræ fuerit aliquid ei de nouo concedere, sed vt per indulgentiam posset habita licitè retinere: [a] & infra.

¶ Tandem cum non restaret, nisi proferenda sententia, idem tam iuri (si quod [b] ei competere videbatur) quam liti cessit † spontanea voluntate, ius cessionem duximus admittendam.

¶ Idem.

¶ Irrita est electio, quam collatio non præcessit, vel quæ facta non est a maiori parte capituli, uel quæ non fuit cõmunis.

CAP. LV.

10 IN Genesi legitur: & inf. ¶ Cum in concilio [c] † caueatur, vt is collatione [d] habita eligatur, in quem omnes vel maior & sanior pars capituli nõ consentit: & in G. maior pars totius capitula consenserit: quamquam maiorem partem habuit par20 tium [e] comparatione minorum.

¶ Nec plenè numeri ad numerum, quia vtrum G. & H de quibus aduersarij referunt quæstionem, in electione vocẽ habue30 rint, tractatũ non extitit, nec discussũ: nec zeli ad zelũ, [f] nec meriti ad meritũ collatio facta fuerit.

¶ Nec etiam electio communiter [g] celebrata, quoniam licet in eũdem G. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis, ne vel idem repeti [h] videretur, vel ex hoc

† In Concil. Lateran. sub Inn. iij. c. 24.

50 c Concilio.] ĩ. eod. tit. c. quia propter.

d Collatione.] quę si non fiat, non tenet electio. ĩ. eo. Cumana in fi.

e Partium comparatione.] sic. ĩ. eod. ecclesia uestra. & c. Cumana.

f Ad zelum.] sic patet ꝙ in electionibus hodie considerat zelus, & merita electorũ considerantur, & dignitas eligentiũ, vt ex omnibus istis maior & sanior pars censeatur. ĩ. eod. ecclesia uestra. & ita non semper 60 standũ est numero, vt ĩ. eod. ecclesia. in fi. & ĩ. de test. in nostra. Illa enim maior pars & sanior censetur, quæ est iustior, & maiori ratione nititur & æquitate. 40. di. multa. in fi. & ff. de pact. maiorem.

Electio qualiter dicatur fieri a maiori & saniori parte.

g Communiter.] in communi enim & publicè debet electio celebrari, & non singulariter vel clandestinè. ĩ. eo. quia propter. in fin. & hic est expressum qualiter fieri debeat.

h Repeti.] sic videtur idem repeti, quia in scrutinio publicato quilibet per se consentit singulariter, & solus. si postea publicato scrutinio quilibet per se eligeret, vel si quilibet per se separatim eligeret, idẽ repeti uideretur, quod esse non debet, ut sequitur, vel tot essent electiones, &c.

[Gl. seq. inducit duo similia de testibus singularibus, & de actione communi pluribus. Signant contrariũ de l. ꝑ fundũ, cum similib. & de decre. bonæ.]

a Nec

a Nec ex singularibus.] consensus eligentium oēs simul adinuicem cōuenire debent, & simul exprimi per vnum vel plures vel simul oēs. s.eo.quia p p.& s.eod. bonæ memoriæ.vbi non credit testibus qui sunt in suis testimonijs singulares. & c.cum dilectus.& j.de accu. cum dilecti. Nec uoces eorum tanq̃ pluriū admittunt, quos diuersitas tēporū simul interfuisse ꝓhibuit. 3.q. 9. nihilominus. simul enim testes in vnū concurdare debent, sicut & electores in vnū, cū ius eligendi cōe sit oibus, per singulos diuidi nō dēt: sicut cū una actio cōis est oibus & pluribus, nō dēt diuidi per singulos, sed tota simul in iudiciū ueniit, uel uenire debet. ff. de iu. om.iud.si idem.§. si vna actio. & arg. ad hoc, ff.de ser.rust.p̄dio. si vn⁹ ex socijs. arg.cōtra. ff.de seru.rust.p̄d.per fundum. vbi ius cōe eundi per fundū cōem pluribus potest mihi separatim concedi: & cum oēs cesserint, ius habeo eādi. vt ff. commod. receptū.& l. si quis duas. §. item si duo. & ff. de aqua plu. arcen. si aūt. & diuersis tēporib. pñt aliqui consentire electioni sup. de postu. bonæ.in fi.& sup.eo. quod sicut.

Imò per vnū tūc, & et verba singularis numeri.s. eod. um ab uno. le're ind. c. enno. lib. 6. Ioan. And.

sequeretur absurditas, vt tot essēt electiones, quot numero eligentes: Nec ex singularibus [a] vel particularibus consensibus appareret vniuersalis electio vel communis, licèt quilibet singularis veritatem exprimat suæ partis: quemadmodum ex singularibus propositionibus (licèt veris) vniuersalis propositio non apparet † nisi per signum vniuersale forsitan exprimatur. Nec præmissi duo [b] canonici poterant sic excludi, cum primus [c] existeret in canonicatus possessione, [d] vel quasi † habendo stallum in choro, locum in capitulo, legendo & cantando vt canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & personarum, quæ occurrerunt pro tempore faciēdæ, tanquam canonicus sit vocatus: quamquam hac uice fuerit cum protestatione admissus: secū-

† vide l. qui habebat. ff. de legat. 3. & .si plurib⁹, & ibi Bar. ff. de leg. 2.

† Vide tex. in l. cæterū. ff. de rei vendi.

Si plures sint domini illius loci per quem qui ducit: voluntas omnium requiritur. ultimam tamen tator tenet. Io. And.

[Glossa sequens recip. per ob.& solutionem & remissionem.]

b Nec præmissi duo.] de quibus nihil discussum fuit. Et ita nec Papa debuit aliquid dicere eis. cum de qua re cognouit iudex. de ea tm̄ dēat iudicare. j. de cā poss.cum super. & ff. de iud.de qua re. Sed ipse hoc supplet ex officio suo. Qñ iudex supplere debeat, dictum est s.de postu. & bonæ. & hoc præcipuè debet inquirere an forma sit seruata, & an persona sit digna, etiam si nihil dicatur. De hoc dixi s.e. cū nobis. & c.venerabilem.

c Primus.] i. Guil.

[Glo.seq.signat contrarium, & soluit.]

d Possessione vel quasi.] vnde ab electione excludi non debuit. sed vocari. j.de causa poss.cum ecclesia. & potest eligere, & valet talis electio etiam si ius in veritate non haberet: dummodo possideat quiete, q̃a credat habere ius, vt s.eod. querelā.& j.de cau.pos. cū olim. & j.de iure pat. cōsultationibus. Si tñ ab initio anteq̃ fiat electio, negatū fuerit illos habere ius in electione, & admittantur sub protestatione vt vox eorū valeat, si de iure debeat valere, nec valebit vox eorum nisi constiterit eos ius habere: vnde talis possessio non prodest. j.eod. Cumana. vnde dicit eī q̃d hic dicit. Nō est cōtra quia nō fuit hic discussum an debeat interesse vel non: & ita remansit adhuc in sua quasi possessione, & sic protestatio hic non fuit necessaria ratione præmissi. Præterea aliud est hic: quia ius com̃une pro se habebat, quia canonicus erat: illa vero non. Ber.

[Gl.seq.arg.& opi.ponit. quam reprobat.]

e De consuetudine.] sic vr̄ quod in talibus potius stādū sit cōsuetudini q̃ alicui iuri. Quidam dīt quòd oēs de prouincia vocandi sunt & soli ad electionem. arg. illius decr. s.eod. coram. quia cōis dēt esse electio, ut ibi no. de hoc veri⁹ credo vt consuetudini stetur, vt ibi dixi.

dus verò esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus, cum de toto regno Franciæ vocantur absentes de consuetudine [e] ecclesiæ Gallicanæ.

¶ Nos his plenius intellectis, de consilio fratrum nostrorum præmissam electionem, vtpote contra formam [f] concilij attentatam, decernimus irritam [g] & inanem.

¶ Idem capitulo Massano.

¶ Non valet electio pontificis per laicos & canonicos facta, et q̃ hoc habeat consuetudo. hoc dicit, & quotidie solet allegari.

C A P. LVI.

MAssana † ecclesia † pastore vacante, & infra. ¶ Edicto perpetuo Prohibemus, ne per laicos [h] cum canonicis pō-

f Formam.] argu. quòd formā mandati exacta diligētia est obseruanda. s. de rescrip. cum dilecta. j.de offi. deleg.venerabilis.& q̃ cōtra facit. nihil fecisset ꝑ tāt, vt ibi. & s.e. qa pp.&c. Cumana. ꝑ hoc & per illud q̃d dr̄ in ca. illo. Cumana &c. cum in veteri.& j. de offi. deleg. c. venerabilis. patet qualiter illa cōstitutio, quia propter. sit intelligenda & per hoc quod habet. s. j. eo. ecclesia.

g Irritam.] sic intellige. s. eo. ecclesia vestra. Ber.

MAssana ecclesia.] Hæc decretalia tria facit. Primo ꝓhibet, Secūdo decretū ponit. Tertio dānat cōtrariā consuetudinē. secunda ibi: Quæ si, tertia: ibi, Non obstante. Abb. Siculus.

CASVS. In ecclesia Massana consuetudo inoleuit, q̃ eadem ecclesia vacante, quidā laici cū canonicis eiusdem ecclesiæ admittebant ad electionem pastoris: significatū fuit hoc dño Papę: ipse attendens talē consuetudinē esse cōtra cononicas sanctiones, edicto perpetuo ꝓhibet, ne per laicos cū canonicis fiat electio pōtificalis: & si forte facta fuerit, nullam obtineat firmitatem, non obstante cōtraria cōsuetudine, q̃ dici dēt potius corruptela q̃ consuetudo. No. quòd laici ad electionem non debent aliquo modo admitti.

† al. Messana.

† Vide conciliū Bracarense. c. 1. & Burchardū lib. 1. decret. cap. 10.

[Glo. seq fortificat tex. secundo arg. ad pro. vtile vitiari per inutile. alleg. 5. iura ad hanc partem, & 5. ad contrarium]

h Per laicos.] quia ius eligēdi in collegiata ecclesia nō cadit in laicū s.eo. sacrosancta huiusmodi.n. mere spiritualia à laicis possideri non pñt. 15.q.7.c.1. & j.de ꝑscrip. causam quæ. cū de ecclesiasticis dignitatibus nulla sit eis attributa disponendi facultas. 16. q.7. laicis, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, vt ea. causa & q̃stione. c. non placuit. & 95. di. bene quidē. quod si attentare voluerit, tanquam sacrilegus iudicetur, vt ea. cū; & ea.q. si q̃s pricipū & per laicos nul⁹ ecclesiā teneat. vt ea.q. per laicos.& talis electio nulla est. s.eo. quisquis. imò sunt excōicandi, vt ead.q. si quis deinceps. & duobus cap. seq. Item hic habet quòd vtile vitiatur per inutile. sic. j.de offi.dele.ca. super abbatia. ff.de arbi. pœdius.& 9. dist. si ad scripturas. & 3. q.9. pura & simplex. 8.q.1. sciendum. arg. contra. s.e. illa.& j.de clerici.excom.mi. si celebrat.& j.de præb. dilectus.& 12.q. si quos.& 22.q.4. inter cætera.

Laicis non datur eligendi potestas.

[Gl. seq. exprimit quare non valeat consuetudo.]

a Consuetudine.] cum talis consuetudo sit contra ecclesiasticã libertatem. s. eo. sacrosancta. & c. cum terra. & s. eo. quisquis. & i. de re iud. cum causa. & nulla temporis longinquitate defenditur. sup. de consue. cum inter. & c. cum venerabilis. & c. ad audientiam. & s. eod. causam quæ. & 1. q. 3. si qs præbendas. & quia non est rationabilis, non potest præscribi. sup. de consue. c. vlt.

tificis electio præsumatur. Quæ † si fortè præsũpta fuerit, nullã obtineat firmitatem: Non obstante contraria consuetudine,[a] quę dici debet potius corruptela. †

† Quòd si.

¶ Idem capitu. Cathalañ.

¶ Non sufficit ad confirmationem electionis quod sit facta à maiori parte capituli, nisi etiã illa pars sit sanior.

† Vide l. oẽs iudices. cum no. C. de Decu. lib. 10. in gl. 1. & ian thẽ. ut nulli glo. magna col. 9.

ij Ecclesia vestra.] Non sufficit ad validitatẽ electiõis, ꝙ sit facta a maiori parte capituli, sed requiritur ꝙ illa pars sit sanior. h. d. Et est casus notab. & semper menti tenendus. Diuiditur. Nam primo ponitur duplex electio. Secundò allegatio pro vno electorum: ibi, Tãdem. Tertio pro alio: ibi, Pars vero. Quarto diffinitio: ibi, Nos ergo. Abbas.

CASVS. Vacante ecclesia Cathalañ. canonici conuenientes in vnum, terminum statuerunt ad electionem celebrãdam absente G. concanonico suo, qui noluit interesse cũ eis, adueniẽte termino. G. prædicto absente, & eo non vocato, pmisso scrutinio secũdum formã concilij. xiiij. ex canonicis elegerunt G. magistrum cardinalem concanonicum suum. xvj. elegerunt. R. canonicum Remen. postmodum vero superuenit dictus G. & electioni dicti R. consensit pro istis duabus electionibus procuratores vtriusque partis ad sedem apost. accesserũt ex parte dicti R. ꝓ electione ipsius allegabat, quòd cum in quatuor excederent aliam G. præfato computato, maior & sanior pars reputari debet. & ubi est maior numerus, ibi maior zelus reputatur. allegabatur etiam quòd dictus G. fuerat ab eis cõtemptus, & quòd postea consenserat prædictus G. in prædictum R. Ex aduerso videbatur quòd dictus R. in ætate patiebatur defectum, nec erat sufficientis sciẽtię ad ecclesiam supradictam: suus autem electus erat eminentis scientiæ, ætatis maturæ, & electores ipsius præcellebant alios meritis & auctoritate: & ideo meliorem zelum eos constabat habere. Præterea ex parte G. dicebatur quòd consensus pdicti G. (quem pars R. dicebat esse cõtẽptũ, asserente parte G. potius ab eo capitulum contẽptũ fuisse) cum nõ fuerit pstitus in scrutinio, & licet post electionem accesserit, nihil adijcere poterit, allegabatur ẽt ex parte R. ꝙ pars C. peccauerat ꝯtra formã concilij generalis, quo cauetur quòd omnibus præsentibus, &c. Sed G. non fuit præsens: ergo, &c. Sed contra hoc dicebat pars G. quòd conciliũ qđ dicit electionem non valere qñ contra formam peccatur, non debet referri ad contemptum. nec ad alia quæ non sunt de forma: unde quod dicitur, in concilio. quòd electio aliter facta nõ valeat, ea tantum respi cit, quæ contra formam concilij attentantur, & non

† Concilij Lateraneñ. sub Innoct. 3. in iii. c. 24.

CAP. LVII.

ij ECclesia vestra destituta pastore, conuenientes in vnum (absente G. qui tunc noluit interesse) [b] ad celebrandam electionem terminum statuistis, Veniente verò termino, & dicto G. (cum absens existeret) non vocato,[c] pręmisso iuxtà formam concilij † generalis scrutinio, quatuordecim magistrum G. presbyterũ Cardinalem concanonicum † vestrum, & septem decim R. Remeñ. canonicum elegerũt, præfato G. postmodum electioni eiusdem R. suum præbente consensum.

¶ Tandem procuratoribus vtriusque partis in nostra pręsentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod cum in quatuor excederet aliũ computato G. prædicto maiorem capituli partẽ habebat, & per hoc debebat pars sua sanior reputari: cum vbi maior numerus est, zelus melior præsumatur. † Pars verò altera electionem eandẽ multipliciter impugnabat, proponens prænominatum R. in ætate [d] pari defectum, nec esse sufficientis [e] scientiæ ad ecclesiam supradictam: cũ ætatis maturæ, & eminentis scientiæ præfatus

alia, quæ ibi continentur: qualc est illud quòd pręsentibus omnibus qui volunt, debent, & possunt commodè interesse, electio sit faciẽda, ne alia iura, quæ super hoc statuta sunt, vnico verbo tollantur: nec enim est credẽdũ, quòd dominus Papa, qui iura tuetur, illud quod est alias excogitatum multis vigilijs & inuentum, vnico verbo subuertere uoluisset. Papa auditis hinc & inde propositis, cum ex concilio Lateraneñ. (infra de his q̃ fiunt à maiori part. capit. cap. 1.) in ordinationibus ecclesiarum maior & sanior pars capituli exigatur, & in generali concilio caueat, vt is in quem maior & sanior pars capituli consenserit, eligatur electionem dicti R. quòd maior pars capituli non consenserit in eundem, cassauit, & electionem G. Cardinalis confirmauit. Nota quòd non semper statur maiori numero, nisi numerus maior sit sanior. Item auctoritas præfertur numero.

† In antiquis, canonicum, inuenitur.

b Interesse.] si noluit interesse: sic videtur iuri suo renunciasse. vnde sine ipso alij procedere potuerunt. supr. eod. quod sicut. & i. de offi. de leg. prudentiam. §. adijcimus. s. eod. quia propter. & s. eod. cum nobis. nec ipsius absẽntia electionem habuit retardare. C. de Decur. nominationum. Vel dic, si noluit interesse ad terminũ statuendu, in quo debeat electio fieri, non renunciauit pp hoc, quo minus vellet interesse electioni.

† Vide ea. l. ita stipulatus §. credẽdũ est. ff. de uerb. ob.

Qui noluit interesse electioni, an iuri suo renunciasse credatur.

[Glo. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

c Vocato.] Sed nonquid debuit iterũ uocari? Non credo, quia dicendo se nolle interesse, per consequens dixit quòd alterius nõ uocaretur. sic de offi. deleg. c. cũ super, 1 & aliquo negato, omnia negantur q̃ sequuntur ex illo. s. de constit. nã concupiscentiã. & qui scit, certiorari non debuit. ff. de act. emp. & uen. l. 1. in fin. s. eod. cum inter. & scient prætor non subuenit, sed ignoranti. ff. quòd cum fal. l. 2. nisi. ipse enim decepit. scienti enim & uolẽti nõ fit iniuria sine dolus. C. de transa. l. cum donationis. Vel dic quòd debeat uocari ut ad terminum statutum uenires ad electionem celebrãdam, & quia non fuit uocatus, contemptus uidetur. vnde cassari debebant electiones nisi postea cõsensisset. si prosecutus fuisset contemptũ. s. eo. quòd sicut. q a licet tunc noluerit interesse: non tamen renunciauit propter hoc quo minus vellet interesse ut dicitur in fine primæ notulæ.

1 Ad hoc † de dol. & cõtu. cũ qui li. 6. & uide qđ ibi dicã sup gl. uidebat & i. de procur. auditis in gl. mag. mc. Io. An.

d In ętate] si hoc esset uerum, electio nulla fuisset. i. eo. c. cum in cunctis.

e Sufficientis.] & ex hoc electio redditur nulla; unde electio alterius partis, etiã longe minoris ualuit. ut s. eo. congregato. & c. cum in cunctis: alias si esset sufficientis scientiæ, licet non eminentis, toleraretur. s. eo. ca. cum nobis. de hoc dicitur. supra eo. ca. congregato.

a Dicebar

Cardinalis exiſtat, & cū electores Cardinalis alios meritis & authoritate præcellerent, habito præſertim reſpectu ad pſonam electam, meliorem zelum eos habuiſſe conſtabat. Dicebatur [a] præterea, quod conſenſus dicti G. (quem pars eiuſdem R. confitebatur fuiſſe contemptum aſſerēte parte reliqua capitulū potius contemptū ab ipſo fuiſſe) cum non fuerit conſenſus præſtitus in ſcrutinio, ſed poſt electionem acceſſerit, adijcere [b] nil valebat: [c] & infra Denique [d] ſtatutum generalis cōcilij, quod electionem decernit inualidam, cum contra eiuſdem concilij formam in electione peccatur, non debet ad contemptum & ad alia, quæ non ſunt de forma referri. vnde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valeat, ea reſpicit tantùm, quæ attentantur contra formam concilij memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, ſicut eſt iſtud, [e] quod præſentib. omnibus qui debent, volunt, & poſſunt commode intereſſe, haberi debeat in electione proceſſus, ne cætera quæ ſuper hoc alibi ſtatuta noſcuntur, vno verbo videantur euerti. Neque enim credendum eſt Romanum Pontificem (qui iura tuetur) quod alias excogitatum eſt multis vigilijs [f] & inuentum, † vno verbo [g] ſubuertere voluiſſe.

¶ Nos ergo quæ hinc-inde fuere propoſita plenius intellectis (cum ex Lateraneñ. [h] concilio, in ordinationibus eccleſiarum maior & ſanior pars capituli exigatur, & ſtatutum generalis concilij contineat inter cætera, vt is eligatur in quē omnes, vel maior & ſanior pars conſentit) electionem dicti R. non perſonæ, ſed potius electionis vitio, (cum maior & ſanior pars non conſenſerit [i] in eundem) de fratrum noſtrorum conſilio duximus ſententialiter irritandam.

a Dicebatur.] a parte electorum Cardinalis.

[Gl. ſeq. quærit, ar. negatiue & affirmatiue. & ſoluit negatiue. iterum quærit, & ſoluit.]

b Adijcere.] iſte dixit ſe nolle intereſſe, vt dictū eſt in prin. nunquid cōſenſus iſtius poſt electionem præſtitus cōputandus eſt, dato φ pars ſua eēt æqualis alteri dignitate, & elect⁹ ſit idoneus? Vr̄ φ non: quia ſemel renūciauit iuri ſuo, ergo vlterius ad id redire non pt. Efau † enim primatus ſuos poſtmodū recipere non potuit, quia ſemel ceſſit, vt 7. q. 1. quā periculoſum, & renūtiantib. actiones ſuas non eſt amplius dandus regreſſus ad eas. ff. de ædil. edic. l. quærit. §. ſi vēditor. & 23. q. 4. in illic. & dicit lex qui ſemel noluit petere bonorum poſſeſſionē, pdit ius eius. vbi enim noluit, cæpit ius ei⁹ pertinere ad alios. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. tutor. & qū ſemel potuit, noluit. & qñ voluit, adimplere nō potuit. ĩ. de offi. de leg. c. cum ſuper. & præcipue cum res iam non eſſet integra. ſ. eo. in cauſis. & ſic ad ius ſuū amplius redire non poteſt. ex quod remiſit ius ſuū alijs, nō pōt vlterius ſe intromittere: ſicut iudex, qui refert cauſam ad ſuperiores. ĩ. de off. de leg. ca. licet. & ſi tm̄ dicat ſe uelle referr̄, nō poteſt ſe vlterius intromittere. ĩ. dē appell. c. intimaſti. Sed contra vr̄ quòd adhuc valeat eius conſenſus: quia licitum eſt ei pœnitere. argum. 2. q. 6. c. ei qui. §. ſi quis libellos. ne iuſtæ pœnitudinis humanitas auferatur. & iudex poteſt mutare ſuam interlocutoriam non obſtante appellatione. ĩ. de appel. cum ceſſante, & ff. de re iu. l. quod iuſſit. & magna ſapiētiæ eſt hominem reuocare quod male locutus eſt. 22. q. 4. magnæ. Non credo φ vox ſua ſit computanda, cū non fuerit in ſcrutinio, ex quo dixit ſe nolle intereſſe, & ſe abſentauit quouſq; electio fuit celebrata, licet uocari debuerit, ut dr̄ in ſi. ſecundæ notulæ. & quia conſenſit electioni R. non pt̄ proſequi contemptum. Si uerò ante electionem factā & ſcrutinium reuerſus fuiſſet, bene admitteretur, quia res integra eſt, ſimile. ff. de mino. l. Sæuola. Si vero facto ſcrutinio, & ante electionem reuertatur, iterum debet fieri ſcrutinium ſi uellet contradicere, & proſequi cōtemptum, ſi erat in loco vnde vocari deb. bat: alias ñ. Itē quid ſi aliquis erat abſens i loco in quo nō debebat vocari, & tandem poſt factam electionem ſiue ſcrutinium, quaſi caſu ſuperuenit: nunquid ſi conſentiat alteri electioni, valebit conſenſus talis, vt per talem cōſenſum præualeat electio? Non credo quod talis conſenſus debeat computari, quia nec electionem poſſet impugnare, eo quod non fuit vocatus tempore electionis faciendæ, publicato ſcrutinio, dico ſpectandum qs habuerit maiorem partem: ſicut conſideratur an fuerit tunc electus idoneus. ſ. eod. c. dudum. alias poſſet contingere: vt q tēpore electionis haberet ius, poſtea perderet illud per alios ſuperuenientes, qui vocandi non erant, & hoc per conſtitutionem, quia propter.

c Valebat.] & ſi etiam uere contēptus fuiſſet, electionem impugnare non poſſet tanquam contemptus, ex quo conſentit electioni: & numerum eligentiū non auget.

d Denique.] allegatio pro magiſtro.

[Glo. ſeq. recitetur per q. an uocatio abſentium ſit de ſubſtantia.]

e Sicut eſt iſtud.] nō credo quod iſtud ſit de forma electionis, ut ſi aliqui non vocentur qui vocandi ſunt, nec propter hoc caſſabit electio: dummodo ipſi poſtea conſentiant. ſ. e. cap. quod ſicut. & ſ. de poſt. c. bonæ. in fine. Quæ ſunt illa q̃ ſunt de ſubſtantia, dicitur ſ. eod. c. quia propter, quæ nō ſunt de ſubſtantia, collige. ſ. e. c. Cumana, in ſi. & e. in Geneſi.

f Vigilijs.] quia noſtes ducit inſomnes vt ſubiecti quiete uiuant, in auth. vt iud. ſine quo. ſuffra. in prin. colla. 2. & dicit Imperator, voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus. in auth. ut diuinæ iuſſio. ſubſcri. ha. gl. quæſtio. in prin. colla. 8. & ĩ. de teſt. ſpol. c. frequens. [lib. 6.]

g Verbo.] C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. arg. ſ. de reſcrip. c. cauſam, quæ inter P.

h Ex Lateranenſi concilio.] ĩ. de his quæ ſi. a maiori parte c. cum in cunctis.

[Gl. ſeq. tria proſequitur, quæ in electionibus attendūtur demum format unam principalem, & duas uel quatuor incidentes, & illas ſoluit.]

i Non conſenſerit.] ex hac decre. patet, quòd ñ ſem p ſtandū eſt numero i electionibus. Et ideo no. quòd plura cōſideranda ſunt i electione, authoritas, zelus, & numerus. Authoritas conſideratur in dignitatibus & meritis vitæ, zelus cōſiſtit in animo: ut ſine carnali amore eligant, ſed ſecundum meritum vitę, perſonæ ſunt eligendæ. 8. q. 1. ſi ergo. & ĩ. ut eccleſia. benef. c. ut noſtrum. De numero patet. Dicas quod ſecundum iſta debet fieri collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, habito reſpectu ad dignitatem, vt hic, & ſ. eod. in Geneſi. Si enim ex una parte ſit di-

† Hec hiſtoria de Efau altiorē hēt contemplationē, ut docent Theologi explicātes c. 25. in Geneſi.

† Vide textū in §. quorū, Inſt. i proœmio. & in auth. vt iud. ſi quo. ſuffr.

Verbū malū reuocare ſapientis eſt.

gnitas,& zelus melior tam respectu eligentium quam electi,& ex alia parte maior numerus prçualebit dignitas,cum zelo ipsi numero, vt hic habes. arg. ĩ.de test. c.in prçsentia,quia hic erat maior numerus ab vna parte,nec tamen statur numero,& hoc intelligo, dummodo numerus non excedat multum.aliàs staretur numero, dũ tñ electus esset sufficiens.ŝ.eo.c.dudũ 1. & ĩ.de appella.constitutus. 1 sed hic maior & sanior pars censetur:licèt numerus sit maior ex alia parte. nã illa pars dicitur maior & sanior q̃ maiori zelo& maiori pietate mouet. 40.dist.multi.ĩ fi.& 9. dist. sanè quippe. & arg.8.q.1. si ergo. & ff.de pac.l.maioré. Si vero ex vtraq; parte meritum par sit, standum est numero, licet ex alia parte sit authoritas.argum. C.qui bo. pos.l. vlt.§ 2. & sic zelus. & numerus præferuntur authoritati in hoc casu. Sed quid si esset par zelus in meritis eligẽtis,numerus & authoritas hincinde ? Recurrendum est tunc ad meritum electi.63.dist.si forte. & c.vlt. vbi de hoc. Sed si omnia sint hincinde æqualia , neutra electio valebit de iure , quia neutra facta est a maiori parte capitul.ŝ.eo.c.Cumana.& cap.ecclesia vestra.& c.in Genesi.& sic vtraq; est cassanda.In casu isto nõ crederẽ illos priuandos , quia non uidentur facere contra formam ita directe,vnde iterum eligant.argu.79 dis. si duo. Si iterum taliter eligant:tunc priuentur iure eligẽdi,superior.a tamen potest facere gratiam cui vult.arg.ĩ. de paro.c.1.& ff.ad Syl. l.si quis in graui.§.si cum omnes.& ff.de religio. & sumpti. fune. l. vlt. in princ. & ŝ.eo.cap.venerabilem.

1 Concor. tex. in l. de maior.ff. ad munic. & l. nominationum. C. de decurio. lib. 10.

a Papa scilicet:quia nõ posset. hoc inferior ꝯ formã concilij ŝ.eo. q̃a pp q̃d intellige p uiam confirmatiõis, sed per uiã prouisionis si ad eũ deuoluta eẽt bene posset alterũ præficere , supra eod. bonę 1. in fi.& si alter canonista alter theologus , quẽ pferat, dicã de consan. & affi.ca. 1. super uer.discretos.Io. And.

¶ Idem.

¶ Publicato scrutinio non possunt electores variare , sed compelli debent ad collationem & electionem.

CAP. LVIII.

Publicato scrutinio , [a] variare [b] nequeunt electores: Cum sit faciẽda collatio . & electio celebranda. ¶ Ad quod per superiorem, si opportuerit, compellantur. [c]

Publicato scrutinio.] Breue est. primo ponit dictum secundo rationem, vel notius aliud dictum:ibi,cũ sit.tertio aliud dictum:ibi,ad quod Abb.

CASVS. Vacante aliqua ecclesia , canonici procedũt ad electionem per formam scrutinij : in ipso scrutinio quilibet consentit ſm quòd sibi placet , publicato scrutinio ipsi nolunt variare & eligere aliũ ; quærebat utrum possint? Rñdetur quòd non , cum fieri debeat collatio.& electio sit faciẽda , & si hoc facere noluerit, p superiorẽ cõpellantur. Nota ex isto capitulo ex quo quis semel cõsenserit, suum propositũ uariare nõ põt.

a Scrutinio] quid sit scrutinium, habes supra eo. quia propter.

[Gl.seq.obijcit, & soluit.finis iterum obijcit,& soluit.]

b Variare.] sed quare non possunt variare,cum tamen nondum sit electus , immo necessaria est subsequenter electio , alias non ualeret electio.ŝ.eod.cap. Genesi.& c.ecclesia uestra.& ita vř q̃ possunt variare, cum non uideatur adhuc ius acquisitũ? ideo non possunt uariare, quia iam res non est integra. ŝ.eo. ca.in causis.& c.ecclesia uestra.& nemo potest mutare consilium in alterius præiudicium.ff.de re iud.l.nemo. & talis mutatio posset esse damnosa ecclesiæ, quia sic ꝓtraheretur electio,& mora est periculosa.ŝ.eod.c.cum inter uniuersas , & ĩ.ut lite non contestat.c.quoniam frequenter. §. porro. & sic per huiusmodi publicationem electio iam initiata quodammodo uidetur sicut per citationem negotium est quasi cœptum. ĩ. de off. deleg.c.gratum.& infra de so. cõpe.c.proposuisti . Et est simile, si quis mihi cesserit seruitutem ipse quidem postea mutare nõ potest, licet ex toto mihi ius non sit acquisitum : nisi cum omnes cesserint. ff. de seru. rust. præd.l.per fundum , & ita hic. licet per talem consensum & publicationem non sit ius acquisitum plenum, variare non possunt, imò per superiorem eligere compelluntur: vt hic dicit. Sed contra. ĩ.de transla.cap. licet ibi dicitur. quod in electione initiať spirituale matrimoniũ : & per hoc vř quòd antea possit mutari volnntas, sed ibi vere initiatur in electione : sed hic pro tanto videtur initiari , quia variare nequeunt electores ratione prædicta.

Publicato scrutinio cur uariare nequeãt electores.

¶ Idem.

¶ Cassata electione propter simoniam , etiam sine culpa electi,non dispensat episcopus ea vice cum cassato , secus si electus liberè resignauit. hoc dicit secundum intellectum gl 2.in fine.

CAP. LIX.

Si alicuius electionem pp simoniam eo ignorante,ac ratum [d] nõ hẽnte commissam cõtingit reꝓ-

[Gloss.seq.primo fortificat textum. secunda pars recitetur perquæstionem , finis per contrarium, & solutionem.]

c Compellantur.] quia ex quo quasi cœptum negotium est, per consensum præstitum in scrutinio ,necesse est consummare. & est simile:qui enim mandatum suscepit,necesse habet consummare.ff.commo.l.in commodato.§. sicut. ff.manda.l. si quis alicui: §. qui mandatum adiuuare enim beneficij,non decipi nos oportet, vt in d.l. in commodato. §.sicut.in fi.& ĩ. de commo. cap.vnico, & quod semel placuit amplius displicere non potest. 32.q.5.horrendus.infra de desponsa. impub.c. de illis. ff.de neg.gest.l.Pomponius. & quæ simpliciter ꝓmittuntur,sine conditione soluantur. 32.q. vlt.cap.vlt. & quæ non cœpit, deliberet.quæ ingressa est,perseuerct. 27.q.1.nuptiarum:ideoq; merito sunt compellendi pficere quod cœperunt . Idem credo in postulatione.vt postquam fuerit publicatum scrutinium , ab ea recedere non possunt: immo tenentur illam porrigere superiori:licet per postulationem ius non sit postulato acquisitum ratione prædicta. & de hoc dictum est. ŝ. de postu.c.vlt.& pen.& in hoc casu ualet electio,licet non fiat incontinenti:quia fraus de dolus eorum non debet obesse nominato, 3 & ita nõ contradicunt.sup. eo.c.quia propter.& c.cum post petitam.

Publicato scrutinio, cur electores cõpelli possint ad electionẽ,& collationé.

3 Concor. text. in l. si in fraudem, C.de leg. & i l. 1.& lex dolo. ff. de dolo.

Si alicuius.] Inhærendo uerbis literæ summa sic. Cassata electione prçlati propter simoniam sine uitio electi commissam,non dispensat eṗs ea uice cum cassato super illa prælatione, secus in simplici beneficio super quo dispensat, si libere resignauit.h.d.& habet duo dicta.secundum ibi.Quamuis Abb.Sicu.

CASVS. Aliquis est in prælatum alicuius ecclesiæ electus per simoniam,eo tamen ignorante , nec ratum habente, talis electio propterea reprobata est , quæriť vtrum episcopus cum illo poterit dispensare,ut iterum ad eãdem prælaturam eligatur? Respondetur q̃ eṗs illa uice cum illo dispensare non potest. sed cum illo q̃ ignoranter simplex beneficium per simoniam est adeptus,post liberum resignationem potest episcopus dispensare . Nota quòd in simonia ratihabitio retrotrahitur a contrario . Item mitius & lenius agitur cum sponte renunciãte,quam cum illo, qui sententiam expectauit.

d Ratum non habente.] alias si postea cõsentiret, idẽ esset ac si initio ꝓcurasset. ĩ. de simo. c. sicut. Sic eñ ratihabitio in maleficijs retrotrahitur, & mãdato cõparatur. ff.de ui & ui.ar.l.1.§.quoties.& ĩ.de rest.spo.c.cũ ad sedem in fi.& 2.q.1.notum.in fi.nec refert utrum ante vel post dederit vel promiserit.1.q.1.eos.in fi.Accipere eñ est qñcunque accipere,ut ibi,& 1.q. 3.si quis obiecerit,

obiecerit, in fi. & c. si quis & sic quod meo noie gestum non est, ratum habere possum. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. & 9. q. 2. Lugdunensis, & ita habes ꝙ ignorantia excusat ipsum, vt possit cũ eo postea dispensari. 1. q. 3. præsentiũ. ỹ. de renun. c. post translationem. & ita habes. ỹ. de simonia. c. ex insinuatione. vbi capitulum dispensat.

[Gl. seq. in princ. dat simile, & soluit contrarium, ꝙ sine culpa, &c. secundo signat contrariũ de c. præsentium, & tripliciter soluit. tertio signat contrarium de decre. nobis & remittit. quarto format vnum quare, & dupliciter soluit.]

bari, cum eo, super prælatione, ad quam taliter fuerat electus illa vice [a] non potest eps dispensare:

¶ Quamuis circa eum, qui ignorãter recipit simplex beneficium per simoniacam prauitatem, post liberam resignationẽ episcopi, dispensatio tolleretur. †

¶ Idem.

¶ *Electoribus impeditis, curris tempus si possunt impedimentum tollere.*

h Reddens,]& sic tradendo literas renunciauit iuri suo. sic.inf de pac.cū pridem. & donatis, & traditis instrumētis mancipiorū,mancipia ipsa donata intelliguntur.C. de do.l. 1.& q. chyrographū legauit, & actiones quę continētur ibi legauit. 3. ff.d le.3. q chyrographu.& qui obligauit instrumenta agrorū suorū, de agris ipsis cogitasse intelligitur.C. q̄ res pigno.oblig.pos.l.2. & si restituit ubi cau tionē pignoris,ius pignoris remisisse uideor. C. de remis.pign.creditorem.et ff.de Pac.l. 2. secus est si restituo tibi pignus:quia nihilominus possum petere debitum.ff.de pact.l. 3.ratio diuersitatis est,quia in altero utilitas, in altero non. Argum. contra eo. veniens. Sol. vt ibi.

[Gl.seq.alleg.vnam concord.et adiuuat textum. Secundo obiicit,et dupliciter soluit.]

i Sustinere.] inf de iudeis.postulasti, et sic reddebant mala pro bonis,et hæc quidem malorū sunt, unde eis nocet.2 3 q.4.tex sunt dñæ, et exhibitio sua retentum sine honor impensus non debet cedere damnosus. ff.de fur l si seruus cōs. § quod uero:et ff.quēdamo.testa.aper sed si quis,et ideo quia fuit deceptus promissionibus,et subuenit.sup.eo.supe. hoc.nā deceptis et nō decipientibus iura subueniunt ff. ad Velleia.l.2. § 1. et inf de rest.spoliat.cum uniuersorum,et inf de do.inter dilectus.et C. si min se maio.dixe l.2. Sed qualiter iste auditur cum nullum ius habeat: et nemo sine actione experiatur.ff.de nego.gest. si pupilli.§.ult. Verū est quod nullū ius habet sed quia iste implorauit officium iudicis,admittitur cōtra eos q cū taliter deceperunt, quia cū deficit actio,officium iudicis est implorandum. inf de offi.iudic.c.iudicis officiū.et ff de min.in causæ. tum. habes in fi. de pac.cum pridē.et ibi officiū iudicis imploratur,alias non audiret ar supra de ele.cū inter R. semorē. Sed potest dici quod per restitutionē huiusmodi literarum non renunciauit institutioni,quam habuit a legato

50

60

[illegible] dicatus non fuit seruatus in alijs: tunc necesse habet docere sententiam iustam per ipsum processum, inf. de probat.quoniam contra.d c vt ibi no.in fi.ult.no.
d Literas.] Quibus standum est quandoq;inf.de proba. post cessionem.& 9.q.3.curæ. 2
e Confessionem.] Et hoc solum sufficit, quia confessus in iure pro conuicto haberi placet.C.de cofes.l.1.& inf.de confess.cum super.& c.ult.

SAne dilecto.] In prima ponitur subdiaconi querela. In secunda prouisio.ibi,Quia vero.Io. And.

CASVS. Dominus papa mādauit cuidam legato Apost. sedis,quod H.subdiaconum in Pictauien.ecclesia canonicum instituere procuraret. qui mandatis Papæ obtemperans ipsum instituit, canonicum in eadem sed cum canonici ipsum super ipso beneficio molestarent,de consilio quorundam canonicorum illius ecclesiæ,misericordiæ capituli se subiecit, et literas suas resignando, sed ipsum postea recipere non curabant Vñ mandat eis papa cum ipse apud eos debuerit gratiam obtinere,apud quos dispendium dignoscitur [illegible] tunc eam mandat capitulo quatenus ipsum H recipiant in canonicum et in fratrem, eo non obstante quod eis literas suas reddidit. Nota quod qui restituit instrumenta iuris sui,renunciasse videtur iuri,quod sibi ex literis competebat. Item una de gratiam quis meretur, damnum sustinere non debet. Item deceptis et non decipientibus merito subuenitur.

f Instituit.] Et canonicos suspendit;vt patet in Integra.

† Cap.1. in 2. compilatio.ti.d maioritate & obe. ex quo percipit clarissima hui[illegible] tex. intelligētia cū ibi integrum sit & decisio narretur.

1 Loquitur cū dicatur erat aliquis de crimine cū bonis & appellaret ratio quo mortuo hæres propter bona de egit, dē[illegible] in[illegible] [illegible] Io.And.

† Al ita;nos de consilio fratrum nostrorum super eadem abbatia, et silentium, &c.

Concor.l. instrumenta. [illegible] probatio rs.C. de p[illegible] & l.si [illegible] hoc genus C. de e[illegible] & cle

† In codice Babati[illegible] ita: Quia vero idecēs ē, vt unde misericordiam deberet impetrare, Idē cogeretur dispendiū sustinere,mandamus,&c.

3 Ratio h[illegible] tus not. in de offi. del ga.coram.in n.1.gl.Ioan. And.

Deficiente actione officiū iudicis imploratur.

authoritate sedis Apostolicæ, quia non renunciauit ipso facto legati per talem restitutionem subijciendo se eorum misericordiæ: & ita de iure fuit auditus.

a Admittatis.] Datis executoribus super hoe, vt patet in integra. Bernar.

praeterea. contradicit, vt dictum est. & capitulo quisquis, concilium generale aliam pœnam imponit, quia efficitur intelligibilis: & iõ melius vr̃ dicendũ quod illa iura 16.q.7.si q̃s deinceps, & c. seq. quæ dicũt q̃ clerici, q̃ faciunt hoc, sunt suspensi & laici, sunt excõmunicati, q̃ clericos instituũt, non tenet in hoc vt ipso iure pœnam imponãt, sed hodie laici sunt excõmunicãdi & clerici qui recipiunt beneficia, suspendẽdi, & intelligibiles fiũt per iura illa inf. de iure patrõ. praeterea. & s̃. de ele. quisquis. Ber.

Qvod i dubijs.] propter breuitatẽ non diuiditur. Et pars huius habetur j̃. de cõse. eccle. vel alt. & d̃ pœnitẽ. & rem quod in dubijs. Io. And.

CASVS. Quidam renunciauit beneficio suo in manu laici, & illud postea recepit ab ipso. quæritur an talis renũciatio valeat: Rñd. q̃ talis resignatio nulla est veruntamẽ spoliari debet illo beneficio. Not. illud quod nõ tenetur inducere priuationem bñficij. Item spũalia a laico recipienda non sũt, nec sibi renũciãda.

[Gl. seq rec. per q. an renunciatio valeat arg. q̃ nõ. sol. q̃ valet quoad eum, al leg. vnam l. in cõtrariuin: secũda per q. an sit suspetus, &c. ar. q̃ sic. alleg. in cõtrarium, & illud soluit, ponit opin. Ioa. & contrariam quã approbat.]

b In manum laicã resignantes.] nõ videtur q̃ talis renunciatio teneat, nisi fiat i man⁹ ei⁹ a quo beneficium recepit. 6.q.3. deniq; 18. q. 2. abbas. & in aut. de defen. ciu. §. interim coll. 3. & ff. de or. iu. l. 2. §. & cũ placuisset. & arg. 17. q. 2. Gõsaldus. & optimum arg. C. de defen. ciui l. vlt. & i. eo. admonet & hoc in fi. Solu. verum est, quod quantum ad ecclesias, vel quantum ad superiorem talis renunciatio non tenet, quoniam ecclesia vel superior potest illum repetere si vult. 7. q. 1. non portet. & etiam superior 33. q. 5. mulier. Sed ipse non potest eam repetere, & ita quod ad se tenet pactum: quia etsi inutilis sit talis renunciatio, tamen habet in se tacitum pactum ne repetat, sicut acceptilatio, inutilis. ff. de pact. si vnus, § pen. & ff. de acceptila. si accepti latum. & 7. q. 1. eos. arg. contra ff. de accepti. an inutilis in prin. & quia postea recepit de manu laici, suspensus est. 16. q. vlt. si quis deinceps. & capitulo seq. in mo plus dicit concilium generaliter: 1 qui consentit electioni de se factæ per secularis potestatis abusum, ineligibilis efficitur supra de electio. quisquis. argu. contra de iu e pat. praeterea, sed expone verbum illud, communione priuetur: scilicet fidelium: cum iam sit priuatus communione sacramentorum, recipiendo ecclesiam de manu laici. Ioa. hic dicebat, quod clericus, qui sic recipit beneficium de manu laici, suspensus erat ipso iure, per capitulo si quis deinceps. quod satis posset dici. sed decre. praedicta,

† Cap. 1. co. tit. in 3. cun pilatione.

† Vide l. q ro §. si uẽdi tor. ff. d ædi. edic. & l. Herennius. ff. de euic.

† Cap. 2 eo. tit. in 3. con pilatioe. Et ad intelligẽtiam huius. cap. vide B. Thomã. 22. q. 181. ar. 5.

1 Lateran. sub Innoc. iij. c. 25.

sum in fratrem & Canonicum admittatis.[a]

¶Inn. iij Nodrecieñ. Archiepiscopo.

¶ *Renunciatio beneficij facta in manibus laici non tenet, renuncians tamen est beneficio spoliandus.*

CAP. VIII.

Qvod † in dubijs: & inf. ¶Hi praeterea qui bñficium ecclesiasticum sibi collatũ sponte in manum laicam[b] resignantes, illud denuo a laico susceperũt, eodẽ sunt beneficio spoliandi, † licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem

¶Idem Eboraceñ. Archie.

¶ *Papa concedit licentiam cedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesia sua morari non potest.*

CAP. IX.

AD † supplicationẽ Ragusieñ. archiepiscopi, eum a cura, qua tenebatur ecclesiæ Ragusien. duximus absoluẽdũ, eò qđ ibi nõ poterat securè morari:[c] & si accessum haberet ad illã, mortis sibi periculum imminebat: † & infra.

¶Ne verò idem in vituperium ministerij nostri, defectũ[d] in rebus temporalib. patiatur: mãdamus quatenus beneficiũ, qđ d liberalitate regia, ac cõcessione tua, in episcopatu Carleoli, & ecclesia de Malebron est illi collatum, ad sustentationem[e] conseruet ipsius. ¶Cui cõcessimus, vt i ipso episcopatu absque vsu pallij,[f] officium episcopale ualeat exercere, tibi tanquã metropolitano reuerentiã, et obediẽtiam impensurus.

¶ Idem archiepiscopo Calaritano. †

¶ *Ponit sex causas, ex quibus episcopi possunt petere, & papa consueuit concedere cedendi licentiam, quę sex causę his versibus comprehendi possunt.*

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis;

Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

AD supplicationem.] Prima recitat admissionem renũciationis, & causam. Secũda ibi, Ne vero causam mandati & ipsum mandatum. Tertia: ibi, Cui concessionem illi factã, & ipsius moderationem. Io. And.

CASVS. Archiepiscopus Ragusin⁹ petijt licentiam cedendi a domino papa: quia secure ibi non poterat commorari, & ipse obtenta licẽtia cessit. Archieps Eboracen. de consensu regis Angliæ cõcessit e. dẽ quoddã bñficiũ i quadã ecclesia i epãtu Carleoli. papa mandat archiepiscopo Eboracen. ne i vituperiũ ordinis clericalis mẽdicare cogatur, quatenus beneficium illud ad sustentationem conseruet ipsi⁹ ita vt sine vsu palij in epãtu illo officiũ episcopale ualeat exercere, eidem archiepõ tanquã metropolitano obediẽtiam & reuerẽtiam impensurus No. quod cũ quis timet interfici in ecclesia sua, pt petere cessionẽ. Itẽ no. q̃ superior clericis, puidere tenet. ne in opprobriũ ordinis clericalis mendicent. & sic p hoc uf necessitas vnius tãgere omnes. Item no. casum quod archiepiscopus, q̃ sub est archiepiscopo, non utitur pallio. Ber.

c Morari.] forsitan propter intemperiem aeris. 74. dist. quorundam. vel quia habebat capitales inimicos sup. de elect. bonæ.

d Defectũ.] Si 93. di. diaconi uet mẽdicat infelix, &c.

e Ad sustẽtatiõnẽ.] Huic prouidẽdũ est in bñficio quẽ nõ crimẽ, sed cã necessitatis abducit 7. q. 1. q̃uis triste, sed malo meritus publica egestate laborare debet. ff. de posit. bona fides, & merito huic prouidendum est, quia deposito subuenitur in necessarijs, 50. di. studeat. cui autem ille tanquam plebanus ecclesiæ huiusmodi.

[Glo. seq. signat contrarium.]

f Vsu pallij. Arg. contra C. quemad. ciuilia mune. in di. l. 3. lib. 10. qui maioribus honoribus functus, non licet descendere ad minores, ut dicit lex' pdict. & arg. ad idem. 93. dist. legimus. & ff. i. de transla. licet. & cap. Nisi

† Vide text in l. si pastor. ff. ad legẽ Aquil. & l. si vt certo. §. commodatum. ff. commo.

† Episcopi Arelaten.

10

20

30

40

50

60

Nisi cum pridem.] Sunt quatuor principales partes. Prima reprobat has duas causas cedendi, s. zelū melioris vitæ, & humilitatem. Secunda: ibi, Intueri potes sex causas, ex quibus epi possunt petere licentiā cedendi. Tertia: ibi, Verum reprobat alias causas cedendi, vt ocium, laborem, inspirationem, & his similes probās id auctoritatib. & rūdens id qd opponi possēt. Quarta concludit: ibi, Monemus. Itē secunda sub diuiditur in sex, quæ facilè patent. Io. And.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cōp. Et ad intelligentiā huius cap. dicit B. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4.

CAP. X.

Nisi † cum pridem: & infra ¶ Si in huiusmodi cessione frugem melioris vitæ promittis, [a] scire te debes non esse sanctificato [b] in vtero sanctiorem, & ideò non talis postulatio nō videt discreta; qa ppter laboris angustias vel persecutiones, non dēt qs dimittere sponsam suā, cui per manum se fide medi copulauit; qui, Beati sunt qui persecutionem patiunt propter iustitiā.

CASVS. Calaritanus archieps sæpè petijt licentiam renunciandi à dño Papa: super hoc Papa rescribit eidem dicens, q si pp huiusmodi cessionem promittit sibi fructum melioris vitæ, scire dēt q ipse non est sanctior q fuerit Hieremias: & ideo non dēt deserere officiū prædicationis, & cum ipse Hieremias prædicando receperit verbum Dei, licèt renunciauerit prædicandi officium: si enim propter humilitatem vult cedere, eo ipso vr in superbiam se erigere, q in proposito resignandi se exhibet pertinacem: quia tunc veram obedientiam ostēdet, cum per ipsam locum regiminis non dimittet.

Causæ cedēdi quot & quales.

INTVERI TE ITAQVE. In §. isto ponunt causæ, propter quas pōt quis petere cedendi licentiā primo conscietia criminis, debilitas corporis, defectus sciētiæ, malitia plebis, graue scandalum, & irregularitas personæ. Sed his hominibus diligens est adhibenda cautela. Propter conscientiam criminis, potest quis petere licentiam renunciandi; sed non propter conscientiam cuiuslibet criminis, sed illius ppter quod executio officij, si post peractam pœnitent à impeditur, q si pro quolibet crimine quis cederet, pauci vel nulli remanerent.

ALIA VERO. Debilitas corporis est causa cedendi, quæ præcedit vel ex infirmitate, vel ex senectute per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. nō.n. p qualibet debilitate corporali dēt qs deserere officiū suum, & hoc ostendit exemplo Apostoli.

PRO DEFECTV. Pro defectu scientiæ pōt quis petere cessionem; scientia enim circa administrationem spiritualiū & corporalium est valdè necessaria; & ideò pro vtriusque scientiæ defectu, vel ignorantia licitè renunciatur. Vnde dicit Dominus. Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, & licet eminens scientia desiderāda sit in prælato, con petens tamen toleratur, quia multa scientia (vt dicit Apostolus) inflat, imperfectum cuius charitas supplet.

PROPTER MALITIAM. Propter malitiam plebis aliqū cedere dēt prælatus, videlicet qū plebs adeò mala existit, vt proficere nequeat apud ipsam: & quanto prælatus magis laborat, tanto deterior fit. Vnde dixit Dominus per prophetam. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo. Et Apostoli dixerunt Iudæis; Ecce conuertimur ad gentes, quia verbū Dei vos fecistis indignos. Non tamen propter quamlibet culpam subditorum, pastor dimittere debet gregem suum, ne mercenario comparetur, qui dimittit oues & fugit; sed tunc demum debet fugere, cum oues conuertuntur in lupos; & tamen tales sunt aliquando tolerandi; quia sanguinem elicit qui nimis emungit.

PRO GRAVI. Pro scandalo licitum est epo petere licentiam cedendi, cum aliter scandalum sedari non potest; ne plus corporalem honorem videatur affectare quā aliorum æternam Sed inter scandalum & scandalū distinguendum; sicut Dominus distinxit, dum dixit Apostolis; Sinite illos, quia cæci sunt & duces eorum, & alibi dixit; Qui scādalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola in collo eius & demergatur in profundum maris.

PERSONÆ VERO. Propter irregularitatem debet petere cessionem? vt si sit bigamus, vel maritus viduæ. vnde dixit Apostolus. Oportet episcopū esse vnius vxoris virum, non tñ pp quamlibet irregularitatē dari debet licentia cedendi ei, qui benè administrauerit: vt si non sit natus de legitimo matrimonio; quia licèt nō debuerit tacuisse impedimentum, si occultum est factū, potest cum eo misericorditer dispensari: hoc debito moderamine, vt inter naturales & spurios distinguatur, nothos & manzeres.

VERBVM. Si verò pp alias causas petat aliqs cessionem, nō est audiendus, cū propter laboris angustias vel persecutiones, non dēt qs dimittere sponsam suā, cui per manum se fide medi copulauit; qui, Beati sunt qui persecutionem patiunt propter iustitiā. Sed diceret aliquis, spiritus vbi vult spirat, & nescitur vnde veniat, aut quo vadat; & qui spiritum Dei ducit, nō est sub lege; & ideo si cedendi licentia ei denegetur, tamen cedet. sed pōt ei responderi; qūo spiritu Dei agit, qui contra veritatem aliquid agit? imo contra spiritum Dei agit qui contra veritatem aliquid attentat.

PORRO. Sed si dicat q forsan alia causa latens est, propter quam cedendi licentia diuinitus inspiratur; potest ei responderi. Et tu qūo scis q talis inspiratio sit diuina? & subijcit exemplum de beato Martino ostendēs illius exemplo quod renunciare non debeat.

QVIPPE. Dicit Papa in §. isto quantumcunq; qs virtutibus fulgeat, charitatem aūt non habeat, nihil hre vr. Sed nulla est maior charitas, quam vt ponat animam suam pro subditis suis, vel pro amicis suis dummodò possit proficere ipsis; etsi non omnibus, tamen multis. Vndè ab eorum regimine propter laborem se excusare non debet, exemplo Apostoli; quia etsi non semper laborem sequatur effectus, nihilominus labor meritorius est apud Deum; iuxta illud; Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum.

NEC PVTES. Dicit Papa in §. isto, quòd non dēt credere, q ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima in actiua vita multum laborabat, quia Maria optimam partem contemplatiuam vitam videlicet, elegit, quæ non auferetur ab ea; quia licet contemplatiua vita sit magis secura, actiua est magis fructuosa. Vnde lippitudo Liæ propter sobolis fœcunditatem præfertur pulchritudini Rachelis; & præterea simul potest quis esse actiuus & contemplatiuus, exemplo Moysi, qui quandoque ascendebat in montem, vt ibi gloriā Domini cum maiori cerneret libertate; quandoque descendebat in castra, vt populo prædicaret, propter hoc inducit illum dominus Papa ne cedat. Monet ergo ipsum vt laborem regiminis nō recuset. veruntamen quia in postulando cedendi licentiam insistit, dominus Papa relinquit illum conscientiæ suæ; vt si propter aliquā causam vtilem & honestam, distinctis, sibi causis prædictis, in suo proposito perseueret de licentia sua cedat, alioquin cedendi licentiam nouerit sibi interdictam; quia licet habeat pennas quibus in solitudinem euolare desideret, tamen sibi leg.. sunt nexibus præcordiorum. per hanc decretalem nota causas per quas pōt quis petere licentiam renunciandi. Not. q iod in oībus factis discretio est adhibenda. Item quædam sunt crimina, quæ etiam post pœnitentiam peractam impediunt vt simonia in ordine, & homicidium. Item scientia inflat, charitas ædificat. Item distinguit inter irregularitatem propter conscientiam seu criminis, & aliam. Item communis vtilitas præfertur priuatæ, si in communi includitur priuata. Item licet laborem non sequatur effectus, est tamen labor remunerandus. Item temporalia & spiritualia possunt simul exerceri sine peccato. Item in iudicio uoluntario relinquitur quis conscientiæ suæ, non in contentioso.

a Promittis.] Quasi credens q cedendo placeas Deo.

b Sanctificato.] Scilicet Hieremia.

oportet te prædicationis tam susceptæ deserere ministerium:[a] cum ille,[b] cuius [c] fieri baiulus recusabat, tandem prædicandũ receperit verbum Dei. ¶ Quod si forsan humilitatis causa de culmine q̃ris pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris exigere † male verticem, quòd te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. ¶ Intueri te itaque volumus, quòd hæc sunt illa, per quæ cedẽdi episcopus licẽtiam potest postulare; conscientia criminis: debilitas corporis: defectus sciẽtiæ, malitia plebis, graue scandalum, irregularitasque personæ: sed in his omnibus est obseruanda cautela. ¶ Propter cõscientiam.n. criminis, cedendi potest licentia postulari, & forsitan [d] non cuiuslibet, sed dumtaxat [e] illius, propter quod ipsius officij executio, post peractam pœnitentiam impeditur; cum si omnes quos arguit conscientia cuiuslibet culpæ [f] cederent, pauci [g] vel nulli in illo ministerio remanerent, & inf. ¶ Alia verò causa est debilitas corporis, † quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute † procedit: nec tamen omnis; sed illis solummodò, per quam impotens [h] redditur ad exequendum officium pastorale: nam si pro qualibet corporali debilitate, susceptæ seruitutis officium posset deseri, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari: cũ interdum non plus horte tur senilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere, pro talibus.n. de se dicit Apostolus: cum infirmior, tunc fortior sum, † quia nonnunquã corporis infirmitas [i] fortitudinem cordis augmẽtat. ¶ Pro defectu quoque scientiæ plerunque [k] potest quis petere cessionẽ, quia cum ipsa circa spiritualium [l] administrationem sit potissimum necessaria, & circa curã temporalium [m] opportuna præsul, qui cõmissam sibi dẽt ecclesiã regere i vtrisque, salubriter ei renunciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim (inquit Dñs) scientiam repulisti, [n] & ego repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi: quamquã & si desideranda sit eminens sciẽtia in pastore, in eo tamen sit competens

a Ministerium.] Quod priuilegiatum est, inf. de stat. mo. quod Dei timorem.

b Cum ille.] i. Hieremias q̃ p̃dicationis recusabat officium, & tamen postea recipit, 8. q. 1. in scripturis.

c Cuius.] scilicet verbi Dei.

d Forsitan.] Illud forsitã, non vr poni dubitatiuè, sed affirmatiuè, sim. 32. q. 2. admonere, & inf. de pœ. tuæ. & de pœ. dis. 1. quãobrẽ, ff. de rei vẽ. itẽ si. §. j. & verba sequẽtia hoc innuũt, & s. de celer. sup litteris, ver. nisi forsitã.

[Gl. seq arguit & opponit ponit solutionẽ cõlonam, arg. ponit contrariã Ioã. Tan. eni obijcit, & soluit partim approbando. Item quærit, & soluit.]

e Sed dũtaxat 2.] ex illo loco colligũt ꝙ pro nullo crimine põt ep̃s renũciare sine licẽtia Papæ, quã tuncunq; graui. Sup hoc dñt q̃dã, ꝙ nullus criminosus, nullus irregularis põt renũciare sine licẽtia Papæ, arg. 3. c. proxi. ver. vnde q̃ dã. & 6. q. 3. demiq;. & ff. de adm. tut. l. tutores, §. q̃ sc. & si talis sit qui titulũ nõ hẽat, vt simoniacus, & intrusus, in mente tñ p̃p necessitatem possent renũciare, ar. illius c. 17. q. 4. si quis suadẽte. Tan. & Io. dñt ꝙ simoniacus & intrusus nõ hẽnt titulũ, sed fures & inuasores sũt, 1. q. 1. ordinationes, & 9. q. 1. ordinationes, & iõ quãto plus rẽ tenent, tãto pl' peccãt, & fur sẽp est in mora, ff. de con. fur. si pro fure, §. pe arg. quia nõ remittit peccatũ, etc. 14. q. 6. si res aliena, vnde dicit quod renũciare possunt sine licẽtia Papæ, quia ipsi ad hoc teneñ canonis auctoritate, 1. q. 1. si quis neq;. In alijs qui titulũ hẽnt, secus est, ibi necessaria est licentia Papæ, vt hic dicit, arg. inf. c. prox. rursus, & sc. Sed litera ista contradicit. s. non cuiuslibet, sed illius dumtaxat, cuius executio post peractam pniam impeditur, sed hæc duo crimina talia sunt, & sic vr, quod hic sit petenda licentia: quia licẽt titulum non habeat simoniacus, tamen vr habere titulum, cum per electionem habuerit ecclesiã, quo ad cõem opinionem hẽt titulum: cum occulta fuerit simonia, vnde saltẽ propter hoc tenetur licentiam petere, & causa potest subesse: quia si benẽ administrauerit, Papa de facili dispensabit cũ eo. arg. inf. e. ca. post vero. Satis posset hic dici, ꝙ intrusus omnino dẽt cedere, qui nec quantũ ad opinionẽ, nec quantum ad veritatẽ, titulum hẽt. Quæ ergo sunt crimina, q̃ p̃ st peractã pœnitentiam impediunt executionem ordinis? Dic ꝙ simonia est vnũ de illis, 1. q. 1. erga simoniacos, j. de simo. ta. itẽ homicidiũ, j. de tẽpo. or. c. vlti. & 50. dist. miror. & de his duobus criminibus habemus expressè j. de accus. inquisitionis, in prin. Item sm Ioã. oẽ peccatũ q̃d ipso iure irrogat infamiã, 3. q. 7. infames, §. porro, quia licet culpa per pœnitẽtiã tollatur, infamia tñ non abolet, 2. q. 3. c. Euphemium, §. hinc colligẽ. de hoc not. inf. de tẽp. or. & qua. or. ex tenore. 3 illis em criminib. q̃ post pniam impediũt executionẽ ordinis, aut beneficij retẽtionẽ, dẽt eps petere licentiã cedendi: quia pœnitẽte i. õ põt nisi renunciet. In alijs vero criminib. de quibus põt pœnitere remanendo in officio suo, nõ teneñ petere cessionẽ, arg illi', de cr. j. de tẽp. ord. c. vl.

f Culpæ.] Hoc est contra illos qui dñt oẽ crimen inducere irregularitatem.

g Pauci.] quia res pene contra naturã est ꝙ qs sit sine peccato 25. di. §. nunc aũt, & 81. di. s. Apostol', i si sim. j. de p̃bẽ c. pen.

h Impotẽs.] talis enĩ morbus dr sontlicus: quia cuiq; rei agẽdæ impedimẽto est, ff. de re iud. q̃tiũ, & ff. d ver. sig. l. morb'.

i Infirmitas.] quia feruor sp̃us [illegible] sublimiora conscendit, j. eo. literas.

K Plerunque.] nisi esset talis scientia, q̃ cito addiscere põt; ad quod semper tenetur episcopus, 28. dist. cap. vlt. vnde dicit Iurisconsultus, si vnum pedem tenerem in sepulchro, adhuc addiscere vellẽ, ff. de fideicom. libe. apud Iulianum 24. q. 3. si habes.

l Spiritualium.] 38. dist. per totum.

m Temporalium.] 86. dist. fratrem nostrum, & 39. dist. Petrus, 36. dist. 1. §. 1 & meritò necessaria est scientia spiritualium & t palũ: quia in his alios docere dẽt episcopus, & ideo aliorũ doctrina indigere non dẽt 1. q. 7. cõuenientibus, & in auth. de san. epis. §. deinus, colla. 9.

n Scientiam repulisti.] 39. dist. omnes psallentes.

1 Dicendo a, a, a, Domine, puer sum ego: & nescio loqui. Io. An.

Hier. 1.

† In quibusdam vulgatis legitur, e ligere, sed mendosè.

2 Abb. hic formauit q̃dam distinctionem ad instruendũ an prælatus teneatur cedere, distinguens an electio sit canonica rõne p̃sonæ & formæ, an canonica ex persona tñ, uel ex forma tãtũ, cuius distinctionis materiam, vide pleni' ta. d. i. sup. de elect. quod sicut, in fin. Io. And.

† corporalis.

† Adde quis dicat senex, no. in l. si pater, § in arrogationibus, ff. de ado. & l. inuiti, ff. de testã.

3 Concor l. 1. & vlt. C. de sen. pal. cum ibi no. & l. 1. §. de qua. ff. de posithu.

2. Cor. 12.

† Addantur in vno vetere hæc duo verba, & potes.

18

† Vide text. in authẽ. de iud. §. 1. coll. 9. & l. fi quis § prohibetur, ff. de edi do.

Osee 4.

a Tolle.

toleranda: [a] quia secundum Apostolum, Scientia inflat, † charitas aût ædificat; & ideò imperfectum scientię, pôt supplere perfectio charitatis.

¶ Propter malitiam autem plebis, [b] cogitur interdû prçlatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiá, quo magis satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur, dicente domino per prophetam. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est. & Apostoli leguntur dixisse Iudæis, Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis.

¶ Non tamen pro qualibet culpa [c] pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, [d] sed de superioris licentia, tunc demum potest non tam timide fugere, quam prouidè declinare, cû oues conuertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt. cum etsi tales sint grauiter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore vtiliter [e] tolerádi, quia sanguinem elicit [f] † qui nimis emungit. Pro graui quoque scandalo euitando (cum aliter sedari non potest) licet epo petere cessioné, ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem, memor illius quod dicit Apostolus, Si esca [g] scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.

¶ Sed inter scandalû & scandalum est subtiliter distinguendum, [h] sicut Dominus ipse distinxit, cui cum dixissent Apostoli, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo [i] scandalizantur? respondit, finite [k] illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Alibi verò dixit, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

¶ Personæ verò irregularitas, vt si forte sit bigamus, vel viduæ maritus, est causa, propter quam petere potest licétiam aliquis resignandi, attestante Apostolo, qui dicit. Oportet episcopû esse vnius vxoris virum: Non tamen propter quálibet irregularitatem personę, dêt ei qui regulariter [l] ministrauit, cedêdi licétia indulgeri, vtpote si de legitimo matrimonio non sit natus, quia licet irregularitaté hmôi nô potuerit [m] subiicere, si tñ & culpa [n] latet [o] & causa, [p] cû eo qui laudabiliter suû impleuit officium (iniuncta sibi pœnitêtia competenti) potest non minus vtiliter, quá misericorditer dispêsari. Ego sum inquit Deus, zelotes [q] visitás peccata pa

---

1. Cor. 8. — † Vide l. sed Iulianus, §. quod dr, ff. ad Mac. & l. ex pluribus, ff. de reg. iu. — Ezech. 3. — Act. 13. — Ioan. 10. — Matth. 15. — Matth. 18. — 1. Tim. 3. — Exod. 20.

a Toleranda.] sup. de elec. cum nobis olim, & inf. de præb. venerabilis.
b Plebis.] Simile 7. q. 1. c. aduersitas, §. hoc tunc seruandum, & c. vlt.
c Culpa.] Subditorum, scilicet.
d Fugit.] 23. q. 4. tres personas.
e Vtiliter] Qñq3. n. dormire dêt seueritas disciplinæ. 23. q. 4. ne quis, & c. non pôt, & 11. q. 3. quando.
f Elicit.] Vt 4. dist. denique, & alibi, noli esse nimis iustus, quia iustus quâdoq; in iustitia sua perit. 2. q. 7. c. plerû que, §. de his, & de pęn. dist. 1. serpens.
ADDITIO. Vnde versus.

Qui nimis emungit, solet exterquere cruorem,
Et violenta facit correctio deteriorem,
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

g Esca.] inf. de noui ope. nunc. cum ex iniuncto.
[Gl. seq. circa scandalum distinguit triplicem veritaté & in vltima subdistin.]
h Distinguêdum.] Prout Gregor. distinguit super Ezechielé homil. 7. vtrum scandalum sine peccato vitare possumus an non? 1 nam inquátum possumus, sine peccato scandala vitare debemus. alioquin vtilius scandalum nasci permittit, quàm veritas relinquatur, inf. de regul. iur. qui scandalizauerit, veritas enim bonę vitæ vel iustitiæ nunquam deserenda est, veritas disciplinæ q̃doque, tunc autem debet deseri ueritas disciplinæ q̃do multitudo peccantiû est in causa, non tamen volunt defendere nullum, quod faciunt, arg. 44. dist. confessiones, vbi de hoc, & 50. dist. vt constitueretur, & inf. de cler. excom. mi. latores. Si vero defendere volût malû quod faciunt, & excusare illud quasi ex auctoritate, tunc multitudini parcendû non est pp scandalum, de pęn. dist. 6. c. 1. in fi. arg. 82. dist. plurimos, & 7. q. 1. c. aduersitas, § cum autem, ver. retrum quippe.
ADDITIO De hoc dr, in f. de têp. or. c. sane, in 2. no. 2
i Hoc verbo.] i. non oê quod in os intrat, sed quod ex ore pcedit, coinquinat hoiem, tûc dixerût Apostoli; scis q a Pharisæi, quorû religio est in cibis discernêdis, audito hoc verbo, &c. vsque ibi: vt 11. q. 3. inter verba.
k Sinite.] q d non est curandum de scádalo eorum.
l Regulariter.] aliàs cum irregularis sit, regulariter ministrare nô pôt. Ex his. n. quæ inordinate sunt acta, nô pôt aliquid ordinabiliter fieri, inf. de accus. qualiter, & qñ. sed dic regulr, i. laudabiliter & vtiliter.
m Non potuerit.] i. non debuerit de iure ipe sitæ examinationis, & sic est arg. q illud dicimur posse, qd de iure possum, 22. q. 2. faciat, & arg. sup. de res. sciscitatus, sed debuit confiteri saltem in secreto, sup. de elec. innotuit.
n Culpa.] quia nô manifestauit impedimentû têpore suæ pmotionis. vñ imponi dêt sibi pnia, cum dr dispensatur cû eo vt sequens lra dicit, tû si culpa talis & cã, s. irregularitas sit, dispêsatur cû ipso pper utilitaté ipsius ecclesiæ.
[Gl. seq. arguit, & allegat contrarium.]
o Latet.] arg. pro opinione illorû, qui dr cût, q peccata latêtia faciût hoies irregulares, 50. dist. sacerdos, & c sacerdotes, à côtrario sensu, & c. de his uero, ar. 33. di. habuisse, & ar. côtra, 32. q. 5. Christiana, ubi dr cit latêtia peccata nô habent uindictam.
ADDITIO. In foro sæculari non habent uindictam, sed in foro animæ habent.
p Et cã.] si 3 ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cû ipso propter utilitatem ipsius ecclesiæ.
q Zelotes.] zelâs & ulciscens peccata, uel exactor castitatis, 1. q. 1. Saluator, § econtra, & 24. q. 2. §. j. a Fatet.]

1 Si uerò dubitetur, an sit peccatû, vt scandalû uitandû arg. 14. dist. n. fi. 1. q. ult. & si illa, 23. q. 1. q d culpat, nâ si dubitatur de peccato, & certû sit de scádalo, dicemus cû Aug. Tene certum, & dimitte incertû, de pę. dist. 7 §. j. ad fi. in And.
2 Concor. tex. in l. aut facta, §. fi. ff. de pęn.
3 Hęc glossula non habetur in uetustis codicibus.

a Ministerium.] Quod priuilegiatum est, inf. de stat. mo. quod Dei timorem.
b Cum ille.] I. Hieremias q̃ p̄dicationis recusabat[1] officium, & tamen postea recepit, 8. q. 1. in scripturis.
c Cuius.] scilicet verbi Dei.
d Forsitan.] Illud forsitā, non vr̄ poni dubitatiuè, sed affirmatiuè, sim. 32. q. 2. admonere, & inf. de pe. tuæ. & de pe. dis. 2. quāobrē, ff. de rei vē. itē si. §. j. & verba sequētia hoc innuūt, & s̄. de rescr. sup literis, ver. nisi forsitā.

[Gl. seq argum & opponit ponit solutionē cōtrariam, arg. ponit contrariā Ioā. Tan. cui obijcit, & soluit parum approbando Item quærit, & soluit]

e Sed dūtaxat[2]] ex isto loco colligit q̃ pro nullo crimine pōt ep̄s renūciare sine licētia Papę, quātumcunq; graui. Sup hoc dñt q̃dā, q̃ nullus criminosus, nullus irregularis pōt renūciare sine licētia Papæ, arg. 3. c. proxi. ver. vnde q̃dā, & 6. q. 3. deniq;. & ff. de adm. tut. l. tutores, §. q̃ fe. ēt si talis sit qui titulū nō hēat, vt simoniacus, & intrusus, in morte tñ p̄p necessitatem possent renūciare, ar. illius c. 17. q. 4. si quis suadē te. Tan. & Io. dñt q̃ simoniacus & intrusus nō hēnt titulū, sed fures & inuasores sūt, 1. q. 1. ordinationes, & 9. q. 1. ordinationes, & iō quāto plus rē tenent, tāto pl⁹ peccāt, & fur semp̄ est in mora, ff. de con. fur. l. pfuræ, §. pe arg. quia nō remittit peccatū, etc. 14. q. 6. si res aliena, vnde dicūt quod renūciare possunt sine licētia Papę, quia ipsi ad hoc tenent ca-nonis auctoritate, 1. q. 1. si quis neq;. In alijs qui titulū hēnt, secus est, ibi necessaria est licentia Papæ, vt hic dicit, arg. inf. c. prox. rursus, & se. Sed litera ista contradicit. s. non cuiuslibet, sed illius dumtaxat, cuius executio post peractam pniam impeditur, sed hæc duo crimina talia sunt, & sic vr̄, quod hic sit petenda licentia: quia licet titulum non habeat simoniacus, tamen vr̄ habere titulum, cum per electionem habuerit ecclesiā, quo ad cōem opinionem hēt titulum, cum occulta fuerit simonia, vnde saltē propter hoc tenetur licentiam petere, & causa potest subesse: quia si benè administrauerit, Papa de facili dispensabit cū eo. arg. inf. e. c. ex p̄sone vestro. Satis posset hic dici, q̃ intrusus omnino dēt cedere: qui nec quantū ad opinionē, nec quantum ad veritatē, titulum hēt. Quæ ergo sunt crimina, q̃ p̄st peractā pœnitentiam impediunt executionem ordinis? Dic q̃ simonia est vnū de illis, 1. q. 1. ergo simoniacos, j̄. de simo. tāta. Itē homicidiū, j̄. de tēpo. or. c. vlti. & 50. dist. miror. & de his duobus criminibus hēmus expresè j̄. de accu. inquisitionis, in prin. Item s̄m Ioā. oē peccatū q̄d ipso iure irrogat infamiā, 3. q. 7. infames, §. porro, quia licet culpa per pęnitētiā tollat, infamia tñ non abolet, 2. q. 3. c. Euphemium, §. hinc colligē. de hoc not. inf. de tēp. or. & qua. or. ex tenore.[3] in istis em criminib. q̃ post pniam impediūt executionē ordinis, aut beneficij retētionē, dēt ep̄s petere licētiā cedendi: quia pęnitere rō pōt nisi renunciet. In alijs vero criminib. de quibus pōt pęnitere remanendo in officio suo, nō tenet petere cessionē, arg. illi⁹, decr. j̄. de tēp. ord. c. vl.
f Culpæ] Hoc est contra illos qui dñt oē crimen inducere irregularitatem.
g Pauci.] quia res pene contra naturā est q̃ q̃s sit sine peccato 25. di. §. nunc aūt, & 81. dis. Apostol⁹, i fi. sim. j̄. de p̄bē c. pen.
h Impotēs.] talis em̄ morbus dr̄ sonticus: q̃ cuiq; rei agēdæ impedimēto est, ff. de re iud. q̃ritū, & ff. d̄ ver. sig. l. morb⁹.
i Infirmitas.] quia feruor sp̄ūs ad sublimiora conscendit, s̄. eo. literas.
k Plerunque.] nisi esset talis scientia, q̃ cito addiscere pōt, ad quod semper tenetur episcopus, 38. dist. cap. vlt. vnde dicit iurisconsultus, si vnum pedem tenerem in sepulchro, adhuc addiscere vellē, ff. de fideicom. libe. apud Iulianum 24. q. 3. si habes.
l Spiritualium.] 38. dist. per totum.
m Temporalium.] 86. dist. fratrem nostrum, & 39. dis. Petrus, 36. dist. 1. §. 1 & meritò necessaria est scientia sp̄ritualium & t̄palīū: quia in his alios docere dēt episcopus, & ideo aliorū doctrina indigere non dēt 1. q. 7. cōuenientibus, & in auth. de san. epis. §. damus, colla. 9.
n Scientiam repulisti.] 37. dist. omnes psallentes.

oportet te prædicationis tam susceptæ deserere ministerium;[a] cum ille,[b] cuius[c] fieri baiulus recusabat, tandem prædicandū receperit verbum Dei.

¶ Quod si forsan humilitatis causa de culmine q̃ris pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris exigere † male verticem, quòd te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. ¶ Intueri te itaque volumus, quòd hæc sunt illa, per quæ cedēdi episcopus licētiam potest postulare; conscientia criminis: debilitas corporis: defectus sciētię, malitia plebis, graue scandalum, irregularitasque personę: sed in his omnibus est obseruanda cautela. ¶ Propter cōscientiam.n. criminis, cedendi potest licentia postulari, & forsitan[d] non cuiuslibet, sed dumtaxat[e] illius, propter quod ipsius officij executio, post peractam pœnitentiam impeditur; cum si omnes quos arguit conscientia cuiuslibet culpæ[f] cederent, pauci[g] vel nulli in illo ministerio remanerent, & inf. ¶ Alia verò causa est debilitas corporis, † quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute † procedit: nec tamen omnis; sed illis solummodò, per quam impotens[h] redditur ad exequendum officium pastorale: nam si pro qualibet corporali debilitate, susceptę seruitutis officium posset deseri, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari: cū interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere, pro talibus.n. de se dicit Apostolus: cum infirmior, tunc fortior sum, † quia nonnunquā corporis infirmitas[i] fortitudinem cordis augmētat. ¶ Pro defectu quoque scientiæ plerunque[k] potest quis petere cessionē, quia cum ipsa circa spiritualium[l] administrationem sit potissimum necessaria, & circa curā temporalium[m] opportuna præsul, qui cōmissam sibi dēt ecclesiā regere ī vtrisque, salubriter ei renunciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim (inquit Dñs) scientiam repulisti,[n] & ego repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi: quamquā & si desideranda sit eminens sciētia in pastore, in eo tamen sit competens

1 Dicendo a, a, a, Domine, puer sum ego: & nescio loqui. Io. An.

Hier. 11.

† In quibusdam vulgaribus legitur, eligere, sed mendosè

2 Abb. hic formauit q̃dam distinctionem ad instruendū an prælatus teneatur cedere, distinguens an electio sit canonica rōne p̄sonæ & formæ, an canonica ex persona tm̄, uel ex forma tātū, cuius distinctionis materiam, vide pleni⁹ tactā, sup. de elect. quod sicut, in fin. Io. And.

† corporalis.

† Adde qui dicat, sene. no. in l. si pater, §. in arrogationibus, ff. de ado. & l. inuit. ff. de testū.

3 Concor. l. 1. & vlt. C. de sen. pal. cum ibi no. & l. 4. §. de qua. ff. de postulā.

2. Cor. 12.

† Addunt in vno vete. hæc duo verba, & potest

† Vide text. in authē. de iud. §. 1. col. 9. & l. si quis §. prohibetur, ff. de of. do.

Osea 4.

a Tole-

toleranda: [a] quia secundum Apostolum, Scientia inflat, † charitas aũt ædificat: & ideò imperfectum scientię, pôt supplere perfectio charitatis.

¶ Propter malitiam autem plebis, [b] cogitur interdũ pręlatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiã, quo magis satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur, dicente domino per prophetam. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est. & Apostoli leguntur dixisse Iudæis, Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis.

¶ Non tamen pro qualibet culpa [c] pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, [d] sed de superioris licentia, tunc demum potest non tam timide fugere, quam prouidè declinare, cũ oues conuertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt. cum etsi tales sint grauiter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore vtiliter [e] tolerãdi, quia sanguinem elicit [f] † qui nimis emungit. Pro graui quoque scandalo euitando (cum aliter sedari non potest) licet epo petere cessionẽ, ne plus temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem, memor illius quod dicit Apostolus, Si esca [g] scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.

¶ Sed inter scandalũ & scandalum est subtiliter distinguendum, [h] sicut Dominus ipse distinxit, cui cum dixissent Apostoli, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo [i] scandalizantur? respondit, sinite [k] illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Alibi verò dixit, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

¶ Personæ verò irregularitas, vt si fortè sit bigamus, vel viduæ maritus, est causa, propter quam petere potest licẽtiam aliquis resignandi, attestante Apostolo, qui dicit. Oportet episcopũ esse vnius vxoris virum: Non tamen propter quãlibet irregularitatem personę, dẽt ei qui regulariter [l] ministrauit, cedẽdi licẽtia indulgeri, vtpote si de legitimo matrimonio non sit natus, quia licet irregularitatẽ hmõi nõ potuerit [m] subticere, si tñ & culpa [n] latet [o] & causa, [p] cũ eo qui laudabiliter suũ impleuit officium (iniuncta sibi poenitẽtia competenti) potest non minus vtiliter, quã misericorditer dispẽsari. Ego sum inquit Deus, zelotes [q] visitãs peccata pa

a Toleranda.] sup. de elec. cum nobis olim, & inf. de praeb. venerabilis.
b Plebis.] Simile 7. q. 1. c. aduersitas, §. hoc tunc seruandum, & c. vlt.
c Culpa.] Subditorum, scilicet.
d Fugit.] 23. q. 4. tres personas.
e Vtiliter] Qñq; n. dormire dẽt seueritas disciplinæ. 23. q. 4. ne amisso. & c. non pôt, & 11. q. 3. quando.
f Elicit.] Vt 4. dist. denique, & alibi, noli esse nimis iustus, quia iustus quãdoq; in iustitia sua perit. 2. q. 7. c. plerũque, §. de his, & de pęn. dist. 1. serpens.
ADDITIO. Vnde versus.

Qui nimis emungit, solet extorquere cruorem.
Et violenta facit correctio deteriorem,
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

g Esca.] inf. de noui ope. nunc. cum ex iniuncto.
[Gl seq. circa scandalum distinguit triplicem veritatẽ & in vltima subdistin.]
h Distinguẽdum.] Prout Gregor. distinguit super Ezechielẽ homil. 7. vtrum scandalum sine peccato vitare possumus an non? 1 nam inquãtum possumus, sine peccato scandala vitare debemus. alioquin vtilius scandalum nasci permittitũ, quàm veritas relinquatur, inf. de regul. iur. qui scandalizauerit, veritas enim bonę vitæ vel iustitiæ nunquam deserenda est, veritas disciplinæ q̃doque, tunc autem debet deseri ueritas disciplinæ q̃do multitudo peccantiũ est in causa, non tamen volunt defendere malum, quod faciunt, arg. 44. dist. conuessationes. vbi de hoc, & 50. dist. vt constitueretur, & inf. de cler. excom. mi. latores. Si vero defendere volũt malũ quod faciunt, & excusare illud quasi ex auctoritate, tunc multitudini parcendũ non est pp scandalum, de pęn. dist. 6. c. 1. in fi. arg. 12. dist. plurimos, & 7. q. 1. c. aduersitas. § cum autem, ver. rerum quippe.
ADDITIO De hoc dĩ, in f. de tẽp. or. c. sane, in 2. no. 2
i Hoc verbo.] i. non oẽ quod in os intrat, sed quod ex ore pcedit, coinquinat hoiem, tũc dixerũt Apostoli; scis q Pharisæi, quorũ religio est in cibis discernẽdis, audito hoc verbo, &c. vsque ibi: vt 11. q. 3. inter verba.
k Sinite.] q. d. non est curandum de scãdalo eorum.
l Regulariter.] aliàs cum irregularis sit, regulariter ministrare nõ pôt. Ex his. n. quæ inordinate sunt acta, nõ pôt aliquid ordinabiliter fieri, inf. de accus. qualiter, & qñ. sed dic regulr, i. laudabiliter & vtiliter.
m Non potuerit.] i. non debuerit de iure tpe suæ examinationis, & sic est arg. qp illud dicimur posse, qđ de iure possumᵒ, 22. q. 2. faciat, & arg. sup. de res. scisscitatus, sed debuit confiteri saltem in secreto, sup. de elec. innotuit.
n Culpa.] quia nõ manifestauit impedimentũ tẽpore suæ pmotionis. vñ imponi dẽt sibi pnia, cum dĩ spensatur cũ eo vt sequens isa dicit, tñ si culpa talis & cã, sit irregularitas sit, dispẽsatur cũ ipso pter vtilitatẽ ipsius ecclesiæ.
[Gl. seq. arguit, & allegat contrarium.]
o Latet.] arg. pro opinione illorũ, qui dĩcũt, qp peccata latẽtia faciũt hoies irregulares, 50. dist. sacerdos, & c. sacerdotes, à cõtrario sensu, & c. de his uero, ar. 33. di. habuisse, & ar. cõtra, 32. q. 5. Christiana, ubi dicit latẽtia peccata nõ habent uindictam.
ADDITIO. In foro sæculari non habent uindictam, sed in foro animæ habent.
p Et cã.] si 3 ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cũ ipso propter utilitatem ipsius ecclesiæ.
q Zelotes.] zelãs & ulciscens peccata, uel exactor castitatis, j. q. 3. Saluator, § ecõtra, & 34. q. 2. §. j.
a Fatet.]

1. Cor. 7.
† Vide l. sed Iulianus, §. quod dr, ff. ad Mac. & l. ex pluribus, ff. de reg. iu.
Ezech. 3.
Act. 13.
Ioan. 10.
1 Si verò dubitetur, an sit peccatũ, vel scandalũ vitandũ arg. 14. dist. c. si. 1. q. ult. & si illa, 23. q. 1. qd culpaẽ, nã si dubitatur de peccato, & certũ sit de scãdalo, dicemus cũ Aug. Tene certum, & dimitte incertũ, de pę. dist. 7. §. j. ad fi. in Add.
2 Concor. tex. in l. aut facta, §. fi. ff. de pęn.
1. Cor. 8.
Matth. 15.
Matth. 18.
1. Tim. 3.
3 Hęc glossula non habetur in uetustis codicibus.
Exod. 20.

a Patet.] A contrario sensu.

b Manzeres.] Sicut legitur in historijs, in rubrica, qui bus nõ est fas ecclesiã Dei introire. Manzer proprie dr de scorto natus Spurius de concubina. Nothus de adulterio natus, sic dr notha febris, quæ affligit sicut quartana, & tñ non est vera quartana. sic nothus quia vr ver⁹ filius, sed nõ est. Et oẽs tales illegitimi ab honorib. repelluntur, vt sup. de ele. cũ i cũctis, & sup. de ele. innotuit. & if. de fil. psby. c. 1. & vlt. Naturalis dr natus de concubina, quæ tenetur in domo quasi loco vxoris vnicæ & talis in bonis patris ab intestato succedit in duas vncias paternæ substantiæ, si alij filij non extent. nec coniunx legitima, C. de na. lib. auth. licet patri. & in bonis matermis succedit cum legitimis filijs, C. de Senatusconf. Orfic. si qua §. vlt.

ADDITIO. Vide de talibus reperitur isti versus

Mazatibus scortum sed mecha nothis dedit ortum;

Vt seges à spica, spurius sic est ab amica.

Sunt naturales qui nobis sunt speciales.

† Vide S. Th. 2. q. 105. art. 4. & Alfonsum à Castrũ lib. 2. c. 10. de iusta hæret. punit.

† Pro intelligẽtia huius tex. & glossæ quatenus agũt de filijs illegitimis. videto Cardinalem Paleotum in lib. de nothis & spurijs filiis.

trum in filios, vsque in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt me, idest, in illis qui contra me paternum odium imitantur. vnde pater a † quòd illis qui paterna vitia non sequũtur, propriè possunt in talibus suffragari virtutes: illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos † & manzeres b naturales, & spurios distinguatur: & inf.

¶ Verùm si propter aliàs causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti fauendum: cum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (vt id tamquam notissimũ omittamus, c quòd ociositas d & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas) pp laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam e tuam, cui † desigẽdo f manũ apud extraneũ te fide medio copulasti, sciens quod beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, q̃ repromisit Deus diligentibus se.

¶ Sed dices: Spiritus vbi vult spirat, g & nescis vnde veniat, aut quo vadat: & ideò non est, qui possit vias h illius spiritus perscrutari; qui verò spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: i quoniã

vbi spiritus Dei, ibi libertas. quare si cedendi tibi licentia data ab homine, non fuerit, nihilominus tamen cedes: quia data est tibi libertas cedendi à Deo. Certè desipis, si sic sapis: nam quomodo spiritu Dei agitur, qui cõtra spiritũ Dei agit? si n. vera sunt, quæ præmisimus, (imò quia indubitanter k sunt vera) proculdubio contra spiritũ Dei agit, qui aliquid cõtra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis.

¶ Porrò si dicas, quòd forsan alia est causa latens, pp q̃ cedendi voluntas tibi cęlitus inspiratur: & nos si quidẽ rñdemus, tu quõ scis ꝙ talis inspiratio sit cęlestis? nõne recolis quid ille gloriosus Pontifex l dixerit cũ cœpisset viribus corporis repente destitui: Dñe, si adhuc populo tuo sum necessarius, nõ recuso laborem, fiat voluntas tua. illius m exemplum secutus qui dixit, Cupio dissolui, & esse cum Christo, manere autem in carne necessariũ est propter vos, & infra.

¶ Quippè si quantocũque † virtutum flore n refulgeas, & in te nõ hẽas charitatẽ, nihil o te comprobaris habere, nulla si quidẽ maior poterit esse charitas, quàm vt animã suam ponat qũis pro amicis suis: cum autẽ propter hanc te decearanimam tuam pro subditis

(10) (20) (30) (40) (50) (60)

† In lib. veteri Vaticano ita; cui designando manũ tuam, &c. fide media copulasti.

Math. 5.

Otium multa, & magna parit incommoda.

Ioan. 3.

c Omittamus.] Et tamen statim subiungit: de illo. &c. & est color rethoricus, qui dicitur præoccupatio. simile 8. q. 1. Moyses in fine.

d Ociositas.] iuxta illud. Otia si tollas, periere cupidinis arcus & alibi. Quæritur Aegistus quare sit factus adulter? In promptu causa est, desidiosus erat. Et dicit Hierony. ad Monachum, Semper facito aliquid boni operis, vt te diabolus inueniat occupatũ. de cõs. dist. 5. nunquam.

e Sponsam.] Supra de transla. inter corporali. & si. solu. matri. cum dotem, §. si maritus. & expone sponsam idest, ecclesiam militantem.

[Gl. seq. ponit triplicem lect.]

SIcut nobis.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Nolentes. Ioan. And.

CASVS. Quidam regulares habent ecclesias ad eorum præsentationem pertinētes, quas vsibus proprijs appropriare nituntur: nolunt ad eas, cum vacāt, alios præsentare, sed instituūt pro sua voluntate, & ita grauant eos pensionibus, quòd nec ecclesijs cōpetenter in paupertate deseruire, nec episcopo in episcopalib. rūdere, nec hospitalitatem seruare valent. Significatū fuit hoc dño Papæ: nolens igitur papa vt antiquus status ecclesiæ pp hoc subuertatur, mandat quatenus nisi exēptæ sint ecclesiæ supradictæ a iurisdictione episcopi, excessus illos studeat rationabiliter emendare, & nisi infra tempus concilij Lateran. statutum, prædicti monachi præsentauerint ei personas ad vacantes ecclesias, ex tūc sibi, liceat appellatione remota i eis ordinare recto res: ita tñ quòd per hoc, nullum patronis in posterum præiudicium generetur. Not. quod exēpti a diœcesano puniri non possunt. Item nota concessionem ecclesiarum ab episcopis factam sine iuris sollemnitate, non valere. Item propter neglgētiam amittit quis ius præsentandi illa vice, sine præiudicio in futurum.

d Nituntur.] quod facere non pñt: nam ad priuatū cōmodū trahi non debent, q̄ ad cōem vtilitatem præfixa sunt. 25. q. 1. q̄ ad ppetuū. & ī. de offi. archipresby. vt singulæ. & arg. ff. pro soc. actiōe. §. Labeo. & ī. de præben. nulla ratio.

e Concessionis.] concessio episcopi sine consensu capituli vel maioris partis non sufficit ut possit transferre ecclesiam vel fructus ipsius ad regulares. ī. de don. pastoralis & ī. de ijs quæ fiunt a præla. sine consensu ca. cum nos.

f Destituunt.] In ecclesijs, quæ ad eos pleno iure non spectāt, instituere vel destituere non possunt presbyteros, sed illos debēt epis pñsentare, vt ipsi epi de cura plebis rūdeāt, & monachis de rebus tpalib. exhibeant rationē. ī. de præb. in Lateran. concil. & ī. de priui. cū & plantare. §. in ecclesijs. & c. sane. & cap. attendendum: sed si pleno iure ad eos pertineant: tunc possunt instituere & destituere. 16. q. 2. c. 1. & infra de præscrip. cum olim. & inf. de priuileg. quoniam per confessionem.

g Pensionibus.] nouis: quod non licet. inf. de censib. prohibemus.

h In paupertate.] magna, 2 quòd non possunt honeste Deo seruire: quia cum ad vtrumque festinant, neutrum bene peragunt. 16. q. 1. presbyteros, & C. de assesso. l. nemo.

i In episcopalibus.] s. in procurationibus, 10. q. 3. cauēdum. & c. relatum, & in cathedratico, vt ea. causa, q. 3. illud. si episcopus donet ecclesiam monachis, cathedraticum ibi debet habere. ī. de don. pastoralis. & tantum debent sacerdotes monachorum habere, vnde iura episcopalia soluere valeant, & hospitalitatem seruare, & vitam suam honeste habere, ut hic dicit, & infra de præben. de monachis.

ADDITIO. Et habet locum etiam in exemptis, eo. tit. c. 1. lib. 6. Io. And.

K Hospitalitatem.] tenentur enim clerici ad illam hospitalitatem, quæ continet officium pietatis. 42. dist. §. 1. nō ad illam, quæ fit ex debito seruitutis. C. de epis. & cle. l. 1. inf. de immu. eccl. c. 1.

l Tua.] quia tunc nihil habet episcopus. inf. de priui. cum & plantare. §. in ecclesijs. & ī. de præsc. c. olim. & inf. de priuileg. quoniam.

[margin: † Vide textum cum gl. in l. societatem, ff. pro soc. & Bal. in l. accepta. C. de vsu.]

[margin: † violentiam.]

[margin: 2 Hæc glossula non est Ber. nec hēt in antiquis libris.]

prædicto [a] excessus studeas rônabiliter emendare. Et nisi prædictæ psonæ intra tempus in Lateran. † concilio [b] constitutũ, † ad vacantes ecclesias tibi personas idoneas præsentauerint: ex tunc tibi liceat (appellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse nouerint & prodesse: ita tamen quod ex hoc nullum patronis præiudicium in posterum [c] generetur.

¶ Innocentius tertius.

¶ Supplet superior inferioris negligentiam in beneficijs conferendis, si tempus Lateran. concilij lapsum sit & collatio per inferiorem postea facta non valet.

CAP. III.

Licet † magister [d] H. & R. procurator R. de sancto Radimundo, super archidiaconatu Richemũdiæ diutius litigauerint coram nobis: & infra.

¶ Ne igitur ius nostrum negligere videamur, [e] qui alios in sua iustitia confouemus: mandamus, quatenus si vobis constiterit, archidiaconatum Richemũdiæ vacasse per annũ (tẽpore semestri, quo vel archiepiscopum, vel ad capitulum donatio pertinebat nõ a vacatione, sed à notitia [f] computato) cum pro eo, quod Eboracen. archiepiscopus alium superiorẽ non habet, ex tũc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtrique super eo silentium imponatis. [g]

¶ Idẽ magistro P. de Castro nouo, & R. monacho fontis frigidi Apost. sedis legato.

¶ Si is ad quem spectat beneficij collatio, lapso tempore Lateran. concilij conferat, nõ valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

CAP. IIII.

Litteras † vestræ discretionis † accepimus, qđ cum in quibusdã ecclesijs legationi vestræ subiectis, quædã beneficia & dignitates tanto tempore vacauissent, quod tam prelati, quam capitula secundũ tenorem Lateranen. concilii, † essent iure instituẽdi priuati: postquam aduentus vester innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere præsumpserunt: & infra.

¶ Discretioni vestræ mãdamus, quatenus si beneficia vel dignitates noueritis personis idoneis assignatas: eas † de patiẽtia [h] permittatis ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis authoritate nostra suffulti, non differatis quamtotius † ordinare.

¶ Idem episcopo Samo. †

¶ Is ad quem primo loco spectabat collatio beneficij, lapso tempore Lateran. concilij cõferre non poterit.

---

a Prædictos excessus.] ergo si exempti sunt, eps illo rũ excessus punire ñ poterit. arg. 16. q. 1. frater noster. aliter inutile esset illorum priuilegium, qa priuilegia ita sũt seruanda, fm quod cõtinetur in illis. ʒ. de priuile. porro. Quid iuris sit de hac materia, tractatur ʒ. de priuile. c. tuarum, & c. cum & plantare, & 6. q. 3. c. placuit.

b Lateran. concilio.] ʒ. de conces. pb. nulla.

c In posterũ.] per istã enim ordinationẽ non fit eis ꝑiudiciũ in alia proxima ꝑsentatione: nisi hac vice tantũ, arg. ʒ. de elec. cum in cunctis. & nulla admonitio est hic necessaria: qa ẽpsipsos admonet. ʒ. de loca. & condu. c. vlt. & C. de iure emphy. l. vlt. 1 & C. de contrahen. & comit. stipu. magnam.

Licet.] Prima pars decisẽ narrat factum. Secunda dat iudices sub certa forma, per quã ius suũ papa tuetur: ibi, Ne igitur. Io. And.

CASUS. Magister Ho. & Rogerius diutius litigarũt coram papa super archidiaconatu Richemundiæ: qa dicebatur ꝙ collatio archidiaconatus intra tẽps cõcilij facta non fuerat. ne igit papa ius suũ negligere videatur, mãdat qbusdã, quatenus si cõstiterit, Archidiaconatũ Richemundiæ vacasset per annum, tẽpe sẽmestri quo vl ad archiepm, vel ad capitulũ donatio pertinebat, cõputato non a tẽpe vacationis, sed a notitia. cũ ex tũc ad papam fuerat illius donatio deuoluta: vtriq; sup eo silentiũ imponatur. No. tẽps sex mẽsiũ currere à tẽpe notitiæ, nõ a vacatiõis. Itẽ tempus nõ currit ignoranti. Item post tẽpus illud elapsum non possunt eligere q fuerãt negligẽtes.

d Licet magister.] de archidiacono isto habes ʒ. de conce. præb. post electionem.

[Gl. seq. arg. alleg. duo iura, & remittit.]

e Videamur.] ar. quòd ordinata charitas a se incipit. de pœn. di. 3. sane. argu. 33. q. 5. si non licet. & ʒ. de vsu pal. nisi. vbi de hoc. 2

[Gl. seq. alleg. vnã cõcor. signat cõtaria, & soluit.]

f A notitia.] sic ergo patet quòd tempus istud currit tempore scientiæ tantum. ʒ. de conces. præben. quia diuersitatẽ. in fi. Arg. tñ est quòd currit ab eo tẽpore quo scire potuit, vt ff. qs ordo in bo. pos. ser. l. vlt. arg. cõtra ff. de peti. hæredi. item veniunt. §. petitam. Quod prius dictum est, valet.

[Glo. seq. improbat opi. & soluit cõtrarium.]

g Imponatis.] hic euacuatur opinio illorum, qui dicunt, ꝙ mora in electionib. possit purgari 3 q. consueuit notari, ʒ. de conces. præb. nulla. nam hic fuit nulla electio, quia fuit facta post sex menses. ʒ. eo. dilecto. & c. sequens non obstat: quia illud fuit tolerantia, & sic plenum est quod dicitur per totum titulũ istum.

Literas.] Cõmunis diuisio. Secũda ibi, discretioni. Io. And.

CASUS. In quibusdã ecclesijs quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacauerunt, ꝙ donatio illorum secundũ Lateran. concil. ad sedem Apostolicam fuerat deuoluta illi ad quos collatio pertinebat itelligentes legatos Apostol. sedis ad partes illas accedere, instituerunt in beneficijs illis personas minus idoneas: legati q. iuenerunt illa beneficia taliter collata, dubitauerunt an deberẽt illos institutos remouere: mandat illis papa, quatenus si beneficia & dignitates personis idoneis sunt collata, permittant illos de patientia pacifice possidere, alioquin remoueantur, & de personis idoneis illa non differant ordinare. Not. ꝙ collatio quæ non tenet, de patientia superioris tenet, aliàs non ualeret.

h Patientia.] ita de iure talis ordinatio non valebat. ʒ. eod. proxi. & ʒ. e. proxi. nam multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium venirent, cassarentur. ʒ. de pbtur, quæ si in iudicium venient, cassarentur. ʒ. de pb. cum iamdudum, & sic no. quod sola patientia dat hoc ius talibus institutis, non ex illa institutione ex tunc, sed nunc ex tali patientia. sic ff. de offi. procon. obseruare. in fin. fim. 2. q. 1. in primis. Bernard.

Marginal notes: † Concilij Lateran. sub Alexan. iij. c. 8. † Statutum. 1 Et vide hanc & seq. in præ. c. vlt. Io. And. † Cap. 3. eo. tit. in 4. cõp. 2 Contor. l. præses. C. de seruit. & aqua, & l. pupillũ. & ibi Barto. ff. de excus. tut. 3 Concor. mora, cum glo. magna ff. de vsur. do. in l. quæ te. & in l. vi. nũ. ff. si cer. pet. † Cap. 4. eo. tit. in 4. cõp. † Deuotionis. † Lateran. concil. Alexan. iij. cap. 8. † Easdem. † Al. quamtocitius. † Zamorẽ.

Dilecto.]

Dilecto.] Prima pars decisæ narrat factum. Secūda ibi, Quia nobis definit, Tertia sub conditione confirmationem committit: Mandamus.

CASVS. Vacante Salamantina ecclesia decanus cum quibusdam sequacibus suis, quendam P. nomine Mercatorem elegit, appellans ne cōtra suā electionem aliquid attentaretur, archiepš ad quem (vt dicebatur) electio cantoris fuerat deuoluta, aliū G. nomine in cantorem elegit, proter huiusmodi electiões, pcuratores vtriusq; partis ad Romanam ecclesiā accesserunt. quia cōstituit Papę q̄ electio à decano & eius sequacibus facta post elapsū sex mensium spatiū extitit celebrata, infra qđ eps & capitulū cōiter eligere ðbuerāt, electionem de dicto P. factā, decreuit irritam & inanē, & appellationem a decano interpositam, factū archiepi, ad quē erat eligendi auctoritas deuoluta, non potuisse aliquaten[9] impedire; vñ mādat quatenus electionē de pdicto G. debeat ꝯfirmare, nisi ei aliquod canonicum obuiaret. No. q̄ p p negligētiā amittit q̄s ius eligēdi. Itē mora i talib. nō purgat.

¶ In multis antiq. Mar celli habet.

CAP. V.

Dilecto filio P. tituli sācti Marcellini † presbytero Card. S. & R. procuratoribus P. & G. apud sedem Apostolicam constitutis auditore cōcesso, & infra. ¶ Quia nobis constitit à Salamātino decano & eius sequacibus post elapsum sex mensiū spatium, intra quod episcopus & capitulū (prout communiter [a] spectabat ad eos) procedere ad electionem causatoris neglexerant, electionē supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus irritam [b] & inanem, & appellationem à decano, & suis fautoribus interpositam, factum archiepiscopi (ad quem iam erat eligendi auctoritas deuoluta) nequiuisse aliquatenus impedire: & infra. ¶ Mandamus, quatenus nisi dicto G, aliquod canonicum obuiet: electionē de ipso factam, sublato † appellationis obstaculo confirmetis.

[Glo. seq. reci. per quæst. quis eligar ad præbendam vel beneficia ecclesiæ collegiatæ: & dicit quod prælatus & capitulum, nisi habeat aliud consuetudo, cui statur. Signat contrarium, & soluit.]

a Communiter.] de iure cōi electio spectat simul ad capitulum & episcopum, vt potest hic colligi. & ꝭ. de cōcess. præben. postulastis. & ꝭ. de ijs quæ fi. a præla. sine consensu capit. ea noscitur. & ideo cum omnes simul sunt negligentes, transfertur eligendi potestas ad superiorem, vt hic, & cap. postulastis. & sicut alia tractare debent cōiter, & ꝭ. de his quæ fi. a præla. sine consi. capituli. p totū ita & electio debet fieri cōmuniter: nisi cōsuetudo repugnet. ꝭ. de ele. c. cū ecclesia Vulterana. in fi. vbi de hoc. & ita si capitulū per se confert beneficia, vel quādoque eps per se, illud tñ fit de cōsuetudine singulari, vt c. ea nosc it, sicut vides q̄ in quibusdā locis eligit capitulū, & in quibusdā locis eligit eps, vñ soli consuetudini ascribendum est, & talis consuetudo rationabilis est, & ideo potest præscribi: 1 de tali potest intelligere & de consimilibus. ꝭ. de consu. c. vlt. in fin. Huic qđ dixi, contradicere vr. 16. q. 7. nullus omnino. Sed illud intellige secundum, ea quæ dicta sunt & hanc consuetudinem approbat concilium Lateraneñ. ꝭ. de concess. præben. nulla. vbi habetur q̄ quādoque ad capitulū spectat collatio præbendarum dignitatum, & cura animarum, quādoque ad episcopum & tunc vnus supplet negligentiam alterius, vt ibi dicitur. & illud non potest intelligi nisi de consuetudine: de iure communi non.

1 Cōcor. l. fi. ū not. ff. de e. diui. Bal. i ludijs feu. a. t. de feu. og. col. 10.

b Irritam.] & sic patet quòd mora in talibus purgari non potest, quia talis electio nulla est, vt hic dicit. de hoc dictum est sup. eo. tit. licet.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONUM, & qualitate ordinandorum.

Viso de promotione prælatorum, tractandum est de ordinatione clericorum. & q̄a ceteris parib[9], & cum scrutinio debent fieri, ideo, &c. Io. And.

De hac materia tractat 21. & 24. & 25. & 50. & 51. dist. & in multis alijs. & 9. q. 1. & q. 2. & 15. q. 9. per totum.

† al. submoto.

TITVLVS XI.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

¶ Alexander tertius Batoñ. † episcopo.

† Lōdoneñ. Bonoñ.

¶ *Diebus Dominicis, vel sabbatho Pētecostes sacri ordines ab alio quam a Papa conferri non debent.*

Subdiaconus.] Sūt tria dicta. secūdum ibi. Quāuis. tertium ibi, Sabbato. Io. And.

CASVS. Hic duo dicunt. Primum est, q̄ nō licet alicui nisi Rom. Pont. aliquem diebus Dominicis in subdiaconum ordinare, quamuis Deo dicatis virginibus velum consecratorium imponendi, & minores ordines cōferendi, dieb[9] Dominicis habeat potestatem. Secundum est, q̄ nō licet alicui i vigilia Pētecostes sacros ordines celebrare: q̄a in sequenti septimana, recepto Spiritus Sancti flamine celebrantur. No. qui virgines possunt consecrari diebus dominicis, & minores ordines conferri.

CAP. I.

Subdiaconos † autem, nulli, nisi Romano [c] Pōtifici, liceat i dieb. Dñicis ordinare: ¶ Quāuis cōsecrandi Deo dicatas virgines, [d] & ...

† Post cōcil. Lateran. sub Alex. 3. par. 26. ca. 23. & c. 1. eo. titu. in 1. cōpila.

[Glossa sequens arg. ad contrarium alleg. 8. iura, & soluit. 1

c Romano.] & ita patet, quòd ab alijs attentari non possunt quæ sibi tātum Ro. eccle. reseruauit. simile sup. de transla. inter corporalia, & c. 1. supra de ele. quòd sicut. §. super eo. Et est arg. quòd consuetudo Rom. eccle. ad consequentia trahi non debet ab alijs, argu. contra. 12. dist. ca. 1. & 2. & de conse. dist. 1. basilicas, C. de ædifi. priua. cum dubitabatur. & quod Romæ fit 2 spectandum est. ff. de offi. præ. sed licet. & secundum quod Papa facit, & nos facere debemus. infra de re iud. in causis. & eadē ratio quæ mouet ipsum, mouere debet alios iudices. sup. de rescri. super litteris. argu. optimum Insti. de sat. tu. §. vlt. in fin. Solutio. quæ Romana eccl. seruat, & docet alios obseruare, ad illa seruanda tenentur subditi eius: quæ vero in signum priuilegij sibi tantum seruauit, nullus alius sine sua speciali licentia attentare debet. quæ sint illa, dicitur ꝭ. de off. leg. c. quod translationem.

1 Concor. l. obseruare. §. antequā. ff. de rif. pcon. & l. idéque. ff. mand.

2 Ibi dr̄ spectandū non quod fit, sed qđ fieri dēt. Io. And.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

d Virgines.] 20. quæst. 2. deuotis, contra, vbi dicitur quod non, nisi in die Epiphaniarum, in Albis pascalibus & natalibus Apostolorum virgines sunt velandæ. adde ibi & hoc q̄ dicitur hic, & quod ibi, & ita alterū per alterum suppletur.

minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi ¶Sabbatho quidem Pentecostes, non liceat alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta spiritus sancti gratia) celebrentur.

¶Idem episcopo Herfordensi.

¶Non valet cõsuetudo quòd extra statuta tempora sacri ordines conferantur.

CAP. II.

SAne † super eo, quod moris esse dixisti, in ecclesijs quibusdã Scotiæ & Valliæ, † in dedicationibus ecclesiarum vel altariũ extra ieiunia quatuor temporum, [a] clericos ad sacros [b] ordines promouere. Significamus, quòd cõsuetudo illa (vtpote institutioni ecclesiasticę inimica) est penitus improbanda; & nisi multitudo [c] & antiqua [d] consuetudo terrę esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. nam apud nos sic ordinati deponerentur [e] & ordinantes priuarẽtur auctoritate ordinandi.

¶Idem eidem.

¶ Minores ordines conferri possunt diebus festis, Sacri vero conferri debent in quatuor tẽporibus, vel sabbatho sancto, vel sabbatho de passione.

CAP. III.

DE † eo autem quod quæsiuisti, an liceat extra ieiunia quatuor tẽporum aliquos in ostiarios, † lectores, exorcistas, vel acolythos, aut etiam subdiaconos promouere: Taliter respondemus, quòd licitum est episcopis, dominicis & alijs festiuis diebus, vnum aut duos [f] ad minores [g] ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor tẽporibus, aut sabbatho [h] sancto, vel in sabbatho ante dominicam de passione, nulli episcoporum, præter quam Romano Pontifici licet aliquos ordinare.

SAne.] Commmunis diuisio. Secũda ibi, Significamus. Ioan. And.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdã ecclesijs Scotiæ & Valliæ, quòd in dedicationibus ecclesiarũ vel altarium extra quattuor tempora clerici ad sacros ordines promouebãtur. Rñdet Papa, quòd illa cõsuetudo est ecclesiasticę institutioni inimica, & ideo improbanda, & si multitudo & antiqua consuetudo non esset, taliter ordinari non deberent in susceptis ordinibus ministrare. sed in Romana eccle. sic ordinati deponerentur, & ordinatores auctoritate ordinandi priuarentur. Not. quòd multitudo inducit dispensationem. Vnde versus.

Ob populũ multum, crimen pertransit inultum.

Not. quòd multitudo & consuetudo antiqua excusat.

a Quatuor temporum.] supple & extra sabbathũ sanctũ, & in sabbatho hebdomadæ mediæ Quadragesimæ. ĩ. capite proximo, quia tunc licet.

b Ad sacros.] ad minores potest diebus dominicis, & alijs diebus sollemnibus. inf. ca. proxi. tamen si secus fiat, characterem recipiunt. infra eodem, consultationi.

[Gl. seq. arg. alleg. a iura, demum arg. determinat, & triplicem veritatem distinguit.

c Multitudo.] arg. quòd multitudo dispensationem inducit. 50. dist. vt constitueretur. & 1. q. 7. quotics. 2. & 44. dist. c. comessationes. & 24. q. 4. non potest. versus.

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

In multitudine tñ illis nõ parcit, quos magis cãm delicti esse cõstiterit, ĩ. de cler. excõ. mini. latores. & ita propter scãdalum aliquid omittit impunitũ, cũ alrãs non esset omittẽdum, qđ fieri pt si veritas nõ offendit, quæ triplex est, s. iustitię. ĩ. de re. iur. qui scandalizauerit, veritas doctrinæ siue disciplinæ. 11. q. 3. quando ergo. veritas bonę vitæ. 22. q. 2. primũ in princ. & 32. q. 5. ita ne. hæc nũquã dimittenda est propter scandalum. 11. q. 3. inter verba. sed veritas iustitiæ & veritas doctrinæ siue disciplinæ, quandoque omittitur propter scandalum, puta quando multitudo est in causa, vt hic dicitur. de hoc dicit. ĩ. de renun. nisi cũ pridem. §. pro graui quoque. Veritas iustitiæ ad iudicẽ, doctrinæ siue disciplinæ ad prælatum, bonæ vitæ ad quemlibet pertinet. Vnde versus.

Est verum vita doctrina iustitiaque:

Primũ semp habe, duo propter scandala linque.

[Glo. seq. arg. alleg. 2. iura, & tria alle. in cõtrarium & dupliciter soluit. Io. And.]

d Antiqua.] arg. quòd consuetudo excusat in delictis. arg. 32. q. 4. obijciuntur & 4. dist. denique. argu. contra. ĩ. de simo. non satis. & ĩ. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulterium. cũ haberet ĩ. de consuetud. ca. vlti. 1. rñ. Sol. consuetudo siue multitudo excusat à pœna temporali, [1] quæ propter scãdalũ imponi non põt, sed à pœna æterna non excusat, immo amplius accusat. vt dicunt contraria, & non minus ardebunt qui cũ multis ardebunt. 2. q. 1. multi. in fi. Vel dic quòd cõsuetudo excusat in ijs quæ sunt cõtra ius positiuũ, dum tñ sit rõnabilis & præscripta ĩ. de cõsue. c. vlt. in fi. [2] In his vero quæ sunt contra ius naturale, nullo modo, nec vlla cõsuetudo excusat. vt ibidẽ primo responso.

e Deponerentur.] ab executione, & suspensi haberentur. cum tñ recepissent characterẽ. vt ĩ. eo. c. penult.

DE eo.] Cõis diuisio. Secũda. ibi, Taliter responde mus. Io. And.

CASVS. Quæsitũ fuit à Papa, an liceat extra ieiunia quatuor temporum promouere aliquos in ostiarios, & ad alios minores ordines, aut in subdiaconos: Rñdet Papa quòd licitũ est epis, dñicis & alijs diebus festiuis, vnũ vel duos promouere ad minores ordines, sed ad subdiaconatũ nõ licet, nisi in quattuor temporibus, aut sabbatho sancto, aut in sabbatho de Passione, prçterquam Romano Pontifici. Not. quot tempore debent sacri ordines conf. scilicet in quatuor temporibus, in sabbatho sancto, & in sabbatho ante dominicam de Passione.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f Aut duos.] nunquid plures? vtique, dũmodo non videatur generalis ordinatio.

[Glo. seq. reci. per quæ an omnes minores, &c. soluit.]

g Ad minores.] & sic videtur, quòd omnes minores ordines possit aliquis simul recipere ex eo quod dicit, potest promouere vnum ad minores: quia indeterminate dixit ad minores, de omnibus potest intelligi. 19. dist. si Romanorum. in fi. de priui. quia circa, qđ satis põt concedi, & de facto obtinet: vt hic & ĩ. de eo qui fur. or. recum H. nisi consuetudo repugnet quæ scandalũ generaret. Consuetudo enim ea quæ licita sunt reddit illicita. ĩ. de cler. cõiug. cum olim. & ĩ. de cogn. spi. super eo. 3.

h Sabbatho.] vt 75. d. ordinationes 2. nõ ergo die dñica. ĩ. eo. lĩas. Etiã continuato ieiunio, vt quidam dicebant.

† Post conc. Lateran. sub Ale. iij. par. 26. c. 24. & c. 2. eo. ti. in 1. compil.

† In vno vetustissimo manuscripto. Galliæ in alio, Gauliæ.

Dispensatio fit propter multitudinem.

Veritas triplex declaratur.

1 Concor. l. aut facta. §. fi. ff. de pœ.

2 Concor. l. 1. & ibi Bal. C. de cõfes. & i auth. in gressi cũ no. C. de sacro. eccle.

† Post cõcil. Lateran. sub Ale. iij. par. 26. ca. 25. & c. 3. eo. tit. in 1. compil.

† Vt intelligas hæc nomina ministrorũ ecclesiæ, vide Magistrũ sent. li. 4. dist. 24. adde concil. Trid. sess. 23. de refor. c. 2. & vide notus huius capitis.

An oẽs minores ordines possit quis simul recipere.

3 Cõcor. l. nõ nouũ C. de iu di. & ibi pe Pet. & Cy. & in Authen hoc ius p rectũ. C. d sacrosan. eccle.

EX tenore.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Verũ. Ioan. And.

CASVS. Quidam clericus N. nomine volebat promoueri ad maiores ordines: tñ in tãtum deliquerat, q si peccatum eius publicum esset, degradaretur ab ordine quẽ susceperit, nec posset ad superiores promoueri. quęsitũ fuit a papa quid obseruari deberet, quia peccatum istius occultum est? mandat Papa quatenus ei pęnitentiam cõdignam imponat, & ei suadeat ut parte pęnitẽtiæ peracta, ordine suscepto vtatur: sed ad superiores non ascẽdat: veruntamen quia peccatum occultũ est, si promoueri voluerit, eũ prohibere nõ debet. Notãdũ quòd occulta peccata vindictam non habent. & licet episcopus peccatum occultum nouerit per confessionẽ, non potest prohibere illum ab ordinibus.

a Adeo deliquit.] puta periurium vel adulterium commisit, vt ĩ. eo. tit. c. vlt.

[Gl. seq. alle. 4. cõcor. & in cõtrarium tria iura ponit opi. q̃ reprobat, demũ ponit opi. H. & Tan. q dixerunt quatuor consideranda.]

¶ Idem.

¶ Criminosus occultus moneri potest ne promoueatur ad ordines, sed prohiberi nõ debet.

CAP. IIII.

EX † tenore tuarũ litterarũ accepimus, qđ N. clericus adeo[a] deliqt, quod si peccatũ eius esset publicum, degradaretur † ab ordine quẽ suscepit, & amplius nõ posset ad superiores ordines ꝓmoueri. ¶ Verum quoniã peccatum ipsius forte occultũ dixisti: mandamus quatenus pœnitentiã ei condignam imponas, & suadeas, vt parte pœnitentię peracta, ordine suscepto vtatur,[b] quo contentus existens, ad superiores amplius non ascẽdat: Veruntamẽ quia peccatum occultũ[c] est: † si promoueri voluerit, eũ nõ debes aliqua ratione prohibere.[d]

† Post conc. Lateran. sub Ale. iij. par. 50. c. 3. & c. 5. co. ti. in 1. compil.

† Al. iam iã suscepto ordine degradetur.

† In foro exteriori: nam quo ad Deũ nõ relinquũtur impunita.

b Vtatur.] Not. ergo q dicit hic q criminosus acta pœnitentia potest ꝓmoueri, & in susceptis ordinibus ministrare. arg. ad hoc 34. dist. fraternitatis. 50. dist. quia tua. & c. domino. & c. ponderet. & in pluribus alijs. arg. contra 25. dis. primum. & 1. q. 7. si quis omnẽ. & 48. dis. qm. Sol. quidam dixerunt q si promotus non est, nullo modo debet promoueri, per ca. proxime dicta. hæc fuit rigida opinio, quia res pene contra naturã est, vt aliquis sit sine peccato. 25. dist. c. vnum. §. nunc autem. Vnde vr idem dicendum circa promotos & promouendos facilius tñ impeditur promouendus q̃ deijciatur iam promotus. 15. q. 8. §. vlt. Circa promotos Anto. & Tan. distinguunt, q quatuor cõsiderãda sunt. Primum, s. quantitas criminis, vtrum videlicet sit enorme vel mediocre, & in hoc consideratur quantitas criminis. Secundum, est quæ est qualitas criminis, vtrum sit occultum vel manifestũ. Tertium est modus publicationis, an sit videlicet publicum per operis euidentiam, vel per iudicis sententiam, vel per spontaneam cõfessionem in iudicio. Istis tribus modis notorium fit crimen. ĩ. de cohabit. cle. & mu. c. vlt. Quartũ est satisfactio pœnitentis, videlicet an egerit verã pœnitentiam vel simulatã. si crimẽ est enorme & manifestũ, vt simul concurrant quantitas & qualitas criminis, deponitur, nec vnq̃ restituitur post quãtamcunq; pœnitentiam. 50. dist. miror. si vero enorme & occultum, in eo casu monendus est ut abstineat. & non cogendus: quia solũ Deum habet vltorem, q̃a latentia peccata vindictam nõ habent 32. q. 5. Christiana. & acta pœnitentia poterit officio suo vti: & ad maiores ordines ascendere, vt hic, & inf. de simo. ex tuæ præter eos homicidij. infra eod. quæsitum est, ubi exemplificantur crimina talia. Si vero mediocre fuerit, & occultum, acta pœnitentia vel parte eius poterit remanere in officio suo, & ad maiores ordines promoueri fortius quã in alio casu 50. dist. de his vero. Si mediocre & manifestum, si conuictus est in iudicio vel timore probationum confessus, in eo casu deponitur. 81. dist. si quis clericus. Si vero publicũ est ꝑ operis euidẽtiam, vel spontaneam confessionem: tunc acta pęnitentia poteri cũ eo misericorditer agi secundum quod visum fuerit episcopo, quandoq; plus vel minus. 35. q. vlt. si qs presbyter. 50. dist. n. presbyterum, & hoc totum intelligas, cũ veram pœnitentiam egerit, & non simulatam: quia si simulatam, non restitueretur. 50. dist. vt constitueretur.

† circa ꝓmotos, & ꝓmouendos crimi[…]us quot qualia cõ[…]derari debeant.

c Occultum.] & sic probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. 32. q. 5. Christiana. & secretorum Deus index & cognitor est. 32. dist. erubescãt. & 2. q. 5. consuluisti. & solum Deũ habent vltorem. C. de iureiu. iuris iurande.

† Adde q̃ dicat peccatũ occultũ, & qñ manifestũ in l. cũ fratrem. per Bal. C. de his quibus vt indignis.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & tripliciter soluit. Io. And.]

d Prohibere.] etiam si in crimine teneantur, prohibendi non sunt, sed commonẽdi. ĩ. eo. c. vlt. arg. cõtra. ĩ. c. proxi. Sol. hic loquitur de sęculari, ibi de regulari q propriam voluntatem nõ habet. 12. q. 1. non dicatis. & c. nolo. Vel illud propter scandalum prælatorum: hic nullum scandalum. Vel melius, istud cũ qs petens ordines, habet ius petendi ratione tituli quem habet, vel dignitatis, illud cum ius petendi non habet: & ideo prælatus suus qui nouit secreta sua, potest eum repellere. arg. ĩ. de spon. præterea. 1.

¶ Lucius tertius archiepiscopo Turon.

¶ Religiosus contra prohibitionem prælati sui ordinari non debet.

CAP. V.

AD † aures nostras peruenit, quod religiosi quidã ad superiores desiderant ordines promoueri, sed prælati[e] eorum desiderijs contradicunt. ¶ Tuæ igitur quæstioni taliter respond quod honestius & tutius est, subiectis debitam præpositis obedientiam[f] impendẽdo, in inferiori ministerio deseruire, quam

† Post cõcil. Lateran. sub Ale. iij. par. 16. ca. 22. & c. 4. co. tit. in 1. compil.

AD aures.] Communis diuisio. Secunda ibi, Tuæ. Ioan. And.

CASVS. Quidam religiosi volũt ad ordines promoueri: ꝓlati eorum nolũt promoueri: quæritur quid iuris sit? Rñdet Papa, q tutius est eis ministrare in inferioribus ordinibus, suis ꝓlatis obedientiam impendendo, q̃ cum scandalo suorũ ꝓlatorum ad ordines superiores promoueri, nec sunt in hoc audiẽdi, quia pt esse, q prælati eorũ, aliqua sua secreta cõmissa nouerint, p p quæ salua cõsciẽtia nequeãt ꝓmoueri, qa nõ in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acqritur regnũ Dei. No. q regulares ꝯ volũtatem suorũ ꝓlatorum promoueri non debent. Itẽ nihil cũ scandalo est faciẽdum.

e Prælati.] idest, Abbates vel Priores regulares, large sumpto vocabulo, infra, de verborum significatione, quamuis.

[Gl. seq. alleg. 5. conc. & in ꝯtrariũ quinque iura, & soluit, distinguẽs excõicationem a ꝓcepto, & in ꝓcepto distinguit an spectet ad eius officium, vel nõ. Et primo casu subdiuidit an sit iustum vel iniustũ, vel dubitet.]

f Obedientiam.] & ita patet quod minores suis prælatis obedientiam seruare debent. argum. 100. distin. contra morem. & 19 distinct. in memoriam. & 9. q. 1. sciendum. ff. de re mil. l. 3. §. in bello. 11. q. 3. absit. argu. contra

contra, quia non est semper obediendum. 12. dist. non liceat. 15. q. 6. iuratos. 11. q. 3. non semp. C. de decur. omnes. lib. 10. in 6. & ꝗ. eo. dilectus. Sol. si prælatus 1 excõicet, siue iusta sit snia siue iniusta, obediendum est sententiæ. 11. q. 3. sententia pastoris. & c. si episcopus. forte. nisi in duobus casibus. ꝗ. de sen. excom. p tuas. Itẽ præcepto prælati si non pertinet ad officium snũ qđ præcipit, non est obediendum. ff. de re. iu. factum a iudice. arg. 7. q. 1. quia frater. Si vero pertinet ad officiũ suum, obediendum est, vt hic & in similibus, qñ non decipitur in præcepto. Si vero pcipiat quod omnino est malum: nõ faciat ꝯ cõsciẽtiã, licet iustum videatur plato. ꝗ. de restit. spo. literas. seruato qđ dr ꝗ. de sen. excom. inquisitioni. si vero præcipiat qđ malũ est, nõ est obediendũ ei. 11. q. 3. q resistit. &c. si dñs. & c. Iulianus. & c. non semper. Si vero dubium sit pręceptum propter bonũ obediẽtiæ excusatur a peccato, licet in veritate sit malum. 23. q. 1. quid culpatur. 2

1 Intelligẽ cũ Host. nõ ꝑcitius, si n. talis eẽt, vt hæreticus schismatic⁹ rebellis & excõicat⁹: tũc nõ debet ei subditus in aliquo obedire. ꝗ. đ of. or. quod sedem. de excel. præla. tã ea. Io. And.

† Al. plenitudine.

† Ad intelligentiã vide Anacletum Papã epistol. 2. Burchardum li. 1. de cr. c. 27. Iuonem par. 5. c. 139. adde Gratianum dist. 64. c. 4. dist. 66. c. 1. & vide primũ canonẽ Apostolorũ & c. 9. in 1. cõpilatione. titu. de electione.

2 Concor. l. 3. cum g. §. in bello. ff. de re mil.

cum præpositorum scandalo [a] graduum appetere dignitatem. ¶ Nec est in hac parte subiectorum desiderium cõfouẽdũ, quoniã esse [b] potest, quod prę lati eorum commissa secreta nouerint, ex quibus constat eis, quod salua cõscientia nequeũt sublimari: quia non in sublimitate graduũ, sed in amplitudine † charitatis acquiritur regnum Dei.[c]

¶ Idem.

¶ *Metropolitanus ab omnib. suffraganeis consecratur. Suffraganeus vero a tribus, me tropolitano iubente.*

CAP. VI.

SI † archiepiscopus obierit, & alter fuerit ordinandus:[d] omnes episcopi eiusdem prouinciæ, ad sedem metropolitanã[e] conueniant, vt ab omnibus [f] ordinetur.[g] ¶ Reliqui vero comprouinciales episcopi (si necesse fuerit) cæteris consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi poterũt ordinari: sed melius [h] est, si ipse cum omnibus eum qui dignus est, elegerit,[i] & cuncti pariter pontificem consecrauerint.

¶ Ex consilio Arelaten. †

¶ *Dicit idem quod in præcedenti.*

CAP. VII.

NE episcopi sine metropolitani pmissu,[k] nec metropolitanus sine trib. [l] vel duobus episcopis comprouincialibus præsumat episcopum ordinare,[m] ita vt alij

f Ab omnibus.] not. quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet, quia in concedendo haustum aquæ omnes debent venire, ad quos ius aquæ spectat. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo & C. de auth. præstan. l. vlt. C. de communi agro deser. quicũque in fine. lib. 11. & 8. q. 1. licet ergo. & ff. de adopt. nam diuus. Dicas ꝙ in tali casu omnes vocandi sunt, & debẽt adesse si fieri potest: & tunc sufficit ꝙ maior pars consentiat. ff. ad muni. ꝙ maior. & quod omnes suffraganei debeant ipsum ordinare, legitur. 64. dist. quia per ambitiones. & hoc quod dixi quod maior pars sufficit, locũ habet in collegijs, secus in priuatis, vt dictum est supra de cõdi. cum omnes.

g Ordinetur.] id est, eligatur, cum habent ius in electione, vt dictũ est. alias expone, ordinetur, idest, consecretur.

h Melius est.] & sic videtur ꝙ licet possit aliquid fieri per alium. & perinde habeatur ac si per se. ff. ꝙ cuiusque vniuersi. item eorum. §. 1. ff. de admi. tuto. ita tamẽ. §. gessisse. melius tamẽ res expeditur per se, quam per alium. arg. 2. q. 7. accusatio.

† Cõcilium Arelaten. 2. c. 5. Burchar. lib. 1. ca. 27. Iuo. par. 5. c. 138. & in 1. cõpilatione titu. de electio. c. 4. & concor. dat conciliũ Nicænũ. c. 4. quod videas omnino.

[Glo. seq. alleg. 5. iura, & tria in contrarium, soluit, & remittit.]

a Scandalo.] argu. nihil cum scandalo faciendũ esse. arg. 45. dist. generalis. i 6. & 51. dist. c. 1. 11. dist. illa. 28. q. 1. vxor. & etiam nunc. arg. cõtra. ꝗ. de re. iu. q. scandalizauerit 11. q. 3. inter verba. & ĩ. de renun. nisi cum pridem. §. pro graui quoque. Sol. pro vitando scandalo, sępe cessat rigor ecclesiasticæ sententię, sed malũ perpetrari nõ debet. arg. 11. q. 3. qd ergo. de hoc dictum est ĩ. eo. fine. & in c. nisi cũ pridem. §. p graui. ĩ. de renun.

b Esse potest.] no. aliquid esse faciendum vel omittendum, ad cautelam eorum quæ fieri non possunt. 32. q. 1. dixit Dominus. ff. de nego. gest. diuortio. 1. rñ. in fin. ff. de ijs qui deie. vel effu. si vero. §. prætor. 2. ff. de dam. infec. qui bona. §. si quis stipulatus.

c Regnum Dei.] quia apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. sicut excellentiam. & ille maior dicitur in regno Dei, qui est iustior. 40. dist. non loca. & c. multi. in fine.

SI archiepiscopus.] Ponit duo dicta, secundum: ibi, Reliqui vero Io. And.

CASVS. Quando archiepiscopus dẽt cõsecrari, omnes suffraganei conueniãt ad sedem metropolitanam, vt ab omnibus consecretur. episcopi vero comprouinciales, si necesse fuerit, iussu archiepiscopi a tribus episcopis possunt consecrari alijs contentiẽtibus, sed melius est si archiepiscopus cum alijs omnibus pontificẽ consecrauerit. Not. quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Item licet quis aliquid possit per alium gerere: melius tamen est si per seipsum gerat.

d Ordinandus.] idest, consecrandus: nisi forte haberẽt ius in electione. 93. dist. miratus valde, & tunc dic ordinandus, idest, eligendus: quia de consuetudine vocandi sunt.

e Metropolitanã.] 63. d. metropolitano. & 51. d. c. vlt.

i Elegerit.] cum 3 non habeat ius in electione, vt dictum est: alias expone, elegerit, id est, electum approbauerit.

3 Hæc glossula, & illa finalis i verbo, elegerit. non sunt in antiquis exẽplaribus.

NE episcopi.] Ponit duo dicta. Secundũ ibi, Quod si. Ioan. And.

CASVS. Quærebatur in concilio, vtrum epi possent consecrare suffraganeum suum, respondetur, quòd epi sine permissu archiepiscopi non præsumant epm cõsecrare, nec archiepiscopus aliquem consecrare psumat sine duobus vel tribus episcopis, ita vt alij cõprouinciales episcopi per suas litteras consentiant: quod si inter illos discordia fuerit, archiepiscopus maiori numero consentiat. Nota standum esse maiori parti.

K Permissu.] ita quod ipse sit præsens, vel alius, cui commiserit vices suas. ꝗ. de offi. ord. quod sedem. sic iudex iusta de causa potest committere alijs vices suas. ꝗ. de offi. delega. pastoralis. 1 respon. sic & prædicationis officium potest ordinarius alij committere, cum id per seipsum complere non possit. ꝗ. de offi. ord. inter cætera. sim. ff. de procura. l. 1.

[Gl. seq. soluit contrarium.]

l Sine tribus.] inclusiue. & sic non est contra. 64. distinct. comprouinciales. Quidam intelligebant olim literam sicut sonat, & male: quia sic videretur quod archiepiscopus minorem authoritatem quam episcopus haberet, cum hoc possit fieri a tribus episcopis iussu archiepiscopi, vt sup. cap. proxi. & ideo additũ fuit in litera, vel duobus. quod non erat in antiqua compilatione: & quod dicit, tribus, est de substantia consecrationis, alias non esset consecratus, si essent pauciores. 66. distin. c. porro. vbi traditur forma consecrationis ab Apostolis.

m Ordinare.] idest, consecrare.

a Con-

a Consensisse.] 64.dist.c.1.2.3.& 4.
b Maiori.] quando maiori numero sit standum vel non.sup.de elect.c.ecclesia vestra 2.

CVm quidam.] Primò punit ordinantem, secundò ordinatum. pars huius de iureiur. cum quidam. Abb.Sicu.

episcopi comprouinciales admoneantur in epistolis, vt se suo responso significent consensisse. a ¶ Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit, maiori b numero metropolitanus consentiat.

¶ Vrbanus tertius archiepiscopo Pisano.

¶ Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo, & ordinatus punitur.

CAP. VIII.

CVm quidam: & infra. ¶ Episcopum, qui die, quo nō debuit ordines celebrauit, canonica c disciplina corrigere: & ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos d restitutionis gratiam cōsequantur.

¶ Cęlestinus tertius Hidroñ. † archiepiscopo.

¶ Graci à Latinis ordinari nō debent, nec contra, si in ritu ordinandi sunt diuersi.

CAP. IX.

CVm † secundum regulas ecclesiasticas: & infra. Quia vero (sicut dicitur) in partibus Calabriæ

CASVS. Quidam eps cōtulit sacros ordines extra iiij. tempora, die quo nō debuit, dr ꝙ episcopus puniri debet canonica disciplina, s. vt priuet potestate conferendi ordines, quos illicite cōtulit. & ordinatis interdicatur executio ordinū susceptorum, donec apud sedem Apostolicā restitutionis gratiam consequantur. Nota ꝙ quis dēt puniri in eo in quo deliquit. Item nota quòd ab homine nō potest restitui per eūdem.

c Canonica.] vt priuet potestate conferēdi ordines, quos illicite contulit: sup. eod. sane. & ĩ. eod. c. litteras. aliàs si pœnę statuta non esset, pro arbitrio superioris puniretur. ĩ. de officio delegati. cap. de causis.

d Apud nos.] & sic talis dispensatio soli Papæ reseruatur. ĩ. e. cap. litteras. quia ex eo quod dicit, apud nos, alijs abstulit potestatem. argumentum infra de præb. de multa. in fine. vbi dicitur per sedē Apostolicam, & ita non per alios: argumentum ĩ. de sentētia excommunicationis. nuper. & i.f. de præb. c. graue. in fin. & sup. eo. c. dilectus. in fine. & sic habes vnum casum, in quo episcopi, vel archiepiscopi dispensare non possunt: tamen dic vt. ĩ. eod. consultationi.

† al. Idroten.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōpil. vbi integra narratio facti huic fragmento magnam lucē affert.

CVm secundum. CASVS. Clerici latini in partibus Calabriæ ordinabantur à græcis epis secundum institutionem græcorū, extra quattuor tpa ordines conferendo, & ecōuerso græci à latinis. & ita permixtim se ordinabāt adinuicem. Et hic prohibetur quòd latini de cętero ritū illorū non seruent, sed i quattuor tpibus ordines conferant, non obstante consuetudine antiquitus obtenta, cū sit potius cōtra ecclesiasticā institutioné. ĩ. eo. sane. Arg. ɔtra ĩ. eo. qđ translationé. vbi toleratur talis mos, sed hodie talis mos reprobatur, vt de cætera talis cōmixtio esse non dēat, sed vnus sit eps, q omnibus præsit. ĩ. de officio ordinatorij. qm in plerisque. Bernard. No. ꝙ certis tēporibus sint ordines conferendi. Item nota quòd in collatione ordinū non est sequendus proximorum ritus.

Hic casus antiquis codicibus restituitur.

EX parte.] Communis diuisio. Secunda ibi, Mandamus.

Latini à Græcis, & Græci à Latinis secundum alterius institutionis obseruātiā ordinantur, volumus de cætero commixtiones & consuetudines rituum in ordinibus obseruari.

¶ Inno. iij. abbati & conuẽñ. Caroli loci. †

¶ Si monachus vnius ordinis in secundo ordine ad quem transiuit recipit sacerdotium ad primum ordinem rediens in eo libere ministrabit.

CAP. X.

EX † parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, ꝙ quidam monachus vester, se ad nigros e monachos transferens, & habitum eorum assumés, ad sacerdotij ordinem in ipso habitu est promotus: vnde quia dubitastis, vtrū in assumpto taliter ordine ministrare debeat, Mādamus, quatenus (nisi canonicū aliud † obuiet) ipsum monachum officium sacerdotalis libere f exequi permittatis.

¶ Idē C. presbytero Card. Apost. sedis legato.

¶ Si Gracus episcopo Latino subiectus ordinatur sine Latini licentia à Graco, interdicitur sibi executio. Si vero licentia, tunc toleratur.

CAP. XI.

QVòd † translationem pontificis, & infra.

CASVS. Quidam monachus Caroli loci transtulit se ad nigros monachos, & habitum illorum assumens, in presbyterum est promotus. dubitabant isti monachi, vtrum in ordine sic suscepto debeat ministrare. Mandat eis Papa quatenus monachū illum permittant officiū sacerdotis exequi libere, nisi aliud canonicū obstiterit. Not. ꝙ ordo sacer in apostasia irregularitatem nō inducit. Ber.

[Glossa sequens quærit, & soluit.]

e Ad nigros.] sed q̄ fuit dubitatio huiusmodi quæstionis? ideo dubitabit, quia monachus iste fuit apostata, vnde non debuit admitti ad legitimos actus, vt 3. quæstio. 4. beatus. & ita videtur quòd abbas non possit dispensare cum eo: q a tēpore quo recepit ordines suspensus erat. argu. infra de ætat. & qualit. cum bonæ. & infra de cleri. excom. mi. postulastis. Argumentum contra supra de elec. cum inter R. vel dic quod non est apostata, nisi qui ad sæculum redit. ĩ. de aposta. c. 1. & 60. disti. c. vlt. a quandoque dicuntur apostatæ retro abeuntes. 26. quęstio. vlti. non obseruetis. Item is apostata dicitur, qui recedit à fide. 2. q. 7. non potest.

f Libere.] si monasterium ad quod transiuit, fuit maioris religionis. tunc non peccauit. ĩ. de re. licet. & tunc de iure communi potest in ordine suscepto libere ministrare, & hoc ita videtur fuisse: si vero minoris, tunc peccauit mortaliter, & tunc cum eo est dispensandum, & aliter non debet ministrare.

ADDITIO. Eo saluo quòd si relicto monachatu, ordinem quis assumat. non poterit secum dispensari, nisi per Papam. ĩ. de apostatis. c. vlti. secundum Goffr. Ioan. And.

QVod translationem.] In prima parte decisa consultatio. In secunda: ibi, Consultationi. quæ distinguit & secundum membrum prosequitur: ibi, Si vero. Ioā. And. Pars huius, ĩ. de offi. deleg. quod translationem Ioan. And.

† al. Ranoci.

† Cap. 3. eo. titu. in 3. cōpila.

† al. aliquid

a Per quod capitulū dicit hic Inn. illū apostatā, q sine cā dimittit professionem, quā dimittere non licet: sed coronā dimittere licet. de cler. cōiu. Ioannes. ergo patet ꝙ non est de substātia ordinis. Ioan. And.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. compil.

CASVS. Quidam clerici græci existētes in diœcesibus latinorum ab epis græcis extra iiij. tempora ordinabātur:postmodum à latinis epis celebrare prohibebantur:quæsitum fuit à Papa quid de talibus sit agendū? Rñdet Papa quòd cū clericus græcus episcopo latino subiectus a græco pontifice ordinatur,interdicenda est ei executio ordinis sic suscepti, tanquā ab alieno epo ordinato:nisi de mandato vel licētia sui epi illud fiat. Sed si de licentia sui epi id factum sit:licet culpādus sit eps,qui clericos suos à græco epo facit ordinari: quandiu tñ ab ecclesia talis mos toleratũ,impediri non debet executio ordinum taliter susceptorum. Not.q̃ ordinatus à non epo suo, ordinis executioné non hēt. Item no. quòd ratione cōsuetudinis toleratur quis in executione ordinis,quem male accepit.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum clericus Græcus episcopo Latino subiectus, à Græco pontifice ordinatur, [a] nisi de mandato vel licentia sui episcopi fiat, interdicenda est ei ordinis executio sic suscepti, tanquam ab alieno pontifice, sine mandato vel licē tia sui episcopi ordinato. ¶ Si vero de mandato vel licentia [b] sui præsulis, à Græco pontifice, secundum morem Græcorum fuerit ordinatus; licet culpandus sit episcopus Latinus, qui clericos suos à Græco facit antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab ecclesia toleratur, [c] impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

¶ Idem Mutin. episcopo.

¶ *Ordinatus à Papa sine licentia Papa ad superiores ordines non promouetur.*

CAP. XII.

CVm † in distribuendis,& infra. Meminimus à nobis fuisse suppliciter † postulatum,& clementer indultum, [d] vt quia præfatus A ecclesiæ Romanæ subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem episcopum promoueri.

¶ Idem eidē, & magistro H. subdiacono nostro.

¶ *Duo sacri ordines non possunt conferri, eodem vno die, vel duob. continuato ieiunio.*

CAP. XIII.

LItteras † vestras recepimus super inordinata ordinatione Imolensis electi; quē Bononieñ. episcopus præcedēti sabbatho in diaconum, & sequenti die dominico (continuato ieiunio) in presbyterum ordinauit. In quo, quantum vterque deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim vtrumque ordinem eodē die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione, vnum ordinem vno die, [e] & alium † altero

a Ordinatur.] extra quatuor tempora, sicut est in antiqua cōpilatione, & sic bene facit ad titulum.

b Vel licentia.] 9. q.2. Lugdunēsis. 71. dist.c.1.2.& 3.

c Toleratur.] hæc fuit cōparatiua permissio, vt hic innuitur.ar. ĩ.de præb.cũ iam dudũ,forte ꝑ ꝑ scandalum & multitudinē talis consuetudo toleratur. arg. ĩ.eo. sane & 23. q.4. non pōt. i mos iste hodie nō toleratur. ĩ.de offi.ordi. quoniam in plerisque.& ĩ.eodem. cum secundum.

CVm in distribuendis.] CASVS. si aliqs ordinatus fuerit in subdiaconū à dño Papa ab alio ad superiores ordines sine licentia Papæ ordinari non debet. No.quòd ordinati à Papa ab alio sine eius mādato ordinari non debent. Not. quòd collatio ordinis potest delegari.

[Glossa sequens obijcit,& soluit argu.contrarium,& soluit.]

d Indultum.] sed nonne epis talē iudicat.ĩ.de maio. & obed.per tuas.præterea vr quòd potius sit onus quã honor? Dic quòd licet sit onus in hoc, in multis tñ est honor:quia non potest nisi pluribus testibus conuinci. 2.q.4. præsul.& c.nullam. Item non pōt cogi ab epo recipere ordines.arg. de consecr. dist.2. c.vlt. Item quia maior honor ei debetur q̃ alijs. ĩ.de ma.& obe.ꝑ tuas. & ff.de albo scri.l.vlt. Sed iste pōt iudicari ab epo suo, vt dicit illa decr.per tuas.vnde cōtra.9. q.2. nullus primas.vbi dr:qui nō pōt ordinare, nō pōt iudicare.& ꝯtra.de consec.dist.2.c.vlt.

LItteras vestras.] Primo narrat factũ quod secundò improbat,improbationis causam inferens: ibi, In quo tertio punit contrafacientes:ibi, Præfatum itaque. CASVS Quidam canonicus Bononi. A.nomine ecclesiæ Ro. subdiaconus, electus fuit in epm Imolen.eps Bono. recepto mandato præcedentis capituli, ordinauit ipsũ die sabbathi i diaconũ; & die dominico cōtinuato ieiunio in ꝑsbyterum peruenit hoc ad notitiam domini Papę vñ mandauit inquiri veritatem super hoc per epm Mutin.& magistrum H. subdiaconum suum. ipsi factum secundum quod est dictum significauerunt dño Papæ. & ipse rescribit eis dicens,quòd ipse recepit litteras suas sup inordinata ordinatione Imoleñ.electi: in qua ordinatione quantum ordinator & ordinatus deliquerint,euidenter intelligit qui prudenter attendit. quod probat hoc modo. Si enim non licuit Bonoñ. epo vtrumque ordinem illi cōferre eodē die:eadē ratione non licuit ei vnũ ordinē conferre vno die. & aliũ alio die continuato ieiunio, cum ꝑ ꝑ cōtinuationem ieiunij fictione canonica, siue mane diei dominicæ trahatur ad sabbathũ, siue vespera sabbathi ad diē dñicam referaē, illa duo ad eundem diem pertinere dicūtur. Si enim dicatur quòd mane diei Dñicę ad vnũ diem, & vespera sabbathi ad diem aliam referantur:nō esset continuatio ieiunij necessaria. quia sabbatho ante cœnã, & dominica ante prandium ieiuni intelliguntur: ideoq; Papa Bonoñ. episcopum vt puniatur in quo peccauit, suspēdit à collatione ordinũ, diaconij,s.& presbyterij, alterum vero ab executione sacerdotalis officij suspēdit,donec de ipsis aliter duxerit disponendum. Nota quod nullus duos sacros ordines recipere debet, nec aliquis illos conferre eodem die:qui cōtra fecerit, punitur, prout hic dicitur. Not. hic regulam quod quis debet puniri in eo in quo deliquit.

e Vno die.] hoc ergo solum reprehēditur hic quòd ordinem vnum vno die & alterum altero die contulit idem episcopus:vnde collige, quod si die sabbathi non potuit perficere ordinationem, sequēti die dominico continuato ieiunio potest eam quam incepit perficere,& vno die intelliguntur ordines collari fictione iuris,& sic loquitur cap.75. distinctio. quod a patribus.

[Glossa sequens dat simile,& allegat contrarium.]

a Con-

† humiliter

† Cap.5. eo titu.in 3.cō pila.

† al. alium in alio.

† Cap.4. eo. tit.in 3.compil.

1 Concor. ff.1.§. fin. ff. de aqua plu. arcen. & l. Idemque. ff. mand.

¶ Ordinatus à Papa honoratur & onerat.

a Continuationem.] continuatio de duobus facit vnum, & coniungit illa. arg. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. ver. hinc. de præscrip. & 7. q. 1. illud, cap. nihil. 1 sicut cum bissextus occurrit, duo dies pro vno computatur. ☩. de ver. signif. quæsiuit. & ff. de mi. denique. §. minoré. Sed arg. cōtra. ff. de sta. lib. cum hæres, §. Stichus.

b Fictione.] immo & sine fictione aliqua bene vespera & mane ad vnam diem naturalem refertur iuxta illud: & factum est vespere & mane dies vnus.

[Gl. seq. rec. p q. qua die sint ordines conferédi: sol. ponit op. Hug. mactat demum de sabbatho Paschali, & ponit opi. Vinc. quam non approbat.]

c Pertinere.] teneas inconstanter, quod oēs ordines die sabbathi conferri debent. sup. eodem cap. 1. 2. & 3. & 75. distinct. capi. vltimo. præter episcopalē, 2 dignitatē, quæ die dominico tantum confertur. 75. dist. cap. 1. & præter minores ordines, qui possunt conferri diebus dominicis & alijs solēnib. sup. eod. cap. 2. & 3. & subdiaconatus ordo potest conferri die dominico à solo Papa. vt ☩. eo. de eo. licet ergo die dominica cōtinuato ieiunio conferatur, sabbatho tñ conferri intelliguntur, & ideo continuatio ieiunij necessaria est. H. vero dicit, omnes ordines die dominica conferendos. & non die sabbathi. & idem dicit de baptismo. de consec. dist. 4. venerabilis. & c. seq. arg. 75. dist. in. quòd à partibus. ver. sed post diem sabbathi eiusdem noctis, quæ lucescit in prima sabbathi exordio consecrandi eligatur in quibus, ijs qui consecrandi sunt ieiunis, & à ieiunātibus sacra benedictio conferatur. quod eiusdem obseruantiæ erit, si mane ipso die dominico continuato sabbathi ieiunio ordinatio celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt. & secundum opinionem eius non videtur quare sit continuatio ieiunij necessaria: vt vna dies fingatur sabbathum & dominica: nam sicut ordo episcopalis potest conferri die dominica sequenti, & non exigitur continuatio ieiunij, ne fingatur dies sabbathi trahi ad dominicam, ita si quis ordinetur mane die dominica, posset hoc facere sine continuatione ieiunij. Nota tñ quòd in sabbatho magno paschali non celebratur ordo: quia nec missa cantatur. de conse. dist. 3. sabbatho. Dñt quidam quod illi ordines qui celebrant die dñica, trahūtur ad sabbathū, & ideo fit ordinatio die sabbathi, qñ sabbathum significat requiem, & qui ordinatur, transit ad requiem clericalem, requiescit. n. à laboribus sæcularib. Vinc. dicebat specialē de sabbatho paschali, vt missa trahatur ad dominicā seq. & ordines ad sabbathum, sed hodie non fit hoc in illo sabbatho, vt ☩. eod. de eo. vbi dicitur quòd in sabbatho sancto ordines cōlebrantur, immò ita celebratur tunc missa, sicut in alijs sabbathis ordinationum, & ita seruatur de facto. 3

d Nam si quantum.] responsio tacitæ quæstionis, diceret aliquis duo dies sunt, & ita non vno die duos ordines cōtulit, & respō det.

(ieiunio continuato) conferri: † cum propter continuationem [a] ieiunii fictione [b] canonica, siue mane diei dominicæ trahatur ad sabbathum, siue vespera sabbathi ad diē dominicam referatur, profecto mane cū vespera, seu vespera cum mane, ad eundem diem pertinere [c] dicetur. †

¶ Nam si quantum [d] ad hunc necessitatis articulum pertinet, mane ad vnum diem & vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunii necessaria, cum & sabbatho ante cœnam, & dominica ante prandium, intelligantur † esse ieiunij?

¶ Præfatum itaque Bonon̄ episcopum (vt puniatur in quo deliquit) [e] à collatione ordinum, diaconii. s. & presbyterii, alterum vero ab executione officii sacerdotalis tandiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.

¶ Honorius iij. episcopo & archidiac. Legio.

¶ Ordinans puerum xiij. annorum in diaconum, suspenditur à collatione ordinum: & ordinatus ab ipsius executione vsque ad ætatem legitimam.

CAP. XIIII.

VEl non est compos sui episcopus Conuentren̄. vel nimis videtur à se scientiam repulisse, [f] qui M. puerum latorem præsentium adhuc tredecim annorum contra sacrorum canonum instituta [g] inordinate in diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis clericalis: & infra.

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si rem inueneritis ita esse, prædictum episcopum à collatione ordinum suspendentes, [h] ipsum vt eidem M. quem ab executione officii diaconi † vsque ad ætatem [i] legitimam

[Gl. seq. recitetur per obiectionem & solutionem.]

e Deliquit.] immo in pluribus puniuit eū quod deliquit quia nō peccauit diaconum cōferendo, & tamen fuit punitus in eo. & ideo plus punitur ordinator quā ordinatus. qa debuit esse prudentior, 4 & quia maior. arg. ☩. de translatione præ corpalia. & vt alij à similibus arceantur, & est simile ☩. e. proxi.

VEl non est.] primo narrat factum. quod secundo punitur percipit ibi, discretioni. Io. And.

CASVS. Eps Cōuentren̄. quendā puerum M. noie xiij. annos habentē inordinate & sine certo titulo in diaconum ordinauit in ludibriū ordinis clericalis: puer ille hoc signauit dño Papæ, & quod nō prouiderat, idē, Vnde mādat quibusdam, quatenus si res taliter se hēt, prædictū episcopū suspēdant à collatione ordinū, & cōpellant eundē, vt eidē M. prouideat de ecclesiastico beneficio cōpetenti, suspendentes eundē M. ab executione ordinis diaconatus, donec ad ætatē legitimā peruenerit, in iniuriā ordinātis. No. quòd aliquis punitur odio alterius. Item qui ordinat aliquos ante legitimā ætatem, punitur prout hic dicitur. Item qui ordinat aliquem ad sacros ordines, tenetur ei prouidere.

f Repulisse.] unde posset ei dici: & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. 38. dist. omnes psallentes. in fi. & ☩. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu.

g Instituta.] quæ dñt quòd ante xx. annū nullus dēt in subdiaconū promoueri. 28. dist. de his. 77. dist. in singulis. & c. quicunque. & c. subdiaconus. ergo multo minus in diaconum quis ante xxv. annum ordinari nō debet. 77. dist. placuit. & c. in singulis. & c. quicunque.

h Suspendentes.] vt puniatur in quo peccauit. 12. q. 2. qui & humanis. & c. de viro. & 16. q. 1. reuertimini. & sup. c. prox. litteras. 5 & punitur hic in collatione omnium ordinum. quia in hoc tantum deliquit.

i Ætatem.] & ita licet non sit in ætate legitima, nihilominus, recipit ordines: sed executio suspenditur vsque ad legitimam ætatem. simile ☩. de æta. & qual. ex ratione. ubi suspenditur administratio talibus concessa vsque ad legitimam ætatem. sic & tempus non impedit ordinis collationem, ☩. eod. consultationi. & ☩. eo. sane. & c. cum quidam.

1 Concord. tex. in l. il. lud. §. si. ff. ad legē Aq.

† Vide l. 1. cum glo. in uer. separatim. ff. de usufruc. & in fi. de leg. §. si eadem. in glo.

† Vide l. Titius. & il. i p Bar. ff. de lib. & posth. & in l. hæc uerba. in fi. ff. d uer. sig.

† Ordinans scilicet & ordinatus.

2 Dñt quidā quòd rō quare alij ordines in sabbatho cōferuntur & episcopalis i dñica, est: qa sicut vigilia seruit festiuitati, promoti ad sacros episc. de consecr. dist. 1. episcopus sacrificiis, & c. ie. Io. An.

3 Et bene celebrantur ordines. ☩. eo. c. 3.

4 Concord. l. moris. §. iste fere. & l. aut facta. ff. de pęno. & l. presbyteris. C. de episc. au.

Not. ex hoc textu, quòd per opera alicuius cognoscitur discretio mentis eiusdem.

† al. diaconatus.

5 Concord. tex. i l. si fugitiui. cum glo. in uers. amputato. ff. de ser. fug.

[Glo.seq.alleg.duas concor.obijcit & soluit.demum quærit.& remittit.]

a Iniuriam.] simile 71.dist.c.1. & 16.q.7. decemimus.sed propter factū prælati iste non debuit in executione puniri. iniquum est enim aliquem alterius odio prægrauari. C.de inoffi.testa.si quis in suo.& peccata suos debēt tenere auctores.j.de ijs quæ fi. à maio.parte cap. q̄siuit.& C. de pœn. l. sancimus.& non debet alteri per alterū iniqua conditio afferri.ff.de regu.iur.non debet.ff. quod vi aut clàm.nc in potestate: sed hoc fuit quia ætas repugnat. 1 Sed nunquid teneē ad continentiā iste, qui intra annum discretiōis suscepit ordines sacros. De hoc notatur de cle. per sal. pro. cap. vnico.

b Competenti.] scilicet personæ qualitate inspecta. arg. 41. dist.in.nō cogantur.ff.de iu.do.cum post diuortiū.§.gener & l.q̄ro.ff.de adm.tu.cum plures.§.cū tutor.& ff. de vsu fru. sed & si quòd.§. 1.Et scientia cōsideratur.j.de præbē. de multa. ad hoc enim tenetur si titulū non habet.j. de præbendis cum secundum Apostolum.

mā in iniuriam [a] suspēdimus ordinātis.prouideat in ecclesia beneficio competenti, [b] per censuram ecclesiasticam cōpellatis.

¶ Idem Leoñ. † & Cala. Ab.

¶ Episcopus conferens eidem vna die plures sacros ordines, etiam si de mandato metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.

CAP. XV.

DIlectus † filius G.Humilieñ. † canonicus nostro dudum Apostolatui reserauit,quòd Humilieñ. † ecclesia suo viduata pastore, canonici ipsū vnanimiter elegerunt: [c] qui cum esset citra sacros ordines cōstitutus,archiepiscopus Cassaleñ.† metropolitanus eorum, episcopo Treceñ.mandauit, vt eum vno & eodē die ad tres [d] sacros ordines promoueret: quod ille (non ausu proprio, sed † ipsius archiepiscopi mādato)perfecit.

¶ Cum ergo nobis cōstiterit supradictum episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato archiepi(vt ipse confessus extitit) † ad huiusmodi ordinationem inordinate processit:tum quia si de mādato archiepiscopi cōstaret, cum illi huiusmodi dispēsatio à canone minime sit permissa, [e] ipsi obtemperare [f] nō debuit in hac parte: tum etiam quia reatū periurii [g] sæpius variauit, [h] iurando prius quòd archiepiscopus id præceperat, & postea quòd illud non mandauerat in iudicio confitēdo: ipsum tamdiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram [i] meruerit gratiam obtinere.

¶ Greg ix.archiepiscopo Baranensi.

¶ Ordinatus ad sacros extra tempora statuta:ordinem recipit, & post pœnitentiam cum eo dispensat episcopus.

CAP. XVI.

COnsultationi tuæ taliter respōdemus,quòd

DIlectus filius.] Prima pars ponit reprehensibilem ordinationem.Secūda ponit ordinantem: ibi,¶Cum ergo. Io.And.

C A S V S. Ecclesia Humilensi vacante, canonici Humilieñ.G.eorum canonicum in minoribus ordinibus constitutum, in episcopum elegerunt: archiepiscopus Cassaleñ. metropolitanus eorum mandauit episcopo Treceñ.ut ipsum uno & eodem die ad tres sacros ordines promoueret: quod non ausu proprio, sed de mandato archiepiscopi non distulit adimplere: quod totū dictus G.domino Papæ reseruauit. Super his dominus Papa inquisiuit ueritatem: & quia constitit ei, ipsum epm Treceñ.in pluribus deliquisse, tū quia confessus fuit sine mandato archiepiscopi hoc fecisse, tū quia & si de mandato archiepiscopi constaret, ei obtēperare non debuit in hac parte, cum huiusmodi dispensatio illi à canone non sit permissa: & quia sæpe reatū periurij uariauit, prius iurando quòd archiepiscopus id receperat,& postea fuit in iure confessus quòd archieps id non mandauerat,ipsum tamdiu ab ordinandi potestate suspendit,donec suam meruerit gratiam obtinere. Not.hic arg.quòd episcopi dispensare nō possunt nisi in casibus à iure permissis. Item in iniusto mandato prælato non est obediendū. Item auctoritas superioris nō excusat. Item qui in iure varius est in dicto suo,siue contrarius,periurus reputatur.

[Glo.seq.soluit contrarium.]

c Elegerūt.] in postulādū,s.quia si simpliciter electus fuisset,n̄ valuisset electio.sic s. de renū.post trāslationē.

d Tres sacros.] quòd nullo mō dēt fieri, sed vnus ordo vno die debet conferri. s. eo.literas. & iō punitur,vt in fine.

[Glo.seq.arg.alle. duo iura,& vnum in ɔtrariū.& remittit.]

e Permissa.] argu. opt.q epi dispensare nō possunt nisi in casib.sibi cōcessis à iure,qd quidā ɔcedūt, & facit p eis j.de fil.psb.c.vl. & pen.arg.ɔ.j.de sē.exc.nup.in qua opinione sūt Lau.Io.Vin.& T. de hoc tradit. j.de iud.at si clerici. De hac materia not.50.dist. miror.& 1.q.7.c.regularis.§.nisi rigor. immo phibita. s.eo. literas. j. de eo. q fur.or.re.c.vlt.& ita colligit arg.pdictū.Vel dic, q non licet epo dispēsare in ijs q ptinent ad generalē statū eccl̄ę.vt hic,& s.eo. sane.& s.eo. literas. In criminibus dispensare possunt, nisi sit expresse prohibitum.

[Gl.seq.alleg.5.§ cor.& tria ɔtraria,demum arg.& determinat.]

f Obtemperare.] hic habes, q auctoritas superioris non excusat.12.q.2. quicunq; & c.de rebus. & 11.q.3. si dñs.& 16.q. 1. in canonib. & q.7.decimas: 2 arcontra 63.dist.Salonitanę.14.q.5.dixit Dñs.& 28.dist. diaconi.Itē est arg.quòd pceptū iniustū prælati nō est adimplendum. 11.q.3.Iulianus.si certum sit quod est iniustum,secus si dubitaretur.23.q.1.quid culpatur. in fin.& ff.de reg.iur.ad ea.

g Periurij.] vnde posset priuari ecclesia, & deponi. j.de iureiur.querelam.& j.eo. tit.c.vlti. cū in iudicio sit confessus, & confessus pro conuicto habetur.j. de confes.cum super. & C. eo. ti.l.vnica. sed ei pepercit.

h Variauit.] Vnde non erat ei credēdū. j. vt ecc.bnf. vt nostrū.& j.de psumpt.lr̄as.& 4.q.3.si testes.§.itē in criminali.ver.q falso,3 uel uarie sic. j.de pœn.sup his.

i Nostram.]& sic solus Papa super hoc dispēsat. de hoc dixi.s.eod.cum quidam.& melius j.cap.prox.

COnsultationi.] C A S V S. Aliqui ordines sacros receperūt extra tpa cōstituta,q̄rit utrū characterē receperūt? Rň.Papa quòd sic q.b. p trāsgressione hmōi pnia cōpetēs est imponēda,& postmodū sustineri poterūt i susceptis ordinib.ministrare. No.quòd ordo tenet quocūq;tpe ɔferri,licet cōferri nō dēat nisi certis dieb.

[Glossa.

† Leoñ. & Salatrieñ. abbat. Leoñ.& Salesbrieñ. abbatibus.

1 Quasi dicat, non est solum odiū ordinantis sed defectus ordinati. Io. And.

† Cap.1.eo. tit. in 4. cōpilatio.

† Omnes fere manuscripti habent ita:Vv.Imoliceñ. Ymiliceñ.

† Ymiliceñ.

† Calceñ.

† In codice Barbatiæ, ita.sed ipsius archiepi (ut ipse confessus extitit) mādato pfecit.

† Vide text. cū glo.in l. non intelligitur.§ tacite.in glo. in uersi.manifestissimis.ff.de iure fi.

Epis in quibus liceat dispensare.

2 Concor. l.furti §. & iussu. ff. de his qui no.infa. & l.auste.ff. de acqui.pos.

3 Concor.l. sed & si pupilli. §. conditio. in gl. ne fuerit.ff de instito & ff.de neg. ge. l. Pōponius scribit in gl.re.ptio.

Gl. seq. arg. quòd tempus, &c. dat simile de ætate, & baptismo.

a Characterem.] & ita quocunque tempore ordines conferuntur, character imprimitur: quia eps non est de substantia ordinis, sic nec ætas impedit characterem. ꝭ. eo. vel nō est cōpos. tū quia transgressor est canonis, qui recipit ordines extra tēpus debitū, punitur, vt hic: quia ei interdr executio ordinis sic suscepti. ꝭ. eo. cū quidam, & qui conferūt, puniunt, quia priuant potestate ordinandi. ꝭ. eod. sane. Sic & baptismus à quocunq. conferatur in forma ecclesiæ, tenet, licet à Iudæo vel Pagano, quāuis ab eo recipi nō dēt. ꝭ. de sum. Tri. c. 1. in fi. & de conse. di. 4. à quodam. & c. Romanus.

b Competenti.] Primo eis suspensis ab executione ordinū. ꝭ. e. cū q. dā. & c. vel nō ē, ad arbitriū iudicis pœna imponiē, ex quo nō est determinatū. ꝭ. de offi. dele. de causis. & ff. de iure deli. l. 1. §. ait prætor.

[Glos. seq. signat ꝯrium, soluit: solutioni opponit. respōdet; & oppositioni acquiescit.]

c Poteris.] & ita vr, ꝙ epi possunt cū talib. dispēsare, ex eo quod dicit, poteris sustinere. Vnde signat ꝯtra. ꝭ. eo. cū q. dā. & c. litteras. vbi dicit donec apud nos. & ꝭ. c. proxi. in fi. Dicas, ꝙ possunt auctoritate istius c. sibi cōcessa: aliàs nō vr iure ordinario per iura ꝑdicta. & c. litteras. Sed vr ꝙ suo iure hoc facere pōt: quia hic Papa rñdet ad cōsultationem, sed quia consultatio in hoc solo fuit, vtrum tales reciperent characterem: ꝙ sequitur, addit Papa, ꝑter consultationem. Vel dic quod bene pōt eps cum talib. dispensare, cum hic respondeat de iure. arg. ꝭ. eo. cū quidam. in prin. & ar. supra de ele. quod sicut §. super eodem & contraria intelliguntur, cum Papa ex certa scientia sibi reseruat dispensationem illorum, vt magis alij terreantur, & ipsi puniantur.

eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem [a] non est dubiū recepisse, quos pro transgressione huiusmodi (primo eis pęnitētia imposita competenti [b]) sustinere poteris [c] in susceptis ordinibus ministrare.

¶ Idem.

¶ *Occultus criminosus præter homicidam, post pœnitentiam in susceptis ministrat, & ad superiores ascendit. ante pœnitentiam monetur, vt etiam in susceptis non ministret.*

CAP. XVII.

QVæsitum est de sacerdotibus vel alijs clericis; qui per † reatum adulterij, periurij, homicidij, vel falsi testimonij, bonum conscientiæ rectę perdiderunt: & infra. Respondemus, quòd si proposita crimina, ordine iudiciario cōprobata, [d] vel aliàs notoria [e] nō fuerint, non debēt hi (preter reos homicidij) [f] † post † pęnitētiam in iam susceptis vel suscipiendis ordinibus impediri: qui si non pęnituerint, [g] monendi [h] sunt, & sub interminatione diuini iudicij obtestandi, vt in testimonium suæ damnationis, [i] in susceptis etiam ordinibus non ministrent. K

† Al. ꝑpter

QVæsitum est.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Respondemus. Io. And.

CASVS. Sacerdotes & alij clerici committunt qñq; adulterium, periurium, homicidium, & falsum testimonium; quæritur an permitti debeant in susceptis ordinibus ministrare? Rñ. Papa, quod si crimina ꝑdicta ordine iudiciario probata vel aliàs notoria non fuerunt, non debent ꝑdicti pręter reos homicidij, in susceptis vel in suscipiendis ordinib. impediri post pœnitentiam peractam. Si vero non pęnituerint monendi sunt sub obtestatione diuini iudicij, vt in periculū suæ dānationis in susceptis ordinib. non ministrent. No. oēs criminosos, præter reos homicidij etiam occultos post peractam pęnitentiam in susceptis ordinibus posse ministrare.

d Cōprobata.] ꝑ testes, vel cōfessionem in iure factā.

In episcopi possint dispensare cū ordinatis extra tempora statuta.

e Notoria.] Notorium tribus modis dr crimen. per sententiam, per cōfessionem in iure factā, & per rei euidentiam, infra de coha. cle. & mulie. c. vl.

f Homicidij.] Sic patet quod homicida quantūcūq; occultus, etiā post peractam pœnitentiam, administrare nō potest: sic ꝭ. de accusa. inquisitionis. ꝭ. sic. Vnde Dñs dixit Dauid prophetæ post pęnitētiam: Non ædificabis mihi tēplum, quia vir sanguinis es. 1. q. 7. si quis oēm. & de cōsec. dis. 1. c. 1. de hoc dictum est. ꝭ. eod. ex tenore. isti vero ante actam pęnitentiam ministrare nō dēnt, vt hic vr à cōtrario sēsu, immo possunt tempore pęnitentiæ peracto. ꝭ. eo. ex tenore.

g Nō pęnituerint.] i. si vere nondum pęnitentiam egerint, & ideo videt ꝙ non sint permittendi in suis ordinibus ministrare.

h Monendi.] sed non compellēdi, cū sint occulta peccata ipsorū. ꝭ. eo. ex tenore: sed permittendi sunt arbitrio suo. sim. ꝭ. de iuretiu. mulieri.

[Gl. seq. recitetur per q. an in occultis sit dispensatio necessaria, alleg. pro & contra.

† Vide glo. in §. homicidium. in authen. de pacis iur. firm. coll. 2.

† Al. post pœnitentiā iniunctam.

TITVLVS XII.

De scrutinio in ordine † faciendo.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Episcopus interrogatus in scrutinio episcopi ordinandi, pōt respondere illum dignū, si nō nouit illum indignum.*

† Al. in ordinibus faciendo.

i Dānationis.] simile infra de simo. Matthæus. ꝭ fi. & veræ damnationis, nisi cum eis suus eps post peractā pęnitentiam duxerit dispensandum, quod quidem potest. ꝭ. de iudi. at clerici. & valde necessaria est dispensatio in occultis, non ꝑp dispositionem vitandam, quia propter occulta peccata non punitur quis, quę vindicta non habent. 32. q. 5. Christiana. 1. sed vt licite suū officium exequatur, quod aliter non potest. 33. dist. habuisse. quia de eo super quo dispensatum est, postea accusari non potest. infra de fil. presby. ex tua. & infra de schisma. fraternitati. alioqui posset iā post peractam pęnitentiam accusari. 33. q. 2. admonere. 15. q. 2. ꝑsbyter. Arg. contra de pę. di. 4. diuina clementia. & 23. q. 4. ꝭ illic. & 1. q. 4. iam itaque sed verum est quod accusari etiam posset. Alanus.

1 Concor. l. cū fratrem, cum no. per Bald. C. de ijs quibus vt indig.

K Non ministrent.] si non pęnituerint, ergo si pœnituerint, possunt administrare sine periculo damnationis. & sic vr contra Ala. qui dicit, quod licite non ministrant etiam post pœnitentiam sine dispensatione: vt dixi in proxima notula: saltem valet dispensatio quantum ad accusationem, alias sufficit pęnitentia in occultis, vt hic patet. B.

DE SCRVTINIO IN ORdine faciendo.

Dicto de ordinandis: quia ordinandi examinandi sunt ideo, &c.

De hac materia tractatur 24. dist. per totum. & 23. qui episcopus. 51. dist. qui in aliquo.

Ex par.

EX parte] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda respon. ibi, Fraternitati. In qua primo ecclesiæ Romanæ morem inducit. Secundo rñdet, responsum moderatur, & moderatum declarat. Io. An.

CASVS. Cum aliquis eps' elect' consecrari, metropolitanus conuocat alios suffraganeos ad faciendā consecrationem: epi præsentant consecrandum archiepo dicentes: Reuerende pater, postulat mater Ecclesia hunc electū in epm consecrari: & ipse illos interrogat si sciunt illū esse dignum: eps quidā in huiusmodi rñsione ne hominem offenderet, Deū existimat offendisse, quia ipse quoq; contra conscientiam rñdendo, cum electi conuersatio est illi minus bñ cognita, vel penitus ignota: quæsiuit qualiter in huiusmodi interrogationibus salua conscientia debeat rñdere? Rñdet Papa: cum nos aliquē promouemus in diaconū vel presbyterū, prior diaconorū dicit: postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconū ad onus presbyteratus, vel hunc subdiaconū ad onus diaconatus assumi. & Papa interrogat: Scis illum esse dignū? & ipse rñdet, scio. & testificor illum esse dignum ad hoc onus quantū humana fragilitas nosse sinit. Vnde in tali rñsione non credit Papa aliquē peccare, dūmō contra conscientiam non loquatur, quia nō simpliciter dicit illū esse dignum, sed in quantum humana fragilitas permittit dignum dēt æstimare vti, nisi forte tibi constet illum indignum, antequam veniant ad scrutinium non facit in consecratione episcopi, sed in ordinatione presbyteri vel diaconi. No. quod qui facit contra conscientiam peccat mortaliter. Item quilibet præsumi debet dignus qui non scitur indignus. Item hic scientia pro credulitate accipitur.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

a Et sit & testificatur.] Mirabilis est rñsio ista: potius videretur dicere debere se nullam habere scientiā de eius dignitate vel indignitate? Rñdeo, ex eo q̄ videt illum electū à bonis, & quandam vr habere notitiam de dignitate ipsius, & de tali respōdet, quia audiuit ab alijs. 22. q. 5. hoc videtur.

b Contra conscientiam.] quia tunc ædificaret ad gehennam. ꝟ. de restit. spol. lras. ꝟ. de præscri. qm oē, 28. q. 1. omnes. §. ex his.

[Glo. seq. ponens brocardū, alleg. pro, & contra iura, in contrariū alle. & soluit.]

c Aestimare.] nota quemlibet p̄sumi dignū, nisi probetur indignus. & de quolibet præsumendum est bonū, nisi probet contrarium. ꝟ. de præsum. dudū. ff. de manumiss. test. seruos & ff. de leg. 2. cū pater. §. rogo. Sed ꝟ vr: quia præsumitur non idoneus, nisi probetur idoneus. C. de ijs q. veniam ætatis impe. l. 2. & C. de. pba. ex psona, ff. de magi. conue. l. j. §. si magistratus. & in dubio præsumitur quis excōicatus. ꝟ. de sent. exc. cum desiderës. §. ie. unde qñ i. & præsumit potius fornicatio quam matrimonium. 30. q. 5. aliter. Sol. hoc gñale est vt vbi periculum aiæ vertitur, p̄sumatur in deteriorē partem. ꝟ. de sponsa. iuuenis, & 68. dist. presbyteri, sed licet videatur deterior, tñ melior & tutior est. simile de consec. di. 4. paruulos. alias circa indicia potius præsumitur iustum vel bonum, q̄ econuerso. 86. dist. si quid. 11. q. 3. in cunctis. 22. q. 4. innocens. ff. de proba. ab ea parte.

† Cap. 1. de temporo faciendi in 3. compi.

† Vide textū in l. præsenti. cum nota C. de ijs qui ad ecclesiā confugiunt.

CAP. I.

EX † parte tua fuit propositum: & infra.

¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd cum aliquem in diaconum vel presbyterū promouemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum vel subdiaconū ad onus presbyteratus vel diaconatus assumi; & nobis interrogantibus, si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, quòd quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit, [a] & testificatur illum ad huiusmodi onus officii esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dum modo contra conscientiam [b] nō loquatur,† quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit, cum illum quem indignum esse non nouit, dignū debeat æstimare.[c] Huiusmodi ergo responsione secure vti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi.

¶ Si autem illum indignum esse cognoscis metropolitano (priusquam ab huiusmodi scrutinium veniatur) secreto studeas nunciare, vel † intimare, quamuis nos interrogationem huiusmodi, non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

† Quia prophetari vel illū futurū bonum. 3. dist. ca. legimus. verb. noli. vbi de hoc.

† In omnibus manuscri. deerant hæc duo verba: vel intimare.

TITVLVS XIII.

De ordinatis ab episcopo, qui renunciauit † episcopatui.

¶ Alexander iij Toletano archiepiscopo.

¶ *Episcopus qui renuntiauit loco tantum, inuitatus conferre potest ordines sicut prius. Si vero & dignitati, cum ordinato per eū ad minores, vel ignoranter ad sacros ordines dispensat episcopus suus: cū ordinato vero scienter ad sacros non dispensat.*

CAP. I.

REquisiuit † à nobis tua fraternitas, vtrum clerici, qui post renunciationem † factam

† In nonnullis antiquis. ita: resignauit epatum, & in multis habetur ita hic titulus: de ordinatis ab epo, qui renunciauit epatui, vel excommunicato.

† Post concil. Lateran. sub Alex. iij. par. 6. c. 18. & c. vnic. eo. ti. in 1. compi.

† Resignationem, in vno, in alijs vt in textu.

DE ORDINATIS ab episcopo, &c.

In tractatu ordinandorum, qui præcedit & sequitur, interponitur hæc rubricella, de ordinatis ab episcopo, &c. Goff. Io. And.

De hac materia tractatur. 9. q. 1. per totum. & 1. q. 1. ventum. & q. 7. Datbe tum. & s. de tempo. ordi. ver. quid iuris de ordinatis ab episcopo. & ver. vtrum ordinatio.

REquisiuit.] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda, ibi. Respondemus, responsio distinguens. Ioa. And.

CASVS. Archiepiscopus Toletanus renunciauit archiepiscopatui, post illam renunciationem quosdam clericos ordinauit, successor illius quæsiuit vtrum illi in ordinibus ipsis debeant remanere? Respondet Papa distinguendo, vtrum ille renunciauit

loco

loco tantū renunciauit, potest ordines conferre sicut ante initiatus ab episcopo aliquo. In secundo casu cū simul renunciauit loco & dignitati, distinguitur vtrū contulit sacros, an minores. Si enim aliquis ordines minores à tali recipit, & in illis poterit ministrare,& ad maiores promoueri: quia huiusmodi ordines quandoque à non episcopis conferuntur. Si vero scienter, à tali sacros ordines quis recipit, executionem officij nō habebit; quia eā non habebat. Si vero ignoranter, episcopus cum tali poterit dispensare: nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Nota q minores ordines possunt conferri à non episcopis. Item qui non habet executionem ordinis eā dare non potest. Itē ignorantia crassa & supina non inducit dispensationem.

a Vsque.] exclusiue. vt probant sequētia. sic ponitur ff. de ijs qui not. infa. ait prætor. quandoque ponitur inclusiue. 93. dist. subdiacono, ff. de sena. l. vlt. §. senatores.

b A non episcopis.] id est, abbatibus. 69. distin. quoniam videmus. & ?. ti. proxi. cum contingat.

c Executionem.] ergo suspensus est q à suspenso recipit ordines. 1. q. 1. statuimus. & resignatio non abstulit illi ordinem, sed executionem.

d Crassa.] tunc dicitur crassa & supina ignorantia, qñ aliquid publice fit vel coram populo, & hęc non excusat. vt ff. de verb. sig. lata culpa. 1

[Gl. seq. obijcit & dupliciter soluit.]

e Ignorantia.] simile ?. de cleri. ex. mi. c. pen. & ita si probabilis fuerit ignorātia, cum eo poterit per episcopum dispensari. infra c. proxi. Sed contra probabilis facti ignorantia quemlibet ignorantem excusat ex toto. ff. de iur. & facti igno. error. & l. regula. ergo. secundum hoc nulla dispensatio est necessaria? Respondeo in culpa fuit recipiendo ordines ab episcopo nō suo. 9. q. 2. Lugdunensis. & ideo necessaria est dispensatio. Vel melius dicas, q licet probabilis sit ignorantia, necessaria tamen est dispensatio. quia cum in talibus ordinator non haberet executionem sui officij, eam alij conferre non potuit vt 1. q. 1. statuimus, quia quod non habet, dare non potest. 1. q. 7. Daibertum. & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. ?. de iure patto. quod autem, in fi. ergo necessaria est dispensatio ad hoc vt habeat executionem ordinis.

Cvm clericis.] CASVS. Quæritur quid sit faciendum de clericis, qui ignoranter ordinantur ab excommunicato? Et respondetur q potest per suos episcopos cum talibus dispensari. Nota quod episcopus dispensare potest cum ignoranter ordinatis ab excommunicato.

[Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit. Itē quærit, an affirmatiue, soluit negatiue.]

f Excommunicato.] sic patet quod excōmunicatus confert ordinem, licet sit extra eccl'a, & hæretici et confert ordiné. 9. q. 1. ab excōicatis. & c. ordinationes. Sed contra e. cā. q. 1. c. 1. vbi dr q nullo modo dr cōsecratio quę ab excōicatis est celebrata. Dic q ibi nō fuit seruata forma eccl'æ. vel dicas: nō dr consecratio, verū est quantum ad executionē: qa q n hēt dare nō pōt, ut 1. q. 1. perfectionem, & ?. nentum est. & c. 1. & de cōsec. dist. 4. q̃o. Sed nūqd pōt alios excōmunicare? Vr q sic: qa confert ordines: qd plus est, vt vr. ergo pōt alium excōmunicare. sed nō est ita. cū. n. sit extra ecclesiam aliū eijcere extra eccl'ā non pōt. 24. q. 1. audiuimus se cus in ordine: quia licet sit extra ecclesiā, characterem tamen retinet, & illum potest conferre, si ecclesiæ forma seruetur.

ADDITIO. Item ordinatio requirit verbum & actum. ?. de sacra. non itera. c. fi. excōmunicatio vero verbum tantum. Host. & facit ad no. de consec. eccl. vel alta. cap. aqua. Io. And.

[Gl. seq. recitetur per contrarium.]

g Episcopos.] & sic episcopi dispensant hic. sic 9. q. 1. ab excommunicatis. & c. ordinationes. quia ignorantia eos excusat. si vero scienter ordines recepissent, non dispensaretur cum eis, vt c. ordinationes. sic. supra eod. capitulo proxi. in fi.

à prædecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere: & infra.

¶ Respondemus igitur distinguendo, vtrum renunciauerit loco tantum, an loco simul & dignitati, nam in primo casu ordines (sicut antea) rogatus ab episcopo aliquo poterit de ratione conferre: In secundo vero casu distinguendum putamus, vtrum sacros † contulerit an minores. Si enim à tali ordines vsq.[a] ad subdiaconatum aliqs acceperit: qa & huiusmodi ordines à non episcopis[b] quandoque conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri.

¶ Sane si ab eodem sacros ordines sciēter quis receperit quia indignum se fecit, executionem[c] officij non habebit: vbi autē non sciēter, † poterit (nisi crassa[d] & supina fuerit ignorantia[e]) discretus pōtifex dispensare.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Breue est.*

CAP. II.

Cvm clericis, qui ab excōmunicato[f] episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit episcopos[g] dispensari.

TITVLVS XIV.

De ætate & qualitate, & † ordine præficiendorum.

¶ Ex concilio Pictauiñ.

¶ *Non summatur.*

CAP. I.

Vt † abbates[h] decani, & præpositi,[i] qui presbyteri non

DE ÆTATE ET QVALITATE. &c.

Dicto de ordinandis, dicendum est de præficiendis. Et quia i præficiendis consideratur ætas, & qualitas, & ordo: ideo &c. Io. And.

Vt abbates.] Decr. ista facit ad titulum de ordi. præficiendorum. & concor. ?. eo. quæris. vel ad titu. de qualitate præficiendorum. Ioan. And.

CASVS. Dr hic abbates, decani, præpositi fiāt psbyteri, archidiaconi fiāt diaconi. Secūdo dr q si aliqua cā non potuerint promoueri, dimittant prælaturas. Ex hac decretali not. q si ex aliqua iusta causa prælatus ad sacros ordines promoueri non potest, prælaturam debet amittere.

h Vt abbates.] supple statuimus.

i Præpositi.] dignitas est per se quamuis sit nomen gnāle ad oēs qui habent prælationē. ?. de verb. sig. quis.

† In codice Barbatiæ ita: verum sacros ordines. &c.

† Vide l. indebiti. C. de condi. inde. & l. sed & si cuis. §. fi. ff. si quis cau.

1 Concor. l. sententiam. §. pen. ff. ad l. Aquil. & In sti. vi bono. rapt. §. quia tamen. text. cum glo. & co. in l. 1. ff. de leg.

† al. ita: De ætate & qualitate ordinandorum, & ordine. &c.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compil.

a Fiant.] sic s. de elec. cum in cunctis.

[Gl. seq. alleg. quattuor iura in contrariũ & soluit.]

b Amittant.] s. de electio. cũ in cũctis. §. hic sane. i. de cle. egr. c. 1. cõtra. ff. de stat. ho. q. furere cõtra. ff. de postul. l. 1. §. casum. cõtra. hoc intellige qñ p culpã suã ad talem statum peruenit. q promoueri nõ põt. cõtraria vero qñ sine culpa, & tũc nõ dẽt addi afflictis afflictio. i. de cle. egr. c. 1. & c. pen.

E X ratione.] Sũt duæ partes. Prima ponit reprehensibile factũ epi. Secunda illud corrigit: ibi, Vnde quoniam. quæ duo facit. Primo prouidet circa præterita. Secundo circa futura, cum pœnę cõminatione, & decreti appositione: ibi, Eidem. Et facit ad primam partem rubricę de ętate præficiendorum. Ioann. And.

CASVS. Eps Conuentreñ. concessit ecclesias in archidiaconatu R. Cistrensi pueris infra deceñiũ cõstitutis, quæ nõ p clericos, sed p laicos disponuntur. Mandat Papa Cantua. archiepo, quatenus epm illũ corrigat sup his, & custodiã illarũ ecclesiarũ committat personis idoneis, donec pueri ad congruam ætatẽ peruenerint, laicis inde amotis, & q de cætero talia non præsumant. Idem præcipit Papa in sequenti capitulo. No. quod regimen ecclesiarum personis idoneis scientia & ætate tantum committi debet, & non pueris.

c Pueris.] puer dr̃ à septennio vsq; ad 14. annum. i. de reg. ad nostram. & 20. q. 1. c. 1. & 22. q. 5. pueri. & 1. q. 1. pueri. & c. estote. s. de tẽp. or. vel nõ est compos. & puer dicitur quantum ad beneficium obtinendum, cui seruire non potest. infra de præben. super.

d In archidiaconatu.] Arg. quod instituere non pertinet ad archidiaconum. 16. q. 7. nullus omnino, contra. infra de præben. referente. super hoc statur consuetudini.

e Ecclesias.] i. prælaturas ecclesiarum: quod fieri nõ debet. i. e. c. 1. & 2. quia pueri ad hoc non reputantur idonei. i. de præben. super inordinata. beneficia ẽnim simplicia in tali ætate constitutis licite conferũtur. 77. dist. in singulis. & rõne ordinis debent habere titulum. 70. dist. c. 1. & ita ratione ordinis & tituli beneficium possunt habere. de hoc tamen dicas prout dicitur in capitulo super inordinata.

f Prædicti pueri.] impuberibus dignitas dari non debet. 1 ff. de iure immuni. l. 2. §. impuberes. & 1. q. 2. pueri. & c. estote.

[Glo. seq. quærit, & arg. negatiue.]

g Ad congruam.] idem dicit lex in eo qui se obligat pro filio suo decurione, quia tenetur quousque perueniat ad ætatẽ congruam. ff. ad munic. Lucius. §. Imperatores, sed pone quod episcopus aliquem minorem facit archidiaconum; habebit ne iste vocem in capitulo sicut si esset legitimæ ætatis? Argum. quod non: quia minores xxv. ann. decuriones facti, licet decurionum sportulas recipiant, non tamen interim suffragiũ ferre possunt. ff. de decurionibus. spurij. §. minores. sicut, nec minor factus miles debet sapientum iura tractare; vt C. de testamẽ. milit. l. vlt.

[Glo. seq. primo soluit contrarium, secundo quærit, arg. affirmatiue. soluit contrarium, solutioni obijcit, & obiec. respondet.]

h Aetatem.] dispensatiue tolerantur isti pueri, aliàs non deberent. s. de elect. cum in cunctis. & i. eo. cum te. Sed nunquid talis rector potest omnia facere tanquàm maior? Videtur quod sic. ff. de re iud. quidam consulebant. quod tamen non est verum. i. c. pxi. & C. de testa. mili. l. vlt. Sed nõne iste ex quo toleratur per dispensationem, videtur venia ætatis impetrasse, vt C. de ijs qui ve. æta. impe. l. eos? sed nõ est ita. quia licet quis veniam ætatis impetret, non tamẽ potest alienare sine decreto, nec habet liberam administrationem vsque ad ætatem xxv. ann. vt in præd. l. eos.

† dimittant

† honores.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. compil. Et post concil. Lateraneñ. sub Ale. iij. part. 25. c. 1.

nõ sunt, presbyteri fiãt:[a] q archidiaconatus tenẽt, diaconi, q vero archipresbyteratus, presbyteri, aut amittant[b] † honorem. †

¶ Quòd si aliqua iusta causa prohibẽte, presbyteri aut diaconi esse non potuerint, prælationes amittant.

¶ Alex. iij. Cantua. archiepiscopo.

¶ *Ecclesia dispensatiue minori concessa, non per laicos, sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.*

CAP. II.

E X † ratione: & infra. ¶ Accepimus quòd Conuentreñ. episcopus, pueris,[c] qui sunt infra decennium constituti, in archidiaconatu[d] R. archidiaconi Cistrẽ. ecclesias[e] plures cõcessit, quæ non per clericos, sed per laicos disponuntur.

¶ Vnde quoniã non debet hoc aliquatenus tolerari, mandamus, quatenus prędictum episcopũ sup his corripias, & clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum ecclesiarum, donec prædicti pueri[f] ad congruam[g] veniãt ætatem[h] (laicis amotis) committas. Eidem episcopo prohibẽs, ne de cætero ecclesias, nisi personis, quę ętatem & scietiã habeãt, regẽdas cõcedat. Quod si secus egerit, ei dẽbitam pœnam infligẽs, institutionem & concessionem ipsius, omnino † viribus carere decernas.

¶ Idem Cantua. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Regimẽ ecclesię minori 14. annis committi non debet.*

CAP. III.

I Ndecorum † est, vt hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare seipsos;[i] † cum ad ecclesiarum regimen

10

20

30

40

50

60

† In quibusdam impressis legitur, omnibus, sed in manuscr. omnino.

† Cap. 4. eo. ti. in 1. compilatione. & post concil. par. 25. cap. 2.

† Vide l. omnes C. de his qui ve. æta. impe. & in l. fi. C. de in om. iud.

I Ndecorum. Prima pars ponit exordium & causam mandati. Secunda mandatũ. Tertia cõminationem irritationis & pęnæ. Secunda ibi, Nolentes. & tertia ibi. Sciturí. Et facit ad rubricam de ætate. Ioan. And.

CASVS. Primo dr̃ quod indecorum est vt regant ecclesias qui seipsos regere non nouerunt, cum discreti, & litterati ad regimen ecclesiarum debeant promoueri. Secundo dicitur, quod ammodo minoribus xiiij. annis regimen ecclesiæ non committatur: & si secus fuerit, irritabitur, & episcopus punietur. Hæc decretalis non continet ius commune. supra de ele. cum in cunctis. Nota qui seipsum regere nescit, alijs præfici non debet.

[Gl. seq. recitetur p q. an facer ordo, & c. alle. 5. leges pro, & 6. in contrarium per quas tenebat Lau. quod non ponit opi. contrariam, quam probat duabus rationibus per locum à minori, & hanc approbat.]

i Seipsos.] qui enim in prælatum eligitur. & si minor sit, non debet esse sub patris potestate. argu. ff. ad Treb. nam quod ad ius. & ff. de adult. sic eueniet. & C. de legi. tu. l. vlt. insti. de excu. tu. §. minores. & ff. ad Mace. filiũ heo. Ar. i. ff. de adop. per adoptionem. & ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. § filiusfamilias. & ff. de mune. & hono. l. 2. & ff. de iud. cum prætor. in fin. vbi

Puer quãdo dicitur.

z Etiam sub tali conditione, vt sit prælatus cũ fuerit in ætate. ff. de hære. instit. hæreditas ex die. ff. de re iu. actus secundum Vinc. Ioan.

Potestas patria an tollatur per sacrum ordinem.

vbi dicitur nihil interesse, an iudices in potestate, an sui iuris sint,& presbyter dicitur in potestate patris esse. C.de epis. & cleri. auth.presbyteros. Inst. quibus mod.ius pa. po. sol. §. filiusfamilias. licet adipiscatur honores remanet tamen in potestate patris. per ista iura videtur quòd qui libet sacer ordo non liberet à patria potestate. Laurentius & alij dicunt, quòd quilibet sacer ordo liberat a patria potestate, quoniam liberat à Dominica, quæ maior est. de episcopali ordine habes 54. distinct. si seruus sciente. de sacerdotio. ea. distinct. ex antiquis. & c. frequens. de diacono dicitur quòd præstando vicarium liberatur, eod. c. ex antiquis. subdiaconus eodem iure vtitur cum diacono. infra de ser. nõ or. miramur. & nulla dignitas sæcularis similis est sacerdotio. arg. 96. dis. duo sunt. infra de ma. & obe. solitæ. & dignitas patriciatus soluit ius patriæ potestatis. ergo multo fortius sacerdotium, & quilibet sacer ordo. arg. infra de sen. excom. cum volũtate. §. vlt. hoc credo verius.

[Gl. seq. arg. a cõtrario, quod reprobat.]

a Infra xiiij. annum.] ex eo quod prohibet infra xiiij. annum, videtur concedere quòd post xiiij. annum statim concedat: quia quod de vno prohibetur de alio conceditur, ar. 25. d. qualis. sed non est ita: quia licet prohibeatur infra xiiij. annum, non tamen conceditur in xv. vel xvi. immo infra xxv. annum prohibetur supra de ele. cum in cunctis. §. inferiora & in c. proxi.

† Adde quis dicatur paruulus, vide in l. 6. §. vbi autem. C. de iure delibe. & per gl. 22. q. 5. paruuli.

† Contrarie in vno.

† Cap. 3. eo. titu. 1. cõp.

tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate.

¶ Nolentes itaque sustinere, vt paruulis ecclesiæ regimẽ cõmittatur: † Mandamus, quatenus nemini infra [a] annum quartumdecimum cõstituto, personatũ cuiuslibet ecclesiæ concedere præsumatis.

¶ Scituri pro certo, quòd si contraire † præsumpseritis: quod inde feceritis, irritabimus, & inobediẽtiam vestram grauiter puniemus.

¶ Idem.

¶ *Ad regimen ecclesiarũ non debet institui indignus scientia, moribus, vel ætate. & qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.*

CAP. IIII.

EAm † te decet: & infra. Arctius inhibemus, ne personas, quæ in ecclesijs tui episcopatus ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliqua occasione, vel etiam litterarum [b] nostrarum obtentu institui patiaris, quæ scientia, moribus, & ætate, concilij [c] nõ congruãt institutis.

¶ Sed etiam habentes plures ecclesias, quæ ex vna non pendeant, [d] tibi liceat appellatione postposita cogere ad vnã ipsarum quam maluerint dimittendam: [e] nisi ita fuerint tenues [f] in substãtia, quòd proprios sacerdotes non possint conuenienter alere. †

¶ Idem.

¶ *Is qui nondum est in sacris, si aliàs est idoneus, ad regimen parochialis ecclesiæ dispensatiue potest assumi.*

CAP. V.

PRæterea † licet ad regimen parochialis ecclesiæ non debeat ali-

terea quòd ius, & contra publicam vtilitatem est tale rescriptũ, & ideo nõ valet. C. de preci. impe. of. rescripta. ar. infra de rescri. ex parte. & infra de testi. cãm quæ. Itẽ est hic arg. quòd non est obediendũ suo mandato dñi Papæ. arg. infra de rescr. si quãdo. & c. cũ adeo. & infra de hær. ad abolẽdã. in fi. sed nõ dicitur mandatũ quãdo ignoranter mãdat.

e Concilij.] Lateran. infra de elec. cũ in cunctis. §. inferiora.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

d Pẽdeant.] qualiter dicitur vna ecclesia pẽdere ex altera, põt dici secundum quod legitur infra de reli. do. quia monasteriũ. argu. ff. arbo. fur. cæ. si gemina. & si aliqua parochialis ecclesia subsit alij licet prælatus maioris ecclesiæ duas ecclesias hr̃e dicatur, tñ alius presbyter erit in subiecta. Itẽ si ecclesia parochialis in fundo suo aliam constituat, nihil impedit vicarium in ea institui, & prælatum maioris ecclesię prælatum esse vtriusque. non tamen per se seruiet vtrique: nam dispensatio ne episcopi, vnus prælatus diuersis præest ecclesijs in hẽndo vnã commẽdatã & aliã intitulatã. 70. dist. sanctorũ. Lau. hoc tñ intellige secundum determinationem illarũ decre. infra de ele. dudũ. & infra de pbẽ. de multa. Itẽ in casu quẽ habes, infra de pbẽ. extirpãdæ, §. qui vero. potest quis habere plures ecclesias.

e Dimittendam.] infra de præben. referente. & hoc secundum illam decre. de multa. intelligi debet.

ADDITIO. Credo hoc posse locũ habere, quando nescitur quæ fuerit sibi primo collata, vel fuit hic gratia. Vinc. Vel loquitur de collatis ante concilium Lateran. vt dixi in præd. c. referente. Ioan. And.

f Tenues.] in isto casu permittit Papa propter paupertatem habere plures ecclesias. 10. q. 3. vnio. Item propter raritatem clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fi. Item intitulatã vnam, & aliam cõmendatam. a 21. q. 1. qui plures, infra de elec. dudum. vbi de hoc.

ADDITIO. Vnde versus.

Paupertas, pendens, defectus gratia seruans.
Ecclesias retinere, duas dat quodlibet horum.

† Ecclesia vna qualiter dicitur depẽdere ex altera.

† Concilij Lateranẽ. sub Alexan. iij. tit. de electione Romani Pontificis. c. 3.

† In antiquis legitur, habere.

† Cap. 9. eo. tit. in 1. compila.

† Ecclesias plures in quibus casibus habere liceat.

† Inn. dicebat vnã intitulatam & plures commẽdatas, sed dic hodie vt infra de ele. nemo deinceps. lib. 6. Ioan. And.

EAm te.] Facit ad partem rubricæ de æta. & qual. Et sunt duæ partes. Secunda ibi. Sed etiam.

CASVS. Prohibet Papa ne aliquis instituatur in ecclesijs curam animarum habentibus, aliqua occasione vel etiam obtentu litterarum Apostolicæ sedis, qui scientia, moribus, & ætate concilij non congruat institutis. Secũdo dicit, quòd si aliquis habet plures ecclesias, quarum vna non dependeat ab altera, dimittat vnam quam voluerit, nisi ita sint tenues in substantia quòd proprios prælatos non possint congrue sustẽtare. Nota quòd qui ad curam animarum eligitur, tria præcipue debet habere, scientiam litterarum, ętatem legitimam, & mores. Item nullus potest habere plures ecclesias, quarum vna sufficiat.

[Gl. seq. recitetur per obie. sed ꝯ arg. & determinat.]

b Litterarum.] supple. per ętatis taciturnitatem impetrata: si enim ex certa sciẽtia scriberet Papa pro minori eius mandato esset obediendum: quia sacrilegij instar obtinet, dubitare an is sit dignus quẽ princeps eligit. 17. q. 3. § qui aũt. & C. de cri. sacri. l. 2. Præ-

PRæterea.] Prima pars ponit rigorem. Secunda dispẽsationem. Tertia dispẽsationis terminationem. Secunda: ibi, Dispensatiue. Tertia: ibi, Dum tñ. Io. An.

CASVS. Dicitur in hac decre. quòd nullus debet ad regimen animarum admitti, nisi ad minus sit subdiaconus tamen dispensatiue in minoribus ordinib. constituti possunt admitti, dummodo tales sint qui intra breue tẽpus possint in presbyteros ordinari. Nota quòd nõ põt eligi ad curã animarũ minoribus ordinibus constitutus: dispensatiue tamẽ potest postulari.

a Subdia-

a Subdiaconus.] qui hodie potest eligi in epm. ȷ.e. à multis. & eodem priuilegio gaudet quo diaconus. ȷ de ser. non or. miramur.

[Glo. seq. recitetur per q. & sol. secundo arguit, quærit, & remittit.]

b Breue tempus.] qñque breue tps dr quatuor mensium. C. de vsu. rei iudi. eos. ff. de iudic. si debitori qñque decem dierum. ff. de consti. pecu. promissor. §. 1. qñq; duoru mensiũ. C. de secun. nup. l. 2. qñq; xxx. dierum. ff. d iti. auctuq; pri. l. 1. §. 1. sed hic appellat̃ breue tps, annus. in anno enim & dimidio pōt aliquis promoueri ad sacerdotium. 77. dist. monachus vero nouitius, & hic dimittimus dimidiũ annũ pp minores ordines. Vinc. Item argu. q parũ ĩ vtrũ aliquid fiat in præsenti, an in breui tpe. ff. si cer. pet. lecta est. ff. de in inte. rest. diu°. ff. vt i poss. leg. l. si is à quo. sic ergo patet q epi possunt disp. miere cũ eo qui est in minoribus ordinibus nunquid cũ eo qui est in minori ætate? Dicunt quidã q sic. argu. huius c. De hoc no. ĩ. de elc. cum dilectus. arg. q possit. ĩ. eod. indecorum.

† qui infra.

† Adde qđ dicatur tps breue. l. si qua. ff. de arbi. & l. si longius. ff. de iudi. Tempus breue dr diuersi mode.

† Multũ, in omnib. manuscriptis. † al. sacros.

† Vt verbi gratia homicidũ, vel simoniam i ordine.

† Asseuerẽt.

quis, nisi subdiaconus[a] sit ad minus, admitti.

¶ Dispensatiue tamen in minoribus ordinib constituti consueuerunt assumi.

¶ Dumtamen tales sint, quòd † infra breue † tempus †[b] possint in presbyteros ordinari.

¶ Idem.

¶ Propter necessitatem & vtilitatem ecclesiæ compelluntur clerici ipsius, recipere ordines suis beneficijs non annexos.

CAP. VI.

QVæris à nobis, quid agendum sit de clericis tuæ iurisdictioni cõmissis, qui cum beneficijs ecclesiasticis multis † abundent, a te commoniti nolunt ad maiores † ordines promoueri, se tale † quid secreto commisisse dicentes, quod eos salua conscientia ordinari non sinit.[c] ¶ Cum igitur super hoc casu videantur sacri canones discordare: cum quidam dicant eos minime compellendos:[d] alij vero contrarium[e] asseuerant, † omnis contrarietatis vinculũ præsenti pagina enodamus. † Statuentes, vt si prædicti clerici perceptione maiorum ordinum propter occulta sua peccata, se indignos esse fatentur,[f] inferiores in ecclesia, quorum sit vita probabilis, præferantur eisdem: Et nisi forte illi, qui ordinari pro iã dicta causa recusant, in alijs ecclesiæ seruitijs valde vtiles fuerint, auferantur eis beneficia & alijs canonice conferantur.

¶ Quòd si pro sola volũtate renuerint ordinari, & suaserit vtilitas[g] ecclesię, aut necessitas, ipsos, (dummodo idonei sint) ad maiores ordines recipiẽdos, per amissionem locorum & beneficiorũ subtractionem, appellatione cessante compellas.

¶ Clemens iij. R. Colon. canonico.

¶ Euentus mortalitatis infirmi, non impedit promoueri eius medicum peritum solicitum, & traditiones artis obseruantem.

CAP. VII.

AD † aures nostras te significante, perue-

QVæris à nobis.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Cum igitur. q̃ duo facit. Primo ponit ɔtrarietatem canonũ. quos secundo distinguendo concordat: ibi, Statuentes: & secundum membrum distinctionis prosequitur ibi, Quòd si. Io. And.

CASVS. Clerici beneficijs ecclesiasticis abũdantes, moniti a plato suo vt ad maiores ordines promoueãtur, nolunt promoueri, dicentes secreto tale qd commisisse quod eos salua conscientia ordinari non sinit: quæritur quid de talibus sit agendũ? Rñdet Papa q in casu isto videntur canones discordare, cũ quidã dicant eos nõ cõpellendos: alij vero cõtrariũ asseuerant. hanc cõtrarietatẽ volẽs amputare, statuit vt si clerici se dicãt indignos pp occulta sua peccata perceptione maiorũ ordinũ, inferiores clerici de ecclesia probabilis vitæ & opinionis præferant iisdem, & beneficia sibi auferãtur, & alijs conferantur nisi forte qui ordinari recusant, in alijs seruitijs ecclesiæ fuerint vtiles. Si vero sola voluntate ordinari recusant, & vtilitas ecclesię vel necessitas suaserit, si idonei fuerint, compellendi sunt ad maiores ordines recipiendos per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem. Nota quòd clerici qui nolunt promoueri, si pp occulta peccata hoc faciunt, ab ecclesia remoueri possunt: si sola voluntate compelluntur per amissionem beneficiorum suorum. Item vtilitas & necessitas parificantur.

c Non sinit.] simile de tempo. ord. c. vlt. & ȷ. c. proxi. & ȷ. de sim. ex tua, & c. Matthæus. & 1. q. 1. sacerdotes.

d Compellendos.] 74. dist. honoratus & ca. consuluit. & c. 1. & 2.

e Contrariũ.] 74. dist. si qui clerici. & c. placuit. 23. q. 4. displicet. & 3. q. 6. sicut. arg. 8. q. 1. in scripturis.

[Gloss. seq. distinguit, signat contrarium. & solui.]

f Fatentur.] aut ipsi cõmiserunt ista peccata occulta ante suam promotionem, aut post. si ante, remouendi sunt: quia tpe suę examinationis hoc non fuerunt cõfessi. 24. dist. c. vlt. & 50. dist. ex penitentibus. & 81. dist. si q sine. & cap. seq. sed si postea cõmiserũt illa peccata, fecerunt se indignos: vñ sunt expellendi, ex quo sua culpa se fecerũt indignos. arg. ĩ. eod. c. j. si tñ vtilitas ecclesiæ fuerit, q nõ remoueant, q in alijs negotijs ecclesię sũt valde necessarij & vtiles, tolerantur in ea. & ita fm hoc dispensatur cũ eis pp vtilitatem, maxime cum peccata sunt occulta. Sed ɔtra vr̃ de tẽpo. or. ex tenore. & c. vlt. vbi criminosi tolerant, quia peccata sunt occulta: & hic priuantur. Sed illi volunt & petunt promoueri acta pœnitẽtia, & isti fatent se indignos, & nolunt promoueri: si vellent promoueri acta pœnitentia admitterentur, præter reos homicidij, vt dicitur in contrario.

ADDITIO. Vnde dicebat Boa. quòd isti non priuantur beneficijs pp crimen, sed propter id quod renuunt ordinari, licet illi hoc faciãt ex ɔscia criminis. Io. An.

g Vtilitas.] ergo propter vtilitatem ecclesiæ cõpellitur quis recipere ordines, & ppter necessitatẽ, aliãs est etiam puniendus per subtractionem beneficiorum vt sequitur. simile ĩ. de electio. cum in cunctis, §. inferiora & 74. dist. consuluit. vbi eodem modo cõpelluntur, vt sic indirecte de nolentibus fiant volentes.

† Vide l. vn. cã. C. de offi. do. & in auth. de eis. hi. & introi. re. §. fi. cum no. coll. 5.

Cõmittentes peccata occulta quatenus sint remouẽdi.

† cantor.

† Ca. 2. e. tit. in 2. compi.

AD aures.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Tibi breuiter. Et melius fuisset hęc decr. posita in rub. de temp. ordin. & qual. ord. Io. And.

CASVS. Quidam canonicus Colon. eruditus in physica, cum pluribus secundum artem suam medicinam cum diligentia exhibuisset, pluribus in contrarium successit, cũ medicinis perceptis mortis periculum

lum incurrerent. Iste volebat promoueri ad sacros ordines, consuluit dominum Papam. Papa super hoc rñdit q si super præmissis conscientia ipsum remordeat, ad maiores ordines de suo consilio non ascendat. Nota quod contra conscientiam nullus debet promoueri.

suo, quem grauiter læserant: quia ipsi venire contempserunt, fecit in eo suspensionis sententiam promulgari: in qua triennio permanentes, quidam ex illis suspensi aliqua beneficia ecclesiastica sunt adepti. Quæsitum fuit à Papa vtrum beneficia sic recepta possint licitè retinere? Et ipse respondet, quod non licet eis quæ habuerant, vel quæ postmodum sunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde mandauit archiepiscopo Baran. vt eos pro tanta contumacia, & contemptu apostolico, beneficijs quæ habẽt nõ differat spoliare. No quod suspensi ab homine beneficia ecclesiastica adipisci nõ possunt. Item qui p triennium steterit suspensus pertinaciter, debet suis beneficijs spoliari.

nit, quod † cũ in arte physica eruditus sis, pluribus iuxtà ipsius artis traditionem exhibuisti cum diligentia [a] medicinam: licèt pluries in contrarium successerit: & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculum incurrerũt. ¶ Verùm quia ad sacros ordines desideras promoueri, super † eo nos consulere voluisti.

¶ Tibi breuiter respondemus, quod si super præmissis conscientia [b] tua te remordeat, [c] ad maiores ordines de nostro cõsilio [d] non ascendas.

¶ Cælestinus tertius.

¶ *Qui steterit per triennium in suspensione, priuatur beneficio quod prius habebat, & quod interim acquisiuit.*

C A P. VIII.

CVm † bonæ memoriæ Clemens Papa prædec. noster I. Buccarum & quosdam alios Barañ. clericos vocauisset, vt ad præsentiam ipsius accederent, H. archidiacono suo, quem grauiter læserant, [e] responsuri: quia venire iuxtà mandatum Apostolicum contempserunt, in eos fecit sententiam suspensionis promulgari: in quatriennio † permanentes quidam ex ipsis suspensi, [f] aliud beneficium ecclesiasticum sũt adepti. Et quia vtrum beneficia sic recepta possint rationabiliter retinere: nos consulere voluisti, Respondemus, quod non licet eis illa, quæ habuerunt beneficia, vel quæ postmodũ [g] sunt adepti, aliquatenus retinere. Vndè Barañ. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt eos pro tanta pertinacia & contemptu Apostolico, † beneficijs, quæ habent, non differat spoliare. [h]

¶ Innocentius tertius.

¶ *Subdiaconus in episcopum eligi potest.*

a Cũ diligentia.] & ideo non est imputandum, si adhibuit diligentiam, quã potuit, 50. dist. hi qui arborem, & c. sæpè, & ideo si præter culpã suam casus fortuitus contingit, ei non imputatũ, inf de cõmo. c. viii. & inf. de hom. c. vlt. & ff. commo. in rebus & de off. pñ il licitas, casus. n. fortuiti præuideri nõ possunt, vt in prædictis proximis concordantijs: & absit vt nobis imputetur quod præter voluntatem nostram contingit, 23. q. 5. de occidendis. Versus.

Non est in medico semper releuetur vt æger.

b Cõscientia.] 33. dist. habuisse. Qui n. facit contra consciẽtiam, ædificat ad gehennam, inf. de eccl. spol. literas, & inf. de præscri. quoniam omne, 28. q 1. oẽs deinceps, §. ex his, inf. de senten. excommu. inquisitioni.

c Remordeat.] vt si fortè imperitè medicinam dedisset infirmis, alias euentus mortalitatis non est imputandus ei, vt ff. de offic. præsi. illicitas, §. sicuti, & ff. ad leg. Aquil. qua actione, & §. vlt. ff. de var. extraor. cog. medicus. Vel si negligens fuerit: quia dissoluta negligentia propè dolum est, ff. manda. si fideiussor. 1 responso.

ADDITIO. An medicus teneatur infirmum pauperem vel diuitem nolentem soluere, vel nolentem sumere medicinam curare gratis. no. 83. dist c. 1. & in Spec de sala. § fin. in 1 col. Et quomodo pœnam Giezi euadat medicus, qui pro danda sanitate pretium recipit, no. 1. q. 1. qui student. Et quomodo medicus à sano salarium recipit, vbi non liceret ab infirmo, dicam de postu. c. 1. in gl. notandum. Ioan And.

d Consilio.] hoc est consilium reuerentiæ, cui obediendum est, 6. dist. testamentum, & 14. q. 1. quisquis & inf. de simo. Matthæus, in fi. secus in consilio perfectionis, 14. q. 1. quisquis, quale est illud. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et de tali consilio potest intelligi quod dicitur in c. quisquis, in verbo illo, si consilio vti volueris.

CVm bonæ. Sunt duæ partes, Consultatio, & responsio, secunda: ibi, Respondemus. Et facit ad partem rubricæ de qualitate præficiendorum. Io. And.

CASVS. Clemens Papa vocauit quosdam clericos Baran. ad præsentiam suam, vt satisfacerent archidiacono

e Læserant.] miles qui præposito manus intulit, capite punitur, & omnis contumacia aduersus præsidem vel ducem capite punitur, ff. de re milit. omne delictũ, §. 1 & 2. & qui resistit castigare volenti, ff. eod. tit. milites, §. itruens, & iuxta diuinum oraculum cõtumacia parentis morte luitur, 86. dist. non satis, ver. cæterum, in fin.

ADDITIO. Et quod hic dicit, læserant, intellige in rebus, quia si in persona, ipso iure fuissent excommunicati.

f Suspensi.] suspensi eligere non possunt: nec etiam eligi, 9. quæstio. 1. nos in hominem, & supra de consuetu. cum dilectus, supra de elect. cum inter R. & capit. per inquisitionem, & infra de appellation. constitutus, nec beneficia eis tempore suspensionis conferri possunt, uel literas pro beneficio obtinendo impetrare; vt hic. & interim beneficia ecclesiastica sunt deneganda, 1 infra de appellat. pastoralis.

g Postmodùm sunt adepti.] talia beneficia tenere nõ possunt, etiam si postea fuerint absoluti; quia tunc tempore obtenti beneficij inhabiles erant, & indigni; quia in talibus principium considerandum est, supra de elect. dudum ad audientiam, & 1. quæstio. 1. principatus, 16. q 3. si sacerdotes Et est argum quod tempus impetrati rescripti considerandum est; puniendi ergo sunt, qui suspensi spiritualia præsumunt tractare, in tantum quod episcopus cum talibus dispensare non potest, 11. q 3. si quis episcopus, & inf. de sent. excommuni. cum illorum.

h Spoliare.] ex quo per annum & vltra quis stat in excommunicatione priuari debet beneficio suo, 11. q. 3. rursus, & excommunicatus, qui tractat spiritualia, deponi debet, inf. de dolo & contu. veritatis. Idem videtur in suspenso, vt hic. Ber.

† In antiquis exẽplaribus ita; quod in arte physica eruditus, pluribus iuxta ipsius artis traditiones, &c.

† Alias; super eo quod nos consulere voluisti, tibi breuiter respõdem⁹, quod si super præmissis cõscientia te remordet, &c.

Cap. 5. eo. tit. in 2. cõp.

† Factũ nõ erat, q a idẽ si per annum. Ioan. And.

† Vide l. 1. ff. si quis ius di. nõ obtẽ. & de postu. l. 1. 50. dist. si quis extra.

1 Si sunt in mora petendi absolutionem, aliter secus, supra de elec c. vlt. & q. 5. super causa, fm Tãc & Vinc. Io. And.

A Multis.] Primò ponit quæstionem. Secundò alleg. pro & contra, ibi, si quidem. Tertio diffinit vel soluit, ibi, Nos volentes. Ioan. And.

CASVS. Dubitabatur à multis, an subdiaconus possit in episcopum eligi per decretum Vrbani Papæ primi, qui decreuit quod nullus in episcopum eligatur, nisi fuerit in sacris ordinib. constitutus: sacros appellans diaconatum & presbyteratum, referendo se ad statum primitiuæ ecclesiæ, in quo subdiaconatus sacer minimè dicebatur: postea ostendit per decretum Vrbani secundi, quod hodie ordo subdiaconatus inter sacros ordines reputatur, sacros appellans presbyteratum, diaconatum, & subdiaconatum, & hoc idem ostendit per plura decreta dicens, vt subdiaconus in presbyterum liberè possit eligi, sicut diaconus vel sacerdos. Not. quod hodie subdiacon' eodem gaudet priuilegio cum diacono.

a Nullus.] Ponit se non nullius decr. 60. dist. nullus in episcopum, v que ibi, in quibus verbis.

[Gl. sequens recitetur per quæstione ē.]

b Solos.] Supple sacros: quia subdiaconatus bene fuit in primitiua ecclesia, sed non reputabatur sacer. 21. dist. in fi. §. 1. & 25. d. st. c. 1.

c Metropolitani.] sic olim dispensabat Metropolitanus cum ineligibili circa episcopatum, sed cum illegitimo dispensari nō potest, j. de elect. innotuit, nec in ætate, C. de ijs qui ve. æta. impe. l. 2. & 3. sed cū ijs qui patiuntur defectum in ordine. satis vī, quod potest adhuc archiep. dispensare in archiepiscopatu: sicut olim poterat. arg. 60. dist. nullus in episcopū, & in alijs dignitatibus inferiorib. benè pot, sup. eo prima. 1

d In quibus.] Verba ista sunt Innoc. interpretantis capitulum Vrbani, qui locutus fuit secundum antiqua tempora.

e Verum cum hodie.] Nunc incipit allegare, an subdiaconus eligi possit.

f Erubescant.] 32. dist. erubescant.

g Nemo.] 32 dist. nemo.

h Obseruare.] Ex quo oneratur, dignum est vt honoretur 16. q. 6. de lapsis.

i Sexta synodo.] 32. dist. si quis eorum.

k Mulieri.] 32. dist. vt nullum.

l Nullū.] 28 d. null', & 31. ante triennium.

m Liberè.] Et ita quod fuit prius dispēsatio, hodie est ius cōe, sic inf. de offic. leg. quod translationem, & ad subdiaconatum extendit quod de superioribus dictū erat simile, supra de transl. inter corporalia. & sup. de consue. cū venerabilis, & eodem priuilegio gaudet subdiaconus quo & diaconus, inf. de ser. nō ord. miramur.

CAP. IX.

A Multis † multotiens, an subdiaconus in episcopum eligi valeat, hæsitatur.

¶ Siquidem Vrbanus Papa primus decreuit, vt nullus [a] in episcopum, nisi in sacris ordinibus religiosè viuēs inuentus fuerit, eligatur: Sacros (inquit ordines diaconatum dicimus & presbyteratū: hos siquidem solos [b] primitiua ecclesia legitur habuisse. Subdiaconos verò (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in episcopos eligi, si tamen præclaræ † scientiæ ac religionis exsistant. quod ipsum non sine Romani Pontificis, vel Metropolitani [c] licentia fieri permittimus.

¶ In quibus [d] verbis innuitur, quod Vrbanus ad statum primitiuæ ecclesiæ se referens (in quo subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur) instituit, vt de subdiacono (nisi vtilitatis causa, & tunc etiam nisi de permissione Metropolitani, vel Romani Pontificis) non posset electio celebrari.

¶ Verùm [e] cum hodie subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Vrbanus Papa secūdus, sub his verbis expressit. † Erubescant [f] impij, & intelligant iudicio spiritus sancti eos qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu, sunt positi, si castè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterum, † Nemo [g] ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis exsistat, & qui vsquè ad subdiaconatum vnicā, & virginem habuerit vxorem. Et ad similitudinem diaconi & presbyteri, subdiaconus debet continentiā obseruare, [h] sicut est in sexta [i] synodo † constitutum, vt si quis eorum qui ad clerū accedunt, nuptiali iure mulieri [k] voluerit copulari, hoc ante subdiaconatus ordinem faciat. Et beatus Gregorius † statuisse legitur, vt nullum [l] facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit. †

¶ Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus, vt subdiaconus in episcopum valeat liberè [m] eligi, sicut diaconus vel sacerdos.

¶ Idem titulo S. Crucis presbytero Cardinali.

¶ *Irregularis, & in maioribus potest dispensatione in abbatem institui.*

CAP. X.

TVam † in Domino diligentiam commē-

TVam.] Prima pars ponit exordium. Secunda māda tū: ibi, Mandamus & facit ad duas partes rubricæ, s. de qualitate & ordine. Io. And.

CASVS. Monasterio S. Quirici uacante, Cardinalis quidam uolens ipsum persona idonea ordinare, cum super hoc diligentiam adhibuisset, nec posset personam idoneam inuenire, per quam posset status monasterij in melius reformari: tandem inuenit quendam monachum discretum & utilem monasterio, qui alias de iure non poterat eligi in abbatem pro quo quidam laici apud Cardinalem intercedebāt, consuluit Papam, quid super hoc esset agendum. Papa commendat diligentiam Cardinalis, mandans eidē, quatenus, si non potest eidē monasterio de persona mag. idonea prouidere monachum illum quem sibi commendauit, per quē status monasterij creditur reformandus, ibi præficiat in abbatem, nullum habens respectū ad petitionem illicitam laicorum, sed ex officio suo tantum ad hoc procedat; ita tamen quòd ad sacros ordines non ascendat, cum necessitate instante possit in abbatem assumi in minoribus ordinibus constitutus: & laici ipsi non sunt illi aliqua consanguinitate, uel affinitate coniuncti, ut propter hoc contra ipsum aliqua suspicio

† hoc c. usq; ad illa uerba: in quib. habes in Pā. ormia lib. 3. tit. de elec. sum. Pōt. c. 5

sep & sis

†! Refert. ēt in Pānorm. lib. 3. tit. de cōtinēt. cler. c. 103.

1 Cōcor. l. iure gē. §. adeo, C. de pact. & l. legatū, & l. ad rē mobilem, ff. de procu.

† Pannorm. ibid. c. 104

† Cap. 6 l. Pannorm. ibid. c. 102.

† Lib. 1. epistola 42 ad Petrum subdiaconū Siciliæ.

† Vide ... cum not. ... Bart. ... placuisset, ... de orig. ...

† In ... ita: Tua... dño d... tiam c... dares, ... super ... sterio S. ... rici d... sceris ... bere, ...

spicio possit oriri. Ex hac decr. no. quod licèt preces sint illicitæ, tamen si non habeatur respectus ad illa, non committitur simonia. Nota quod ex necessitate dispensatur cum aliquo, vt in abbatem assumatur, & in minoribus ordinibus ministret. Item officium abbatis in administratione consistit.

[Glossa sequens circa preces an simoniam inducant, distinguit inter proprias & alienas. in primo casu ponit opinionẽ Hugonis & cõtrariã. In secũdo subdistinguit an sint spirituales, an carnales: & tunc arg. pro indigno, aut pro digno, & tunc aut habetur respectus ad illas, aut non.]

a Nullũ prorsus.] nõ enim preces carnales debet respicere qui est ordinator, sed tantum merita & prouidentiam ordinandi 1.q.1. quibusdam & 8.quæ.1. Moyses, & c.si ergo. Et ideo not. quod cum quis el[illegible] vel ordinatur [illegible] pre cibus interuenientibus, aut alienis. Si suis, dicunt quidam & Hugo contra eis, quod quãtumcunque sit idoneus simonia cõmittitur. arg. 1.q.1. In scripturis, & 1. q. 7. si quis omnẽ. & 1. q.1. ordinationes, & [illegible] de iure pat per nostras. Illud credo si est indignus, secundũ quod dicit. T. sed si dignus est, potest etiã preces porrigere superiori cum indiget: quia tunc nõ præsumit ambitiosus, sed potius propter necessitatem 1 alias potest dici, quod simonia esset. arg. 1. q.1.c. filiũ. & no. ita quorundam. Et arg. inf. de simo. tua. Si preces qui pro se porrigit ut in prælatum eligatur, ambitiosæ sunt & illicitæ. 1 q.1. nullus itaque. Si vero precibus alienis promouetur: aut preces sunt spirituales aut carnales. si sunt carnales, & fiunt pro indigno, simonia committitur. 1. q.1 de ordinationibus, quia succedunt tales preces loco pretij. 1.q 1. sunt nonnulli. Si pro digno, dummodò superior non habeat respectum ad preces, sed ad meritũ, licitè possunt admitti, vt hic. & 1.q 1. quibusdam. Si verò sunt spirituales, admitti possunt, nec inducunt simoniã. 1. q.1. fatiorem.

b Non ascendat.] Fortè erat irregularis, & sic potest quis esse abbas in minoribus ordinibus per necessitatẽ, alias nõ valeret. nã & diacon⁹ põt esse abbas. 50. di. accedẽs. arg. Imo & infamis etiam monasterij gerere potest: vt ibi. Infamia enim à ciuilibus muneribus nõ excludit. C. de iis qui non impl. stipẽ. la.fo. sunt. l.1. lib. 10. nomẽ abbatis potius est sollicitudinis, quam ordinis, vel honoris. 13. q.2. hoc tamẽ. Arg. cõtra s. e.c.1 & laicus põt esse abbas eciã necessitatis. 93. di. à subdiacono & 16. q.1 generaliter. arg. in hoc quod vr hic dispensatiuè intelligitur, quia abbas dẽt esse sacerdos: alias remouet s. eo.c.1. Bern.

c Cũ instãte.] 2 Hic rñdet tacitæ obiectioni, quæ posset ei fieri. Diceret.n. aliquis quõ erit iste Ab. cũ nõ possit ad ordines promoueri nec si cerdos fieri? Rñdet: Cõsidest, quia, &c.

[Marginalia: Infamis curã monasterij gerere põt. — † Al. informandus. — Simonia an inducatur per preces. — 2 Hæc glossula non hr in antiquis codicibus. — † Cap.1. eo. tit. in 4. compila.]

damus quã sup monasterio S.Quirici reformando dignosceris adhibere.

¶ Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea melius prouidere, tu monachum illum, quem literis tuis de honestate ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus † nullum prorsus [a] habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, sed ex tuæ dumtaxat prouisionis officio instituas in abbatem: ita videlicèt, quod ad sacros ordines non ascendat [b] cùm instante [c] necessitatis articulo possit in abbatem assumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus: ¶ Et laici memorati non sint cõsanguinitate vel affinitate coniũcti monacho memorato, vt ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

¶ Idẽ Rothomagen. archiepiscopo.

¶ Abbas si est Presbyter, & benedictus, conferre potest ordinem clericalem.

CAP. XI.

CVm † contingat interdum, quod laici ad monasteria conuolantes, à suis abbatibus tonsurentur: requisisti, an clericatus ordo in tõsura huiusmodi conferatur.

¶ Super quo tibi taliter respondemus, quod cum in septima synodo [d] sit statutum, vt lectores per manus impositionem licentia sit vnicuique abbati [e] in proprio monasterio, solummodò faciendi dummodò ipsis ab episcopo (secundum morem præficiendorũ abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem: per primam tonsuram, iuxta formam ecclesiæ datam, à talibus clericalis ordo [f] confertur.

¶ Idem.

¶ Si canonicus regularis factus monachus, iusta de causa ad canonicam reuersus: ibi postea præficiatur licitè tenere poterit prælaturam.

CAP. XII.

INtelleximus, † quod cum in monasterio tuo

CVm cõtingat.] Cõis diuisio: Secunda ibi, sup quo. & principale dictũ nõ facit ad titulum, sed sequẽti loq̃ de præficiẽdo. Io. And.

CASVS. Laici aliqui transeunt ad monasteria, & ibi a suis abbatibus tõsurant. quæsitum fuit à Papa an clericalis ordo in tonsura hmõi cõferat? Et ipse rñt, quod cũ in septima synodo sit statutũ, ut liceat abbatibus in proprio monasterio solũmodò facere lectores per manus impositionẽ, dũmodo et ipsis abbatibus ab epõ manus impositio facta noscat, & sacerdotes existãt, per primã tõsurã in forma ecclesiæ datam clericalis ordo cõfertur. Not. quod abbates pñt cõferre ordines, vt hic dicitur.

d Synodo.] 69. di. quoniam videmus.

[Glossa seq. recitetur per duas qõnes, an psalmista⁹ sit ordo, & an per presbyterũ cõferri possit. In prima ponit opinionẽ, quam reprobat.]

e Abbati.] Hoc idẽ põt elect⁹ in abbatẽ & cõfirmatus, si epus eũ differat bñdicere. vt supra de sup. negl. pl. statuimus, talis ordo appellat psalmistat⁹, tñ vbi agit de singulis ordinibus nihil agit de hoc 93. di. illud vnde quidam dixerit non esse ordinem, sed eorũ opinio corrigit hic in fi. ubi dicit quod per primã tonsurã clericalis ordo confertur, & etiam presbytero hoc licet. 23. distin. psalmista. ubi de hoc in summa. Hug.

f Ordo confertur.] Sed 3 nunquid qui tales percutiunt, incidunt canonẽ late sententiæ; Dic quod sic: quia clerici sunt, vt hic, & quicunque clericum percusserit excõicatus est. ut inf. de sent. excom non dubium.

INtelleximus.] Primò narrat factum ex quo. secũdò dubium elicit ibi, Ne igitur. cui tertio respondet: ibi Discretioni. Et facit ad eam partem titu. de qualitate præficiendorum. Ioan. And.

[Marginalia: † Cap.2. tit. de qualitate ordi. in 4. cõpila. — Abbas quã lev ordines cõferre possit. — 3 Hæc glossula non hr in antiquis codicibus.]

fuisset laudabiliter conuersatus, ad monasterium sancti Innocentij talis ordinis accessisti: vbi cum aliquandiù in ipso ordine permansisses, demum ad cor reuersus, de metropolitani & aliorum consilio, ad primam domum redire curasti; in qua tandem sub regularis obseruantiæ disciplina taliter Deo & hominibus placuisti, quod per tuorum exigentiam meritorum, fratres tui præfecerunt te vnanimiter in abbatem. ¶ Ne igitur occasione moræ, quam in præscripto monasterio contraxisti † (quasi † conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendentes quod cautum est in canone,[a] nè quis canonicus regularis, nisi fortè (quod absit) publicè lapsus sit, efficiatur monachus: & si factus fuerit, ad canonicatus ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus: ¶ Disc.† tuæ mādamus, quatenus circa curam [b] tibi commissam, solicitudinem exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare prioribus, quod dignum à Deo possis meritum expectare.

¶ Idem.

¶ Ordinatus ad sacros ordines sine titulo, ab ordinatore iustè petit beneficium.

10

C A P. XIII.

Accepimus, † te nostris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiam Bracharen. super beneficijs obtinendis infestant, & infra. ¶ Licèt igitur in ordinationibus clericorū, illam tu ac prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarentur à vobis, ac ideò post promotionem eorum exceptionem [c] non poteris prætendere contra illos, nisi fortè postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos; ex super abundanti tamen quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris apponi; vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore uel successore ipsius competens beneficium tribuatur; cum & si tecum de iure agere vellemus, te possemus meritò ad prouisionem eorū compellere, quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eo præsertim quod ad obtinendum ecclesiasticum beneficium eos de

20

30

40

50

60

C A S V S. Quidam monachus sine licentia sui abbatis, leuitatis causa transiuit ad monasteriū sancti Vincentij, & cū ibi in ordine illo aliquandiu pmāsisset, de consilio quorundā rediijt ad domum priorem, & ibi meritis exigentibus electus fuit in abbatem. Quia in secundo monasterio morā fecerat, dubitabat ministrare in officio abbatiæ: cōsiderans qd legit in canone, ne q's canonicus regulatus efficiat monachus: nisi fortè, ꝙ absit publicè lapsus fuerit: & si fact' fuerit, ad canonicat' ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo. Cōsulit Papam, super hoc mandat ei Papa, quaten' circa curā sibi commissam solicitudinē adhibeat diligentem sequentia bona continuando prioribus. No. ꝙ canonicus regularis factus monachus, potest præfici I abbatem.

a In canone.] 19. q. 3. mandamus [Gloss. teq; signat contrarium, & quadrupliciter soluit.]

b Curam.] Hic vr ꝙ si aliquis trāsit ad strictiorem religionē sine licentia prioris vel abbatis, ꝙ reuocādus sit ad priorem ecclesiā. Sed vr obstare. j. d re. licèt. Sed potest intelligi ꝙ hic dr qñ ex leuitatis causa transit: prout intelligi cōsueuit ille canon. 19. q. 3. mandamus. Vel dicat ꝙ iste fuerat tūc in habitu probationis. Vel iste loc' quē intrauerat fuerat laxioris religionis ꝙ̄ prio. Vel dic, ꝙ si aliquis petita licētia, licet nō obtēta, trāsit ad strictiorē regulā, ꝙ tunc nō pōt reuerti ad priorē locū, 1 & sic loquit illa decre. licèt. sed si nullo modo petit licentiā, tunc redire cogetur prout hic fecit.

Accepimus.] Cōmunis diuisio. Secūda: ibi, Licèt. Et facit ad secūdā partem rubricæ de qualitate præficiendorum. Ioan. And.

C A S V S. Eps Zamoren. quosdam clericos promouit ad sacros ordines sine certo titulo. clerici illi impetrauerunt literas super sua prouisione contra epm Zamoren. ad quosdam executores. eps qū citabatur ab eis exceptiones pponebat cōtra ipsos clericos: sed ipsi eas admittere nolebāt. vndè petijt sibi super hoc puideri; vndè Papa rescribit ei dicens; licèt in ordinationibus clericorum tam ipse q̄ antecessores ipsius eam diligentiam debuerint adhibere, vt minus idoneos, non ordinarent; vnde secundum hoc contra illos exceptionē opponere non possent: nisi forte post promotionem reddiderint se indignos: tñ Papa ex abundanti qñ scribit, p talibus facit apponi in literis suis; [si ordinat' pro quo scribit, sit ecclesiastico beneficio non indignus.] Vñ de Papa sine aliqua examinatione posset illū cōpellere ad prouisionem illorū, quos ipse vel antecessores sui ad ordines promouerūt; cū illos ad bñficium obtinendū dēat idoneos reputare, quos ad ordines recepit. Vñ non dēt grauiter sustinere si illos facit per alios examinari, quos nō credit sine examinatione ordinatos fuisse anteq̄ ipsum cōpellat ad prouisionē illorū. Mādat Papa eidē, quaten' pui deat illis pro quibus lras suas recepit in forma cōi, in maiori ecclesia uel in alijs diœcesib. Bracaren. & exceptiones, quas cōtra ipsos duxent pponēdas, pcipit audiēdas. Nota arg. ꝙ semel examinatus amplius examinari non dēt, nisi de ijs, q̄ postea contingūt. Itē q dignus reputatur ad ordinē, dignus reputari dēt ad bñficium. Itē semel examinatus, iterum examinatur. Itē per formam cōem poterit executor prouidere in maiori ecclesia. Itē quā tumcunquè absolute scribat, exceptiones legitimæ sunt admittendæ.

c Exceptionem.] not. ꝙ qui ordinauit aliquē postea nō pōt ei irregularitatē aliquam vel crimē aliquod obijcere, nisi ex causa superueniente 2 sic nec elector cōtra electū 3. q. 1. dilectissimi. & est simile 4. dist. in istis. & 4. q. 3. si q's testibus. & infra de conces. preb. cum super quæstione. in fi. sic 18. dist. diaconi. & inf. de cler. coniuga. diuersis fallacijs.

[Glo.

† Vide l. mo rā. cū gl. ma. ff. de viur.

† al. ita: cū conscientia tua te remordeat.

† In codice Barbatiæ ita: Discretioni tuæ taliter respondemus, ꝙ circa, &c.

1 Concor. l. 1. §. fi. per doctor. ff de excr. & ff. de inst. sed & si §. conditio.

† Cap. 3. tit. de qualitate ordinan. in 4. compil.

2 Text. [illegible] in l. fi. [illegible] §. tina. ff. [illegible] adul. & ff. [illegible] sol. mat[illegible] cū mul[illegible]

[Gl. seq. alle. multa concor. & duo contraria, alleg. etiā duo iura similia per casum conuersum, demum quaerit, ponit opi. Ioan. & contrarium soluit.]

a Reputare.] No. quod qui reputatur dignus in una dignitate, si postea eligitur ad aliam, etiam tunc dignus debet reputari, sic 74. distinct. gesta, argu. contra 12. dist. nos consuetudinem, & sup. de elect. scriptum est. Econtra vero qui reputatus est indignus in uno officio, debet indignus haberi in alio, ff. de suspec. tu. l. 3 §. quam potest, ubi dr̃ quod si aliquis inolē se h. b. in tutela, & deinde detur curator, tanquam suspectus remoueri debet C. de su & archa. l. si aliquid, lib. 10. Item quid dices si aliquis irregularis uel criminosus toleratus est in officio sacerdotali nunquid si talis eligitur ad dignitatem potest excipi contra eum ab illis qui eum tolerauerūt in officio sacerdotali? Videtur quod nō, quia qui eum reputauerunt dignum ad ordinem, & ad beneficium reputabūt eū dignum, argum. inf. de accus. ult., inf. de senten. excommu. in praesentia, & ff. de li. causa. qui sciens, si dat nec uir accusare potest mores uxoris, quos prius probauit, ff. de adul. si uxor. in fi. hoc concedebat Io. sed ex officio suo potest inquirere de talib. 2. quaest. 7. quaedam, ff. de posiu. quos prohibet, & ff. de petit. her. l. ult. & ff. de . dubl. l. 1. § si publico, et inf. de except. exceptionem, et quod superior debent de his inquirere, habes expressè sup. de ele. nihil est et in c. uenerabilem. Tamen quod dicit Io. quod isti qui tolerauerunt in sacerdotio ipsum, non possunt ei postea obijcere, non credo; quia licet tolerauerint eū in tali officio, propterea non debent tolerare eum in maiori, nunquid si eligatur in episcopum uel in maiorem praelatum, nō possunt ei obijcere aliquid? imo possunt; quia licet sit dignus in uno officio, non tamen in maiori debet idoneus reputari, 12. dist. nos consuetudinem. Et arg. sup. de ele. scriptū est accusare ipsum possunt per c. praedictum, nulli. Sed si promoueatur ad dignitatem, credo quod possint cōtra illum excipere.

[Gl. seq. literam exponit, et notat aliquem saepius examinari, alle. 3. iura, et duo in contrarium, et soluit.]

b Examinari.] intelligo tamen quod in eo casu permittatur episcopo examinatio sine exceptione quando nō per se examinauit episcopus, sed per archidiaconum de off. archi. ad hoc. sic patet quod aliquis saepe examinatur, inf. de praeb. cum secundum Apostolum, et 2. q. 5 Mennam et 2. q. 1. notum, arg. contra inf. de offi. leg. licet, et ff. nau. cau. sta. l. licet. Sed quod tantūmodo debeant examinari de ijs quae postea contingerunt, arg. sup. eod. c. 1. ideo benè debent examinari, ne indigni promoueantur, et negligentia prioris examinatoris non debet impedire quò minus quaeratur an dignus sit; & ad hoc tenetur superior. sup. de elec. nihil est, & c. venerabilem.

c In forma communi.] inf. de praeb. cū secundum apostolū.

[Gl. seq. no. quaerit, & soluit.]

d In maiori ecclesia.] no. quod per formam communem, qua mandatur alicui ut prouideat alicui in aliqua ecclesiarū ciuitatis uel dioecesis, potest prouideri in ecclesia cathedrali; ut bene patet hic, & inf. de praeb. pro illorum, &c. cū secundum Apostolū. sed per formam illā non posset prouideri in aliqua praelatura, inf. de praeben. c. ult. quia ad praelaturas non extenditur intentio mādatoris. Sed quid si dicatur tantum, prouideas tali in aliqua ecclesia dioec. Bonon. nunquid potest prouideri in aliqua ecclesia ciuitatis? Vel si dicatur, in aliqua ecclesia ciuitatis Bonon. nunquid in ecclesia dioecesis? Dicas quod non: quia per clausulam illam [in aliqua ecclesia dioecesis Bonon.] non comprehenduntur ecclesiae ciuitatis. uel econuerso supra de rescript. Rodulphus.

e Exceptiones.] quantumcunque Papa praecise scribat, exceptiones legitimae admittendae sunt, inf. de offi. deleg. ex parte i. nisi dicatur quod nullae debeant admitti, quod nunquam de facili dicit ut ibidem, sed si enumerauerit non obstante tali et talibus exceptionibus: tunc illae non sunt admittendae, arg. ff. si quis cau. sed et si. quaesitum.

bes idoneos reputare, [a] quos ad ordines suscepisti. Vndè grauiter sustinere non debes, sed nobis potius deferre inclinare teneris, si illos examinari [b] per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, ante quam ad prouisionem eorum compellere te velimus.

¶ Mandamus igitur quatenus eis pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma cōmuni, [c] in maiori ecclesia, [d] vel alijs ecclesijs dioecesis Bracaren. prouidere non tardes. † Exceptiones [e] autem si quas contra tales proposueris, praecipimus audiendas.

¶ Idem in Concilio generali †

¶ *Minus idoneus in sacerdotem promoueri, vel ad regimē animarum assumi non dēt.*

CAP. XIIII.

CVM † sit ars artium [f] regimen animarum; districtè praecipimus, ut episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant & informent, vel per se ipsos, vel per alios [g] idoneos viros super diuinis officijs, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare.

¶ Quoniam si de caetero rudes, & ignaros ordinare praesumpserint, (quod quidem facilè poterit deprehendi,) [h] & ordinatores, & ordinatos ultioni graui decernimus subiacere. Sanctius † enim est (maximè in ordinatione sacerdotum) paucos bonos, quàm multos malos [i] habere ministros: quia si caecus caecum † ducit, ambo in foueam dilabuntur. †

Cum sit ars artium.] Pertinet ad titulum de qualitate, et diuisio per se patet. Secunda ibi, Quoniam.

CASVS. Praecipit Papa, ut episcopi diligenter instituant et informent illos quos promouent ad sacerdotiū per se, uel per alios uiros idoneos super diuinis officijs, et ecclesiasticis Sacris. quod si de caetero rudes et ignaros promouerint, et ordinatores, et ordinati grauiter puniantur; quia melius est paucos bonos quam multos malos habere ministros. Hoc ultimum uerbum notandum est.

f Ars artium.] bene dicit, quia animae sunt pretiosiores omnibus alijs rebus, et corporibus, 12. q. 1. praecipimus, et 24. q. 3. si habes, et inf. de pen. et remis. cum infirmitas in fine.

g Per alios.] per clericos suos de latere suo missos 24. dist. quando.

h Deprehendi.] no. quod eo ipso quod ordinatus appa ret indignus, et ordinās similiter, ut 81. dist. tantis. Daniel. in fi. nec enim potest ignorare praelatus uitium subditi, sup. de re iu. quamuis, arg. supra de elect. innotuit. C. de rescin. uend. quisquis, et ff. locati. ad ædes § 1. 2. et ff. de ædil. edict. l. 1. § exaita, sed hoc est uerum cum eos examinat per se, secus si per alios, 24. dist. quandoque, et infra de offi. archid. c. ad haec.

i Malos.] simile 23. distinc. tales, et dicit lex, melius est pauca

† Vide l. si cui fundus, ff. de fraud. indiu. & l. illi cū illo, ff. de usufru. leg.

† Lateranēsi c. 27.

1 Sed bene in corrigere se querentes manutenentiā de uitiorum quēdam. Io. Aud.

Examinatus etiam examinatur.

† Cap. 4. tit. de qualit. ordinan. in 4. compil.

† Satius. Sanius.

† Matth. 15.

† Vide l. quos, cū glo. ff. de uulg. & pup. substit.

2 Si locaui uasa uitio & uinum effluxerit, teneor, nec me excusat ignorantia. Io. An. Aud.

1 Concor. l. 1. §. pen. ff. quemadmodum cuiusq; uni. & l. elegan ter. §. tertium ff. de do.

† Al. Buuic.

penca idonee effundere, quam multis inutilibus hoies ꝑ grauari, C. de vete iur. enu. tanta, §. contrariũ, & melius est pauca agere caute, q̃ multis periculose interesse, in auth. de tabel. circa mediũ cõstit. coll. 4. Et est arg. contra illos qui multa inutilia allegant. de cõse. di. 5. nõ mediocriter. & 24 q. 1. odi. & proieci: 1 quia multitudo onerosa nihil habet honesti. in auth. de referenda. ad fi. colla. 2.

¶ Honorius iij. capit. Bremeñ. †

¶ *Defectus scientiæ deijcit iam promotum.*

CAP. XV.

QVamuis multa proposita fuerint contra episcopum Calinensem: † quia tamen confessus [a] est coram nobis se nunquam de grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum, [b] & per euidentiam facti vsquè adeò de illiteratura & insufficientia sua constat, quod contra Deum esset & canonicas sanctiones tãtum in episcopo tolerare defectum, [c] ipsum à pontificalis officij executione, & ab administratione Calineñ. ecclesiæ penitus duximus amouendum.

QVamuis.] Facit ad rub. de qualitate. & non diuiditur.

† Al. Caiani ten.

CASVS. Quidam electus fuit in epm Calineñ. & cõsecrat' postmodum corã Papa multa fuerunt proposita cõtra ipsũ, vt tãq̃ idignus amoueretur: ipse tamen fuit cõfessus corã Papa ꝙ nũquam audiuit grãmaticam, nec etiam legit Donatũ: & quia ꝑ euidentiã facti constitit adeo de ipsius illiteratura, ꝙ contra Deum esset tantũ in epo sustinere defectũ, ipsum remouit ab executione pontificalis officij, & ab administratione ecclesiæ Calinen. Nota ꝙ p. p. defectũ scientiæ remouetur q. s. ab episcopatu: multo fortius debet repelli ab obtinendo.

a Confessus.] Et ideò pro conuicto debet haberi. ut. de confessis. li. 6. c. vlt. & C. de confes. l. vnica.

b Donatum.] & ideo grammaticã populo exponere non valebat: 2 vnde in hoc reprehendi non potuit sicut ille, 86. dist. cum multa, vbi reprehenditur qui grammaticam populo exponebat.

2 Ouid. li. 2. de tristibus. Quod mini me nouit, nemo docere põt. Io. And. Quot & qualis in epo requirantur.

c Defectum.] tria enim præcipuè requiruntur in episcopo, literarum scientia, ætatis maturitas, & grauitas morum: adde & quartum, quod sit de legitimo matrimonio natus, sup de elec. cum in cunctis, & s. eo. eam te. Defectus scientiæ sufficit ad cedendum, s. de renun. nisi cum pridem, §. pro defectu, competens tamen scientia in episcopo toleratur, s. de elec. cum nobis olim, & c prædicto, nisi cum pridem, § pro defectu. Ignominiosum enim est epo, cum ipse deberet alios docere, si tunc quærat ab alijs edoceri, in auth. de san. episcop. § damus, coll. 9. & prima, q. 7. conuenientibus, & 1. q. 1. vilissimus, & qui doctior est, & sanctior eligendus est, 8. q. 1. licet ergo. & talis debet eligi cuius comparatione cæteri grex dicantur, 25. di. c. vnum o. arium, §. nomine autem criminis.

TITVLVS XV.

De Sacra Vnctione.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Ecclesia Græcorum in ordinationibus & consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana. Episcopus autem cum consecratur inungitur chrismate in capite & manibus: quod si fuerit prætermissum, per tres episcopos est supplendum.*

CAP. I.

CVm † venisset ad Apostolicam sedem Bracarensis † episcopus, qui in cõsecratione sua sacram non acceperat vnctionẽ, quoniã apud vos [d] non consueuerunt pontifices, cum consecrantur, inungi: Nos quod illi defuerat, mandauimus in ipso suppleri: [e] facientes caput eius & manus per Albañ episcopum (assistentibus [f] ei duobus episcopis, secundum morẽ ecclesiasticum) sacro chrismata deliniri: & infra.

¶ Scire te volumus, duas esse species vnctionis: exteriorem, & quæ materialis est & visibilis; & interiorem, quæ spiritualis,

CVm venisset.] Diuiditur in duas partes principales. In pri. instruit ecclesiam Græcorũ circa materiã vnctionũ. Secunda rñdet ad quæstionẽ principalem. Secunda ibi, Licèt. Et prima potest subdiuidi in tres principales. Secunda ibi, Scire. Tertia ibi, Monemus. Et in hac prima parte dicit se fecisse per tres episcopos suppleri quod huic episcopo deerat. Ioann. Andr.

3 Hic casus in antiquis codicibus reperitur.

CASVS. Quidam 3 episcopus Græcus ad Apostolicã sedẽ accedẽs, 4 cõfessus fuit domino papæ, ꝙ in consecratione sua sacram non acceperat vnctionẽ, vnde Papa, qđ illi defuerat, in eo fecit suppleri. scribit ergo Papa super hoc Cõstantinopo. patriarchæ, ostẽdens ꝙ duæ sunt species vnctionis: exterior, & interior. Exteriore inungitur corpus, interiore cor. & vngitur q. s. oleo & chrismate ostendens quare de vno, & quare de alio. Et quare eps inungitur in capite, & princeps in humero. & q. libet fidelis inũgit in scapulis & pectore oleo sãcto ante baptismum, & post baptismũ inungitur chrismate in uertice, & fronte, & ostendit q. d. significant illa, & a q. bus debeãt consecrari. Dicit etiam ꝙ consecratur altare, & calix exemplo beati Siluestri, & authoritate Domini, qui præcepit Moysi ut faceret oleum unctionis de quo ungeretur tabernaculum. Dicit etiam quod sacrm unctionis, aliud figurat in nouo testamento quàm in veteri. vnde non iudaizat ecclesia vnctionis celebrans sacramentum: sicut quidam mentiuntur, qui diuinas non intelligunt scripturas in fine dicit, quod Romanus Pontifex non vtitur baculo pastorali. tũ ꝑpter historiã tũ p. p. mysticã rõnẽ. itẽ tã patriarcha poterit vti baculo ad similitudinem aliorum pontificũ. Bernardus. Not. quod per sacramentum collatũ infundit gratia. Itẽ No. seriẽ decretalis de consecratione episcoporum, & Regum, & sacerdotũ, qualiter consecrantur & inunguntur: quomodo & in quibus membris, & de qua vnctione quilibet eorum inungatur, & de significatione vnctionũ. Itẽ not. quod summus sacerdos dr. eps.

† Cap. unico eo. ti. in 3 cõpilat.

† Bramẽben. Larraben. Bratuben. Bratulen. Sed fortassis legendum Brãdinben. agit eni hic de quodam epo Græco, ut notat Cõtius. Bracẽsis autem episcopus in Hispania est.

4 Forte in legatione patriarchæ constantinopol. qui etiã an posset uti baculo pastorali: cum Romanus Pontifex, nõ utatur, ut patet in fi. 10. An.

d Apud vos.] i. apud Græcos. scribit enim patriarchæ Constantinopol.

e Suppleri.] Vt 1. q. 1. c. spiritus sanct' §. ecce qñ ab hæreticis, ergo cautè supplẽdũ est qđ incautè prætermissũ fuerat inf. ti. prox. c. 1. & vlt. vndè non dr̃ actũ cũ aliqd superest ad agendum C. ad Syllanianum. in fi. & 7. q. 1. nihil.

f Assistentibus ei duobus.] Quia in consecratione episcoporum ad minus tres episcopi debent esse. 66. dist. c. porro, & supra de temp. or. si archiepiscopus.

DE SACRA VNCTIONE.

¶ Quia ex ordinandis, & præficiendis aliqui inunguntur, viso de illis, de sacra vnctione uidendum est. Io. And.

De hac materia tractatur 96. dist. & 95. per totum. De secunda parte rubricæ tractatur, 64. & 65. dist. per totum.

a Inun-

est & inuisibilis. Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori inuisibiliter inungitur cor. [a]

¶ De prima Iacobus Apostolus ait: Infirmatur [b] quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmũ. De secunda Ioannes Apostolus ait, Vos vnctionem, [c] quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. † Vnctio visibilis & exterior signum est interioris & inuisibilis vnctionis; Vnctio verò inuisibilis & interior, non solum est signum, sed etiam sacramentum, [d] quia si dignè sumitur, vel agit [e] vel auget [f] absquè dubio quod designat.

¶ Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem vnctionem, benedicitur oleum, quod dicitur cathecumenorum vel infirmorum, & conficitur chrisma, quod ex oleo fit & balsamo, mystica ratione. [g] Per oleum enim nitor conscientiæ designatur, iuxta qđ legitur, [h] Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Per balsamum odor famæ exprimitur, propter quod dicitur. [i] Sicut balsamum aromatizans, odorem dedi. Hoc ergo chrismate vngi debet episcopus, non tam in corpore quàm in corde, vt & interius nitorem conscientiæ quantum ad Deum; & exterius habeat odorem famæ, quo ad proximum. [k] De nitore conscientiæ dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. nam omnis gloria filiæ Regis ab intus. [l] De odore famæ idem Apostolus ait. Christi bonus odor [m] sumus in omni loco, & alijs sumus odor vitæ [n] in vitam, alijs odor mortis [o] in mortem. Debet enim episcopus bonum habere testimoniũ, & ab ijs, qui sunt intus, & ab ijs, qui sunt foris, [p] vt cortina cortinam trahat, [q] & qui audit, dicat, veni. Hoc vnguento caput & manus episcopi consecrantur. Per caput enim mens intelligitur, iuxta illud, [r] Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Per manus opera intelliguntur, iuxtà illud, Manus meę distillauerunt myrrã. Manus igitur vngitur † oleo pietatis, vt e͂ps operetur bonum ad oẽs, maximè aũt ad domesticos fidei. Caput aũt vngitur balsamo charitatis, vt e͂ps diligat Deũ ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & proximum suum sicut seipsum. [s] Caput inungitur propter auctoritatem & dignitatem, & manus propter ministerium & officium. Caput inungitur vt ostẽdatur illius [t] repræsentare personam, de quo dicitur per prophetam. Sicut vnguentum in capite eius, &c caput enim viri, [u] Christus; caput Christi, Deus, qui de se dicit, Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, euangelizare † pauperibus misit me.

¶ Manus episcopo inunguntur, vt ostendatur accipere potestate benedicendi & cõsecrãdi. Vndè cum eas consecrator inungit: Cõsecrare [x] (inquit) & sanctificare digneris Dñe manus istas per istam vnctionem & p nostrã benedictionẽ, vt quęcunq; cõsecrauerint, cõsecrentur; & quęcunq; benedixerint, benedi-

a Inungitur cor.] Imò anima, sed hoc ideo dicit, quia anima sedẽ habet in corde principaliter: 1 vel potius quia non fructificat vnctio in anima, nisi ex corde & voluntate procedat. Vincen.

b Infirmatur.] 95. dist. c. presbyteros, §. sed istud.

c Vnctionem.] i. vnctio. figura est antiptosis, cũ casus ponitur pro casu sim. 25. dist. c. vlti. & 65. dist. cap. 1. ver. omnis sanctificatio, i. omnem sanctificatum, & inf. de iud. c. 1. ver. quem, idest, qui.

d Sacramentum.] simile de consec. dist. 4. c. 1. & inf. de celeb. missa. cum Marthæ, §. ex eo. in fine.

e Agit.] scilicèt salutem.

f Auget.] iuxtà illud: Super ægros manus imponent, & benè habebũt, & verè auget sicut cõfirmatio, inf eo. c. ver. quia per eam spiritus sanctus ad augmentum datur, & robur, &c.

g Mystica ratione.] prout statim sequit.

h Legitur.] in Euangelio sancti Matthæi.

i Dicitur.] in lib. Sapientiæ.

k Quo ad proximum.] ista duo necessaria sunt, 12 q. 1. nolo, & 11. q. 3. non sunt audiendi.

l Ab intus.] procedit, supple, vnctio.

m Bonus odor.] i. exemplum & imitatio Apostolorũ quoniam Apostoli per p̃dicationem & famã inuitabant homines ad salutẽ, verba ista habe. 23. q. 4. Nabuchodonosor, & dr bonus odor prædicatio bonorum, quam quidam ex charitate suscipiunt: & indè isti in aĩa viuũt: vnde dicit. Alijs sumus odor vitæ in vitam, s. æternã. Alij vilipendunt & contemnunt prædicationem bonorũ, & isti de tali contẽptu mortẽ incurrunt animæ: vnde dr, Alijs sumus odor mortis in mortem, scilicèt ęternam, & ita ex eodem bono odore alij saluantur, & alij pereunt.

n Vitæ.] idest, dilectionis, & bonæ opinionis ducẽtis eos in vitam, scilicèt æternam.

o Mortis.] i. inuidiæ, & malæ opinionis, ducentis eos in mortem, s. æternam.

p Foris.] simile 8. q. 1. licèt ergo, & 63. dist. plebs Diotrẽlis, & c. nosse, & c. vota ciuiũ, & c. vlt. & de cõse. dist. 1. iubemus.

q Vt cortina cortinã trahat.] i. vt fidelis trahat infidelem, 23. q. 1. iam nunc.

r Iuxta illud.] Euãgelij, vel dic iuxta illud in Canticis canticorum.

s Sicut seipsum.] i. ad id qđ seipsum, hoc aduertãnum: sicut, nõ ẽ sicutili nũ: quia ordinata charitas prius dẽt incipere a seipso, 23. q. 5. si non licet, vñ p̃mò dẽt quis facere eleemosynã sibi, deindè p̃ximo, de pęn. dist. 3. sanè cauendum, C. de seru. prætes.

t Illius.] scilicèt Christi.

u Caput enim viri.] 33. q. 5. cũ caput

x Consecrare inquit.] hæc benedictio dicitur ab e͂po dum consecrat manus presbyterorum: & sic communis est hæc benedictio episcoporum & presbyterorum, 16 q. 1. generaliter, §. ecce.

† Concor. tex. cum glo. in L. si quis Titio, ff. de leg. 2.
Iaco. 5.
1. Ioan. 2.
† In multis impssis addantur hæc duo verba; ita factis. Sed male, nec sunt in manuscriptis.
Math. 25.
Eccl. 24.
2. Cor. 1.
2. Cor. 2.
Matth. 6.
† designat.
Cant. 5.
† vnguntur.
Sicut non semper est sicutilitudo, i. nõ dicit omnimodam similitudinẽ.
Psal. 132.
1. Cor. 11.
Luc. 4.
† aliter ad euangelizandum.

a Vbi] i. postquam.
b Vnxit.] Mystica suis & inuisibilibus vnctio Christi: quia nec in regem nec in sacerdotem fuit vnctus, vt a. q. 7 c. testes. §. his ita rńdet.
c Ex tunc.] i. ex tempore Christi.
d Personam capitis.] i. Christi, qui est caput ecclesiæ.
e Differentia.] quæ ostenditur, 96. di. duo sunt, & inf. de maiorit. & obed. solitæ.
f In fronte.] vt de conse. dist. 5. de his, & c. nouissime & c. manus, in quibus habet speciale tractatum.
g In pectore.] de consec. dist. 4. deinde & c. presbyteri.
h Red. etc. rōnē.] vt 36. dist. c. qui ecclesiasticis, §. ecce, ad finem.
i Simplex sacerdos.] de con. dist. 4. presbyteri.
k Hanc] scilicet a confirmationem in fronte soli episcopi conferunt, sup. de co. hic. quanto. vbi de hoc agitur. contra 95. dist. peruenit, vbi presbyteri chrismabant in fronte. Sed illud concessit Greg. dispensatiuè ad tempus propter scandalum, vt ibi expressè patet: aliàs sacerdos nihil conferret, vt in c. quanto.
l Summus sacerdos] i. est, episcopus 2. q. 7 accusatio.
m Vicarij.] 68. distinct. quorum vices.

1 Scilicet ea vnctione qua tunc reges vel sacerdotes visibiliter vngebantur, & ita vt loqui Gratianus hic citatus. 1. Reg. 19.

† ibi: vitam, habetur.

† Alias: Sed vbi Iesus venit Nazarenus, &c.

Act. 10. Ephes. 1. Col. 2.
† Dictio pietatis, deest in antiquis.

a Vide Conc. Trid. sess. 7. de confirm. can. 3.

Esa. 9. 1. Reg.

benedicantur in nomine Domini.

¶ *Tractat de vnctione regū, & de differentijs in vnctione inter reges & Pontifices: Pau.*

¶ Vnde in veteri testamento non solum vngebatur sacerdos, sed etiam rex & propheta: sicut in libro Regum Dominus præcepit Heliæ. Vade & reuertere in domum † tuam per desertum in Damascum: cumque perueneris illuc vnges Hazael Regem super Syriam, & Iehu filium Namsi, vnges Regem super Israel: Eliseum autem filiū Saphat, qui est de Abel-Meula vnges prophetam pro te. Sed vbi [a] † Iesus Nazarenus (quem vnxit [b] Deus Spiritu sancto, sicut in actibus Apostolorum legitur) vnctus est oleo pietatis † præ consortibus suis, qui secundùm Apostolum est caput ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, principis vnctio à capite ad brachium est translata: vt princeps ex tunc [c] non vngatur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus principatus cōgruè designatur, iuxta illud quod legitur, Factus est principatus super humerum eius, &c. Ad quod etiam significandum Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò Pontificis sacramentalis est delibutio † conseruata, quia personam [d] capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter Pontificis & principis vnctionē, quia caput Pontificis chrismate consecratur; brachium verò principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia [e] inter auctoritatem pontificis & principis potestatem.

ti annis retrocessit, in diuersis [a] postea ecclesijs personatum adeptus, fatigare præsumit. ¶ Quia † igitur non est canonicū, vt qui curam animarum in diuersis habet ecclesijs, vicarius in alienis existat mandamus quatenus, si est ita, prædictum presbyterum à petitione supradictæ vicariæ, desistere compellatis.

¶ Idem Elien. epō.

¶ *Plures vicarias quis habere non potest.*

CAP. II.

PRouideas † attentius ne in episcopatu tuo patiaris aliquem vicarias habere plures.[b] ¶ Quia cum vicarij teneātur personis & ecclesijs deseruire, alienum ab ordine iuris, vt vicariam quis habeat præter vnam.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. Et post Concil. Lateran. par. 39. c. 6.

PRouideas.] Primò ponit dictū. Secundo ipsius rationem: ibi, Quia. Ant. de But.

CASVS. Præcipit Papa, quòd nullus habeat plures vicarias; quia vicarij tenent deseruire ecclesijs & personis ecclesiarū; & ideò alienum est ab ordine iuris, vt aliquis habeat vicariam præter vnam. Not. quòd sicut nullus potest habere plures ecclesias, ita nec plures vicarias; vtrumque enim contra ius est.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

b Plures.] Ex eo quod dicit plures, videtur quòd possit habere vnam vicariam, sed hoc videtur falsum: quia quilibet in propria persona, & non per vicarium debet in ecclesia deseruire, infra de cler. non resi. quia nonnulli, & cap. seq. & supra de elect. cum in cunctis, & melius in iure nouo, infra de præben. extirpandæ, §. qui verò. Et hoc est verum nisi in casibus, qui ponuntur in dicta decre. extirpandæ, §. qui verò, l. cum parochialis ecclesia sit annexa dignitati vel præbendæ maioris ecclesiæ, vt ibi: alias hodie vicarij constitui non possunt & talis vicarius debet esse sacerdos, cum habeat curam animarum, inf. eo. c. ult. & debet esse perpetuus, ut in prædicto §. qui uero, & canonicè institutus cum certa portione per episcopum, inf. c. prox.

AD hæc.] Primò ponit duplex dictum. Secundò excipit, licèt impropriè; ibi, Nisi.

CASVS. Prælatus ecclesiæ de auctoritate & assensu episcopi instituit uicarium in ecclesia sua, & eidem instituit certam portionem, decessit prælatus iste, alter substitutus est illi; quæritur utrum possit illum vicarium remouere, uel portionē assignatam diminuere? Et dī quod neutrum facere potest, nisi aliquid committat, propter quod per iudicem sit in vicaria vel beneficio cōdemnandus. Not. quod vicarius perpetuus æquiparatur prælato, vt eo viuente non possit à vicaria expelli, licèt titulum non habeat nisi propter culpam suam, sicut nec prælatus.

[Gl. seq. ponit opi. quam reprobat.]

¶ Idem Vintonien. epō.

¶ *Perpetuus vicarius per episcopum constitutus, per rectorem remoueri, vel portione sua fraudari non potest.*

CAP. III.

AD † hæc si persona alicuius ecclesiæ, vicario, quem in eadem ecclesia instituit, de assensu & auctoritate diœcesani episcopi, [c] certam assignauerit portionem, is, qui persona illa defuncta, in personatum illius substituitur, non potest eundem ab ecclesia remouere,[d] vel assignatā sibi minuere [e] portionē, Nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in vicaria sit, vel beneficio cō demnandus.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōp. Et post Concil. Lateran. sub Alex. iij. par. 39. c. 2.

c Episcopi.] Quidam 1 supplent, & patroni si nō sit collegiata ecclesia, quia patroni cōsensus desideratur vbicunque perpetuum percipiē di aliquid confertur alicui, arg. 15. q. 7. decernimus, & q. 5. si quis episcoporu, C. de auct. præstan. l. vlti. & 63. dist. principali. hoc non credo quod consensus patroni sit requirendus, cū patronus tantūmodo dēat præsentare vacante ecclesia, vt dicunt iura prædicta; sed ecclesia non intelligitur vacare in institutione vicarijs & hoc vr hic innui.

1 Alanus, [illegible] & Innocen.

[Gl. seq. reci. opponēdo quòd solus prælatus, &c. Io.]

d Remouere.] Ergo hēt ius in re: verū est, quod hēt ius vicariæ, sed non dicit habere ecclesiam quoad titulum, solus enim prælatus habet eam intitulatam: tamen expelli nō pōt, ac si haberet eam intitulatam sine iusta causa, & tūc per iudicē & nō per prælatū ipsius ecclesiæ, vt hic in fine dicit.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōp. Et post Concil. Lateran. par. 3. c. 91.

e Minuere.] Cum sit perpetuò constituta, arg. inf. de censi. prohibemus.

[Gl. seq. ponit duas lecturas, circa secundam ponit & soluit.]

¶ Idem Norvvicensi epō.

¶ *Vicarius non potest substituere vicarium.*

CAP. IIII.

CLericos † in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinibus constitutos, in vicarijs ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absonum & absurdum.

CLericos.] Sic pone casum. a Prælati ecclesiarum, in quibus habent curam animarum uel aliam dignitatem, in propria persona deseruire debent ecclesiæ, & non substituere sibi uicarios; quia hoc est contra rationem, & iste casus probetur, infra de præben. extirpandæ, §. qui uerò, et sic ordinabis literam. Non permittas clericos, i. prælatos in presbyteratu, uel alios in inferioribus ordinibus constitutos substituere alios in uicarijs ecclesiarum, quas, s. ecclesias adepti sunt tanquam prælati, & quod ita accipiatur hoc nomen, clericos, probatur, appellatione enim clericorum omnes superiores continentur in auth. de sanct. epis. §. presbyterorum, coll. 9. & 11. q. 1. de persona, secundum alium casum, qui ponit contrarium; expone, clericos, idest uicarios substitutos alios scilicet uicarios in uicarijs, quas adepti sunt; quasi dicat, uicarius non potest alium uicarium sibi constituere. sed iste casus non est bonus: quia per hoc innuitur, quod licitum sit constituere uicarium, quod non est uerum, ut dictum est secundum ius nouum, nisi tu uelis restringere hanc decre. ad casum illius §. qui uero, sed in nullo casu licet uicario alium sibi uicarium substituere. Bernardus. Not. quòd uicarius non potest uicarium sibi substituere. Abbas.

a Hic casus in antiq. li. bris reperi[illegible]

SVa nobis.] Ponit dictum, & ipsius rationem: ibi, Quoniam, quam fortificat: ibi, Præterea. Ex quibus intendit: ibi, Mandamus. Ant. de But.

CASVS. Clerici cuiusdam plebis episcopi Vulterani, iurauerunt sibi eligere prælatum ad voluntatem laicorum, & sic elegerunt sibi prælatum, & electione suâ episcopo presentauerunt: episcopus cassauit illam electionem, & excommunicauit laicos istos, qui clericos compulerant, & ipsos etiam clericos pro isto & alijs excessibus excommunicauit, & impetrauit literas ad archiepiscopum Pisanum & suos coniudices, vt eos tanquam excommunicatos, facerent euitari vsque ad debitam satisfactionem: post hoc pars aduersa literas impetrauit ab episcopo Portuensi, vicario domini Papæ, ad episcopum Lucanum & suos coiudices, qui auctoritate illarum laicos & clericos absoluerunt, excommunicantes episcopum Vulteranũ; episcopus Vulteranus significauit hoc totum domino Papæ; prius tamen ex abundanti appellauit, licèt sententia illa non teneret, super hoc scribit Papa iudicibus dicens literas vicarij, per surreptionem obtentas, quia iurisdictio vicarij, quem Romanus Pont. reliquit in vrbe, non extenditur extra vrbem, nisi ei specialiter sit concessum; præcipuè cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam & Pisanam. Vndè mandat quatenus quicquid occasionem illarum literarum factum est denuncietur irritum & inane. Nota quod literæ per surreptionem obtentæ, non conferunt iurisdictionem vt hic patet. Item vicarius vel legatus causas alterius prouinciæ vel iurisdictionis committere non potest.

† Cap.1.eo. tit.in 3. cõp.

† Tua nobis.

† Vide l.fin. cũ ibi no.C. si a nõ cõp. iud.

† Et de vicariorũ iurisdictione de quibus hoc loco, uide quales creari debeant, Cõc. Trid.sess.24. de refor.c.16

† Innocent.

¶ Inn. iij. abbati S. Euge. & plebano S. Petri.

¶ *Vicarius Papæ, in vrbe iurisdictionem habet, non extra vrbem.*

CAP. V.

SVa † nobis: † & infra. ¶ Nos igitur vicarij literas æstimantes per surreptionẽ obtentas: † Quoniam iurisdictio vicarij, [a] † quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur [b] extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, præsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicèt inter Capuanam prouinciam & Pisanam: Mandamus quatenus quicquid occasione literarum illarum actum est, in irritũ [c] reuocetis.

¶ Hono. † iij. Vigor. epõ.

¶ *Compelluntur vicarij ordinarij, ecclesijs deseruire per subtractionem prouentuum, & vicariarum.*

a Vicarij.] Vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit, C. de offi. eius qui vi alt. ge. l.1. 93. dist. c.ult.& 94. dist. c.1. quædam tamẽ sunt, quæ sine speciali mandato attentare non debet, infra de offi. lega. quod translationem.

Iurisdictio vicarii Papæ ad quot milliaria extendatur.

b Non extenditur.] Nisi fortè intra centesimum milliare, ad instar præfecti vrbis, ff. de offic. præf. vr. l.1. §. initio.& ff. de offi. procon. si in alia, §. vlt.

c Irritum.] Nota quod factum est per surreptionem, non valet tanquam a non suo iudice. 11. q.1. c. pen. & C. si à non comp. iud. l. vlt. & retractari potest altera parte absente, inf. de re iud. cum olim, & præcipuè in decretali ista. hæ enim literæ nullam conferebant iurisdictionem; quia iurisdictio vicarii non extenditur extra urbem, ut hic dicit, ergo si concedat literas extra, est nulla iurisdictio, ff. de iuris. om. iud. l. ult. C. qui pro sua iurisd. l. unica, & ita quicquid factum est hic per literas vicarij ipso iure non tenuit. De hac materia dictum est supra de rescrip. ad audientiam 2.

EX parte.] In prima facti decisa narratio. In secunda: ibi. Mandamus mandatum. Ant. de But.

CASVS. Vicarij perpetui tenentur facere residentiã in ecclesijs in quibus obtinent vicarias; & cum habeant curam animarum, debẽt esse in ordine sacerdotis, qđ si facere noluerint, compelli debent per subtractionem prouentuum ipsarum vicariarũ. No. quod perpetuus vicarius debet esse sacerdos, & in vicaria residere.

CAP. VI.

EX parte tua fuit ꝓpositum coram nobis: & infra. ¶ Mandamus quatenus ꝑpetuos vicarios, [d] vt in ecclesijs, in quibus vicarias obtinent, resideant, & se in presbyteros (vt eorum † cura exigit) faciant promoueri ꝑ subtractionem [e] prouentuum, vel ipsarum vicariarum compellas.

† eorum.

TITVLVS XXIX.

De officio & potestate iudicis delegati.

¶ Alexan. iij London. epõ.

¶ *Delegatus Papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios qui suam iurisdictionem impediunt.*

d Perpetuos vicarios.] Perpetuus vicarius dicitur, qui canonicè à persona ecclesiæ & auctoritate episcopi est institutus, & certam debet percipere portionem. supra eodem tit. ad hæc, & inf. de præb. extirpandæ, §. qui vero. nec potest quis habere plures vicarias, cum habeat curam animarũ tanquam vicarius, & debet residere in loco, vt hic dicit, sicut nec quis potest habere plures ecclesias, inf. de cle. non resi quia nonnulli, & c. seq. & inf. de præb. de multa. In quibus casibus possit quis cõstituere vicarium, dicitur in prædicta decr. extirpandæ, §. qui uerò. beneficia enim ecclesiarum propter officia diuina constituta fuerunt, 1. 12. q.2. concessio. 16. q.1. generaliter. & 1. q.2. c. ult. aug. C. de mi. l.pen.& 21 q.3. c. Cyprianus.

Vicarius perpetuus quis dicatur.

e Per subtractionem.] Et sic etiam compelluntur alii clerici, quando necessitas uel utilitas, ut ordinentur, exposcit, supra de æta. & qual. quæsitis. nec habet locum distinctio, quæ consueuit notari, 84. dist. in prin. maximè ubi quis recipit beneficium animarum curam habens annexam sibi, ind sunctè debet promoueri, uel priuari illo officio, sup. de elect. cum in cunctis. & sup. de æta. & qual. c.1. & 40. dist. per totum.

† Vide Pau. Apostolũ 2. ad Thes. 3. Qui non laborat, non manducet.

DE OFFICIO ET POT. IVDICIS delegati.

¶ Visum est supra de iis qui gerunt uices alienas in diuinis officiis, et in iurisdictione uoluntaria restabat uidere de iis qui gerunt uices alienas in iudicus et in iurisdictione contentiosa. Verum quia delegatus Papæ est maior quolibet ordinario infra eod. tit. sanè 2. et de off. leg. studuisti. ideo ponitur hæc rub. ante rubricas sequentes, secundum Io. An. Ard.

De cuius materia non habetur ita specificè in decretis, sed in aliquibus c. et præcipuè in c. quia sunt 28. distinct. et tenentur in 6 et in cle. Bened. Cap. a. Habetur etiam 2. d. ii. quia sunt 74. dist. quoniam, 94. dist. c.1. et 2. 25 q.2 igitur.

Quia

Quia quæsitum.] Communis diuisio ponitur in hac decre. Secunda: ibi, Sic tibi. Abb Sicu.

CASVS. Quidam impetrant literas contra aduersarios suos: & cum ipsi eos faciunt ad iudicium vocari, Potestates & alij potentes minis & terroribus compellunt conquerentes silere: & sic mandatum domini Papæ eluditur: quæritur quid iudex facere debeat? Respondet Papa, quod sicut agentes & consentientes pari pœna puniri debent: sic eodem modo, tam illi qui trahuntur in causam, quam principales fautores eorum, si iustitiam impediunt, per censuram ecclesiasticam sunt coercendi. No. quod iurisdictio iudicis extenditur ad omnes illos qui iurisdictionem illius impediunt: licet de illis literis non fiat mentio

CAP. I.

Quia † quæsitum est, quid faciendum sit de potestatibus, quæ † cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi minis, aut terroribus conquerentes silere compellunt [a], & sic mandatum nostrum eluditur: † Sic tibi respondemus, quod sicut agentes & consentientes pari pœna [b] (scripturæ testimonio) puniuntur, sic tam eos, qui trahuntur in causam, quam principales eorum fautores (si eos manifestè cognoveris iustitiam impedire) [c] districtione ecclesiastica poteris coercere.

a Compellunt.] vnde iactura causæ affici debent, qui patrocinium potentiorum aduocant. C. ne liceat poten. l. 1. & inf. de ali. iudic. mu. c. 2. & iudex propter prohibitionem illorum non dimittat suam iustitiam exercere. in fra de iudi. decernimus, in fi. arg. 11. q. 3. quattuor, c. iniustum, et C. quod metus causa, l. vlt.

¶ Idem Bonon. † epo.

¶ *Cum diuersæ literæ sub eadem data & forma contraria impetrantur & præsentantur & diuersis ab eisdem iudices, supersedetur vtrisque donec consulatur Papa.*

CAP. II.

Sanè † si à nobis super aliqua causa literæ impetrantur, & aliæ postea (non facta mentione priorum literarum [d]) literæ opponuntur, si iudicibus innotuerit, [e] donec Romanum Pontificem consulant, & suam exindè cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant vtrarumque: Ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri.

¶ Idem episc. Londonen.

¶ *Delegatus Papæ impeditus, subdelegare potest causam, quæ sine ipso commodè terminari potest.*

Sanè si à nobis.] Diuiditur: quia primo ponitur statutum. Secundo: ibi, Ne pro varietate eius ratio, Bened. Capra.

CASVS. Aliquis impetrauit literas super aliqua causa contra aduersarium suum ad aliquos iudices, ille aduersarius alias literas impetrauit ad eosdem iudices in alia forma: dubitabant iudices quid facere deberent? Rndet Papa, quod iudices supersedere debent executioni vtrarumque literarum, donec Romanum Pontificem consulant, ne propter varietates literarum causa valeat retardari. Not. quod ignorantia iudicum circa formam diuersarum literarum, facit executionem iurisdictionis suspendi, quousque consulatur superior super hoc. Not. quod pro varietate literarum, fines causarum non debent impediri.

[Gl. seq. alleg. duas concordantias, & duo contraria, & soluit distinguendo quadruplicem consensum.

b Pari pœna.] Sic patet quod facientes & consentientes pari pœna constringuntur, sic 2. quæst. 1. notum, 86. dist. facientes, argum. contra, quod magis puniuntur consentientes quam agentes, 23. q. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui consentit. Ad hoc no. quod quadruplex est consensus, s. negligentiæ, consilij, cooperationis, & auctoritatis seu defensionis. In primo casu, s. negligentiæ, minus peccat consentiens, quam faciens, nisi fortè negligentia nimis crassa fuerit, vt in prelato, vt 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & 83. dist. consentire, & c. nihil. In secundo casu, s. consilij, minus punitur, plus tamen quam negligens. arg. 86. dist. tanta. In tertio casu cooperationis æqualiter peccant facientes & consentientes, & secundum hoc intelliguntur omnes auctoritates, quæ dicunt, quod æqualiter puniuntur. In quarto casu authoritatis siue defensionis, magis peccat consentiens defendendo, & auctoritatem præstando quam faciens. & magis puniendus est, 24. q. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui consentit.

ADDITIO. Vnde versus.

Consensus spernit, suadet, iuuat, atque tuetur:
Hic minus, hicq; minus vit, hic æqualiter, hic plus
Consentiens, operans, defendens, non reprehendens.

c Impedire.] Vide qualiter iurisdictio extenditur ad istos de quibus in rescripto mentio non fit, 1 sic excõicato extenditur ad illos in quos lata non fuit, infra de sent. excom. nuper, & c. si concubinæ, & hoc contingit quia impedit ipsam iurisdictionem, & iudex oia potest, quæ ad ipsam iurisdictionem pertinent, & sine quibus causa expediri no potest, inf. eo. preterea, & c. significasti, & c. prudentiæ, in fi. & c. iusitionis, 1. resp. & inf. de testi. tam literis.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit dupliciter, & secundum reprobat.]

d Priorum literarum.] Contra sup. de rescri. cæterum, vbi valent primæ literæ, si secundæ non faciant mentionem de primis: sed illud intellige quando ad diuersos iudices primæ & secundæ literæ impetrantur: hic quando ad eosdem iudices primæ & secundæ literæ impetrantur, & forma diuersa est, vndè videtur dicere quod supersedere debent, donec consulant superiorem qualiter debeant se habere in causa ipsa, secundum quas literas procedant, ne pro tali varietate negotium ex toto impediatur, si vellent sequi vtramque formam: sed secundum hoc videtur negotium impediri, non impeditur a finaliter, sed ad tempus, vel quousque Papa rescribat super illo. Sed hodie non videtur habere locum quod hic dicit: quia procedere debent per formam primo sibi datam, ex quo secundæ literæ non faciunt mentionem de primis, inf. de appell. vt debitus, & sup. de rescr. c. Capitolum sanctæ crucis, & quia tacita veritate impetratæ sunt, cum non fecerint mentionem de prima forma. Alij volunt intelligere hoc cap. vt concordet cum illo, cæterum & dicunt quod procedendum est per primas, & supersedere debent executioni secundarum donec consulant Papam super pœna imponenda illi impetranti tacita veritate, sed hæc litera, vtrarumque contradicit eis, & est prius primum dictum verius per decret. vt debitus, sed super expensis potest puniri supra de rescri. cæterum, in fine. De hac materia dixi supra de rescrip. c. 1.

e Innotuerit.] s. quod non reuocent primas, B.

Si pro

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cõp. Et post Concil. Lateran. par. 7. q. 2. † qui.

† eliditur.

Ronc. l.

Amboltec.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. Et post Concil. Lateran. par. 7. c. 3.

1 Concord. § oportet, cũ glos. iurisdictione, & ibi Bal. in auth. de def. ciui. colla. 2. & Barto. in l. 1. §. cũ igitur, ff. de ai & vi arma.

a Secundũ Laurentiu, & Vincentium. Joan. And.

SI pro debilitate.] Diuiditur in tres partes, primo ponit dictum. Secundo: ibi, ita tamen, ipsius determinationem. Tertio generalem exceptionem ibi. Nisi forte. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis est delegatus à Papa super aliqua causa. Iudex impeditus non poterat in causa procedere, quærebatur vtrum possit alij committere vices suas? Respondet Papa, quod si debilitate, vel alia iusta causa impeditus fuerit, benè potest vices suas committere personis idoneis & discretis, ita quod si causa esset dubia, iudicem ipsum consulat. & si forte cā esset ita grauis, quod sine ipsius præsentia terminari non posset: tunc non committat. No. quod delegatus Papa pōt committere aliā causā sibi cōmissam, iusta de causa impeditus. Itē nota quod delegatus graues causas committere nō debet.

† Ca.4.e.tit. in 1.compil. & post concil. Lateran. par.7.c.5.

† Vox,c.l.de est in antiquis.

CAP. III.

SI † pro debilitate, vel pro qualibet alia graui causa † vel necessitate, tractandis causis, quæ tibi a sede Apostolica committuntur, interesse non poteris, liberum [a] tibi sit personis discretis [b] & idoneis vices tuas committere. Ita tamen quod si res tanti est, te cōsulere [c] debeant. Nisi forte causæ [d] ita graues [e] sint, quod sine præsentia tua nō possint commodè terminari.

¶ Idē V. † Carnotē electo.

¶ *Si causa committitur infra certū diem decidenda, nisi partes prorogēt, per lapsum diei expirat iurisdictio.*

CAP. IIII.

DE † causis, quæ infra certum [f] terminum decidendæ committūtur hoc tuam volumus cognitionem tenere, quod nisi dies præfixus, de cōi consensu partium [g] prorogetur, [h] eo transacto [i] mādatum expirat.

† Ca.eo. tit. in 1.cōpil.& post concil. Laterā. par. 7.c.6.

¶ *Vbi certa pœna per ius statuta nō est, delegatus imponit arbitrariam. hoc dicit.*

¶ Illis etiam qui pro cau-

a Liberum.] Etiam partibus inuitis, cum potestas sit taliter a lege concessa C. de iud. a iudice. & inf. e. qm apostolica. nisi in casu eiusdem decre. §. is autem. & inf. eod. pastoralis in princ. & compellere etiam potest renuē tem, nisi malitiose exonerare se vellet, vt ibi dicit; & sic semper iusta causa debet subesse, quando causam committit, vt hic habes.

b Personis discretis.] Inf. de consan. & affi. ex literis. & inf. de præben. super inordinata.

c Te consulere.] Tanquam virum discretum, & non tanquam iudicem: si vices suas in totum commisit, ut inf. eo. super quæstionum. § porro. 3 alias si cum eo postea uellet iudicare, non ualeret, infra eo. cum super.

3 Concor. l. nō ualet. cū uo per Bart. C. ad l. Fla. de pla. et de offi. deleg. super quæstio- nē cum glo. simpliciter. lib. 4.

d Causæ.] Puta inquisitio excessuum, prouisio ecclesiæ arg. infra eo. quoniam apostolica. §. 2. secundum formam illius. § alioquin bene posset committere magis perito.

e Graues] Sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem, C. de procura. l. vlt. nec tamen potest cogi constituere procuratorem. inf. de procu. querelam. Bernar.

DE causis.] Diuiditur in duas partes principales, sicut sunt duo dicta, primum ut in rubro. secundum vero hoc intendit: Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponat arbitrariam. Secunda: ibi, Illis etiam.

CASVS. Aliqua causa commissa fuit decidenda infra certum tempus, puta infra duos menses: quærebatur utrum iudex termino sibi præfixo elapso, posset ulterius de causa illa se intromittere, si infra tempus præfixum non fuerit terminata? Respondet Papa, quod nisi dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu partium infra tempus statutum in litteris fuerit prorogatus, eo transacto mandatum apostolicum expirauit. Secundo quærebatur: Ecce iudex delegatus citat partes ut ueniant ad præsentiam suam, nolunt venire uel stare iudicio suo: quæritur qualiter puniri debeant? Respondet Papa, si tale negotium fuerit, quod certa pœna in canonibus exprimatur, illam imponet, alioquin puniat eos secundum arbitrium suum, considerata qualitate delicti, & etiam causæ. Nota quod, iurisdictio delegati potest ad maius tempus de consensu partium prorogari. Item delegatus pœnam statutam in iure imponere potest, non aliam. Item si nulla pœna statuta est super negotio, de quo iudex cognoscit, pœnam contumaciæ imponat secundum arbitrium suum.

[Glossa, seq. primò dicit, quādo currat. secundo quærit arg. pro & contra & soluit.]

f Certum terminum.] Tempus id currit postquam literæ iudicibus præsentantur. ut i. de appel. sup. eo. 2. Quid si infra xx dies causa cōmittatur terminanda, nunquid induciæ xx. dierū dandæ sunt. 3. quæsti. 3. offeratur? Videtur quod sic quia beneficium iuris nemini est auferēdū. 29. distin. de his. in fin. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis ex testamento. & restitutio, quæ intra quadriennium determinari dēt reo dilationem petēte prorogatur vltra quadriennium, & tunc prodest tam reo quam actori C. de tēp. in integ. resti. petendæ. sed contradicit in fin. quia tempus prorogari non potest, nisi de consensu partium. Solu. propter temporis angustiam puto arctandas inducias, & non ampliandas: interdum enim licet iudici arctare tempus a lege statutum. ff. de re iud. l. 2. & infra de reg. iur. quod ad consultationem, nam & causa criminalis infra biennium terminanda est. C. de iud. properandum. in princip. & C. vt infra certum temp. crim. quæstio ter. lege vlti. quandoque tamen intra quinquaginta dies. C. vt omnes tam ciui. quam crim. iud. lege 1.

{Glo. seq. arg. alleg. 2. iura. & 6. alleg. in contrarium. soluit distinguendo.}

g Consensu partium.] Arg. quod de consensu partiū solemnitates iuris possunt remitti. argu. infra de testi. spol. licet. & ff. de fer. l. 1. arg. in contra. infra de fer. cap. vlt. & 3. q. 5. accusatoribus. 21. disti. quorundam. C. de li. causa. nec si volens. C. de arbi. authen. decernimus. C. de iura. ca. l. ulti. §. sed quia. Solu. illæ solemnitates iuris, quæ sunt introductæ in fauorem partium, possunt omitti de consensu partium, vt ff. de fer. l. 1. & infra de testibus. & infra de testi. spol. licet, sed illis solemnitatibus, quæ sunt introductæ propter reuerentiam dierum, partes renunciare non possunt. infra de fer. c. ul. & illis quæ pro communi utilitate siue publica, vt in præalleg. §. sed quia. & ceteris, quæ sunt de substantia iudiciorū, vt est libelli oblatio, et litis contestatio, et quod sententia feratur in scriptis.

Iuris solemnitates an possint remitti per partes.

1 Al. Del.

h Prorogetur] Et ita patet quod iurisdictio quæ certo tempore finitur, potest prorogari ad maius tempus. De prorogatione iurisdictionis dicetur infra eod. F & G. Et si cōpromissum fiat ad certum tempus, finitur compromissum, nisi de consensu partium prorogetur. ff. de arbi. diem proferre.

i Eo transacto.] posset 3 quæri in capit. isto Pone quod iudex ultima die iurisdictionis suæ tulit sententiam, quis mandabit ipsam executioni. nunquid idem ipse iudex? Dico quod sic. quoniam potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi. argu. infra eod. ex literis.

3 Hæc glossa non est in antiquis libris.

a Venire]

a Venire.] Dummodo citatio teneat, alias non tenetur, ff. de elect. bonæ memoriæ. & inf. de fer. ca. vl. Ber. [Glo. seq. quant, & tripliciter soluit.]

b Certa.] Sic est in vsurarijs, inf. de vsur. quia in omnibus. & si illi perseuerauerint, excõicentur, inf. de vsu. Præterea, sed certa pœna statuta est: quia si est cõtumax, si talis est res, dēt mitti in possessionē causa rei seruandæ: si non est talis, excommunicetur. inf. vt lit. nō contest. tuæ. & cap. quoniã. Quid si diuersæ sunt pœnæ? minor imponatur. de pen. dist. 1 pęnæ. 50. distin. si quis voluntate. & ca. si quæ fœmina vel loc° erit gratificationi, if. de iur. patro. cum autem aduocauis. vel illam, quæ magis timetur, ut in ca. qm̃ frequēter. in fi.

[Glos. seq. distinguit inter delegatũ & ordinarium.]

c Eandem infligas.] cum sis delegatus: quo casu dispensare non potes sed iure communi procedere: cũ fines mandati exacta diligētia sint seruãdi. ſ. de rescript. cum dilecta. secus in ordinario, qui dispensare potest. infra de re iud. at si clerici.

d Arbitrium.] Arg. ff. de iure deli. l. 1. §. j. qualitate delicti & causæ & personæ inspecta. inf. de homi. sicut dignum.

sis tibi commissis, ad citationem tuam venire,[a] aut tuo super his parere iudicio neglexerint; si tale fuerit † negotium, quod certa[b] exinde pœna in canonibus exprimatur, eandē infligas,[c] alioquin ipsos p delicti qualitate & causæ, secundum tuum arbitrium[d] punire procures.

¶ Idem archiepiscopo Senonen.

¶ Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citatos contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.

CAP. V.

PRæterea † super hoc quod nos cõsulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem, vt veniat, aut damnare si nō veniat. ¶ Hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quod postquã ei causa licèt simpliciter[e] delegatur, satis potest nostra auctoritate partes cõpellere: & ēt contumaces seueritate ecclesiastica coercere:[f] etiam si literæ commissionis id nō cõtineãt, aut † partes mandatũ nostrum non habeant, vt accedant; Quia ex eo quod causa[h] sibi cõmittitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscũtur, plenariam recipit potestatem.

¶ Idē Vintonien. episcopo.

¶ Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur.

CAP. VI.

QVamuis † simus, & infra. ¶ Si verò

generaliter intelligitur. 19. dist. si Romanorum. & infra de priui. quia circa.

f Coercere.] Secundum tenorem illius decre. inf. vt lit. non contesta. tuæ. si lis est contestata, secundum tenorem illius decre. inf. de dol. & contu. pcout.

g Mandatum.] Secundum quod habetur ff. de restit. spol. cõquerente.

[Glo. seq. argu. alleg. & iura. quod principali concesso, &c. in contrarium alleg. 8. & soluit. Secũdo argu quod aliquo prohibito, et alleg. 2. iura & in contrarium vna l. quam soluit. Tertio argu. in connexis. &c. alle. 5. iura. & 4 in contrariũ. & soluit. Io. And. in nouel.

h Ex eo quod causa.] Argum. quod concesso principali cõceditur accessorium 8. distin. quo iure. & 16. q. 1. si monach°. & ff. de iur. om. iud. l. 2. & ff. de re iudic. quidam. C. vbi, & apud quos. l. vlti. & ſ. de in integ. rest. causa. argu. contra. 20. q. 3 constitui. ff. depo. l. 1 §. q̃ depositis. & ſ. de testa. ad hoc ff. de vsufr. item si fundi §. sed si insula. 2 q. 6. quisquis. & C. de episc. audi. auth. si liberi. & C. de lib. præ. vel exhæ. auth. ex causa. & C. de leg. seruis. Solu. prima pars vera est & c. constituit. non est cõtra. q̃a ibi intentio principalis fuit circa res, alia non tangunt contrarium. Item est arg. quod aliquo prohibito, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud. ff. de spon. oratio, inf de procur. tuæ. veruntamen licet aliqua sint annexa, & alicui concessa, licèt vnum admittatur, non tamen aliud. imo nec illud. ff. de lib. & posth. si ita. § regula. sed illud est speciale fauore libertatis. Item ar. quod idem iuris in vtroquè connexorum, inf. de consti. translato. & 1. q. 3 si quis obiecerit. & 8. dist. quo iure. & inf. de appel. vna & de app. si quis, & §. si q s. & §. seq. arg. contra inf. de eo qui dux. in ma. quam pol per adul. propositum. C. de fi. instr. l. 2. & inf de despon. impu. de illis & 2. q. 5. interrogatum. Solu. idē iuris est in vtroque connexorum, vbi alterum sine altero esse non contingit, vt hic. & vbi eadem ratio est in vtroquè casu. vt supra de consti translato. secus vbi diuersa est ratio, vt patet per contraria.

PRæterea.] Ponit casum, ipsius responsionem, & responsionis rationem. Secunda ibi, Hoc tibi. Tertia ibi, Quia Abb.

CASVS. Alicui delegato causa commissa fuit simpliciter sub hac forma: Causam, quæ vertitur inter tales, tibi committimus terminandam. quod iustum fuerit exequaris; iudex iste quia in rescripto non continebatur quod posset punire contumacem, vel quod posset citare partes: quæsiuit verum posset contumacem cogere vt veniat, aut vt possit eum punire si non veniat? Respondet Papa, quod postquam causa iudici est commissa: licet tamen simpliciter, potest partes compellere vt veniant, & punire contumaces ecclesiastica seueritate, quamuis in literas non contineantur: aut partes mandatum non habeant vt adiudicem accedant: quia ex quo causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam pertinent, plenariam recipit potestatem. No. quod delegatus potest punire contumaces. Item ex quo causa committitur alicui, omnia commissa intelliguntur sine quibus causa competere non potest, & sic extenditur iurisdictio ad omnia accessoria.

e Simpliciter.] Sine aliqua forma expressa: quia si certa forma esset data, illa esset seruanda. supra de rescrip. cum dilecta. sed cum simpliciter mandat. quod iustum fuerit exequaris, supra de fil. presbyt. cap. penult. tunc habet locum quod hic dicit. quod omnia potest sine quib. causa expediri non potest. inf. eod. prudentiam. in fi. & c. tit. suspicionis. Et sic est arg. quod verbum simpliciter positum

QVamuis.] CASVS. Causa commissa fuit sub hac forma: causam, quæ inter tales vertitur, vobis committimus terminandam, faciatis quod decet &c. nulla alia clausula adiecta, quæ aliqñ adijcitur. hæc scilicet, quod si ambo nō poteritis, &c. quærebat sine dubitabatur, si alter non posset interesse, vtrum posset committere vices suas? Rñdet Papa, si duobus cã committitur, licèt in literis non apponatur: [si ambo interesse non poteritis, alter nihilominus exequatur:] Benè põt alter committere vices suas siue cõiudici suo, siue alij. Nota quod iudex delegatus semper cõmittere vices suas põt, qualicunque forma sit; nisi ei prohibeatur.

[Glos.

† Sup.

† Ca. 6. e. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. par. 7. c. 7.

† In codice Ratæ ita: vt mandatum partes non habeant Apostolicum, vt accedant.

† Cap. 7. eo. ti. in 1. cõpi. & post Concil. Lateran. par. 7. c. 8.

Verbũ simpliciter positũ. est generaliter intelligendum.

[Gl.seq.soluit quæstionem,quæ fuerit dubi tatio.]

a Duobus.] Hæc fuit dubitatio: quia causa commissa fuit duobus sub hac forma mandamus ut procedatis in causa: quod iustum fuerit facientes, nulla clausula adiecta, quod si ambo non poterint, &c. credebatur quod si vnus non posset interesse, quod non posset committere: ideo quæsiuit episcopus Vinton. an posset cõmittere vices suas. & dr qp bñ pot. qa clausula illa nihil facit quãtu ad potestatem committendi, cum habeat illam a lege inf.eo.pastoralis. 1. responso. & c quoniam, & C. de iud. a iudice.

duobus [a] causa committitur, etiam si non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilominus vnus ex ipsis, siue suo conjudici siue alij vices suas potest † committere in hac parte.

¶ Idẽ Noruicẽsi. episcopo.

¶ Delegatus Papę exequitur sententiam suam, quam exequi non potest, aut non vult is cui eam commiserat exequendam.

S ignificasti.] Primo ponitur deci. consultatio. Secundo solutio: ibi, Consultationi Abb.sicul.

CASVS. Dubitabat iudex iste an delegatus posset sententiam suam mandare executioni, si ordinarius ad mandatu suũ eã exeq nollet, aut nõ posset. Rñ. Papa cõsultus, si iudex ordinarius ad mãdatũ delegati a Papa, aut non vult aut nõ pot alijs resistentibus sniam a delegato latam executioni mãdare. delegatus nihilominus latã ab eo latã põt executioni mandare, & punire resistentes. Nota qp ex ista decr. vr innui qp executio sniæ spectet primo loco ad ordinariũ. Item nota qp delegatus Papæ põt punire oẽs impedientes officiũ suũ. tã in cognoscendo, qã in exequendo; & suam sententiam põt exequi & mandare alii vt eam exequatur.

C A P. VII.

S Ignificasti † nobis: & infra. Cõsultationi tuæ taliter respõdemus, quod si iudex ordinarius [b] ad mandatum iudicis delegati a nobis, aut nõ vult, [c] aut non potest (alijs resistentibus [d]) sententiam ab eo latam effectui mancipare: delegatus iudex eam † auctoritate nostra sibi commissam, potest executioni mandare; & si qui sibi restiterint [e] eos sentẽtia ecclesiastica coercere.

Idem.

¶ Si ordinarius scit eum non canonicè institutum, quem delegatus Papę mandat in possessionem induci non resistat uiolenter, sed precibus instabit, ut differat donec Papa consulatur.

C A P. VIII.

S I † quandò clerici coram iudice delegato, prælatos ecclesiarum super ecclesiis quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem iudice transactione [f] † uel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem [g] canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato [h] resistere [i] violenter † sed apud ipsum instare, vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

¶ Idem Brixiẽsi episcopo.

¶ Post diffinitinam executioni mandatam, expirat delegati iurisdictio.

CAP. IX.

I N literis † & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd ex quo iudex delegatus per se vel per aliũ, senten-

CASVS. Aliquis clericus impetrauit literas ad aliquem delegatum contra prælatum ecclesiæ, super ipsa ecclesia: prælatus coram iudice tractus est in causam: tandem per compositionem uel alio modo, clericus ille ecclesiam obtinuit coram illo iudice: & certum est quod clericus nec canonicam institutionem nec possessionem in ipsa ecclesia habuit corporalẽ: delegatus mandat alicui ut illum clericum mittat in possessionem ipsius ecclesiæ; quæritur vtrum episcopus debeat resistere mandato huiusmodi delegati? Respondet Papa quod ordinarius non debet violenter resistere delegato, sed apud ipsũ debet instare, ut differat illum mittere in possessionem, donec Papa super hoc negotio veritas innotescat. Nota quod ordinarius non debet violenter resistere delegato, nec impedire officium suum.

Glo. sequens recitetur per obiectionem.]

f Transactione.] Transactio in spiritualibus interuenire non potest proprie sumpto vocabulo. ff. de transa. super eod. amicabilis autem cõpositio posset. infra de transa. statuimus. arg ad hoc.inf.de pb. nisi, & ff.de re iud. cap. si. Vnde expone transactione, i. amicabili compositione.

g Institutionem.] vnde titulum no habent uel causam possidendi. titulus enim non acquiritur per transactionem in ipsis rituslibus, sed canonica institutione. infra de institu. ex frequentibus & ff. de decu. Herennius Modestinus. 1

h Mandato] De mittendo in possessionem illum transigentem.

(Glossa sequens recitetur per quæstionem.]

i Resistere.] sed precibus instet, alias appellet, si non admittat preces & tenebit appellatio infra eod. super eod. arg inf. de re iu.cum super controuersia

I N literis.] Diuiditur: quia primo ponitur decisa consultatio, secundo responsio: ibi, Consultationi, tertio redditur ratio: ibi, Quia. Bened Capra.

CASVS. Iudex delegatus tulit sententiam super aliquã cã sibi cõmissa. quærebatur usque ad quod tempus iudex iste delegatus interponere posset ut stetur sniæ suæ? Rndet Papa, quod ex quo per se uel per aliu sniam in te datam executioni, expirat iurisdictio illa: quia semel est officio suo functus. Nota quod delegatus Papæ & per se & per alium põt exequi sniam suam. Item nota quod qui se mel officio functus est, deinceps non habet iurisdictio

[Gl.seq recitetur per q. Ioan. Andr.]

b Ordinarius.] Dubitatio fuit quia iste credebat, quod delegatus iudex non posset suam sententiam mandare executioni. arg 2.q 6.quisquis 2. & ff.de re iu.a diuo Pio. sed potest, vt hic patet.

c Non vult.] Si non vult, potest compelli a delegato, qui maior est illo etiam epo quantum ad causam illam.sf. sed sane & inf.eo pastoralis, 1. tu enim si scias eam iniusta inf.e.pastoralis, §.q vero.dũ tñ faciat ei fidem de iurisdictione sua.infra e cũ in iure.& C.de mãd pri.l. vnica.

d Resistentibus.] Quos potest excommunicare, cum habet coertionẽ, alias talis executio delusoria uideretur. ff. eo.ex literis,& arg.ff.de offic eius cui mand est iu l.iu in ff. & ff eo c.1.

e Restiterint.] Et sic videntur fieri de sua iurisdictione præstando impedimẽtum: vnde illos põt excoicare. s. eo. quia quæsitum, & inf.de testi. tam literis.

S I quando.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, Ordinarius. Abb Sicul.

¶ Nõ tamen põt aliũ sibi associare iurisdictiõe non habentem infra e. cum super.

† Cap.9. eo. tenu 1.com ... t. post Con ... Latera ... pat.7. ca. ...

† Al.ita.eam auctoritate sibi commissa. alias nostra auctoritate apostolica sibi commissam, sed ... & ... auctoritate ... ita ... auctoritate sibi commissa.

† Ca.to. eo. titu 2 cõp. & post Cõ. Later. par 7. ca. 12.

† per transactionem.

† Facit ad hoc tex. in l. nec magistratibus.ff.de iniu.

Trãsactio in spualibus nõ hẽt locum.

† Post Conc Later.sub Alex. 3. c.16.

¶ Vbi dr, qp sola pceptio salarii nõ facit decurionem.

ctio

ctionem: quod verum est cum sententiam mādauerit executioni, vel mandari præcepit cum effectu.

a Præcepit.] Cum effectu. s. nam si mandauit, & non est partium ipsemet postea exequatur, vt supra c. significa sti. verba enim cum effectu sunt accipienda. inf. de cle.nō resi. relatum & de pen. dist. 1. hæc autē verba. & ff. quod quisque iur. l. 1. §. hæc autē verba. & 11. de ipō. c. vlt. hæc pōt facere vsque ad annum à die latę sintę, inf. eod. tit quærenti.

[Gloss. sequ. alleg. do. 3 cōcor. & ponit 10. alios casus, quib. exspirat iurisdictio delegati.

b Officio suo functus.] Sic. ff. de re iudi. iudex. & inf. eo. c. venerabilis. Et ita exspirat delegati iurisdictio, sententia lata, & executioni mandata: vt hic. Item finitur mortuo iudice, cui proprio nomine scribit: infra eo. qm̄ abbas à contrario sensu. Itē per mortem illius cō tra quem literæ impetrantur re integra. supra de rescrip. significauit. Item reuocato mandato, ff. de iudi. iudicium soluitur, & per secundas lras, quæ expressam faciunt mentionem de primis, supra de rescri. cæterū. Item si iudex remittit causam superiori, infra de lleg. licet Tranesi. Item elapso termino commissionis, sup. eo de causis. Itē si re integra moritur delegans inf. e gratum, & c. licet. Itē per legitimā recusationē, inf. de fo. cōp. licet. & inf. de app. Po requiris. Itē p appellationē legitimā inf. de app. vt debit'. Itē p delationem appellationis. ar. inf. de app. sæpè, & c. interposita.

† Cap. 15. e. tit. in 1. compila. et post Concil. Lateranē. par. 7. ca. 17.

2 Vel q. simpliciter cum alio uel aliis datus est. inf. eo. uno delegatorū. Ioan. And.

tiā executioni mandauit vel mandari præcepit, [a] eius auctoritas & iurisdictio cessat: Quia semel est officio suo functus [b]

¶Idē abbati sancti Albani.

¶*Res absente non per contumaciam, delegatus datus etiam ad dicensam restituet actorem, licet possessionem et deiectionem probare volentē.*

CAP. X.

CONsultationibus † & infra. Quæsitum est verum si aliquis ecclesia vel possessione qualibet se asseuerans absque iudicio & causa rationabili spoliatum, & à nobis ad iudices literas obtinuerit, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudici eū esse taliter spoliatum possessio debeat ei restitui: cum is qui tenet ecclesiam vel possessionē quā ipse requirit, antequam [c] de literis ipsis aliqua mentio fieret, studiorum vel peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentauerit, nec infrà tempus præfixum † iudici possit suam præsentiā exhibere. Super quo respōdemus, quod nec potest nec debet restitutionem [d] habere, quamuis paratus sit coram iudice delegato, testibus idoneis possessionem, [e] & deiectionem suam probare: nisi is [f] qui possidet, se per

CONsultationibus.] Cōmunis diuisio. Secunda: ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis fuit spoliatus ecclesia sua, seu alia possessione sine iudicio ecclesiæ, & absque rōnabili cā: accessit ad Papam, & conquestus fuit ei, q taliter fuerat spoliatus, & obtinuit lras ad iudices sub hac forma, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudicib. eum taliter fuisse spoliatum: ille qui ipsum spoliauit, absens erat antequam aliqua mentio fieret de literis illis, causa peregrinationis, vel cā studiorum, vel alia consimili, nec infra tempus comprehensum in literis poterat se iudici præsentare; quærebatur vtrum possessio debeat illi restitui, cum paratus sit suam possessionem & spoliationē probare? Respondet Papa, quod nec potest, nec debet habere restitutionem, quamuis paratus sit probare coram delegato possessionem & deiectionem: verumtā si ille, qui possidet lite contestata se contumaciter absentasset, tunc debet ei possessio ablata restitui si probauerit se possedisse, & spoliatum fuisse. Nota quod spoliatus ad hoc vt restituatur, duo d3 probare. s. possessionem, & deiectionem. Item contra absentē causa peregrinationis vel studij uel alia consimili, non est procedendum diffinitiue; nec contumax reputatur.

c Antè quam.] alias si fraudulenter recessisset, secus esset. J. de app. el suggestum, uel post citationem, infra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. vlt. sed ibi sup. licentiamaxime, & hic eodem modo.

[Glo. seq. recitetur per q alleg. 3. l. q cū non. & 3.

ad cōtrariū, & soluit distinguēdo tres spēs possessionū. T.

d Restitutionē.] Sic vr, quod si quis sit absens iusta de cā, & non animo fraudandi, non debet fieri missio in possessionem bonorū ipsius, ff. qui. ex cau. in pos. ea. Fulcinius, §. q d sit latitare. arg. ff. de iudi. l. non videtur. ff. de pecu. eod. tpe. c. rñ. 1. arg cōtra C. de test. mi. ignorate, & ff. de priui. cred. l. vl. & ff. q b. ex cau. in pos ea. Fulcinius §. si fidā. q a in istis cōtradicitē, q ēt iusta de cā absens si non defendit, fit missio in possessionem. Solu. aliud est bona alicuius possidere; & aliud i possessionem mitti, & aliud restituere possessionē: quia si aliquis vel casus latitat causa fraudandi creditores, si non defendatur bona viri arbitratu, [2] bona eius possidere iubetur, & etiā venduntur, ff. ex quibus cau in pos. ea Fulcinius circa princ. & §. quid si latitare. & C. de bona auct. iu. pos. cum proponas & fin q dr in auth. ibi posita, & qui in rei. ti autē vocatus ā latitat, vt fraudet creditores, sed absēs est ex quacūque cā probabili, vel nō pbabili, necessaria uel non necessaria, si non defendatur, mittitur creditores in bonorum possessione cā custodiæ, nec ea uendere possunt nec possident. ff. quib. ex cau. ma. in integ. re. item ait, §. hoc aūt & ff. de acq. pos. possideri §. vlt. & inf. vt lit. non contesta. qm. in fi & hoc in personali actione sed si quis absens sit contra quem agatur actione reali, citari debet ad domum, & interrogandi sunt amici an ipsum defendere uelint. ff. ex quib. cau. ma. l. ergo. & non sit qui eum defendat fit missio in possessionem petitam cā rei seruandæ, infra ut lit non contest. qm §. in aliis, & sic intelligitur contrarium illud, §. in fundum. Aliud est possessionem restituere, ut hic dicit: quia tunc est possessor quasi eunc atur proprietas, & habet commodum possessionis hoc denegatur in casu præsenti si daretur restitutio, quasi diffinitiuè procederetur contra absentem lite non contestata, quod esse non debet inf. vt lite non cōt. per totum, & idē est seruandum in hac cā, sicut esset si tractaretur cā proprietatis, inf. vt lite non conte. c. 2. Quid ergo faciet ipse spoliatus; fiet denunciatio ad domum legitimam: et si non sit qui eum defendat mittatur in possessionem cā rei seruandæ, reo postea ueniente infra probata causa absentiæ restituitur in integrum, uel ad appellandum: & hac missio non prohibetur hic: sed restitutio tantum, de restitutione absentis dicitur 2 q. 6 biduum, & si aduersus absentem, et etiam sine iusta causa restituitur ei possessio quandocunque intra annum: prout dicitur in decret. quoniam, §. in aliis.

e Possessionem et deiectionem.] Nota quod hec duo tenetur probare qui petit restitui, s. se possedisse, et spoliatum fuisse infra de resti. spolia, olim. causa, et infra qui fi lii sint legi. causam quę, et idem est si aliquis spoliauit uel mandauit, uel ratam habuit spoliationem, infra de rest. spol. cum ad sedem, ad fin. ff. de ui & ui arm. l. 1. §. deiecisse.

f Nisi is.] Per hanc literam videtur quod si iste contumaciter

Posideri bona, in possessionē mitti, et restituere possessionem differunt.

† præmissum in vna non multum uetusto.

2 Glosa est similis in l. cum proponas. C. de bona aucto. iud. possid. textus in l. si finita. § non autem. ff. de damn. infecto.

maciter fuisset absens, quod esset restitutio facienda; quod non est verum, nisi post litem contestatam: quia tunc si esset contumax, reciperentur testes, & restitueretur, si probasset suam possessionem & spoliationem: & sic intellige versiculum ultimum: aliàs testes ante litem contestatam propter contumaciam non sunt recipiendi in cã restitutionis, inf. vt lit. nõ contest. c. 2. & sic mutat casum, & similis mutatio est causa possessionis. cap. penult. quia supra dixit de eo, qui erat absens probabili causa, & antequam sciret literas contra se impetratas: & hic loquitur cum lite contestata, contumax inuenitur: & in eo casu (si liquet de causa) restituitur possessio. infra de dolo & contuma. prout, uel mittitur tamũ in possessionẽ causa rei seruandæ propter cõtumaciam lite non contestata inf. vt lite non contestata, quoniam, §. in aliis, vel potest intelligi secundò opinionem illorum, qui dicebant, quod lite non contestata possunt recipi testes contra contumacem, & sententia ferri, hæc fuit opinio Hugo. & sic propriè tenetur il lud, ntũ. Ber.

Intẽdit quod ... mutatio i... ... ipsius ... & in sta... causæ. 10. ...nd.

† Cap. 16. e. tit in 1. cõp. Et post Cõcil. Lateran. par. 7. c. 20.

† Facit text. in l. genera... ter. cũ no. ... de iol. L ...

cõtumaciam absentasset.

¶ Idem Carnoten. episc.

¶ Delegatus Papæ in causa sibi cõmissa, iurisdictionem habet super ordinarium & quemcunque maiorem.

CAP. XI.

ij SAnè † quia nos, & infra. ¶ Tuæ quæstioni duximus respõdendũ, quòd iudex à nobis delegatus vices [a] nostras gerit, vndè in causa illa superior est, & maior illis quorum causam suscepit terminandam. [b] † Ideòque si episcopus [c] vel alia persona, [d] quæ non fit de iurisdictione [e] illius, in causa quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundùm qualitatem facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia à iudice delegato

10

20

30

40

compelli. [f] ¶ Ita quòd iudex secundũ negotij qualitatem temperatè procedens, episcopo vel ingressum ecclesię, vel sacerdotale officium [g] interdicat: aut etiã terram illius, quę ad iurisdictionem suã pertinet specialiter, [h] interdicto supponat.

¶ Idem Eboracen. archiepõ, & epõ Conuentren.

¶ Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacaturam: secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesia cum vacaret, & illa postmodum vacat, debetur primo, & non secundo. h.d. & est notabilis decisio.

CAP. XII.

EX † parte N. nobis innotuit, quod cum ad te frater Cõuentrẽ. nostras literas impetrauerit, vt ei

SAnè.] Primò ponitur decisa consultatio. Secundo responsio; ibi, Tuæ. In qua tria facit. Primo præmittit responsionis causam; Secundo, ibi, ideoque, respondet. Tertio; ibi, Ita quod responsum declarat. Bened. Capra.

CASVS. Aliquis clericus uel laicus causam habet cum episcopo; causa ipsa commissa fuit alicui iudici delegato contra episcopum, qui delegato non lubet; aliàs quæritur qualiter delegatus episcopi punire debeat ad aliquid faciendum vel dandum, cum rebellis fuerit ipsi delegato? Respondet Papa, quod iudex delegatus ab ipso, uices ipsius gerit, & ideo maior & superior est illis quorũ causam suscepit terminandam. Vnde si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione ordinaria iudicis delegati in causa quæ sibi à sede Apostolica delegatur rebellis & contumax fuerit, index delegatus potest ipsum episcopum interdicere vel suspẽdere, ita quod secundum qualitatem negotij temperatè procedens episcopo interdicat ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium, vel terram ipsius episcopi interdicto supponat. Nota quod delegatus vices gerit delegantis. Item maior est illis quorum causam suscipit terminandam. Item contra maiores partes ab initio temperatè delegatus procedere debet. Item terra potest interdici pro delicto domini.

a Vices nostras.] Quòd delegatus vicem gerit delegantis, 93. di. cap. ult. & 94. dist. c. 1. & ff. de off. eius cui mãd. est iurisd. & si prætor.

[Gl. seq. arg. quod Papa, &c.]

b Terminandam.] arg 21 di cap. inferior. & cap. denique. Item maior est ordinario quantùm ad causam illam, inf. de offic. ordi. pastoralis. Item argum. quòd Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur, 2. q. 5. mandastis.

c Si episcopus.] Cuius causa commissa est delegato & in est de iurisdictione delegati quantùm ad illam causam.

d Persona.] Cuius causa non est delegato commissa: tamen si iurisdictionem delegati impediat, delegatus potest illum punire, vt hic dicit & sup. eo. c. 1.

e De iurisdictione.] Quia ex tali delegatione fit de sua iurisdictione, cuius causa est delegato commissa.

[Gl. seq. no. in pœnis, &c. & signat contrarium.]

f Compelli.] Cùm habeat iurisdictionẽ in illum: aliàs nulla esset delegatio talis, infra eo. ex literis, & ff. de offi eius cuius man. est iurisd. l. vlt. in fi. & est notabile: quia defertur maioribus, in pœnis inferẽdus propter dignitatem, cõtra habes, inf. de ita. reg. ea quæ. pri mo responso.

ADDITIO. Sed quod verum est, ab initio est deferendum.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

g Officium.] Quando sic specialia interdicuntur, alia non interdicta põt exercere, sup. de cor. viri c. significauit, secus si esset simpliciter ab officio suspensus. Ber.

h Specialiter.] Hoc fit cum epũs suo nomine conuenitur, & est argum. quod alius pro delicto alterius punitur. Item argu. pro delicto vnius totam terram supponi interdicto, sup. de postu. ad hæc, & infra de spon. non est vobis.

EX parte.] Diuiditur quia primò ponitur partis conquæstio. Secundò prouisio; ibi, Quoniam igitur. bb.

CASVS. Quidam clericus N. nomine impetrauit literas ad episcopum Conuentrẽ. vt archidiaconatum, quem in ecclesia ipsius primo vacare contingeret, assignaret eidem; literis illis præsentatis, quidam alius R. nomine literas alias ad Ebora. archiepiscopum impetrauit sub hac forma; ut si auunculus eius archidiaconatum, quem habebat in ecclesia Conuentrẽ. omninò dimittere uellet, ipsum assignaret eidem, nulla de prioribus literis habita mentione, epũs Conuentrẽ. hoc intellecto significauit negotium domino Papæ per eundem N. super negotio isto scribit Papa archiepiscopo & epõ prædictis dicens, quod si memor fuisset pro dicto N. scripsisse, pro aduersario suo nullas literas dixisset. Vndè mandat eidem, quatenus præfato N. archidiaconatum ipsius ecclesiæ, si uacet, assignent, non obstantibus literis posterius impetratis. Nota quod si literæ super beneficio impetrentur & præsententur, literæ posterius impetratæ super consimili beneficio eadem ecclesia non facientes de prioribus mentionem, non ualent.

50

60

† Cap. 17. e. tit. in 1. cõp. Et post Cõcil. Lateran. par. 7. c. 21.

a Omni-

† Parcere vſ in fraudē q non facit qđ facere dēt, vel non vtiſ ſeruitutibus. Io. And.

a Omninò.] i. ſine aliqua pactione, condōne, vel mō.
[Gl. ſeq. obijcit, obiectioni ſignat contrarium, & ſolu. obie. ſecundo quærit, arg pro, & ſol.]

b Dimittere.] Videtur ꝙ talis renunciatio, ſimoniaca fuerit, quia qui remittit, dat. 1. quæſt. 3. talia, & inf. de teſtib. veniens, & ff. de calum. quinetiam, & ff. quæ in frau. cred. in fraudem, 1 arg. contra, ff. quę in frau. ſi pignus. Reſpōdeo, hæc dictio, omnino, ſoluit contra, i. ſine aliqua cōditione. Itē pone quod ſimpliciter renunciet: ſed in aio habet vt ei detur aliàs nunciaturus, videtur quod ſimonia committitur: ſola. n. voluntate committitur, ſicut vſura, quæ ſola voluntate committitur, inf. de vſur. conſuluit, & 1. q. 1. qui ſtudet. ſed ſecus in ſimoniacis, quia prohibita; ſecus in prohibitis, quia ſimoniaca. Prohibita, quia ſimoniaca ſunt illa, quę in veteri teſtamento nouoquè ſimoniaca erant in ſui natura; vt vendere ſacramenta, vt prædicto cap. qui ſtudet, & capit ſicut eunuchus. Simoniaca, quia prohibita ſunt illa quæ per conſtitutionem eccleſiæ facta ſunt ſimoniaca; quale eſt hoc. & etiam paſtum dare poſt receptionem in canonicum, & iſtis non ſufficit ſola voluntas, nec in alijs, dum tamen ſit contenta ſuis terminis. Quod de vſuris dicitur non promouet; quia vſuræ in vtroquè teſtamento prohibitæ ſunt. Vin.

† Hæc duo verba; aduerſarius eius, deſunt in antiquis.

† Vox, literas, etiā deeſt in antiqs

archidiaconatum, quē in eccleſia tua primò vacare cōtingeret, aſſignares: R. (aduerſarius † eius) aliàs ad te frater Eboraceñ. literas † impetrauit, nulla de prioribus habita mētione: vt ſi auūculus ſuus archidiaconatū, quē habebat in eadem eccleſia vellet omninò [a] dimittere, [b] ipſum ei faceres aſſignari.

¶ Quoniam igitur, ſi memores fuiſſemus, nos pro prædicto N. literas direxiſſe, pro aduerſario nullatenus ſcripſiſſemus: Mādamus quatenùs præfato N. archidiaconatū ipſius eccleſię (ſi vacat) non obſtantibus [c] poſterioribus literis aſſignetis.

¶ Idem Eborac. archiepō.

¶ Vbi contraria voluntas Papæ non apparet, delegatus iuris formam ſeruare debet, & rationabiles exceptiones admittere. Io. And.

[Gl. ſeq. contrarium ſoluit, & remittit.]

c Non obſtantibus.] arg. contra ſup. de reſcrip. c. 1. ibi, ſpeciale derogat generali, ſed hic primæ videntur generales, & ſecundæ ſpeciales: quæ de vno ſpeciali beneficio faciunt mentionem, & tamen non valent hic ſecundæ. Sed hic veritate inſpecta ſpeciales ſunt tam primæ, quàm ſecundæ, 1 ideſt, quia primæ tantū ad vnū beneficium reſtringuntur, ſed hodie in literis pro beneficijs obtinendis illæ ſolæ præualent, quæ primo præſentantur, ſup. de reſcri. c. Capitulum S. Crucis, & ſecundum hoc concordat cum illa, quia primæ primo fuerunt præſentata, & epiſcopo loci hoc mandabatur, inf. de appellat. vt debitus. De hac materia dictum fuit ſup. de reſcrip. c. 1. dic, vt ibi.

1 Idem Inn. et Hoſt. uel pōt dici, ꝙ vtrunq; fuit priuilegium ſm Iaco. de Are. et ſic reprobatur opi. M. vt dixi ſ. de exce. c. 1. Io. And.

Ex parte tua.] Si ſimpliciter ſcribitur delegato certa forma expreſſa, debet nihilominus exceptiones rationabiles admittere, quamquam de eis nihil dicatur in reſcripto h. d. Et diuiditur. nam primo ponitur deciſa quæſtio. Secundo ſolutio; ibi, Quæſtioni. Tertio exceptio; ibi, Niſi. Quarto quędā protellatio; ibi, Quod nec. Abbas.

CASVS. Dominus Papa committit cauſam aliquam ſub certa forma: quærebatur, vtrum ille ſequi ita debeat formam ſibi datam, quòd exceptiones legitimas nō admittat? Reſpondet Papa, quod licet delegatus ſequi debeat formam ſibi datam, tamen exceptiones rationabiles admittere debet, & ſecundùm æquitatem in cauſa procedere: niſi exprimatur in literis, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod non credit nec ipſum nec anteceſſores ipſius expreſſiſſe. Nota qualiſcunquè forma detur delegato, exceptiones legitimas recipere debet quia illud non eſt cōtra formam. Item in iudicijs ſeruanda eſt æquitas.

CAP. XIII.

† Ca. 18. eo tit. in 1. cōp. Et poſt Concil. Lateran. par. 42. c. 1.

Ex † parte tua, & inf. ¶ Quæſtioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi quando iudici delegato expediat formam ſibi ſtatutam ſeruare, dēt tamen rationabiles [d] exceptiones admittere, & in cauſa iuxtà iuris æquitatem procedere: Niſi exprimatur in literis noſtris, quòd nullæ [e] debeat exceptiones admitti. Quod nec nos, nec anteceſſores noſtros credimus [f] vnquàm † expreſſiſſe.

† Vox, vnquam, non eſt in antiquis.

¶ Idem abbati & conuentui Maioris monaſterij.

¶ Delegatio facta dignitati non expreſſo nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem.

[Gloſſ. ſeq. argum. allega. vnum concor. & vnum contrarium, & ſoluit, in fin. iterū argum.]

d Rationabiles.] argum. quod magis eſt procedendum ſecundum iuris ordinem, quam ſecundum formam reſcripti; ſic ſupra de reſcript. cauſam quæ inter. ſed cū ita, ſup. de reſcript. cū dilecta. Solu. ſemper ſeruanda eſt forma reſcripti, ſi non contradicat iuri: ſi vero contradicat, ſecus eſt, ſupra de æta. & qualit. cum te. & hoc verum eſt, niſi Papa ex certa ſciētia contrarium mandet, tunc eſt ei obediendum, etſi durum ſit mandatum. 100 diſt. contra morem, & 19. diſtinct. in memoriam, & ille q recipit legitimas exceptiones. ſecundùm ius facere intelligitur; ad quod ēt tenetur ſup. de æta. & qualita. accepimus, in fi. 3 Item arg. quod ſi compromiſiſti in aliquem vt ſtares mandato ſuo, intelligendum eſt de honeſto. infra de iureiu. veniens, & c. Quintaualllis.

CAP. XIIII.

† Ca. 19. eo tit. in 1. cōp. & poſt Cōc. Lateran. par. 46. c. 4.

Quoniam † abbas Leiceſtriæ, qui ſuſcepto mandato noſtro,

3 Pet. dicit diſtinguēdū an ſiat contra formam, & tunc nō ualet; an præter formam, & tunc ualet illud. quod nec de re iudic. cauſam, in j. gl. & intelligitur ibi dicta. Io. And

[Gl. ſeq. tenetur per contrarium]

e Nullæ.] Supple. & conſtet intentionem Papæ talem fuiſſe & voluntatem; alias enim non obſtante tali generalitate rationabiles exceptiones recipi debent, ar. inf. de reſt. ſpol. audita. arg ff. de pig obliga. C. quæ res pig. ob. poſſ. l. 2. & ff. de pecu. l. qui peculi. Sed cum ſpecialiter numerantur, & dicit non obſtante tali generalitate, vel tali exceptione, illas non reciperet iudex argum. ff. ſi quis cau. ſed & ff. §. quæſitum.

[Gl. ſeq. alleg. canones in contrarium, & ſol. iterum alleg. in contrarium unam l.]

f Credimus vnquam.] arg. contra 2. q. 7. lator. & 21. q. 2. placuit, contra 27. q. 1. ſi homo eſſet. Sol. in contrarijs notum erat Papæ factum ipſum; & quia iſta talia ſunt, vbi locum non habet exceptio vel excuſatio. Item ar. contra C. de decur. exemplo, lib. 10.

ADDITIO. Sed ibi ſimiliter cauſa fuit notoria.

Quoniam abbas.] Diuiditur; quia prima pars narrat factum: ſecunda illud approbat; ibi, Nos, & pone caſum literalem, ut in gl. Abb.

4 Hic caſus in vetuſtis codicib. habetur.

CASVS. Cauſa 4 fuit commiſſa duobus abbatibus, ſcilicet abbati Leiceſtriæ, & abbati Vinceſtriæ, non expreſſis

propijs

proprijs nominibus, & ambo citauerunt partes abbate Vincestrię tandē mortuo, & altero substituto, abbas Leicestriæ processit postea cum abbate Vincestriæ substituto, & tulerunt sententiam, & dñs Papa confirmauit illam. Vel pōt poni casus: ꝙ abbas Leicestriæ solus citauit mortuo conindice suo: quia sub illa forma. ꝙ si ambo non poteritis, &c. & postea altero substituto cū eo processit, quod benè potuit. & hoc potius cō cordat literæ, vt patet in prin. Ber. No. per hanc decre. ꝙ qñ causa cōmittitur dignitati non expresso nomine prælati, eo mortuo successor in eadem causa procedere debet. Abb.

a Præfixit.] & etiā solus potuit præfigere altero mortuo, si continebatur in literis, ꝙ si ambo non poteritis, &c. quia tunc extitit conditio, nec ꝓpterea expirauit mandatum quantum ad illū defectum, sed statim altero substituto, & cōfirmato ambo procedere debent: quia temporale fuit impedimentum. C. de cur. fur. l. penul.

partibus diem ad agendum præfixit,[a] abbatem Vincestrię de nouo substitutum [b] iudici præmortuo, illi mandato nostro porrecto: quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiunxit: Nos sententiam illorum (sicut est iusta)[c] ratam & firmam habemus.

¶ Idem.

¶ Si quæstionem de iure præsentandi Papa delegat appellatione remota, & sub ea forma, vt delegatus ad præsentationem eius ad quē viderit pertinere, ordinet ecclesiam: per hoc non habet instituere, sed pronunciare: & is ad quē pertinet, instituet: & si iuri suo detrahitur, licitè appellat.

[Glo. se. pri. nō inducit rationem, & vnam l. secundò obijcit dupliciter, scilicet quòd sine nominis expressione iurisdictio expiret per mortem. Secūdò quòd expressione non obstante transeat ad successorem, & soluit. Tertiò quærit arg. negatiuè, & affirmatiuè, & soluit distinguendo.]

Mortuo delegato, qñ succedat ei dius.

b Substitutum.] ecce quòd successor potest cognoscere vnde potuit cognoscere prædecessor ēt delegatus, & hoc verum est qñ ꝓprium nomen in literis non fit expressum: quia pro vna persona intelliguntur: quia dignitas non moritur. sed si proprium nomen in literis fuerit expressum, quia tunc commissio facta fuit personæ, successor non cognoscet: & hæc est ratio, quia (ut dixi) dignitas nunquam perit indiuidua verò quotidie pereūt. ff. de lega. 1. l. 4. si quis in fundi. Sed videtur quòd idem sit. & si nō exprimatur proprium nomē quia hoc nomen abbas talis loci, loco proprij nominis est. ff. de lib. & posth. nominatim. arg. sed non est proprium nomen, sed singulare, vt phœnix, & appellatiuum similiter, & si electus sit loco præmortui idem est, quia idem debet cognoscere vt prædecessor. ff. de iudi. mortuo iudice. in Authen. ut nulli iudic. §. & hoc iubemus. coll. 9. Sed vr̄ quòd etiam si expresū nō sit nomen dignitatis, quòd successor adhuc congoscere posit arg. ff. de condi. & dem. l. filiæ. §. Titia. & ff. de li. & posth. l. placet. & l. seq. & arg. ff. de ann. leg. l. annua. §. 1. sed illud testator noluit. Sed pone quòd plures archidiaconi sunt in aliqua ecclesia, sicut sunt in ecclesia Parisieñ. & papa mandat archidiacono Parisieñ. sine additione proprij nominis, vel cognominis, ita non apparet de quo senserit, cum plures sint archidiaconi, quis ergo erit iudex? Vr̄ quòd nullus, quia si duo dati sunt tutores eiusdem nominis, nec apparet de quo senserit testator, neuter erit tutor. ff. de testamen. tutel. duo sunt Titij. & si testator, dicat; exhæredo filium meū, cum plures habeat, nomine proprio non expressō, nullus est exhæredatus. ff. de lib. & posthu. l. nominatim. & si non apparet q̄s heres institutus sit, institutio non ualet. ff. de hæred. institut. l. in tempus. §. quotiens & ff. de reb. dub. si ita fuerit. §. item. si ex pluribus. & ff. de manu. testa. cum ex pluribus. Sed vr̄ ꝙ ille sit index quem Imperator elegerit, sicut si inter duos dubitetur de eodem legato cui potius dari dēat, hæres eligere dēt cui soluat. ff. de leg. 2. si quis seruum. §. si inter duos. & siquis intentione ambigua vsus est, quod ei vtilius est, debet accipere. ff. de iudi. si quis intētione, & ff. de iudi. solemus. & C. de cō. di. indeb. si quis seruum. hoc uidi de facto. Hic satis patet, ꝙ ille quē elegerit actor, erit index: quia de illo sensit cū impetrauit literas. ff. de verborum oblig. inter stipulantem. Sed si cōi consensu partium partes concordassent, & consensissent, non distinguendo de quo, quid erit, cū modò dicat actor de vno, & reus de altero, nec potest constare de quo intelletur, quia nō concordāt? Hic dicere possum, ꝙ ille sit iudex cui primò sūt literæ præsentatæ. ī. de rescrip. cap. capitulum sanctæ crucis. & ī. de appellatio. ut debitus. sed si esset simul præsentatio facta, tunc qui dignior est. sed si essent æqualiter digni, sortè dirimatur. ff. de iudi. sed cū ambo & 26. q. 2. sors non est.

Vr̄ ꝙ hoc se non pos... 7. q. 1. in ... in fi. ... singula- archidia- ... &c. Io. d.

... si testa plures amicos idem no- ... & no n solum ... apparet quo sensit hoc vult. quoties. And.

CAP. XV.

SVper † eo verò quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri inter aliquos [d] quæstione suborta, cām con-

† Cap. 20. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Latera. par. 47. c. 3.

c Sicut est iusta.] hæc verba cum ponuntur in confirmationibus, conditionaliter intelliguntur. ī. de confir. uti. uel inuti. examinata. & infra de conces. præbend. quia diuersitatem. secus si ponatur in priuilegio: quia priuilegium est lex priuata. 3. distinct. priuilegia. & priuilegium semper debet aliquid ponere. ī. de uerb. signifi. abbate. & infra de priuile. in his. & sic ponantur in sententijs, quas Papa ex certa scientia confirmat, ut hic.

SVper eo.] hæc decretalis habet causam notabilem, & multum allegatur. Communis est diuisio. Secunda ibi, Hoc tuam. Abb.

CASVS. Quæstio uertitur inter aliquos super præsentatione rectoris in aliqua ecclesia: cōmittitur causa super hoc alicui sub hac forma, ut si constiterit ius de quo agitur, ad alterutrā partem pertinere, ad præsentationem illius iudex ordinet ecclesiam appellatione remota. Primò quæritur utrum liceat iudici delegato, ignorante episcopo, archidiacono vel archipresbytero ad quem pertinet institutio præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere: & si aliquis illorum ad quem pertinet institutio, appellauerit, Vtrum sit eorum appellationibus deferendum? Papa consultus respondet: quòd licèt quæstionem committat de præsentatione appellat. re. non tamen est eius intentionis facere præiudicium diœcesano episcopo, archidiac. vel archipresbytero: vnde clericus instituendus præsentari debet illi, ad quem de iure pertinet institutio. & si contra factum fuerit, eorum appellatio valebit: quia appellatio solummodo inhibita est inter quos causa vertitur, & non prædictis. No. quòd forma rescripti non est semper seruanda, vt hic patet: sed hoc fit, quia per hoc fieret præiudicium illi, ad quem pertinet institutio. nec nocet illi qui obtinuit. Item licèt causa commissa sit inter aliquos, alij tamen quos negotium tangit, admittuntur ad defensionem suam. Item appellat. remota intelligitur illis inter quos cōmittitur, & non alijs. Item res inter alios acta, alijs non nocet.

d Inter aliquos.] qui se dicunt patronos.

DE OFFICIO PRIMICERII.

Visum est de officio archipresbyteri, sed quia in choro primicer ius est primus absente archipresbytero: ideo ponit de eo. An. de Butr.

Et accipitur hic primicerius pro cantore. de offic. primicerij, sacristæ, & custodis, & quid ad quilibet spectet vel ad officiũ cuiusq; ordinis tractat. 21. di. cleros. 25. dist. perlectis. 93. dist. per totũ. supra in rubr. de offi. archid. ver. quæ sit officium cuiuslibet. & seq. & supra in proxi. rub.

VT primicerius.] In hoc capitulo dicitur quod primicerius subest archidiacono: pertinet tamen ad eius curam præesse diaconis, & al. minoribus, & debet dare lectoribus lectiones, & cantoribus respõsoria, ita quod omnes instruere debet & castigare. No. ex hoc c. multa, quæ pertinent, ad officium primicerij.

a Vt primicerius.] supple, statuimus.

[Glossa sequens signat contrarium, & tripliciter solu.

b Diaconis.] s. de offic archi. officium contra. cap. ista loquuntur secũdum diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum; vel primicerius hoc facit ad mandatum archidiaconi, vel tanquam vicarius eius. & ita prælatus, qui subest episcopo, potest alij demãdare vices suas, & merito: quia ordinarij iudices sunt. Lau.

c Vt ipse.] s. archidiaconus: vel ipse. s. primicerius, quod est melius.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

d Donet lectiones.] Sed hoc videtur pertinere ad officium archidiaconi supra de offi archid. officium. diuersa consuetudo diuersarum ecclesiarum impedit contradictionem, quæ circa huiusmodi officia consideratur potius. Ber.

† Item.

† Cap. vnico. eo. tit. in 1. compil. Ivo par. 6. cap. 20. Gratianus cap. perlectis. 25. dist. Panormia. lib. 3. c. 41.

† In omnibus manuscriptis ita: donec lectiones ad nocturna officia.

† Insinuatur.

TITVLVS XXV.

De officio primicerij.

¶ Idem † ex libro Romani ordinis.

¶ *Ponit ea quæ spectant ad officium primicerij. Anto. de Butr.*

CAP. I.

VT † primicerius[a] sciat se esse sub archidacono sicut & archipresbyter, & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo diaconis[b] vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positis, vt ipse[c] disciplinæ & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, & ut ipse diaconis donet[d] † lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, vt in quacunque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse iusserit instruantur †.

7

DE OFFICIO SACRISTÆ.

Viso de officio primicerij, uidendum est de officio sacristæ, id est thesaurii.

De hac materia habetur 24 dist. perlectis. in fi. Ant. de Butr.

TITVLVS XXVI.

De officio sacristæ.

¶ Ex concilio Toletano.

VT sciat.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo quod sacrista subest archidiacono, & custodia vasorum, & vestimentorum spectat ad ipsum, & cura totius thesauri, & luminaria, & incensum. Nota ex hoc cap. multa, quæ pertinent ad officium.

CAP. I.

10 VT † sciat[e] se sacristam subiectum archidiacono, & ad eius cura pertinere custodiam sacrorum vasorum[f] vestimentorũ ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria[g] pertinent siue in cera[h] (siue † in oleo.) 20

e Vt sciat.] supple, statuimus.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

f Vasorum.] Se est do post archidia. & sic non est contra. supra de off. arch. ex quæ.

g Luminaria.] lampadum, ut dicitur ab eo quod sequitur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

h Siue in cera.] quia in his illuminatur ecclesia: & secundum hoc etiam videtur pertinere ad officium custodis infra titu. proxi. et c. proxim. sed hoc referas ad diuersam consuetudinem, vt sæpius dictum est. Bernar.

† Cap. 1. eo titu in 1. compilatio. Ivo par. 6. cap. 20.

† In non nullis deest hæc verba: siue in oleo.

TITVLVS XXVII.

30 # De officio custodis.

¶ Ex libro Romani ordinis.

¶ *Ponit quæ spectant ad officium custodis, hoc dicit.*

DE OFFICIO custodis.

Quia custos est quasi minister sacristæ: ideo subsequenter ponit de eo. Ant. de But.

CAP. I.

40 CVstos † ecclesiæ, cui ea, quæ ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet vt sui archidiaconi iussioni in cunctis obediat, in canonicis horis signa tintinabulorum[i] pulsanda, ipso archidiacono iubere ab eo pulsentur, pallia uel linteamina altaris, seu cũcta vtensilia[k] ecclesiæ in 50

CVstos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo quod custos ecclesiæ debet obedire archidiacono, et ad eius mandatum canonicas horas pulsare, et ornamenta altaris, & cuncta vtensilia ecclesiæ custodire: & circa lampades & lanternas in accendendo & extinguendo peruigil esse debet, ne nimis ardendo oleum deperat, nec minus incendendo obscurior fiat ecclesia. Si autem custos circa hoc negligens fuerit, per archidiaconum corrigi debet. Nota quod discretio est mater omnium virtutum. Item ineptus minister ab ecclesia eijci debet. 60

† Cap. 1. eo tit. in 1. compil.

i Tintinabulorum] s. de elect. in causa, et in f. c. pro ai. et 1. dist. ius ministre.

[Glo. seq. signat contrarium, et soluit.

k Vtensilia.] supra de officio archid. ex quo contra, sol. supple. sub archidiacono et sacrista, uel diuersa est consuetudo.

Glossa sequens arguit, alleg. 6. iura, ponens tres uersus.]

Mo-

a Modum.] Sic 24.q.1.manet, argum. ꝙ ita exceditur modus in eo quod est amplius, sicut in eo quod est minus, 51.dist. q in aliquo, 45.dist. disciplina, 41. dist. q si quis, & ff. de pe. respiciendum, C. de cust reo. si q s, in fi. & J de vi. & hon. cler. clericus, & sic media via tenēda est, vnde versus:

Cum media sem per gaudebam ludere forma.

Maior.n mediis gratia rebus inest. & illud.

Inter vtrumque vola, medio tutissimus ibis.

† In codice Barbatiæ, ita vt nec contra modum lucendo oleū ecclesiæ depereat, ſ alio ita, ne vt ſ. modum lucendo oleū, &c.

†In vno ita, cū discretione in ecclesia agantur.

h Cū discretione.] Discretio em mater est omnium virtutū, 1.q.5 p̄sentiū.

c Minus idone'.] Si ergo remouetur ab officio suo minus idoneus: sic magister minus idone' remouetur: qui primum moribus, deinde scientia & facūdia alios præcellere debet, C. de prof. & med. l.2. lib.10. & iudex & prælatus remouentur ꝓpter negligentiā, & sup. de off. archid. ea quæ.

d Emendet.] argu. ꝙ per denūciationē offensa proxima veniā meretur, 35.dist. eps, C. de episc. aud. nemo: & sic quodlibet peccatū non inducit depositionem, 5.q.4 in loco.

e Denunciando.] arg. ꝙ p denūciationē aliqs remouēdus sit, arg.2.q.7. qua gg J. de iureiu. qrelam, Inf. de fideiuss. puenit, 1 sed nō loquitur in denūciatione, & at ad hoc 24 q.3. ecce, ver. vndecunq;.

† Cap.2.eo. tit.in 1. cōp.

1 Cōcor. authen. de hęc, & ibi Barto. C. de vsu. & in l. dnus, f. de custo. reo.

desinenter custodiat; lāpades & lanternas in accendendo, seu extinguendo peruigil existat: ne † aut supra modum [a] lucendo oleū depereat, aut minus lucendo obscurior sit ecclesia: sed omnia cū discretione [b] † agantur: quæ noscitur omniū virtutum esse mater. ¶Si verò is minus idoneus [c] ad hoc peragendum extiterit ab archidiacono coerceatur, vt se emendet; [d] Si autem indomitus permāserit archidiaconus episcopo denunciando [e] ꝓuideat, vt indecente eiecto, aptus domui Dei cōstituatur minister, vt omnia in laudem Dei fiant.

¶ Ex Concilio Toletano.

¶ *Ad idem.*

CAP. II.

Custos † solicitus dēt esse de oī ornamento ecclesiæ, & luminarijs siue incēso: necnon panem & vinū oī tempore præparatū ad missam habere dēt, & per singulas horas canonicas signū ex cōlensu archidiaconi sonare, & omnes oblationes seu eleemosynas seu decimas (cum eiusdem tamen cō sensu absente [f] episcopo) inter fratres diuidat.

¶ In his tribus [g] ecclesiæ columnis (vt sancta sanxit synodus) consistere debet alma mater ecclesia: vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores [h] iꝰ esse viderint, vt nulla negligentia in sancta Dei ecclesia videatur.

¶ Hi tres archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti vno animo prouidè peragant & perfectè: & non sit inuidia neque zelus [i] inter illos.

Custos.] CASVS. Primo dr ꝙ custos debet esse solicitus de ornamentis ecclesiæ, luminarijs, & incenso, & de pane & vino ad sacrificium; & de pulsatione campanarum, & de eleemosynis, & decimis, & obligationibus colligendis. Sc cum consensu archidiaconi diuidendis. Secundo dr, quod in his tribus consistit sancta mater ecclesia, archidiacono, archipresbytero, & custode; idcirco debent esse boni & concordes. Not. ex hac decr. multa quæ pertinent ad officium custodis. Item nota quod ecclesia consistit in tribus columnis, f archidiacono archipresbytero & custode.

f Absente episcopo.] arg. ꝙ res canonicorum per episcopum dispensari debent, 12.q.2. Vulterana; et per ipsum debet constitui œconomus, C. de epis. & cle omnes, §. hoc nihilominus, et 9. q.3. cum simus.

g His tribus.] quibus enumerantur inferius archidiaconus, archipresbyter, et custos.

[Glossa sequens not. alleg. 6. iura. ad contrarium allegat 7. & soluit.]

h Sanctiores.] Et ita vr quòd semper melior & iustior sit eligendus, 2 8.q.1.licèt, & c. si ergo, 63. dist. Metropolitano, & 25. dist. c. vnum orarium, §. nunc aūt, 1.q.1. vilissimus, in auth. de monach. §. ordinatione, coll. 1. argu. 16 q 7. monasteriū, & sup. de elect. cum nob s olim, & sup. de renun. nisi cū pridem, §. p defectu, & inf. de pb.c. pen. 61.dis. Catinensis, & 85 di. Florentinum, arg. ff. de leg 2. cum pater, §.rogo. Solu. melior, iustior, & sanct or dēt eligi: tū si alius eligatur, licèt nō sit melior, sufficit ꝙ sit sufficiens: quia conueniens scietia sufficit in prælato, sup. de renun. nisi cū pridem, §. pro defectu, & sup. de elect. cum nobis olim.

2 An dignior sit sēper eligēdus Couar. in regula, pe ca tū, par. 2 §. 7. Fernand. Vasq lib.1.c. 28. controuers. illust.

i Neque zelus.] i. odium; quia est bonus zelus, & malus zelus, de malo hic intelligitur; sicut est bonus dolus, & malus dolus, ff. de dolo, l.1. §. non fuit.

TITVLVS XXVIII.

De officio Vicarij.

¶ Alexand. iij. epō Norticeñ. & G. archid.

¶ *Vicarius si beneficium curatum postea sit adeptus, vicaria priuabitur.*

CAP. I.

Ad † audientiam nostrā peruenit, quod G. presbyter monachos de Ramefeia petēdo vicariā ecclesiæ de Brunel, à qua vigi-

DE OFFICIO Vicarij.

¶ Viso de iis qui seruiunt ecclesiæ noīe proprio, videndum est de ijs qui seruiūt noīe alieno; iō, &c. Et communiter in isto titu. tractatur de vicario, qui seruit in diuinis, quamuis in c. pen. tractetur de vicario iurisdictionis. Et de hoc secundo in sexto; & de primo, rub. in clem.

De hac materia tractatur 16. q.7. in nota 93. dist. c. fin. 94. dist. c.2.

† Cap.2.eo. tit. in 1. cōp. Et post Cōcil. Lateran. sub Alex. iij. par. 10. c.5.

Ad audientiam.] Prima narrat factum, secunda prouidet; ibi; Qua igitur. Anto. de butr.

CASVS. Quidam presbyter Gul. nomine molestabat monachos de Ramefeia, petendo ab eis vicariam ecclesiæ de Brunel, à qua recesserat xx. annis elapsis, et in diuersis ecclesijs personatus postea fuerat adeptus, conquesti sunt monachi domino Papæ. Respond. Papa; non est canonicum, vt qui curam habet animarum in diuersis ecclesijs, vicarius fiat in alienis. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, prædictus presbyter compellatur desistere à petitione vicariæ p̄ dictæ. Nota quod qui recipit curam animarum in alia ecclesia, vicariæ renunciare intelligitur, argum. colligitur hic, quod si non recepisset curam in alijs ecclesijs quod adhuc posset petere vicariam, quamuis xx. anni elapsi essent.

a In diuersis.] Quod esse non debuit, cum pluribus seruire non possit; quia dum ad vtrumque festinat, neutrum benè peragit, 16. q. 1. presbyteros, & C. de assess. nemo, & eo: ipso quod promisit se intitulari in secunda, vel postquam translatus est ad eam, perdit ius quod habuit in vicaria, j. de cõcessio. præben. literas, 21. q. 2. si quis iam translatus, & qui beneficiatus est in vna ecclesia, non est idoneus ad aliã, inf. de præb. sup inordinata, imo non solum vicariam petere non poterat, sed vtrumque beneficium perdere debet, si vtrumque retinere contendit, secundum moderna iura, infra de pben. de multa, quia enim hẽt vicariam pperpetuam, beneficiatus intelligit, sup. de relig. postulasti, & qui curam aiarũ vel prælationum & cõsimilium recipit, prima ipso iure vacat. inf. de præb. de multa, & idẽ est si quis habet ppetuã vicariã, sicut si haberet ecclesiam intitulatam, inf. eo. c. vlt. & j. de fil. presby. cõstitutus.

† Cõc. Trid. sess. 5. in decreto de reformat. c. 4. & sess. 24. de reformat. ca. 17.

ti annis retrocessit, in diuersis [a] postea ecclesijs personatum adeptus, fatigare præsumit. ¶ Quia † igitur non est canonicũ, vt qui curam animarum in diuersis habet ecclesijs, vicarius in alienis existat mandamus quatenus, si est ita, prædictum presbyterum à petitione supradictæ vicariæ, desistere compellatis.

¶ Idem Elieñ. epõ.

¶ *Plures vicarias quis habere non potest.*

CAP. II.

PRouideas † attentius ne in episcopatu tuo patiaris aliquem vicarias habere plures. [b] ¶ Quia cum vicarij teneãtur personis & ecclesijs deseruire, alienum ab ordine iuris, vt vicariam quis habeat præter vnam.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. Et post Cõcil. Lateran. par. 39. c. 6.

PRouideas.] Primo ponit dictũ. Secundo ipsius rationem: ibi, Quia. Ant. de But.

CASVS. Præcipit Papa, quòd nullus habeat plures vicarias; quia vicarij tenentur deseruire ecclesijs & personis ecclesiarũ; & ideò alienum est ab ordine iuris, vt aliquis habeat vicariam præter vnam. Not. quòd sicut nullus potest habere plures ecclesias, ita nec plures vicarias; vtrunque enim contra ius est.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

b Plures.] Ex eo quod dicit plures, videtur quòd possit habere vnam vicariam, sed hoc videtur falsum: quia quilibet in propria persona, & non per vicarium debet in ecclesia deseruire, infra de cler. non resi. quia nonnulli, & cap. seq. & supra de elect. cum in cunctis, & melius in iure nouo, infra de præben. extirpandæ, §. qui verò. Et hoc est verum nisi in casibus, qui ponuntur in dicta decre. extirpandæ, §. qui verò, l. cum parochialis ecclesia sit annexa dignitati vel præbendæ maioris ecclesiæ, vt ibi: aliàs hodie vicarij constitui non possunt & talis vicarius debet esse sacerdos, cum habeat curam animarum, inf. eo. c. ult. & debet esse perpetuus, ut in prædicto §. qui uero, & canonicè institutus cum certa portione per episcopum, inf. c. prox.

AD hæc.] Primò ponit duplex dictum. Secundò excipit, licèt impropriè; ibi, Nisi.

CASVS. Prælatus ecclesiæ de auctoritate & assensu episcopi instituit uicarium in ecclesia sua, & eidem instituit certam portionem, decessit prælatus iste, alter substitutus est illi; quæritur utrum possit illum vicarium remouere, uel portionẽ assignatam diminuere? Et dĩ quod neutrum facere potest, nisi aliquid committat, propter quod per iudicem sit in vicaria vel beneficio cõdemnandus. Not. quod vicarius perpetuus æquiparatur prælato, vt eo viuente non possit à vicaria expelli, licèt titulum non habeat nisi propter culpam suam, sicut nec prælatus.

[Gl. seq. ponit opi. quam reprobat.]

¶ Idem Vintonieñ. epõ.

¶ *Perpetuus vicarius per episcopum constitutus, per rectorem remoueri, vel portione sua fraudari non potest.*

CAP. III.

AD † hæc si persona alicuius ecclesię, vicarium, quem in eadem ecclesia instituit, de assensu & auctoritate diœcesani episcopi, [c] certam assignauerit portionem, is, qui persona illa defuncta, in personatum illius substituitur, non potest eundem ab ecclesia remouere, [d] vel assignatã sibi minuere [e] portionẽ, Nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in vicaria sit, vel beneficio cõdemnandus.

† Alanus, l. & Innocen. † Cap. 2. eo. tit. in 1. cõp. Et post Cõcil. Lateran. sub Alex. iij. par. 39. c. 2.

c Episcopi.] Quidam supplent, & patroni si nõ sit collegiata ecclesia, quia patroni cõsensus desideratur vbicunque perpetuum percipiẽdi aliquid confertur alicui, arg. 15. q. 7. decernimus, & q. 5. si quis episcoporum, C. de auct. præstan. l. vlti. & 63. dist. principali. hoc non credo quod consensus patroni sit requirendus, cũ patronus tantũmodo dẽat præsentare vacante ecclesia, vt dicunt iura prædicta; sed ecclesia non intelligitur vacare in institutione vicarij; & hoc vr hic innui.

[Gl. seq. reci. opponẽdo quòd solus prælatus, &c. Io.]

d Remouere.] Ergo hẽt ius in re: verũ est, quod hẽt ius vicariæ, non dicit habere ecclesiam quoad titulum, solus enim prælatus habet eam intitulatam: tamen expelli nõ põt, ac si haberet eam intitulatam sine iusta causa, & tũc per iudicẽ & nõ per prælatũ ipsius ecclesiæ, vt hic in fine dicit.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõp. Et post Cõcil. Lateran. par. 3. c. 9.

e Minuere.] Cum sit perpetuò constituta, arg. inf. de censi. prohibemus.

[Gl. seq. ponit duas lecturas, circa secundam ponit & soluit.]

¶ Idem Norvvicensi epõ.

¶ *Vicarius non potest substituere vicarium.*

CAP. IIII.

CLericos † in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinibus constitutos, in vicarijs ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absonum & absurdum.

CLericos.] Sic pone casum. [g] Prælati ecclesiarum, in quibus habent curam animarum uel aliam dignitatem, in propria persona deseruire debent ecclesiæ, & non substituere sibi uicarios; quia hoc est contra rationem, & iste casus probetur, infra de præben. extirpandæ, §. qui uero, et sic ordinabis literam. Non permittas clericos, i. prælatos in presbyteratu, uel alios in inferioribus ordinibus constitutos substituere alios in uicarijs ecclesiarum, quas, s. ecclesias adepti sunt tanquam prælati, & quòd ita accipiatur hoc nomen, clericos, probatur, appellatione enim clericorum omnes superiores continentur in auth. de sanct. epis. §. presbyterorum, coll. 9. & 11. q. 1. de persona, secundum alium casum, qui poni conueniẽt; expone, clericos, idest uicarios substitutos alios scilicèt uicarios in uicarijs, quas adepti sunt; quasi dicat, uicarius non potest alium uicarium sibi constituere. sed iste casus non est bonus: quia per hoc innuitur, quod licitum sit constituere uicarium, quod non est uerum, ut dictum est secundum ius nouum, nisi tu uelis restringere hanc decre. ad casum illius §. qui uero, sed in nullo casu licèt uicario alium sibi uicarium substituere. Bernardus. Not. quòd uicarius non potest uicarium sibi substituere. Abbas.

g Hic casus in antiquis libris reperitur.

SVa nobis.] Ponit dictum, & ipsius rationem: ibi, Quoniam, quam fortificat: ibi, Præsertim. Ex quibus infert: ibi, Mandamus. Ant. de But.

CASVS. Clerici cuiusdam plebis episcopi Vulterani, iuramerunt sibi eligere prælatum ad voluntatem laicorum, & sic elegerunt sibi prælatum, & electionē suā episcopo præsentauerunt: episcopus cassauit illam electionem, & excommunicauit laicos illos, qui clericos compulerant, & ipsos etiam clericos pro isto & alijs excessibus excommunicauit, & impetrauit literas ad archiepiscopum Pisanum & suos conudices, vt eos tanquam excommunicatos facerent euitari vsque ad debitam satisfactionē: post hoc pars aduersa literas impetrauit ab episcopo Portuen. vicario domini Papæ, ad episcopum Lucanum & suos cōiudices, qui auctoritate illarum laicos & clericos absoluerūt, excōmunicantes episcopum Vulteranū; episcopus Vulteranus significauit hoc totum domino Papæ; prius tamen ex abundanti appellauit, licèt sententia illa non teneret, super hoc scribit Papa iudicibus dicens literas vicarij, per surreptionem obtentas, quia iurisdictio vicarij, quem Romanus Pont. reliquit in vrbe, non extenditur extra vrbem, nisi ei specialiter sit concessum; præcipuè cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicèt inter Capuanam prouinciam & Pisanam. Vndè mandat quatenus quicquid occasionem illarum literarum factum est denuncietur irritum & inane. Nota quod literæ per surreptionem obtentæ, non conferunt iurisdictionem vt hic patet. Item vicarius vel legatus causas alterius prouinciæ vel iurisdictionis committere non potest.

a Vicarij.] Vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit, C. de offi. eius qui vi alt ge. l. 1. 93. dist. c. ult. & 94. dist. c. 1. quædam tamē sunt, quæ sine speciali mandato attentare non debet, infra de offi. lega. quod translationem

b Non extenditur.] Nisi fortè intra centesimum milliare, ad instar præfecti vrbis, ff. de offic. præf. vr. l. 1. §. in initio. & ff. de offi. procon. si in alia, § vlt.

c Irritum.] Not. quod factum est per surreptionem, non valet tanquam a non suo iudice, 11. q. 1. c. pen. & C. si à non comp. iud. l. vlt. & retractari potest altera parte absente, inf. de re iud. cum olim, & præcipuè in decretali ista, hæ enim literæ nullam conferebant iurisdictionem; quia iurisdictio uicarii non extenditur extra urbem, ut hic dicit, ergo si concedat literas extra, est nulla iurisdictio, ff. de iur. om. iud. l. ult. C. qui pro sua iurid. l. unica, & ita quicquid factum est hic per literas vicarij ipso iure non tenuit. De hac materia dictum est supra de rescrip. ad audientiam 2.

¶ Inn. iij. abbati S. Euge. & plebano S. Petri.

¶ Vicarius Papæ, in vrbe iurisdictionem habet, non extra vrbem.

CAP. V.

SVa † nobis: † & infra. ¶ Nos igitur vicarij literas æstimantes per surreptionē obtentas: † Quoniam iurisdictio vicarij,[a] † quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur[b] extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, præsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicèt inter Capuanam prouinciam & Pisanam: Mandamus quatenus quicquid occasione literarum illarum actum est, in irritū[c] reuocetis.

¶ Hono. † iij. Vigor. epō.

¶ Compelluntur vicarij ordinarij, ecclesiis deseruire per subtractionem prouentuum, & vicariarum.

EX parte.] In prima facti decisi narratio. In secunda: ibi. Mandamus mandatum. Ant. de But.

CASVS. Vicarij perpetui tenentur facere residentiā in ecclesijs in quibus obtinent vicarias; & cum habeant curam animarum, debēt esse in ordine sacerdotis, q̄d si facere noluerint, compelli debent per subtractionem prouentuum ipsarum vicariarū. No. quod perpetuus vicarius debet esse sacerdos, & in vicaria residere.

d Perpetuos vicarios.] Perpetuus vicarius dicitur, qui canonicè à persona ecclesiæ & auctoritate episcopi est institutus, & certam debet percipere portionem, supra eodem tit. ad hæc, & inf. de præb. extirpandæ, §. qui vero. nec potest quis habere plures vicarias, cum habeat curam animarū tanquam vicarius, & debet residere in loco, vt hic dicit, sicut nec quis potest habere plures ecclesias, inf. de cle. non resi. quia nonnulli, & c. seq. & inf. de præb. de multa. In quibus casibus possit quis cōstituere vicarium, dicitur in prædicta decr. extirpandæ, §. qui uerò. beneficia enim ecclesiarum propter officia diuina constituta fuerunt, 1. 12. q. 2. concessio. 16. q. 1. generaliter, & 1. q. 2. c. ult. arg. C. de mi. l. pen. & 21 q. 3. c. Cyprianus.

e Per subtractionem.] Et sic etiam compelluntur alii clerici, quando necessitas uel utilitas, ut ordinentur, exposcit, supra de æta. & qual. quæris. nec habet locum distinctio, quæ consueuit notari, 84. dist. in prin. maximè ubi quis recipit beneficium animarum curam habens annexam sibi, ind. functè debet promoueri, uel priuari illo officio, sup. de elect. cum in cunctis. & sup. de æta. & qual. c. 1. & 40. dist. per totum.

CAP. VI.

EX parte tua fuit ꝓpositū coram nobis: & infra. ¶ Mandamus quatenus ꝑpetuos vicarios,[d] vt in ecclesijs, in quibus vicarias obtinent, resideant, & se in presbyteros (vt eorum † cura exigit) faciant promoueri ꝑ subtractionem[e] prouentuum, vel ipsarum vicariarum compellas.

TITVLVS XXIX.

De officio & potestate iudicis delegati.

¶ Alexan. iij London. epō.

¶ Delegatus Papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios qui suam iurisdictionem impediunt.

DE OFFICIO ET POT. IVDICIS delegati.

¶ Visum est supra de iis qui gerunt uices alienas in diuinis officiis. et in iurisdictione uoluntaria restat uidere de iis qui gerunt uices alienas in iudiciis et in iurisdictione contentiosa. Verum quia delegatus Papæ est maior quolibet ordinario intra eod. tit. sanè 2. et de off. leg. studuisti. ideo ponitur hæc rub. ante rubricas sequentes, secundum Ioan. Ard.

De cuius materia non habetur ita specificè in decretis, sed in aliquibus c. et præcipuè in c. quia sunt 28. distinct. et reperitur in 6 et in cle. Bened. Capia. Habetur etiam 2. ... qui sunt 74. dist. quorundam, 94. dist. c. 1. et 2. 25 q. 2 igitur.

Marginalia: † Cap. 1. eo. titu. in 3. cōp. — † Tua nobis. — † Vide l. fin. cū ibi no. C. si a nō cōp. iud. — † Et de uicariorū iurisdictione de q. bus hoc loco, uide qua les creari debeant, Cōc. Trid. sess. 24. de refor. c. 16 — † Innocent. — Iurisdictio vicarii Papæ ad quot milliaria extendatur. — † eorum. — Vicarius perpetuus quis dicatur. — † Vide Pau. Apostoli 2. ad Thes. 3. Qui non laborat, non manducet.

Quia

Quia quaesitum.] Communis diuisio ponitur in hac decre. Secunda ibi, Sic tibi. Abb Sicu.

CASVS. Quidam impetrant literas contra aduersarios suos: & cum ipsi eos faciunt ad iudicium vocari, Potestates & alij potentes minis & terroribus compellunt conquerentes silere: & sic mandatum domini Papę eluditur: quaeritur quid iudex facere debeat? Respondet Papa, quod sicut agentes & consentientes pari pęna puniri debent: sic eodem modo, tam illi qui trahuntur in causam, quam principales fautores eorum, si iustitiam impediunt, per censuram ecclesiasticam sunt coercendi. No. quod iurisdictio iudicis extenditur ad omnes illos qui iurisdictionem illius impediunt: licet de illis literis non fiat mentio

CAP. I.

Quia † quaesitum est, quid faciendum sit de potestatibus, quae † cum praecipimus alicui iustitiā exhiberi minis, aut terroribus conquerentes silere compellunt [a], & sic mandatum nostrū eluditur: † Sic tibi respondemus, quod sicut agentes, & cōsentientes pari poena [b] (scripturae testimonio) puniuntur, sic tam eos, qui trahuntur in causam, quam principales eorum fautores (si eos manifestè cognoueris iustitiam impedire) [c] districtione ecclesiastica poteris coercere.

¶ Idem Bonon. † epo.

¶ Cum diuersę literae sub eadem data & forma contraria impetrantur & praesentantur & diuersis ab eisdem iudices, supersedetur vtrisque donec consulatur Papa.

CAP. II.

Sanè † si à nobis super aliqua causa literae impetrantur, & aliae postea (nō facta mentione priorum literarum [d]) literae opponuntur, si iudicibus innotuerit, [e] donec Romanum Pontificem consulant, & suam exindè cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant vtrarumque: Ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri.

¶ Idem episc. Londonen.

¶ Delegatus Papa impeditus, subdelegare potest causam, quę sine ipso commodè terminari potest.

a Compellunt.] vnde iudicia causae afflci debent, qui patrocinium potentiorum aduocant, C. ne liceat poten. l. 1. & inf. de ali. iudic. mu. c. 2. & iudex propter prohibitionem illorum non dimittat suam iustitiam exercere. infra de iudi. decernimus, in fi. arg. 11. q. 3. quattuor, c. iniustum, et C. quod metus causa, l. vlt.

[Gl. seq. alleg. duas concordantias, & duo contraria, & soluit distinguendo quadruplicem consensum.

b Pari pęna.] Sic patet quod facientes & consentientes pari pęna constringuntur, sic 2. quaest. 1. notum, 86. dist. facientes, argum. contra, quod magis puniuntur consentientes quam agentes, 23. q. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui consentit. Ad hoc no. quod quadruplex est consensus, s. negligentiae, consilij, cooperationis, & auctoritatis seu defensionis. In primo casu, s. negligentiae, minus peccat consentiens, quam faciens, nisi fortè negligentia nimis crassa fuerit, vt in praelato, vt 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & 83. dist. consentire, & c. nihil. In secundo casu, s. consilij, minus punitur, plus tamen quam negligens, arg. 86. dist. tanta. In tertio casu cooperationis aequaliter peccant facientes & consentientes, & secundum hoc intelliguntur omnes auctoritates, quae dicunt, quod aequaliter puniuntur. In quarto casu authoritatis siue defensionis, magis peccat consentiens defendendo, & auctoritatem praestando quam faciens, & magis puniendus est, 24. q. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui consentit.

ADDITIO. Vnde versus.

Consensus spernit, suadet, iuuat, atque tuetur:
Hic minus, hic q; minus uit, hic ęqualiter, hic plus
Consentiens, operans, defendens, non reprehendēs.

c Impedire.] Vide qualiter iurisdictio extenditur ad istos de quibus in rescripto mentio non fit, [a] sic ex cōsensu extenditur ad illos in quos lata non fuit, infra de sent. excom. nuper, & c. si concubinae. & hoc contingit quia impedit ipsam iurisdictionem, & iudex oia potest, quae ad ipsam iurisdictionem pertinent, & sine quibus causa expediri nō potest, inf. eo. praeterea, & c. significasti, & c. prudentiā, in fi. & c. suspitionis, 1. resp. & inf. de testi. tam literis.

Sanè si à nobis.] Diuiditur: quia primo ponitur statutū. Secundo: ibi, Ne pro varietate eius ratio, Bened. Capra.

CASVS. Aliquis impetrauit literas super aliqua cā contra aduersarium suū ad aliquos iudices, ille aduersarius alias literas impetrauit ad eosdem iudices in alia forma: dubitabant iudices quid facere deberent? Rñdet Papa, quod iudices supersedere debēt executioni vtrarumq; literarū, donec Romanum Pontificē consulāt, ne propter varietates literarum causa valeat retardari. Not. quod ignorantia iudicū circa formā diuersārum literarum, facit executionem iurisdictionis suspēdi, quousque consulatur superior super hoc. Not. quod pro varietate literarū, fines causarum nō debent impediri.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit dupliciter, & secundum reprobat.]

d Priorum literarum.] Contra sup. de rescri. caeterum, vbi valent primae literę, si secundę non faciant mentionem de primis: sed illud intellige quando ad diuersos iudices primae & secundae literę impetrantur: hic quando ad eosdem iudices primae & secundae literae impetrantur, & forma diuersa est, vndè videtur dicere quod supersedere debent, donec consulant superiorem qualiter debeant se habere in causa ipsa, secundum quas literas procedant, ne pro tali varietate negotium ex toto impediatur, si vellent sequi vtramque formam: sed secundum hoc videtur negotium impediri, non impeditur [a] finaliter, sed ad tempus, vel quousque Papa rescribat super illo. Sed hodie non videtur habere locum quod hic dicit: quia procedere debent per formam primo sibi datam, ex quo secundae literae non faciunt mentionem de primis, inf. de appell. vt debitus, & sup. de rescr. c. Capitolum sanctae crucis, & quia tacita veritate impetratae sunt, cum non fecerint mentionem de prima forma. Alij volunt intelligere hoc cap. vt concordet cum illo, caeterum & dicunt quod procedendum est per primas, & supersedere debent executioni secundarum donec consulant Papam super pęna imponenda illi impetranti tacita veritate, sed haec litera, vtarumque cōtradicit eis, & est prius primum dictum verius per decret. vt debitus, sed super expensis potest puniri supra de rescri. caeterum, in fine. De hac materia dixi supra de rescrip c. 1.

e Innotuerit.] s. quod non reuocent primas, B.

Si pro

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. Et post Concil. Lateran. par. 7. q. 2.
† qui.
† eluditur.
Rom. 1.
Abolacer.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. Et post Concil. Lateran. par. 7. c. 3.

a Concord. §. oportet, cū glos. iurisdictione, & ibi Bal. in auth. de def. ciui. colla. 2. & Barto. in l. 1. §. cū igitur, ff. de ai & vi arma.

a Secundū Laurentiū, & Vincentium. Ioan. Andr.

SI pro debilitate.] Diuiditur in tres partes, primo ponit dictum. Secundo: ibi, ita tamen, ipsius determinationem. Tertio generalem exceptionem ibi. Nisi forte. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis est delegatus à Papa super aliqua causa. Iudex impeditus non poterat in causa procedere, quærebatur vtrum possit alij committere vices suas? Respondet Papa, quod si debilitate, vel alia iusta causa impedit fuerit, bene potest vices suas committere personis idoneis & discretis, ita quod si causa esset dubia, in dicendo ipsum cõsulat. & si fortè cã esset ita grauis, quod sine ipsius pñtia terminari non posset tunc non committat. No quod delegatus Papæ pót committere aliã causã sibi cõmissã, iusta de causa impeditus. Itẽ nota quod delegatus graues causas comittere nõ debet.

† Ca.4.e.tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. pa.7.c.5.

† Vox.c.l.de est in antiquis.

CAP. III.

SI † pro debilitate, vel pro qualibet alia graui causa † vel necessitate, tractandis causis, quæ tibi à sede Apostolica committuntur, interesse non poteris, liberum [a] tibi sit personis discretis[b] & idoneis vices tuas committere. Ita tamen quod si res tanti est, te cõsulere [c] debeant. Nisi fortè causę[d] ita graues[e] sint, quod sine præsentia tua nõ possint commodè terminari.

¶ Idẽ V. † Carnotẽ electo.

¶ *Si causa committitur infra certũ diem decidẽda, nisi partes prorogẽt, per lapsum diei expirat iurisdictio.*

CAP. IIII.

DE † causis, quæ infra certum [f] terminum decidendæ committũtur hoc tuam volumus cognitionem tenere, quod nisi dies præfixus, de cõsensu partium [g] proroget, [h] eo transacto [i] mãdatum expirat.

¶ *Vbi certa pœna per ius statuta nõ est, delegatus imponit arbitrariam. hoc dicit.*

¶ Illis etiam qui pro causis

a Liberum.] Etiam partibus inuitis, cum potestas sit taliter a lege concessa C de iud. a iudice. & inf. e. qui apostolica. nisi in casu eiusdem decre. §. is autem. & inf. eo. l. pastoralis in princ. & compellere etiam potest renuẽtem, nisi malitiose exonerare se vellet, vt ibi dicit; & sic semper iusta causa debet subesse, quando causam committit, vt hic habes.

b Personis discretis.] Inf. de consan. & affi. ex literis. & inf. de præben. super inordinata.

c Te consulere.] Tanquam virum discretum, & non tanquam iudicem: si vices tuas in totum commisit, ut inf. eo. super quæstionum. § porro. 1 alias si cum eo postea uellet iudicare, non ualeret, infra eo. cum super.

§ Concor. l. nõ ualet. cũ no per Bart. C ad l. Fla. de pla. et de cõ. deleg. super quæstionũ cum glo. simpliciter. lib. 6.

d Causæ.] Puta inquisitio excessuum. prouisio ecclesiæ arg. infra eo. quoniam apostolica. § 2. secundum formam illius. § alioquin bene posset committere magis perito.

e Graues.] Sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem, C. de procura. l. vlt. nec tamen potest cogi constituere procuratorem. inf. de procu. querelam. Bernar.

DE causis.] Diuiditur in duas partes principales, sicut sunt duo dicta, primum ut in rubro. secundum vero huc intendit: Vbi certa pœna per ius statuta non est. delegatus imponit arbitrariam. Secunda: ibi, Illis etiam.

CASVS. Aliqua causa commissa fuit decidenda infra certum tempus, puta infra duos menses. quærebatur vtrum iudex termino sibi præfixo elapso, posset ulterius de causa illa se intromittere, si infra tempus præfixum non fuerit terminata? Respondet Papa, quod nisi dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu partium infra tempus statutum in litteris fuerit prorogatus, eo transacto mandatum apostolicum expirauit. Secundo quærebatur: Ecce iudex delegatus citat partes ut uenirent ad præsentiam suam, nolunt venire uel stare iudicio suo: quæritur qualiter puniri debeant? Respondet Papa, si tale negotium fuerit, quod certa pœna in canonibus exprimatur, illam imponat, alioquin puniat eos secundum arbitrium suum, considerata qualitate delicti, & etiam causæ. Nota quod, iurisdictio delegati potest ad maius tempus de consensu partium prorogari. Item delegatus pœnam statutam in iure imponere potest, non aliam. Item si nulla pœna statuta est super negotio, de quo iudex cognoscit, pœnam contumaciæ imponat secundum arbitrium suum.

[Glossa, seq. primò dicit, quãdo currat. secundo quærit. arg. pro & contra & soluit.]

f Certum terminum.] Tempus id currit postquam literæ iudicibus præsentantur. inf. de appel. sig. eo. 2. Quid si infra xx dies causa cõmittatur terminanda, nunquid induciæ xx. dierũ dandæ sunt. 3. quæsti. 3. offerantur. Videtur q sic quia beneficium iuris nemini est auferẽdum. 9. distin. de his. & ff. de re iud. l. 4. §. si quis ex testamento. & restitutio, quæ intra quadriennium determinari dẽt reo dilationem petẽte prorogatur vltra quadriennium, & tunc prodest tam reo quam actori C. de tẽp. in integ. resti. petendæ. sed contradicit in fin. quia tempus prorogari non potest, nisi de consensu partium. Solu. propter temporis angustiam puto arctandas inducias, & non ampliandas: interdum enim licet iudici arctare tempus a lege statutum. ff. de re iud. l. 2. & infra de reg. iur. quod ad consultationem. nam & causa criminalis infra biennium terminanda est. C. de iud. properandum. in princip. & C. vt infra certum temp. crim. quæstio ter. lege vlti. quandoque tamen intra quinquaginta dies. C. vt omnes tam ciui. quam crim. iud. lege 2.

† Ca. eo. tit. in 1. cõpil. & post concil. Lateran. pa. 7. c. 6.

[Glo. seq. arg. alleg. 2. iura & 6. alleg. in contrarium. soluit distinguendo]

g Consensu partium.] Arg quod de consensu partium solemnitates iuris possunt remitti. argu. infra de testi. ipsi licet & ff. de fer. l. 1. arg. in contra. infra de fer. cap. vlt. & 3. q. 5. accusatoribus 2. 1. dist quorundam. C. de li. causa. nec si volens. C de arbi. authen. decernimus. C. de iura. ca. l. ulti. §. sed quia. Solu. illæ solemnitates iuris, quę sint introductæ in fauorem partium, possunt omitti de consensu partium, vt ff. de fer. l. 1. & infra de testi. tutis. & infra de testi. ipsi licet, sed illis solemnitatibus, quæ sunt introductæ propter reuerentiam dierum, partes renunciare non possunt. infra de fer. c. ul. & illis quæ pro communi utilitate siue publica, vt in præalleg. §. sed quia & cęteris, quæ sunt de substantia iudiciorũ, vt est libelli oblatio, et litis contestatio, et quod sententia feratur in scriptis.

Iuris solemnitates an possint remitti p partes.

1 Al. Dec.

h Prorogetur.] Et ita patet quod iurisdictio quæ certo tempore finitur, potest prorogari ad maius tempus. De prorogatione iurisdictionis dicetur intra eod. P & G. Et si cõpromissum fiat ad certum tempus, finitur compromissum, nisi de consensu partium prorogetur. ff. de arbi. diem proferre.

i Eo transacto.] posset 3 quæri in capit. isto Pone quod iudex ultima die iurisdictionis suæ tulit sententiam, quis mandabit ipsam executioni. nunquid idem ipse iudex? Dico quod sic. quoniam potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi. argu. infra eod. ex literis.

3 Hæc glossa non est in antiquis libris.

a Venire.] Dummodo citato teneat, aliàs non tenetur, ʃ. de elect. bonæ memoriæ. & inf. de fer. ca. vl. Bez. [Glo. seq. quæri, & tripliciter soluit.]

b Certa.] Sic est in vsurarijs, inf. de vsur. quia in omnibus. & si illi perseuerauerint, excõicentur, inf. de vsu. Præterea, sed certa pœna statuta est: quia si est cõtumax, si talis est res, debet mitti in possessionẽ causa rei seruandæ: si non est talis, excommunicetur. inf. vt lit. nõ contest. tux. & cap. quoniã. Quid si diuersæ sunt pœnæ? minor imponatur. de pen. dist. 2 pęnæ. 50. distin. si quis voluntate. & ca. si qua femina vel loc. erit fratificationi, if. de iur. patro. cum autem aduocatus. vel illam, quæ magis timetur, ut in ca. qm frequer ter. in si. [Glos. ier. distinguit inter delegatũ & ordinarium.]

c Eandem infligas.] cum sis delegatus: quo casu dispensare non potes sed iure communi procedere: cũ fines mandati exacta diligẽtia sint seruãdi. ʃ. de rescript. cum dilecta. secus in ordinario, qui dispensare potest. infra de iud. at si clerici.

d Arbitrium.] Arg. ff. de iure deli. l. 1. §. j. qualitate delicti & causæ & personæ inspecta. inf. de homi. sicut dignum.

sis tibi commissis, ad citationem tuam venire,[a] aut tuo super his parere iudicio neglexerint; si tale fuerit † negotium, quod certa[b] exinde pœna in canonibus exprimatur, eandẽ infligas,[c] alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundum tuum arbitrium[d] punire procures.

¶ Idem archiepiscopo Senonẽsi.

¶ *Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.*

CAP. V.

PRæterea † super hoc quod nos cõsulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem, vt veniat, aut damnare si nõ veniat. ¶ Hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quod postquã ei causa licet simpliciter[e] delegatur, satis potest nostra auctoritate partes cõpellere: & et contumaces seueritate ecclesiastica coercere:[f] etiam si literæ commissionis id nõ cõtineãt, aut † partes mandatũ nostrum non habeant, vt accedant: Quia ex eo quod causa[h] sibi cõmittitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscũtur, plenariam recipit potestatem.

¶ Idẽ Vintoniẽ. episcopo.

¶ *Si causa pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur.*

CAP. VI.

QVamuis † simus, & infra. ¶ Si verò

PRæterea.] Ponit casum, ipsius responsionem, & responsionis rationem. Secunda ibi, Hoc tibi. Tertia ibi, Quia Abb.

CASVS. Alicui delegato causa commissa fuit simpliciter sub hac forma: Causam, quæ vertitur inter tales, tibi committimus terminandam. quod iustum fuerit exequaris; iudex iste quia in rescripto non continebatur quod posset punire contumacem, vel quod posset citare partes: quæsiuit vtrum posset contumacem cogere vt veniat, aut vt possit eum punire si non veniat? Respondet Papa, quod postquam causa iudici est commissa: licet tamen simpliciter, potest partes compellere vt veniant, & punire contumaces ecclesiastica seueritate, quamuis in literas non contineantur: aut partes mandatum non habeant vt adinuicem accedant: quia ex quo causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam pertinent, plenariam recipit potestatem. No. quod delegatus potest punire contumaces. Item ex quo causa committitur alicui, omnia commissa intelliguntur sine quibus causa compleri non potest, & sic extenditur iurisdictio ad omnia accessoria.

e Simpliciter.] Sine aliqua forma expressa: quia si certa forma esset data, illa esset seruanda, supra de rescrip. cum dilecta sed cum simpliciter mand at, quod iustum fuerit exequaris, supra de fil. presbyt. cap. penult. tunc habet locum quod hic dicit, quod omnia potest sine quib. causa expediri non potest. inf. eod. prudentiam, in fi. & c. suspicionis. Et sic est arg. quod verbum simpliciter positũ, generaliter intelligitur. 19. dist. si Romanorum. & infra de priui. quia circa.

f Coercere.] Secundum tenorem illius decre. inf. vt lit. non contesta. tux. si lis est contestata, secundum tenorem illius decre. inf. de dol. & contu. prout.

g Mandatum.] Secundum quod habetur ff. de restit. spol. cõ. querente. [Glo. seq. argu. alleg. 6 iura, quod principali concesso, &c. in contrarium alleg. 8. & soluit. Secũdo argu quod aliquo prohibito, et alleg. 2. iura & in contrariũ vnã l. quam soluit. Tertio argu. in connexis. & c. alle. 5. iura. & 4. in contrariũ. & soluit. Io. And. in nouel.

h Ex eo quod causa.] Argum. quod concesso principali cõceditur accessorium 8. distin. quo iure, & 16. q. 1. si monach. & ff. de iur. om. iud. l. 2. & ff. de re iudic. quidam. C. vbi, & apud quos. l. vlti. & ʃ. de in integ. rest. causa. argu. contra. 20. q. 3 constitui. ff. depo. l. 1 §. q depositis. & ʃ. de testa. ad hoc ff. de vsufr. item si fundi §. sed si insula. 2 q. 6. quisquis. & C. de episc. audi. auth. si liberi. & C. de lib. præ. vel exhæ. auth. ex causa. & C. de leg. seruis. solu. prima pars uera est & c. constituit. non est cõtra, q a ibi intentio principalis fuit circa res, alia non tangunt contrarium. Item est arg. quod aliquo prohibito, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud. ff. de spon. oratio, inf de procur. tux. veruntamen licet aliqua sint annexa, & alicui concessa, licèt vnum admittatur, non tamen aliud, imo nec illud. ff. de lib. & posth. si ita. § regula. sed illud est speciale fauore libertatis. Item ar. quod idem iuris in vtroque connexorum, inf. de consti. translato. & 1. q. 3 si quis obiecerit. & 8. dist. quo iure. & inf. de appel. vna ff. de app. si quis, & §. si q s. & §. seq. arg. contra inf. de eo qui dux. in ma. quam pol per adul. propositum. C. de fi. instr. l. 2. & inf de despon. impu. de illis & 2. q. 5 interrogatum. Solu. idẽ iuris est in vtroque connexorum, vbi alterum sine altero esse non contingit, vt hic. & vbi eadem ratio est in vtroquè casu. vt supra de consti translato. secus vbi diuersa est ratio, vt patet per contraria.

QVamuis.] CASVS. Causa commissa fuit sub hac forma: causam, quæ inter tales vertitur, vobis committimus terminandam, faciatis quod decet &c. nulla alia clausula adiecta, quæ aliqñ adijcitur. hæc scilicet, quod si ambo nõ poteritis, &c. quærebat siue dubitabatur, si alter non posset interesse, vtrum posset committere vices suas? Rñdet Papa, si duobus cã committitur, licèt in literis non apponatur: [si ambo interesse non poteritis, alter nihilominus exequatur:] Benè pôt alter committere vices suas siue condiudici suo, sine alij. Nota quod iudex delegatus semper cõmittere vices suas pôt, qualiscunque forma sit; nisi ei prohibeatur.
[Glos.

† Sic.

† Ca. 6. e. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. par. 7. c. 7.

Verbũ simpliciter positũ, est generaliter intelligendum.

† In codice Barua i ta: vt mandatum partes non habeant Apostolicum, vt accedant.

† Cap. 7. eo ti. in 1. cõpil. & post Concil. Lateran. par. 7. c. 8.

[Gl.seq.soluit quæstionem, quæ fuerit dubitatio.]

a Duobus.] Hæc fuit dubitatio: quia causa commissa fuit duobus sub hac forma mandamus ut procedatis in causa: quod iustum fuerit facientes, nulla clausula adiecta, quod si ambo non poteritis, &c. credebatur quod si vnus non posset interesse, quod non posset committere: ideo quæsiuit episcopus Vinton. an posset cōmittere vices suas, & dr̄ q; bñ pōt, qa clausula illa nihil facit quātū ad potestatem committendi, cum habeat illam a lege inf. eo. pastoralis. §. responsio. & c. quoniam, & C. de iudi. iudice.

duobus [a] causa committitur, etiam si non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilominus vnus ex ipsis, siue suo conjudici siue alij vices suas potest † committere in hac parte.

¶ Idē Noruicēsi. episcopo.

¶ *Delegatus Papę exequitur sententiam suam, quam exequi non potest, aut non vult is cui eam commiserat exequendam.*

S Ignificasti.] Primo ponitur decisio consultatio. Secundo ibi, Consultationi Abb. Sicul.

CASVS. Dubitabat iudex iste an delegatus posset sententiam suam mandare executioni, si ordinarius ad mandatū suū eā exeq. nollet, aut nō posset. Rñ. Papa cōsultus, si iudex ordinarius ad mādatū delegati a Papa, aut non vult aut nō pot aliis resistentibus sniam a delegato latam executioni mādare, delegatus nihilominus intā ab eo latā pōt executioni mandare, & punire resistentes. Nota q; ex ista decr. vř innui q; executio sniæ spectet primo loco ad ordinariū. Item nota q; delegatus Papæ pōt punire oēs impedientes officiū suū. tā in cognoscendo, q̄ in exequendo, & suam sententiam pōt exequi, & mandare alii vt eam exequatur.

CAP. VII.

S Ignificasti † nobis: & infra. Cōsultationi tuæ taliter respōdemus, quod si iudex ordinarius [b] ad mandatum iudicis delegati a nobis, aut nō vult, [c] aut non potest (alijs resistentibus [d]) sententiam ab eo latam effectui mancipare: delegatus iudex eam † auctoritate nostra sibi commissam, potest executioni mandare; & si qui sibi restiterint [e] eos sentētia ecclesiastica coercere.

Idem.

¶ *Si ordinarius scit eum non canonicè institutum, quem delegatus Papę mandat in possessionem induci non resistat violenter, sed precibus instabit, ut differat donec Papa consulatur.*

CAP. VIII.

S I † quandò clerici coram iudice delegato, prælatos ecclesiarum super ecclesiis quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem iudice transactione [f] † uel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem & canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato [h] resistere [i] violenter † sed apud ipsum instare, vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

¶ Idem Brixiēsi episcopo.

¶ *Post diffinitiuam executioni mandatam, expirat delegati iurisdictio.*

CAP. IX.

I N literis † & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd ex quo iudex delegatus per se vel per aliū, sententiam ...

(Gl. seq. recitetur per q. Ioan. Andr.)

b Ordinarius.] Dubitatio fuit quia iste credebat, quod delegatus iudex nō posset suam sententiam mandare executioni. arg. 2. q. 6. quisquis. & ff. de re iu. a diuo Pio. sed potest, vt hic patet.

c Non vult.] Si non vult, potest compelli a delegato, qui maior est illo etiam epō quantum ad causam illam. ff. eod. sane & inf. eo pastoralis, §. ū euā si sciat eam iniustā inf. e. pastoralis, §. q. vero. dū in faciat ei fidem de iurisdictione sua, infra c. cū in iure. & C. d mād pri.l. vnica.

d Resistentibus.] Quos potest excommunicare, cum habet coertionē, alias talis executio delusoria uideretur. ff. eo. ex literis, & arg. ff. de offic. eius cui mand. est iu. l. uis in fi. & i. eo. c. 1.

e Restiterint.] Et sic videntur fieri de sua iurisdictione præstando impedimētum: vnde illos pōt excōicare. s. eo. quia quæsitum, & inf. de testi. cum literis.

S I quando.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, Ordinarius. Abb. Sicul.

CASVS. Aliquis clericus impetrauit literas ad aliquem delegatum contra prælatum ecclesiæ, super ipsa ecclesia: prælatus coram iudice tractus est in causam: tandem per compositionem uel alio modo, clericus ille ecclesiam obtinuit coram illo iudice: & certum est quod clericus nec canonicam institutionem nec possessionem in ipsa ecclesia habuit corporalem: delegatus mandat al cui ut illum clericum mittat in possessionem ipsius ecclesiæ: quæritur vtrum episcopus debeat resistere mandato huiusmodi delegati? Respondet Papa quod ordinarius non debet violenter resistere delegato, sed apud ipsū debet instare, ut differat illum mittere in possessionem, donec Papa super hoc negotio veritas innotescat. Nota quod ordinarius non debet violenter resistere delegato, nec impedire officium suum.

Glo. sequens recitetur per obiectionem.]

f Transactione.] Transactio in spiritualibus interueniente non potest proprie sumpto vocabulo. ff. de transa. super eod. amicabilis autem cō positio posset. infra de transa. statuimus. arg. ad hoc. inf. de pb. nisi, & ff. de re ptun. cap. fi. Vnde expone transactione, i. amicabili compositione.

g Institutionem.] vnde titulum nō habent uel causam possidendi, titulus enim non acquiritur per transactionem in spiritualibus, sed canonica institutione. infra de insti. ex frequentibus & ff. de decu. Herennius Modestinus. 1

h Mandato] De mittendo in possessionem illum transigentem.

(Glossa sequens recitetur per quæstionem.)

i Resistere.] sed precibus instet, alias appellet, si non admittat preces & tenebit appellatio infra eod. super eod. arg. inf. de re iu. cum super controuersia

I N literis.] Diuiditur: quia primo ponitur decisa consultatio, secundo responsio: ibi, Consultationi, tertio redditur ratio: ibi, Quia. Bened Capra.

CASVS. Iudex delegatus tulit sententiam super aliquā cā sibi commissa. quærebatur usque ad quod tempus iudex iste delegatus interponere posset ut stetur sniæ suæ? Rndet Papa, quod ex quo per se uel per aliū snīam in mandauit executioni, expirat iurisdictio illa: quia semel est officio suo functus. Nota quod delegatus Papæ & per se & per alium pōt exequi sniam suam. Item nota quod qui se mel officio functus est, deinceps non habet iurisdictio

¶ Nō tamen pōt alium sibi associare iurisdictiōe non habentem infra e. cum sit.

† Cap. 9. eo. tit. in 1. com pila. & post Concil. Latera. pa. 7. ca. 4.

† Alias, eam auctoritate sibi commissa. ... auctoritate apostolica sibi commissam ... auctoritate ... sibi com...

† Ca. 10. eo. tit. in 2. cōp. & post Cō. Later. par 7. ca. 12.

† per transactionem.

† Facit ad hoc tex. in l. nec magistratib. ff. de mun.

Trāsactio in spūalibus nō hēt locum.

† Post Conc Later. sub Alex. 3. c. 10.

† Vbi df, q̄ sola ... salam nō facit decurionem.

ctionem: quod verum est cum sententiam mādauerit executioni, vel mandari præcepit cum effectu.

a Præcepit.] Cum effectu. s. nam si mandauit, & non est partium ipsemet postea exequatur, vt supra c. significasti. verba enim cum effectu sunt accipienda. inf. de cle. nō resi. relatum. & de pœn. dist. 1. hæc autē verba. & ff. quod quisque iur. l. 1. §. hæc autē verba. & ff. de ipō. c. vlt. hæc pōt facere vsque ad annum à die latę sntæ, inf. eod. vt quærenti.

[Gloss. sequ. alleg. duas cōcor. & ponit 70. alios casus, quib. expirat iurisdictio delegati.

b Officio suo functus.] Sic. ff. de re iudi. iudex. & inf. eo. c. venerabilis. Et ita expirat delegati iurisdictio, sntia lata, & executioni mandata: vt hic. Item finitur morte iudice, cui proprio nomine scribitur infra eo. q̄m abbas. à contrario sensu. Itē per mortem illius cōtra quem litera impetratur re integra. supra de rescrip. signaficauit. Item reuocato mandato, ff. de iudi. iudicium soluitur, & per secundas lras, quæ expressam faciunt mentionem de primis, supra de rescri. cæterū. Item si iudex remittit causam superiori, infra de l. leg. licet Tranen. Item elapso termino commissionis, supra eo. de causis. Itē si re integra moritur delegans inf. e. gratum, & c. licet. Itē per legitimā recusatione, inf. de fo. cōp. licet. & inf. de app. sequens. Itē p appellationē legitimā inf. de app. vt debit⁹. Itē p delatiō e appellationis. ar. inf. de app. sæpe, & c. interposita.

tiā executioni mandauit vel mandari præcepit, [a] eius auctoritas & iurisdictio cessat: Quia semel est officio suo functus [b]

¶Idē abbati sancti Albani.

¶ *Reo absente non per contumaciam, delegatus datus nisi ad diem, non restituet actorem, licet possessionem et deiectionem probare volenti.*

CAP. X.

Consultationibus † & infra. Quæsitum est verùm si aliquis ecclesia vel possessione qualibet se asseuerans absquè iudicio & causa rationabili spoliatum, & à nobis ad iudices literas obtinuerit, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudici eū esse taliter spoliatum possessio debeat ei restitui: cum is qui tenet ecclesiam vel possessionē quā ipse requirit, antequam [c] de literis ipsis aliqua mentio fieret, studiorum vel peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentauerit, nec infrà tempus præfixum † iudici possit suam præsentiā exhibere. Super quo respōdemus, quod nec potest nec debet restitutionem [d] habere, quamuis paratus sit coram iudice delegato, testibus idoneis possessionem, [e] & deiectionem suam probare: nisi is [f] qui possidet, se per

10
20
30

† Cap. 15. e. tit. in 1. compila. et post Concil. Lateranē. par. 7. ca. 27.

† Vel q. simpliciter cum alio uel aliis datus est. inf. eo. uno delegatorū. Ioan. And.

Consultationibus.] Cōmunis diuisio. Secunda: ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis fuit spoliatus ecclesia sua. seu alia possessione sine iudicio ecclesiæ. & absque rōnabili cā: accessit ad Papam, & conquestus fuit ei, q taliter fuerat spoliatus, & obtinuit lras ad iudices sub hac forma, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudicib. eum taliter fuisse spoliatum: ille qui ipsum spoliauit, absens erat antequam aliqua mentio fieret de literis illis, causa peregrinationis, vel cā studiorum, vel alia consimili, nec infra tempus comprehensum in literis poterat se iudici præsentare; quærebatur vtrum possessio debeat illi restitui, cum paratus sit suam possessionem & spoliationē probare? Respondet Papa, quod nec potest, nec debet habere restitutionem, quamuis paratus sit probare coram delegato possessionem & deiectionem: verumtñ si ille, qui possidet lite contestata se contumaciter absentaret, tunc deberet ei possessio ablata restitui si probauerit se possedisse, & spoliatum fuisse. Nota quod spoliatus ad hoc vt restituatur, duo dēt probare. s. possessionem, & deiectionem. Item contra absentē causa peregrinationis vel studij uel alia consimili, non est procedendum diffinitiue; nec contumax reputatur.

c Antè quam.] alias si fraudulenter recessisset, secus esset. ¶. de ap. el suggestum, uel post citationem, infra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. vlt. sed ibi supplemur maxime, & hic eodem modo.

[Glo. seq. recitetur per q alleg. 3. l. q cd non. & 3.

ad cōtrariū, & soluit distinguēdo tres spēs possessionū. ¶.

d Restitutionē.] Sic vr̄, quod si quis sit absens iusta de cā, & non animo fraudandi, non debet fieri missio in possessionem bonorū ipsius, ff. qui. ex cau. in pos. ea. Fulcinius, §. q d sit latitare. arg. ff. de iudi. l. non videtur. ff. de pecu. cod. l. ge. rñ. 1. arg cōtra C. de test. mi. ignorante, & ff. de priui. cred. l. vl. & ff. q b ex cau. in pos ea. Fulcinius. §. si fūdū. ga in istis cōtradicit, q ēt iusta de cā absens si non defendit, fit missio in possessionem. Solu. aliud est bona alicuius possidere; & aliud i possessionem mitti, & aliud restituere possessionē: quia si aliquis vocatus latitat causa fraudandi creditores, si non defendatur bona viri arbitratu, a bona eius possidere iubetur, & etiā vēdūtur, ff. ex quibus cau. in pos. ea Fulcinius circa princ. & §. quid si latitare. & C. de bona auct. iu. pos. cum proponas & fin. q. dī in auth. ibi posita, & qui in sartā autē vocatus si latitat, vt fraudet creditores, sed abns est ex quacūque cā probabili, vel nō probat illi, necessaria uel non necessaria, si non defendatur, mittūtur creditores in bonorum possessionē cā custodiæ, nec ea uendere possūt nec possidere. ff. quib. ex cau. ma. in integ. re. item sit, §. hic sit & ff. de acq. pos. possideri. §. vlt. & inf. vt lit. non contesta. q̄m. in fi. & hoc in personali actione sed si quis absens sit contra quem agatur actione reali, citari debet ad domum, & interrogandi sunt amici an ipsum defendere uelint. ff. ex quib. cau. ma. l. ergo. & non sit qui eum defendat fit missio in possessionem petitam cā rei seruandæ, infra ut lit non contest. q̄m §. in aliis, & sic intelligitur contrarium illud, §. si fundum. Aliud est possessionem restituere, ut hic dicit: quia tunc est possessor quoqusque eumeatur proprietas, & habet commodum possessionis, hoc denegatur in casu præsenti si daretur restitutio, quasi diffinitiuè procederetur contra absentem lite non contestata, quod esse non debet inf. vt lite non cōt. per totum, & idē est seruandum in hac cā, sicut esset si tractaretur cā proprietatis, inf. vt lite non conte. c. 2. Quid ergo faciet ipse spoliatus; fiet denunciatio ad domum legitimam et si non sit qui eum defendat mittatur in possessionem cā rei seruandæ, reo postea ueniente iusta probata causa absentiæ restituitur in integrum, uel ad appellandum: & hac missio non prohibetur hic: sed restitutio tantum, de restitutione absentis dicitur 2 q. 6. biduum, & si aduersus absentem, et etiam sine iusta causa restituitur ei possessio quandocunque intra annum: prout dicitur in decret. quoniam, §. in aliis.

e Possessionem & deiectionem.] Nota quod hec duo tenetur probare qui petit restitui, s. se possedisse, et spoliatum fuisse infra de resti. spolia. olim. causa, et infra qui. filii sint legi. causam que, et idem est si aliquis spoliauit uel mandauit, uel ratam habuit spoliationem, infra de resti. spol. cum ad sedem, ad fin. ff. de ui & ui arm. l. 1. §. deiecisse.

f Nisi is.] Per hanc literam videtur quod si iste contumaciter

Possideri bona, in possessionē mitti, et restituere possessionem differunt.

† præmissum in vno non multum uertitur.

2 Glossa est similis in l. cum proponas. C. de bona aucto. iud. possid. textus in l. si finita. § non autem. ff. de damn. infecto.

40
50
60

maciter fuisset absens, q esset restitutio facienda; quod non est verum, nisi post litem contestatam: quia tunc si esset contumax, reciperentur testes, & restituitur, si probasset suam possessionem & spoliationem: & sic intellige versiculum ultimum: aliàs testes ante litem contestatam propter contumaciam non sunt recipiendi in cā restitutionis, inf. vt lit. nō contest. c. 2. & sic mutat casum, & similis mutatio est causa pos- set. cap. penult. quia supra dixit de eo, qui erat absens probabili causa, & antequam sciret literas contra se impetratas: & hic loquitur cum lite contestata, contumax inuenitur: & in eo casu (si liquet de causa) restituatur possessio. infra de dolo & contuma. prout, vel mittitur tantū in possessionē causa rei seruandæ propter cōtumaciam lite non contestata inf. vt lite non contestata, quoniam, §. in aliis, vel potest intelligi secundū opinionem illorum, qui dicebant, quod lite non contestata possunt recipi testes contra contumacem, & sententia ferri, hæc fuit opinio Hugo. & sic propriè tenetur illud, nisi. Ber.

Intellit q ... mutatio i... ipsius ... in statu causæ. Io. And.

† Cap. 16. e. tit. in 1. cōp. Et post Cōcil. Lateran. par. 7. c. 20.

† Facit text. in l. generaliter. cū no. ff. de sol. Lau...

cōtumaciam absentasset.

¶ Idem Carnoten. episc.

¶ Delegatus Papæ in causa sibi cōmissa, iurisdictionem habet super ordinarium & quemcunque maiorem.

CAP. XI.

ij Sanè † quia nos, & infra. ¶ Tuæ quæstioni duximus respōdendū, quòd iudex à nobis delegatus vices [a] nostras gerit, vndè in causa illa superior est, & maior illis quorum causam suscepit terminandam. [b] † ideòque si episcopus [c] vel alia persona, [d] quæ non sit de iurisdictione [e] illius, in causa quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundùm qualitatem facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia à iudice delegato compelli. [f] ¶ Ita quòd iudex secundū negotij qualitatem temperatè procedens, episcopo vel ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium [g] interdicat: aut etiā terram illius, quę ad iurisdictionem suā pertinet specialiter, [h] interdicto supponat.

¶ Idem Eboracen. archiepō, & epo Conuentren.

¶ Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacaturam: secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesiæ cum vacaret, & illa postmodum vacat, debetur primo, & non secundo. h. d. & est notabilis decisio.

CAP. XII.

Ex † parte N. nobis innotuit, q cum ad te frater Cōuentreñ. nostras literas impetrauerit, vt ei

† Cap. 17. e. tit. in 1. cōp. Et post Cōcil. Lateran. par. 7. c. 21.

Sanè.] Primò ponitur decisa consultatio. Secundo responsio; ibi, Tuæ. In qua tria facit. Primo præmittit responsionis causam; Secundo, ibi, ideoque, respondet. Tertio; ibi, Ita quod responsum declarat. Bened. Capra.

CASVS. Aliquis clericus uel laicus causam habet cum episcopo; causa ipsa commissa fuit alicui iudici delegato contra episcopum, qui delegato non subest; aliàs quæritur qualiter delegatus episcopi punire debeat ad aliquid faciendum vel dandum, cum rebellis fuerit ipsi delegato? Respondet Papa, quod iudex delegatus ab ipso, uices ipsius gerit, & ideo maior & superior est illis quorū causam suscipit terminandam. Vnde si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione ordinaria iudicis delegati in causa quæ sibi à sede Apostolica delegatur rebellis & contumax fuerit, iudex delegatus potest ipsum episcopum interdicere vel suspēdere, ita quod secundum qualitatem negotij temperatè procedens episcopo interdicat ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium, vel terram ipsius episcopi interdicto supponat. Nota quod delegatus vices gerit delegantis. Item maior est illis quorum causam suscipit terminandam. Item contra maiores partes ab initio temperatè delegatus procedere debet. Item terra potest interdici pro delicto domini.

a Vices nostras.] Quòd delegatus vicem gerit delegantis, 93. di. cap. ult. & 94. dist. c. 1. & ff. de off. eius cui mād. est iurisd. & si prætor.

[Gl. seq. arg. quod Papa, &c.]

b Terminandam.] arg. 21. di cap. inferior. & cap. denique. Item maior est ordinario quantum ad causam illam, inf. de offic. ordi. pastoralis. Item argum. quod Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur, 2. q. 5. man lastis.

c Si episcopus.] Cuius causa commissa est delegato & ita est de iurisdictione delegati quantum ad illam causam.

d Persona.] Cuius causa non est delegato commissa: tamen si iurisdictionem delegati impediat, delegatus potest illum punire, vt hic dicit: & sup. eo. c. 1.

e De iurisdictione.] Quia ex tali delegatione fit de sua iurisdictione, cuius causa est delegato commissa.

[Gl. seq. no. in pœnis, &c. & signat contrarium.]

f Compelli.] Cùm habeat iurisdictionē in illum: aliàs nulla esset delegatio talis, infra eo. ex literis, & ff. de offi eius cuius man. est iurisd. c. l. vlt. in fi. & est notabile: quia defertur maioribus, in pœnis inferēdus propter dignitatem, cōtra habes, inf. de tra. reg. ea quæ. primo responso.

ADDITIO. Sed quod verum est, ab initio est deferendum.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

g Officium.] Quando sic specialia interdicuntur, alia non interdicta pōt exercere, sup. de cor. viri c. significauit, secus si esset simpliciter ab officio suspensus. Ber.

h Specialiter.] Hoc fit cum eps suo nomine conuenitur, & est argum. quod alius pro delicto alterius punitur. Item argu. pro delicto vnius totam terram supponi interdicto, sup. de postu. ad hæc, & infra de spon. non est vobis.

Ex parte.] Diuiditur quia primò ponitur partis conquæstio. Secundò prouisio; ibi, Quoniam igitur. bb.

CASVS. Quidam clericus N. nomine impetrauit literas ad episcopum Conuentreñ. vt archidiaconatum, quem in ecclesia ipsius primo vacare contingeret, assignaret eidem; literis illis præsentatis, quidam alius R. nomine literas alias ad Ebora. archiepiscopum impetrauit sub hac forma; vt si auunculus eius archidiaconatum, quem habebat in ecclesia Conuentreñ omninò dimittere vellet, ipsum assignaret eidem, nulla de prioribus literis habita mentione, eps Conuentreñ hoc intellecto significauit negotium domino Papæ per eundem N. super negotio isto scribit Papa archiepiscopo & epo prædictis dicens, quod si memor fuisset pro dicto N. scripsisse, pro aduersario suo nullas literas dixisset. Vnde mandat eisdem, quatenus præfato N. archidiaconatum ipsius ecclesiæ, si vacet, assignent, non obstantibus literis posterius impetratis. Nota quod si literæ super beneficio impetrentur & præsententur, literæ posterius impetrata super consimili beneficio eadem ecclesia non facientes de prioribus mentionem, non valent.

a Omni-

proprijs nominibus, & ambo citauerunt partes: abbate Vincestrię tandē mortuo, & altero substituto, abbas Leicestriæ processit postea cum abbate Vincestriæ substituto, & tulerunt sententiam, & dñs Papa confirmauit illam. Vel pōt poni casus: ꝙ abbas Leicestriæ solus citauit mortuo conindice suo: quia sub illa forma, ꝙ si ambo non poteritis, &c. & postea altero substituto cū eo processit, quod benè potuit. & hoc potius cōcordat literæ, vt patet in prin. Ber. No. per hanc decre. ꝙ q̄ causa cōmittitur dignitati non expresso nomine prælati, eo mortuo successor in eadem causa procedere debet. Abb.

partibus diem ad agendum præfixit,[a] abbatem Vincestrię de nouo substitutum[b] iudici præmortuo, illi mandato nostro porrecto: quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiunxit: Nos sententiam illorum (sicut est iusta)[c] ratam & firmam habemus.

¶ Idem.

¶ *Si quæstionem de iure præsentandi Papa delegat appellatione remota, & sub ea forma, vt delegatus ad præsentationem eius ad quē viderit pertinere, ordinet ecclesiam: per hoc non habet instituere, sed pronunciare: & is ad quē pertinet, instituet: & si iuri suo detrahitur, licitè appellat.*

CAP. XV.

Super † eo verò quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri inter aliquos[d] quæstione suborta, cām con-

a Præfixit.] & etiā solus potuit præfigere altero mortuo, si continebatur in literis, ꝙ si ambo non poteritis, &c. quia tunc extitit conditio, nec ꝓpterea expirauit mandatum quantum ad illū defectum, sed statim altero substituto, & cōfirmato ambo procedere debent: quia temporale fuit impedimentum. C. de cur. fur. l. penul.

[Glo. se. primò inducit rationem, & vnam l. secundò obijcit dupliciter, scilicet quòd sine nominis expressione iurisdictio expiret per mortem. Secūdò quòd expressione non obstante transeat ad successorem, & soluit. Tertio quærit arg. negatiuè, & affirmatiuè, & soluit distinguendo.]

b Substitutum.] ecce quòd successor potest cognoscere vnde potuit cognoscere prædecessor & delegatus, & hoc verum est qn̄ ꝓprium nomen in literis non fit expressum: quia pro vna persona intelliguntur: quia dignitas non moritur. sed si proprium nomen in literis fuerit expressum, quia tunc commissio facta fuit personæ, successor non cognoscet: & hæc est ratio, quia (ut dixi) dignitas nunquam perit indiuidua verò quotidie pereūt. ff. de lega. 1. l. 4. si quis in fundi. Sed videtur quòd idem sit. & si nō exprimatur proprium nomē quia hoc nomen abbas talis loci, loco proprij nominis est. ff. de lib. & posth. nominatim. arg. sed non est proprium nomen, sed singulare, vt phœnix, & appellatiuum similiter, & si electus sit loco præmortui idem est, quia idem debet cognoscere vt prædecessor. ff. de iudi. mortuo iudice. in Authen. ut nulli iudic. §. & hoc iube. nus. coll. 9. Sed vr̄ quòd etiam si expressū nō sit nomen dignitatis, quòd successor adhuc cognoscere possit arg. ff. de condi. & demo. l. filiæ. §. Titia. & ff. de lib. & posth. l. placet. & l. seq. & arg. ff. de ann. leg. l. annua. §. 1. sed illud testator noluit. Sed pone quòd plures archidiaconi sunt in aliqua ecclesia, sicut sunt in ecclesia Parisień. & papa mandat archidiacono Parisień. sine additione proprij nominis, vel cognominis, ita non apparet de quo senserit, cum plures sint archidiaconi, quis ergo erit iudex? Vr̄ quòd nullus, quia si duo dati sint tutores eiusdem nominis, nec apparet de quo senserit testator, neuter erit tutor. ff. de testamen. tutel. duo sunt Titij. & si testator, dicat; exhæredo filium meū, cum plures habeat, nomine proprio non expresso, nullus est exhæredat⁹. ff. de lib. & posthu. l. nominatim. & si non apparet qs hęres institutus sit, institutio non ualet. ff. de hæred. institut. l. in tempus. §. quotiens & ff. de reb. dub. si ita fuerit. §. item. si ex pluribus. & ff. de manu. testa. cum ex pluribus. Sed vr̄

Mortuo delegato, qn̄ succedat ei alius.

Vr̄ ꝙ hoc esse non possit. 7. q. 1. in pil. us. in fi. singula. s archidiaconi, &c. Io. and.

Vt si testator plures amicos eiusdem nominis, & non tamen solum primit, apparet quo sensit hoc vult. quoties. And.

ille sit iudex quem Imperator elegerit, sicut si inter duos dubitetur de eodem legato cui potius dari dēat, hæres eligere dēt cui soluat. ff. de leg. 2. si quis seruum. §. si inter duos. & si quis intentione ambigua vsus est, quod ei vtilius est, debet accipere. ff. de iudi. si quis intentione. & ff. de iudi. solemus. & C. de cōdi. indeb. si quis seruum. hoc uidi de facto. Hic satis patet, ꝙ ille quē elegerit actor, erit iudex: qa de illo sensit cū impetrauit literas. ff. de verborum oblig. inter stipulantem. Sed si cōi consensu partium partes concordassent, & consensissent, non distinguendo de quo, quid erit, cū modò dicat actor de vno, & reus de altero, nec potest constare de quo intellexerint, quia nō concordāt? Hic dicere possum, ꝙ ille sit iudex cui primò sit literæ præsentatæ. ꝟ. de rescrip. cap. capitulum sanctæ cru. &. ꝟ. de appellatio. ut debitus. sed si esset simul præsentatio facta, tunc qui dignior est. sed si essent æqualiter digni, fortè dirimatur. ff. de indi. sed cū ambo & 16. q. 2. sors non est.

c Sicut est iusta.] hæc verba cum ponuntur in confirmationibus, conditionaliter intelliguntur. ꝟ. de confir. uti. uel inuti. examinata. & infra de concess. præbend. quia diuersitatem. secus si ponatur in priuilegio: quia priuilegium est lex priuata. 3. distinct. priuilegia. & priuilegium semper debet aliquid ponere. ꝟ. de uerb. signifi. abbate. & infra de priuile. in his. & sic ponantur in sententijs, quas Papa ex certa scientia confirmat, ut hic.

Super eo.] hæc decretalis habet casum notabilem, & multum allegatur. Communis est diuisio. Secunda ibi, Hoc tuam. Abb.

CASVS. Quæstio uertitur inter aliquos super præsentatione rectoris in aliqua ecclesia: cōmittitur causa super hoc alicui sub hac forma, ut si constiterit ius de quo agitur, ad alterutrā partem pertinere, ad præsentationem illius iudex ordinet ecclesiam appellatione remota. Primò quæritur utrum liceat iudici delegato, ignorante episcopo, archidiacono vel archipresbytero ad quem pertinet institutio præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere: & si aliquis illorum ad quem pertinet institutio, appellauerit, verum sit eorum appellationibus deferendum? Papa consultus respondet: quòd licèt quæstionem committat de præsentatione appellat. re. non tamen est eius intentionis facere præiudicium diœcesano episcopo, archidiac. vel archipresbytero: vnde clericus instituendus præsentari debet illi, ad quem de iure pertinet institutio. & si contra factum fuerit, eorum appellatio valebit: quia appellatio solummodo inhibita est inter quos causa vertitur, & non prædictis. No. quòd forma rescripti non est semper seruanda, vt hic patet: sed hoc fit, quia per hoc fieret præiudicium illi, ad quem pertinet institutio, nec nocet illi qui obtinuit. Item licèt causa commissa sit inter aliquos, alij tamen quos negotium tangit, admittuntur ad defensionem suam. Item appellat. remota intelligitur illis inter quos cōmittitur, & non alijs. Item res inter alios acta, alijs non nocet.

d Inter aliquos.] qui se dicunt patronos.

† Cap. 20. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Latera. par. 47. c. 3.

tigerit delegari al cui sub hac forma: vt si constiterit ius [a] de quo agitur, ad partem alterutram † pertinere, ad præsentationem eiusdem de persona idonea ordinet [b] ecclesiam appellatione remota, an liceat [c] delegato iudici, inscio diœcesano episcopo, vel archidiacono, vel archipresbytero reclamante, præsentatum sibi clericũ in possessionem ecclesiæ mittere: & an si archipresbyter, [d] vel archidiaconus, [e] vel episcopus ad quem institutio pertinet appellauerit, † eorum sit appellationibus deferendum.

¶ Hoc tuam volumus discretioné tenere, quòd licèt quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, appellatione remota cõmittamus alicui terminãdam: non tamen est nostræ intentionis, [f] diœcesano episcopo, archidiacono, vel archipresbytero, præiudicium generare: ideoque præsentandus est illi, qui instituendus fuerit: † & tenebit [g] eorum appellatio, si videntes iuri suo detrahi, duxerint appellandũ: quia non † illis, † sed partibus [h] inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.

¶ Idem.

¶ *Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia vnius non tenet.*

CAP. XVI.

CAusam † matrimonij, quæ inter I. mulierem & Blanchacium agitari dignoscitur, Furolienensi,† & Vapicenensi episcopis nos meminimus commisisse: quibus eam viro restitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeò affecit, quòd inuita [i] & coacta inter se & virum suum confessa [k] est parentelam, sicque factum est, quòd ad iudicium [l] vnius eorum, dimisit eandem: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si ieneritis, ꝙ prælatus B. dictam I. ad

a Ius.] scilicet præsentationem, vt dixi s.

[Gl. seq. ponit quæ fuerit dubitatio.]

b Ordinet ecclesiam.] hæc verba ambiguitatem cõtinere videntur: vnde iudex credebat ꝙ ipse instituere posset clericum præsentandum, qđ nõ est verum: vnde sic expone; ordinet; idest pronunciet ordinandã ecclesiã, ad præsentationem illius, qui probauit ius patronatus ad se pertinere: & si eps, archidiaconus, vel archipresbyter consentiret delegato, valeret eius institutio.

† alterum.

c An liceat.] prima quæstio.

d An si archipresbiter.] secunda qõ.

[Glo. seq. arg. & duos casus exprimit, ex quibus illud procedit.]

e Archidiaconus.] arg. ꝙ archidiaconus vel etiam archipresbiter potest cõmittere curã animarũ, sed hoc ẽ qñ ab epo est eis specialiter cõcessum. s. de offi. archi. cũ satis. vel cum aliàs hoc obtinét de consuetudine. arg. i. de elect. dudũ. 2. & s. de offi. archid. dilecto. & i. de exces. prælat. ad hæc.

† appellauerint.

[Gl. seq. elicit duo argumenta.]

f Intentionis.] arg. priuilegia, rescripta, & alia consimilia ad tantum extendi quibus cogitatũ est ff. de pact. tres fratres. ff. de transact. cum Aquiliana. & ita intentio mandãtis consideranda est. i. de rest. spo. audita & i. de præb. cum causam. &c. ult. Item arg. quòd iuri nullius intẽdit Papa derogare. 22. q. 2. primum. i. de offic. ord. licèt. & i. de deci. ex multiplici. s. de rescrip. ad aures.

Papa nulli⁹ iuri intẽdit derogare.

g Tenebit.] & ita debet differri executio sententiæ, si per eam alicui præiudicium generatur. i. de re iud. cum super controuersia & uerum est nisi præsum. pro sit in contrarium, quod maliciosè appellatur, sicut contingit in restitutione: infra de in integ. restitut. suspicata.

[Gl. seq. notat tria. & de ultimo remittit.]

h Sed partibus inter quas.] & ita licet appellatio sit remota in literis, nihilominus possunt appellare omnes quorum interest. 2. q. 6. non solent. Item no. quòd omnes possunt se opponere, quos negotium tangit, licèt de illis non fiat métio, & sunt admittendi, 1 aliàs non teneret appellatio interposita per eos. Item argu. quòd iurisdictio extenditur ad eos, de quibus non est cogitatum. de hoc dixi sup. eod. qui quæsitum. Item arg. quòd res inter alios acta non nocet alijs. infra de re iud. quamuis. vbi de hoc tractatur, & competentius ibi ponitur quàm hic.

1 Dicit Hostié. ꝙ hæc sunt bona argumẽta, ꝙ quis i audiẽtia curię admittat ad cõtradicendũ. Ioan. And.

CAusam matrimonij.] in prima parte ponit consultatio in secunda ratio. ibi, Discretioni. Abb.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter I. mulierem, & B. virum illius. Illa fuit commissa duobus episcopis, coram quibus mulier petijt restitui sibi virum suum, qui spoliauerat ipsam: qui cũ de spoliatione constitisset eisdem, mandauerunt uiro, ut eam restitueret, uir autem flagellis & cruciatibus ipsam afflixit, ꝙ inuita & coacta confessa fuit parentellam esse inter ipsam & uirum suũ: propter quod alter de prædictis episcopis tulit sententiam diuortij inter ipsos. Sup hoc delata fuit quæstio ad Papam: vnde mandat Papa quibusdam, quod si inuenerint ꝙ dictus B. uxorem suam dimiserit ad iudicium alterius iudicum prædictorum, monitione præmissa compellant eundem, ut ipsam recipiat & maritali affectu pertractet: quia cum causa duobus committitur, sententia vnius non tenet. Si verò aliqui apparuerint postquã ab ipso recepta fuerit, qui velint & possint ipsorum matrimonium accusare, causam audiant, & fine canonico decidant eandem. Not. quòd confessio per metũ extorta non præiudicat. Item confessio contra matrimoniũ facta non tenet. Itẽ cum plures sunt iudices, altero absente, nec se excusante, nec committente uices suas, sententia alterius vel aliorum non valet. Item restitutio prius fieri debet, quam principalis quęstio agitetur.

† scilicet epo, archidiacono uel archipresbytero.

† al. illi.

† Cap. 21. e. tit. in 1. cõp. & post cõc. Latera. par. 50. c. 26.

† al. ita: Torolien & Napicien. al. Tomulien.

i Inuita.] & ideo talis confessio præiudicare non debet. 31. quęst. 2, Lotharius. & 15. quæst. 6. cap. 1. & si etiam spontè id confiteretur, propter unius confessionem uel etiam amborum matrimonium separari non debet: quia sæpe ad inuicem colluderent: infra de eo qui cog. consang. uxo. suę. super eo. & 35. q. 6. §. ultimo, sed si ambo confiteantur, & fama publica consentit, tunc possunt separari. trigesimaquinta quæstio. 6. si duo. quidam tamen aliter intelligunt illum canonem.

k Confessa est.] coram 2 uno iudice tantum, cum talis confessio hodie non teneret.

l Ad iudicium unius.] & malè, 2 quia non erat ibi posita illa clausula, [quod si omnes, &c.] uel aliter se literatoriè non excusauit.

[Gl. seq. ponit Brocar. ad primam partem alleg. 9. inst. ad secundam 4. & solut.]

2 Hæ duæ glossulæ non sunt in antiquis codicibus.

a So-

a Solummodo.] arg. quod vbi aliquorum præsentia desideratur, quod in eorum absentia agitur, nõ tenet: vt 65. di. obeuntibus. & sup. de ele. cum in veteri, & C. de test. si vnus, & 66. dist. porro. & 68. dist. chorepi. & ff. de transact. cum hi. §. si prætor. & ff. de re iudi. duo ex tribus. & C. de aduo. fisc. l. vlt. & ff. de iure fisci. fiscus. Arg. 63. dist. c. 1. & 2. & C. de postulan. velamento & 15. q. 7. se ix. Sol. duobus modis desideratur præsentia alicuius quantum ad necessitaté, & sic vera est prima rubrica, vt hic, & de elect. quod sicut. & c. venerabilem. Item quantum ad honestatem vel vtilitaté, & talis absentia non vitiat quod actũ est, vt in cõtrarijs. & 12. q. 2. honorantur.

b Vnius.] quid iuris sit, qñ iudices ordinarij, vel delegati, vel arbitri ferunt diuersas sententias, dic de re iudi. c. vl. & il i dicet de hoc. Si verò sunt duo iudices, & alter sine altero procedat, nõ tenet sententia, vt hic, siue etiã plures, & aliquo absente pronunciãt. ff. de re iud. duo ex tribus.

[Glo. seq. alleg. cõcord. signat contrarium, & soluit.

c Recipiat.] sic de resti. spol. ex conquæstione. arg. de ord. cog. intelleximus. Hic & in illa, ex cõquæstione possessorio agitur: & iõ cum causa spoliationis sit priuilegiata, illã semper primò est tractanda, & conuentus super spoliatione reconuenire spoliatum non potest, nisi de alia spoliatione. infra de or. cog. super spoliatione. facta vero restitutione postea cognoscai de ꝓprietate, scilicet de causa matrimonij. Illa, intelleximus. loquitur de petitorio: sed si incontinenti iste vellet probare consanguinitatem, maximè in gradu dispensabili, restitutio differtur secundùm tenorem illius decret. infra de resti tut. spoliato. literas aliàs semper facienda est restitutio.

† Vide l. fal fus. §. sed si is. ff. de furt. gl. & doc. in auth. de fideiuss. §. 1.

† affectu.

1 Vide l. j. §. si plures. ff. de exerci. & §. & Bar. in l. unica. ff. de offi. consul.

† Cap. 4. tit. qui filij sint legiti. 1. cõpil. vbi integrũ factum narrai. adde c. 3. de do lo. & contu.

iudicium solummodo [a] alterius prædictorum à se separasset † (quia cùm causa duobus committitur, sententia vnius [b] non tenet) ipsum vt eandem mulierem sicut vxorem suam benignè recipiat, [c] & maritali affectione † pertractet, monitione præmissa cogatis.

¶ Si qui tamen apparuerint, qui (postquam ab eo recepta fuerit) matrimonium ipsorum velint, & legitimè possint impetere, causam audiatis, & fine canonico terminetis.

¶ Idem Oxoneñ. & Vintoñ. episcopis, & abbati Hersor.

¶ *Delegatus, qui est dominus impetrantis, recusari potest.*

CAP. XVII.

CASVS. Iudex peremptoriè citat partes ad testes recipiendos, vel ad publicandas attestationes eorum, vel sñiam proferendam. Sed pars altera contumaciter se absentat in testimonio constituto, quæritur an saltem circa vltimam partem diei iudex in negotio sibi commisso procedere debeat, vel expectare in sequentem diē. Item si expectauerit, quærit vtrùm contumax iterū sit citandus, quia non fuit processum in termino constituto? Papa super hac quæstione distinguit, vtrùm iurisdictio delegati duret post terminum peremptoriū, aut expiret in illo: si duret in diem sequentē æquitate suadente dēt expectare, nec contumax amplius est citandus, nisi iudex ei gratiā facere voluerit. si verò expiret in termino dato, tunc si partes hoc sciuerint & nō p̄sentauerint se coram iudice, ea hora qua possit cōgrue ꝑficere quod incūbit, ex tunc procedat ad faciēdū id, p p quod terminum assignauit, ne instantia iudicij euanescat: iudicium verò in tenebris exerceri non dēt, quia. Qui malè agit, odit lucem. licèt enim ſm legum more Romano dies a medietate noctis incipiat. & in medio sequentis noctis desinat (inde quicquid fit in duabus dimidiatis noctibus, perinde habetur ac si fieret in die) tamen Papa illam horam congruam intelligit, ex qua possit ante noctis tenebras perficere quod incumbit. In fine dicit, quòd discretus iudex non debet in assignando peremptorio, iurisdictionem suam taliter coarctare, nisi magna necessitas id exposcat. No. quòd per principium capituli post litem cōte. i his quę occurrit, debet terminus peremptorius assignari. Item in sequentem diem debet iudex expectare. Item iudex potest facere gratiam post terminum peremptorium alium assignando.

1 Et sic non eradicabat voluntas potestati; vel hic verus iudex & falsus tulerūt sententiā, ibi separatim auctoritate ꝓstarūt verus tutor & falsus: Dicit Host. quòd ... errant in ...cto, hic ve... i iure, ff. ... iur. & fa... i igno. l. re... Io. ... nd.

a Depositiones.] idest, dicta ipsorum testium.

b Citandus.] videbatur ꝙ peremptorium fuisset circunductum, vt iterū esset citandus, ff. de iud. l. & post peremptorium.

c Aequitate.] & quidē æquum est, & honestum in diem alterum expectare, nec statim debet dici contumax: potuit quidem habere iustam causam absentiæ, & sic reuocabit sententia. ℸ. de re iudi. c. cum Bertoldus. nec prætor festinare debet ad decernendum, vt iubeat possidere. ff. de dam. infe. l. si finita, §. fortè, nō tamen est necessariū nisi velit in diem alterum expectare.

[Gl. seq. primò ponit vnum, qđ iudex pōt, cui signat cōtrarium: & illud quod non potest. deinum obijcit & obiectioni signat contrarium quod dupliciter soluit.]

d Gratiā fecerit.] ecce quanta ptās. s. datur iudici circa iudicia, vt possit parcere cōtumaci in præiudiciū alterius, C. quomodo & qñ iu. l. 1. ff. de arbi. l. si cum dies, §. si quis ex litigatorib. non. n. quicquid 2 iudicis potestati permittitur, id iuris necessitati subijcitur, ff. de iud. l. non enim quicquid. & est contra id 3. q. 9. vlt. Item licèt iudex possit parcere in ferendo sñiam termino constituto, non tamen pōt ei parcere in expēsis & sumptib. alioquin ipse de suo restituet expensas, C. de iudi. sancimus. Sed vr, quòd de iure mero teneantur expectare vsq; in diem sequentem. ff. de vet. ob. l. q hoc anno. 3 vel ꝙ saltem in suprema hora diei possit iudicare, 2. q. 7. biduum. & hoc ideo, quia iudex matutino, vespere, & mane, & meridie iudicare pōt. i aut. de iud. §. debebūt coll. 6. Sed contra vr. ff. de orig. iu. l. 1. §. & quia. vbi dicit, quòd incōgruum est quòd iudices vespere sedeant, stat potius authentico. Vel dicas quod non est contra, quia ibi dr quòd incōgruum erat magistratib. hora vespertina in publico esse, & ideo inuenti fuerūt quinq; viri qui eorū vice illa hora fungerētur: & sic potius cōcordat, & sic vsq; ad supremam horam ante noctis tenebras iudex ꝓcedere potest, vt hic in fine dicit, honestū tamen esset iterum ipsum citare ad superandam malitiam eius. simile ℸ. de do. & contu. c. prout, arg. ff. de iud. l. pod edictum.

2 Et alibi dicit. Omnib. magistratib. cōcessa est, nō dicit iiūctum vel in dictū iurisdictionem suam, &c. ff. si quis in ius vo. nō ierit. l. 1. in prin. Io. And.

3 Illud in obligatiōe, hic secus ꝓpter iudicis contemptū. ff. de arbi. l. Celsus. Io. And.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

e Terminum peremptorium.] nisi terminus peremptorius sit statutus ad sñiam audiendam, non valet sñia in absentiam partis alterius, ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item edicto. arg. cōtra. C. quo. & qñ iud. l. 2. sed lex ista cōtra loquit, cum iudex partes in p̄sentia sua monuit, vt certo termino comparerent ad sñiam audiendā, & tunc si qua pars non veniat, reuera cōtumax est, & sñia tenet, licèt peremptoriè per edictum nō fuerit monita: alia lex loquitur cum absens citatur per edictū in absentia.

a Extunc exequi.] imò vt quòd in vltima die qua futurus priuatus vel priuandus est, iudicare non poslit. ff. de fer. l. pridie. ff. de iurisd. om. iud. l. unn qui, arg. contra. ff. de pœ. l. vlt. sed hic vltima die suæ iurisdictionis mnetur iudicare, vt hic patet.

b Instantia.] idest potestas.

c Qui malè agit.] vnde Horatius.

Vt ingulent homines surgunt de nocte latrones.

d Odit lucé.] sic 18. q. 2. pœniciosam. vñ præsumitur cõtra illum, qui occultè cõfert beneficia. ℨ. vt eccl. benefi. c. vt nostrum. 19. dis. Anastasius. & 81. di. c. clericus, & ff. de ritu nup. palam. & melius. l. vlt. ff. de admi. tut. l. non existimo. Et tenebræ aptæ sunt ad fabricãdum falsum. ff. de ven. inspi. l. prima. §. tria lumiaria. tamen trãsactio pôt fieri de nocte. C. de transact. l. non minorem. & testamẽtum. ff. de test. l. ad testamentum. §. vlt.

e Incipiat.] quantum ad contractus, qui possunt fieri qua libet hora.

f Auctoritas.] ff. de fer. l. more Romano.

[Gl. seq. quærit & soluit, ponit opinionem contrariam.]

g Tenebras] quid si iudex processit in tenebris ad lumen candelæ, vel ad contestationé litis, vel sentẽtiam protulit, nunquid valet quod agitur? Credo quod valeat ꝓcessus, licèt procedi non debuerit, dummodo aliud nõ impediat, & pcipuè si iudex honestus sit, cum hic nõ dicat, quòd si ꝓcessum fuerit, non valeat: q̃a multa fieri non debent, facta tñ valent. Alij fortè contra.

h Peremptorij.] ff. de iud. l. nonnunquam. inf. de in integ. rest. cum ex literis.

i Coarctare.] ℨ. de app. c. irreprehensibilis. & 2. q. 6. c. ei qui. §. appellatore. ff. de execu. tuto. l. non tantum.

Ioan. 3.

† Vide l. more Romano ff. de fer. Bar. in l. aut facta. §. tps, ff. de pœn. & l. hæc verba in fi. ff. de verb. sign. & de diuisione diei adde Macrobium lib. 1. Satur. c. 3. & Gellium li. 3. c. 2. Alciatum & Ioannē Bracheũ in l. 4. ff. de verbo. sig. & Nauarrum I Manuali de orat. & ho. can. c. 3.

† Medietate

a Concor. l. 1. §. biduum. ff. qua. appe. sit. & l. non dubium. C. de legi.

assignasti, extũc [a] exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia [b] euanescat.

¶ Ne verò iudicium ecclesiasticum exerceatur ĩ tenebris, quia iuxtà testimoniũ veritatis. Qui malè agit [c] odit lucé, [d] licèt etiam secundum consuetudiné & constitutiones legitimas, more Romano, dies à medietate noctis incipiat [e] † & in medio † noctis desinat subsequẽtis (vnde qđ in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit habendum legalis auctoritas, [f] ac si qualibet parte lucis agatur.) Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras [g] perficere qđ incumbit.

¶ Porrò discretus iudex ĩ assignatione peréptorij [h] non debet iurisdictionem suam (nisi necessitas exigat) adeo coarctare. [i]

¶ Idem abbati de Bordellia, & priori S. Sepulchri.

Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur.

ctus episcopus præfatum R. in suum familiarem assumpsit, vnde cum tam episcopus quàm officialis ipsius, quos dictus R. impetrauerat, postmodum familiaris eorum effectus, ab aduersa parte meritò possent recusari, causam ipsam alijs iudicib. petijt cõmitti. Quibus mandat Papa, quatenus super his veritatem inquirat, & si ita inuenerit, ꝓcedãt in causa iuxta continẽtiam priorum literarum nisi pars aduersa coram primis iudicib. litigar. consenserit, postquam dictus R. familiaris ipsorum factus fuit: alioquin partes ad examen priorum iudicum reuertantur. No. ꝙ ex noua causa lite conte. potest iudex recusari. Item si consentio in illum qué possũ legitimè recusare, illũ postea nõ possum recusare.

C A P. XXV.

INsinuante † R. rectore sancti Saldati, ad audientiam nostram peruenit, quod cum causam, quæ super iure parochiali inter ipsum, & T vertebatur, Vigoriesi. episcopo, & coniudicib. suis à nobis obtinuerit delegari; postmodum (licèt fuerit in eadem quæstione processum) tractu tẽporis ante diffinitiuæ sententiæ calculum, idem episcopus dictum R. in familiarem [k] admisit, sine quo [l] alij coniudices † (secundùm quod in nostris literis mandabatur) in causa procedere non valebant, & alter ipsorum coniudicum † officialis [m] est episcopi supradicti, propter quod aduersæ parti poterat suspectus haberi; vnde cum tam episcopus quàm officialis prædictus (vt pote quos idem R in iudices postularat, † & ipse familiaris eorum postmodum [n] est effectus) ab aduersa parte possent meritò [o] recusari, decisionem ipsius causæ vestræ petijt discretioni committi. ¶ Quocir-

† Cap. eo. tit. in cõpilat.

[Gl. seq. ponit paritatem & imparitatem inter iudicem & testem.]

k Familiarem.] familiaritas repellit iudicé sicut & testé. ℨ. de test. c. i literis. Nam familiaritatis affectio veritaté impedire solet. 3. q. 5. accusatores. imò tota familia recusatur pp dñm C. si quacũque predi. po. l. vnica. sed modica familiaritas non nocet. ff. de ver. sig. l. latè. §. amicos. & est simile. ℨ. de appel. ca. ex insinuatione. & vt lite non contesta. accedens. & ℨ. de rescri. ad hæc. & ff. de procu. l. aut affinitate. hic tñ aduertas, ꝙ minor cã repellit iudicé q̃ testem, quia quælibet cõsanguinitas repellit iudicem. ℨ. de app. c. postremò. sed non testé: quia frater testatur pro fratre. ℨ. de præsum. c. literas. propterea non inuenitur prohibitũ: quia edictũ de testibus prohibitoriũ est. ff. de test. l. j. & hoc iõ quia facilius inueniuntur plures iudices, quam vnus testis.

l Sine quo.] quia mandabat, ꝙ si nõ oẽs, tu frater epõ cum altero ipsorum incã procedas: tunc. n. alij nõ pñt procedere sine ipso uel suo sub delegato. ℨ. eo. c. quoniam. §. primò.

m Officialis.] & ita timeri potest ne trahatur in partem episcopi, & sic in partem R. arg. ℨ. de eo qui mit. in pos. causã rei ser. c. cum sicut. & ℨ. vt lit. non cõtes. ca. accedens 2.

n Postmodum:] sic patet quòd exceptio dilatoria pôt proponi post lit. conte. si de nouo incipiat competere. sic. ff. de arb. l. nõd istinguemus. §. cũ q dã. & ff. de inter. ac. l. ætate. §. ex causa. & ℨ. de in integ. resti. c. vlt.

o Merito.] hæc causa mouit istum R. vt eũm fece-

† iudices.

a Qui dicatur familiare, & domestici, copiosè in lib. 3. annot. in dictorium in quis. sch. 25.

† postula

3 Et canonicus, & canonico. ℨ. de offi. arch. c. ulti. quia mem a iudicio recusat. ℨ. eo. c. cum R. Io. And.

INsinuante.] In prima parte ponitur actoris gratiosa petitio. In secunda sub duplici cõditione ipsius exauditio. secunda: ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. R. rectore ecclesiæ sancti Saldati habebat quæstionem cum quodam alio Tho. nomine rectore alterius ecclesiæ, super iure parochiali: causa fuit commissa episcopo Vigotien. & officiali ipsius, & cuidam alteri ad petitioné rectoris Santi Saldati sub hac forma, quòd si non omnes, tu frater episcope cũ altero illorum procedas. Iudices processerunt in causa lite contest. tractatu temporis ante diffinitiuam sententiam di-

10 20 30 40 50 60

rec

vet alias committi, ne pars aduersa pp huiusmodi suspicionē recusaret illos iudices, & impetraret causam alijs committi, corā quibus oportuisset ipsum R. postmodū litigare. & ita est arg. quòd quis debet prouidere ea q̃ possunt facere ꝯ ipsum sicut ꝓ ipso. arg. 11. q. 1. ea persona. ver. ne obijciatur, &c. ff. loca. l. si quis domū. §. 1. & j. de procu. c. 1.

a Consenserit.] s. pars aduersa, nā ipse R. cogitur litigare coram eis, cum in eos semel consenserit, & ipsos impetrauerit. j. eod. ca. super quæstionum & 3. q. 3. offeratur. & 4. q. 3. c. si testes. §. venturis. videtur tamen quod ipse R. eos possit recusare pp nouam causam, sicut eius aduersarius absurdum enim esset iudicium in vnam partem declinare, & non in alteram. ff. de arbit. l. si cū dies. §. si arbiter. in fi. arg. ff. qd quisque iuris. l. 1. & meritò poterant recusari propter familiaritatem ff. de auct. tu. l. quod dicimus. in fi. & C. de his qui ad eccl. confu. l. vltim. §. sicubi. & 3. q. 5. constituimus.

ca mandamus quatenus si est ita (nisi postquam familiaris eius est effectus, litigare consenserit [a] coram illo) in causa secundum priorum † continentiam literarum (ratione præuia) procedatis: alioquin [b] partes ad priorum iudicium reuertantur [c] examen.

¶ Idem priori S. Fridiani.

¶ Delegatus Papæ sententiā suam exequi potest vsq; ad integrum annum, hoc dicit, & est casus singularis.

CAP. XXVI.

QVærenti † quid per censuram ecclesiasticam: † & infra. ¶ Si verò delegatus à nobis excommunicet illū, qui rei iudicatæ parere contemnit: licèt aliquibus videatur, quòd suo sit functus officio, [d] vt vlterius non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum: alii autem dicant quòd iurisdictio eius duret, donec sententiæ pareatur, [e] vt interim absoluere possit parere volentem. ¶ Nos tamen per æquitatis [f] semitam incedentes, præsentiū auctoritate statuimus, vt delegatus à nobis, non solum vsque ad quadrimestre [g] tempus, qđ ad soluendū debitum à lege reo conceditur: sed vsque ad integrum [h] annū, iurisdictionem sibi commissam, ad exequendum sentētiam, valeat exercere: sicut obseruatur in illo, qui ante litem contestatam contumax inuenitur.

j. de iura. ca. at si clerici, in fine.

e Pareatur.] cum effectu. j. eod. c. in literis. & j. de cle. non resi. c. relatum.

f Per æquitatis semitam.] placet ergo media via domino Papę. arg. ff. de acq. re. domin. l. adeo §. cum quis. Vnde versus.

Cū a media sum per gaudebam ludere forma.
Maior. n. medijs gratia rebus inest.
& illud:
Medium tenere beati.

[Glossa sequens distinguit personales, & criminales actiones: in primo membro signat contrarium, & soluit.]

g Quadrimestre tempus.] In personali actione dantur quatuor mēses reo ad soluendum. C. de vsur. rei iud. l. 2. & 3. & si minus tempus daretur, suppletur a lege. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis. argum. contra infra de re iud. quod ad consultationem. & ff. de re iud. l. 2. vbi dicitur quod tempus illud potest arctari & elongari à iudice. Sed illud intelligitur fieri cū causæ cognitione & iusta de causa: aliàs nō dēt arctari. & in illa, quod ad consultationē spontè recipit terminū breuiorē. In reali vero actione statim si dixerit reus se velle parere sine: aliàs post x. dies si non fuerit appellatū dēt sna mandari executioni. arg. Inst. de offi. iu. §. 1. ‡ Et in criminali statim mandāda est executioni. arg. de pę. dist. 1. desistant. aliàs incipit, Adā. C. de pęn. l. cū reis. sed hoc est verum gñaliter, nisi in casib. qui notantur 11. q. 3. cum apud. Et tps illud quadrimestre dātur a die latæ snæ si non est appellatum, vel si est appellatum à die confirmationis sententiæ. C. de vsur. rei iud. c. l. 2. & confessus hēt hic tēpus à die confessionis. ff. de cōfes. l. certum. §. vlti. sed si confessus fuerit de crimine, non statim mādabitur sententia executioni, donec pronuncietur crimen contra ipsum, sed in vinculis teneri debet. ff. de custo. & exhib. re. l. si cōfessus. & 2. q. 1. nos in quemquam.

ADDITIO. Et ista supradicta clarè habentur per hos versus:

In personali post menses quatuor: in re
Protinus est omnis sententia perficienda.
Sic in criminibus; sed casus excipe quinque:
Confessus, pregnans, iratus, & insula, seruus.

Horū declarationem habes, 11. q. 3. c. cum apud. in gl.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundò quærit, arg. pro & contra. & soluit.]

h Ad integrum annum.] sed quare non potest exequi sententiam suam post annum, cum iudex semper teneatur sententiam tueri. ff. ne vis fiat ei qui in pos. mit. l. 1. nam iudex quantum ad futurum tempus prospicit. l. 1. nā iudex quantum ad futurum tempus pro lex loquitur de ordinarijs, ne uis fiat ei, &c. aliæ duæ leges loquuntur in seruitutibus, quæ debentur in futurum:

b Alioquin.] i. si cōsenserit litigare coram illo, postquam sciuit illum effectū fuisse familiarem. j. eo. c. gratum. & j. de gesti. c. cum venissent. sup. de elect. c. cum inter canonicos. & ff. de iur. omn. iud. l. est receptum, & si non consenserit, dummodo consentire velit, non valent istæ literæ, vt sup. eo. c. cum inter. Ber.

c Reuertantur.] hoc iustum est, vt reuertatur ad eum quem iniustè dimisit. j. de appell. cum in ecclesia. & in expensis aduersario cōdemnabitur insuper. j. de appel. c. vt debitus. & j. de rescript. c. cæterum. r

QVærenti.] Diuiditur quia in proposita quæstione, primò ponitur prima opinio vsque ibi, Alij. Secunda vsque ibi, Nos tamen. Vbi ponit solutionem, scilicet interserendo quartam opinionem ibi, non solū. Albe.

CASVS. Iudex delegatus à Papa tulit sententiā diffinitiuam, & quia condemnatus non parebat sententiæ, ipsum excommunicauit: quærebatur vsque ad quod tēpus iudex possit ipsum excommunicatum parere volentem absoluere: quidam dicebant quòd cum functus sit officio suo, vlterius non potest ipsum absoluere. Alij dicebant quòd iurisdictio illius durat quousque pareatur sententiæ, vt semper possit illum absoluere volentem. Papa nec primam sententiam nec secundam sequitur, sed statuit quòd iudex delegatus ab ipso, nō solum vsque ad quatuor menses, quæ dantur condemnatis ad soluendum debitum, sed etiam vsque ad annum iurisdictionem suam poterit exercere: sicut seruatur in illo, qui ante litem contestatam contumax inuenitur. Not. quòd deleg. à Papa vsque ad annum potest exequi sententiam suam, & non vltra: Item in pecuniarijs causis dantur quatuor menses condemnatis ad soluendum debitum.

d Officio.] sup. eo. c. in literis. ff. de re iud. l. iudex. &

† priorem.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compila.

† Et quid per censurā ecclesiasticā intelligatur, traditur in c. quærenti. j. de ver. sig.

r Et ita notat, quòd ex noua causa superueniente iudex pōt recusari. Facit ad hoc l. ff. de ver. nspi. & ff. de vete. iure nuc. l. 2. §. ad quod.

a Aptissimum est huic proposito illud Horatij. Est modus ī rebus sunt certi denique fines, Quos vltra citroque nequit consistere.

‡ Fit autem tunc executio in re, si restitui possit: aliàs cauebit condēnatus de restituēda intra certū tēpus, re vel æstimatione vt ibi. Non ob. ff. de vsu. l. in fidecom missi. & ff. q̃ met. cā. itē si cū exceptione. §. quòd si homo. quia ī prima l. agebatur actione ex testamento, in secunda actione quod metus cā, quæ personales sunt secundū dum Inn. & Ho. Io. An.

turum: sed hic loquitur de legato cuius iurisdictio nõ est perpetua, sed intra certas metas temporis finitur, secundùm quod hic dicit. Sed pone quod post sententiam victus inquietat victorem, nunquid prior delegatus debet adhuc cognoscere? Videtur per hanc decr. ꝙ sic: cum iurisdictio duret vsque ad annum, quia non videtur possessionẽ adeptus qui eam statim amisit ff. de acq. poss. non vr. arg. ff. de here. vel ac. ven. l. 2. §. puenisse. & §. illud. quia cũ effectu peruenisse dr, vt ibi: sed contra videtur, quia functus est officio suo. ꝫ. eo. c. in literis. & ff. de re iud. l. iudex. & quia istud ad ordinarium spectat ꝫ. de ap. c. cũ teneamur. Item quia hic noua iniuria est, & ideo noua interpellatione opus est. ff. de except. rei iudi. l. si mater. §. 2. pôt di i quòd licèt sit noua iniuria, tñ sequela est præcedentis facti, vnde ad ipsum spectat. arg. ff. de iust. l. cuicunque. §. pen. aliter delusoria viderentur edicta iudicum. ff. ne qd in lo. publ. l. vlt. & ꝫ. de ma. cont. contra interdic. eccle. c. 1. & satis vr, quòd saltem vsque ad annum possit cõpescere contradictores, & qui nõ patiuntur illum quietè possidere excommunicando illos & generaliter, sed nõ assumendo aliquam cognitionẽ vlterius. Ad iudicem. n. delegatum spectãt, quæ accidũt ante sententiã, sed post sententiam nullam cognitionẽ assumere dẽt, cum iam non hẽat nisi metam exe utionẽ vnde non valet si cognoscere vellet vt iudex. C. de execu rei iudi. l. si vt proponis. ea vero quæ accidunt post sententiam, spectant ad ordinarium, quia non agitur ex prima causa, sed ex noua.

[Glo. seq. reci. per q. an excommunicatum pro contumacia iudex post annum absoluat. primò & tertiò arg. quòd non. secundò quòd sic, vltimò soluit.]

a Ante litis contestationem.] videtur quod si iudex delegatus ante lit. contestat. excommunicet aliquem pro contumacia, quòd post annum ipsum absoluere nõ possit. Sed cõtra. ꝫ. de offi. iud. or. pastoralis. vbi successor in honore & onore absoluit. Item iudex cœpit exercere iurisdictionem suam, vnde perpetuata est. ꝫ. eo. licet. & ꝫ. eo. gratum. & ita post annum potest absoluere, & quandocunque: quia ecclesia nulli claudit gremium suum. C. de sum. Tri. l. vlt. arg. contra quòd post annum absoluere non possit. 11. q. 3. rursus. & c. quicunque. Sol. dico quòd post annum potest illum absoluere quandocunque, & procedere in causa, quandocunq; ille fuerit absolutus. & quod dicit hic, quod post annũ nõ pôt illum absoluere, intelligitur de eo qui excõmunicatus fuit post diffinitiuam sententiam, cui non parebat, vnde fuit excõicatus iste; & talis post annũ absolui non pôt ab eodem, quia iurisdictio expirauit in totum, & quo ad executionem omnino; sed vbi qs excõmunicatur ante litis conte. vel post litis contest. ante sentẽtiam diffinitiuam semper pôt absolui, quia iurisdictio durat vsque ad sniam latã & executioni mandatam, & intra annum post sniam. 1 & ista lra sic intelligitur, si aliquis ꝯtu nax est, qui ꝯuenitur actiõe reali, actor dẽt mitti i possessionem rei petitæ cã rei seruãdæ: & si contumax venerit intra annũ à tpe interlo utoriæ latæ, recuperat possessionẽ; post annum non recuperat possessionẽ, sed audit de ꝓprietate: eodẽ mõ delegat⁹ vsq; ad annum suam totam executioni mandare pôt.

Marginal notes: † al. ante litẽ cõtestatã. — † Cap. 6. eo. tit. in 3. cõp. — 1 Cõcor. no. in §. si nõ ꝓcepta. in gl. pręcipientẽ. in authẽt. ut nulli iudic. colla. 9. glo. in l. si ut ꝓponis. C. quõ, & qñ iud.

te litis [a] † contestationẽ contumax inuenitur.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Delegatus Papæ potest principium, mediũ & finem causæ coniunctim & diuisim subdelegare. hoc dicit vsque ad §. verum.

[CAP. XXVII.

Super † quæstionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, taliter respondemus: quòd per constitutionem nostram [b] consultationi [c] † Alexandri Papæ nullatenus derogatur, [d] sed illa per istam exponitur: imò in ista verius, quæ in illa fuerãt prætermissa, supplentur. Ipse namque respondit: quòd si super causa, quę alicui ex Apostolica delegatione committitur, á personis ecclesiasticis, vna, vel pluribus, quibus delegatus (vt parcat laboribus par-

Marginal note: † In aliq. uetustis in constitut. ni Alexa. Papæ præ cessoris no stri nullat. nus, &c.

postea verò non pôt: & in hoc attendit ista similitudo.

Super quæstionum.] Diuiditur istud principium vsque ad §. Verum. Primò ponit tenorẽ cõstitutionũ, quæ ꝯriæ videbantur, vsque ad §. Intẽtionis. & ibi declarat intentionem suam vsque ad §. Verùm. Abb. Sic.

CASVS. Casus hui⁹ dec. colligit ex vltimo. §. eius ergo, &c. hoc mõ: quidã impetrauit cãm cõmitti à dño. Papa culpã iudici delegato, delegatus iste reseruata sibi diffinitiua snia, commisit audientiam causę quibusdam reo absẽte & ignorãte. Isti subdelegati citauerunt reũ, ipse comparuit corã eis, & quia ipsi dati erãt sine cõsensu ipsius, appellauit ad sedẽ Apost. occasione cuiusdã decre. Inno. in qua dr: Licèt delegatus cãm sibi cõmissam ap. re. non possit alij cõmittere sine prouocationis obstaculo, tñ si delegatus Papæ vel alius iudex quicunq;, ad aliquẽ certum articulũ: liqũe deputauerit auditorẽ, ab illo non poterit appellari, dũ modo de partiũ detur assensu. Colligebatur à ꝯrio sensu: ergo si non sit de assensu partiũ, pôt appellari. Vnde appellauit iste, qa illi non erãt dati de ipsius assensu, cuius tenor ponitur in §. nos igitur. vsq; ad §. intẽtionis. Ex parte aduersa dicebatur, ꝙ talis appellatio nõ valebat per decr. Alex. in qua dr, ꝙ si delegatus a Papa committit alicui audientiã causæ sibi cõmissæ, vt testium examinationẽ, sibi diffinitiua snia reseruata, & ab illo appellari cõtingat, delegatus ꝓtextu huius appellationis cãm indiffinitam relinquere non tenetur, cuius tenorẽ ponit in principio cap. ver. ꝙ si super. vsque ad §. nos igitur. Istę dec. videbantur ꝯriç. Dubitatio istius ꝯrietatis delata est ad Cãtuarieñ. archiepm, vnde ipse sup hoc duas qõnes fecit dño Papæ. Prima est, utrum per dec. Inn. derogatum sit decre. Alex. Scda fuit, vtrũ appellationis illius q appellauerat occasione ꝯstõnis Inn. sit deferẽdũ. Sup his duobus articulis rñdet Papa, & primò, ad primũ dicens, ꝙ per constitutionẽ Inn. nõ derogatur decr. Alex. imò in constitutione Inn. supplẽtur q̃ in dec. Alex. fuerãt ꝓtermissa. Et subijcit statim tenorẽ illius vsq; ad §. nos aũt. & ibi ponit verba cõstitutionis Inn. dicẽs, ꝙ licèt is cui cã cõmittitur ap. re. non possit eã sine ꝓnunciationis obstaculo delegare, tñ si aliquẽ articulũ deputauerit alicui audiẽdũ, ab illo nõ poterit appellari, dũmodo de partiũ detur vel recipiatur assensu. Sed si delegatus ipse ꝯmittit exordiũ litis, vel finẽ cãę, uel totũ negotiũ ab illo, tamẽ a iudice poterit ꝓuocari. Postea verò in §. intentionis declarat Inn. intentionẽ, q̃ habuit in constitutione illa, licèt is cui dicẽs ꝙ delegatus ab ipso ꝓt cõmittere principiũ & finẽ & medium causæ sibi commissę, cõiunctim uel diuisim ẽm ꝙ ei visum fuerit expedire, ut iudicialis auctoritas ualeat liberius expediri nõ obstãte qd dr in lege, sic ꝙ iudex dẽt cognoscere per ipsum in principio, in medio, & in fine, quia ipse delegatus antequam ferat sententiam, uidere debet omnia, quæ acta sunt diligenter. & hoc usque ad §. uerum.

b Nostram.] quæ ꝫ. sequitur. & incipit, licet cui, &c. & protenditur vsque ad §. intentionis.

c Cõsultationi.] q est ꝫ. e. c. cũ te cõsulẽte. & ista ponit statim, sibi, si sup cã, &c. vsque ibi, nos aũt statuimus.

d Derogatur.] imò corrigit qui interpretatur. ff. ad Ter. l. 1. § qui operæ.

a Com-

tium & expensis) causæ cognitionem ipsius , & testium examinationes , sententia sibi reseruata committit, [a] appellatio † fuerit interposita, [b] huiusmodi appellationis intuitu causam indiffinitam relinquere non tenetur.

¶ Nos autem statuimus, quòd licèt is cui causa cõmittitur,remota appellatione non possit [c] eam alijs sine prouocationis [d] obstaculo delegare : si tamen delegatus à nobis, vel iudex quicunque , [e] non tam cognitorem , quàm executorem [f] ad † aliquem certum articulum quempiam deputauerit: ab eo, (nisi modũ [g] excedat) non liceat appellari , dummodo [h] de partium deputetur , vel recipiatur [i] assensu.

¶ Quòd si delegatus à nobis,vel litis [k] exordiũ, vel causæ finem , [l] nedum totum negotium ei duxerit committendum: ab ipso tanquam à iudice licitè prouocetur, [m] cum & lis ante iudicem debeat contestari , & causa per iudicem [n] diffiniri.

10

¶ Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis præmissæ potest liquidò deprehendi) quòd , vt iudicialis auctoritas liberius valeat exerceri , delegatus à nobis licitè possit , & principium & finem & medium causæ sibi commissæ , non solum coniunctim,sed etiam diuisim [o] alij [p] delegare : † non obstante quod dicitur, quòd iudex debet cognoscere per se ipsum in principio,[q] in medio,& in fine,cũ antequam ferat sententiã, vniuersa quæ acta sunt in iudicio,inuestigare [r] debeat diligenter .

20

30

¶ A subdelegato cum iurisdictione appellari potest ; secus si sine iurisdictione , nisi modum excedat : tunc enim potest recusari,nisi datus sit de partium consensu, Abb.

40

a Committit] lit.contestat. vt probatur. ĩ. §. porro. ver. vnde si forsan.

b Interposita] ad Papam scilicet.

[Gl.seq.signat contrarium,& remittit.]

c Non possit.] arg.ĩ.ĩ.eo.tit.prox.i.fi.Sol.vt ibi.ĩ.e. c.cum R.ad fi.

d Prouocationis.] hoc ideo dicit , qm nullus pôt cõmittere causam appellatione remota, nisi princeps:quia priuilegium est principis ff.a quib.app.non licet.l.2.in fi.

e Quicunq;] ergo si ordinarius delegat aliquẽ articulum causę alicui,ab eo appellari nõ pôt,nisi modum excedat, prout sequitur i litera, ADDITIO. Nec etiã recusari potest pro eo q̃ sit suspectus.quod verũ est, si de cõsensu partiũ datus sit ff.de appel. l.ex consensu.

f Executorẽ.] executor dr̃ pprie q rẽ iudicatam ducit ad effectũ C.de exe.rei iud.l.executorem.& talis executor partes iudicis sibi vendicare non dẽt: quia non habet aliquam cognitionẽ C.eo tit. l.ii vt pponis.Hic aũt i npropriè dr̃ executor,qui aliquẽ certũ articulũ examinat, & de eo cognoscitiõ pmisit, nõ tã cognitorẽ q̃ executorẽ,puta de aliqua exceptione, vtrũ testis sit admittendus , vel de aliquo cõsimili , ita quòd nullam iurisdictionem habeat. sed tantum exequatur mandatũ,& faciat qđ iniũctum est,& si quid dubij fuerit,debet referre delegato,& a tali non appellatur, nisi modum excedat,vt hic dr̃. Et posset forsitan dici,quòd talis auditor habet iurisdictionem & coertionem.arg. ĩ.eo.c.ex literis.& tñ non potest ab eo appellari , nisi modum excedat. Hodie verò nullus potest appellare ipso iure,nisi ipse grauetur qualiscunq; sit iudex, & in quocunque articulo potest appellari ab eo cui commissa est iurisdictio cum cognitione , si aliquam partem grauauerit ĩ. de appel. vt debitus. & ideo nihil operatur quod dicit, appellatione remota.

g Modum excedat.] quod si fecerit , appellatur ad delegatum,non ad delegantem. ĩ.eo.§.porro.

h Dummodo.] supple, nec potest recusari,dummodo,&c.quod patet in §.verum. vbi Papa ostendit qualiter constitutio sua sit intelligenda.

i Recipiatur assensu.] hoc videtur obuiare . decre. Alex. à contrario sensu.

[Gl.seq.recitatur per q.quid sit litis exordium.]

k Litis exordium.] exordium litis pôt appellari quo ad perpetuandum rescriptum,citatio.s.eo.gratũ. & ĩ. eod.licet. & ĩ.de off. leg.c.vlt.& ĩ.de for.cõp.ppposuisti.& C.de p̃sc.xxx.vel xl.an.sicut i rẽ.vel quo ad faciẽdam rẽ litigiosã oblatio libelli eo insinuata. C.de liti.auth.litigiosa. pprie verò exordiũ litis,est litis contest.tunc enim præstatur sacramentum de calumnia.ĩ. de iura.calum. cum causam. quod debet fieri in exordio litis.C.de iura.calum. l. cum iudices. & ex tunc idest,post lit.contesta. tenetur de fructibus etiam bonę fidei possessor.C. de rei uendicatio. l. certum.

l Causæ finem.] idest , cognitionem cum calculo sententiæ, quæ imponit finem causæ. ff. de arbi.l.diem autem.ff. de re iudic.l.j.

m Prouocet.] si grauat: alias hodie a sententiam non appellatur . infra de appel.capit.vt debitus.& capi. interposita.

n Per iudicem.] ex hoc probat , quòd is cui cõmittitur litis cõtestatio , & causę decisio.iudex est , & ab eo potest appellari.

o Diuisim.] idest, vnam partem vni, & aliam alij .

[Gl. seq.per q.re. an iudex appellationis deleget.]

p Alij delegare.] nisi causa sit criminalis,quæ non delegat. 1 Ar.9.q.3.saluo. vbi dicitur, in conspectu omnium, &c. licet à principe possit delegari.23.q. 4.illud.& ff.de test. l.3.§.item diuus.vel nisi sit iudex appellationis . qui secundũ leges nihil potest delegare.C.de indic.Auth.ad hæc. secundum canones secus est. de quo autem hic fit mentio cui delegatur per banc decre.saltem quod delegatus quicunque sit, vel causæ principalis sine appellatione potest committere uices suas secundum tenorem huius decretalis.

50

[Gl.seq.differentiam ponit inter leges & canones.]

q In principio.] Istud obtinet s̃m leges vt iudex coram eo in principio faciat litem contestari, & per se ferat sententiam: media verò committat consiliarijs suis sed semel etiam audiat negotium in medio. in Auth. vt defun.seu fune.eorũ.§.illud.& §.seq.coll.5.in Auth. de exhi.reis.§. si vero. coll.5. & C.de iud. Authen. ad hæc.secundum canones aliter , vt hic dicitur. Item secundum leges tantùm suis consiliarijs committit iudex examinationem,vt in dicta auth.ad hęc.& in Authen.de iud.§. si quis autem. coll. 6. secundum canones committit cuicunque vult. ĩ.eod.c.pastoralis.

60

r Inuestigare.] hoc non habet locum quando committit finem.

VERVM. Continuatur iste § ad præcedentia nam s̃.dixit Papa,quòd per suam constitutionem non intendebat derogare constitutioni Alexandri: quia principalis intentio sua fuit prout habetur in ver. intentionis. Sed quia posset dubitari , an & quando posset appellari à subdelegato, subijcit istum §.

CASVS.

† In causa appellationis multa sic ulteriter cautum cencil. Trid. sessio. 13. de refor. c.1. & sessio. 24 de reso.c. 10.& c.20.& alijs locis.

Executor qs dicatur, & quales eius partes.

† In quibusdam manuscriptis ita: ad dissentiendũ aliquẽ, &c.

[illegible] li [illegible] triplici- [illegible] dicitur.

† Vide tex. in l.à iudice C. de iu. & gl.in l. sæpe audiui. ff.de off.præsi.

1 Add.quæ causæ & articuli pñt delegari p l. 1. & ibi Bar.ff.qui & à quib.

a Si causa sit ei.] maximè: quia idem esset si non sit remota; quia vtroque casu appellatur ad eum, & non ad papam, & quia ipso iure hodie remota est ante sententiam. ℥. de appel. cap. vt debitus. Alij contra dicunt quòd si non est remota appellatio in literis, appellatur ad papam omisso delegato ipsius: sic potest appellari ad papam ab alijs iudicibus quolibet medio omisso, quod prius dixi, verius credo. arg. ℥. eod. capit. in princ. ver. quòd si super. & c. cum te cõsulente, &c.

b Appellaretur.] ad papam.

c Auditor.] talis potius dicitur habere notionem, quam iurisdictionem. ff. de re iudi. l. prætor ait. in princ. & dic notionem, idest cognitionem & iurisdictionem. ff. de verb. sig. l. notionem.

d Meritò.] supple, vel recusetur pro eo quòd meritò, &c.

e Consultationem præmissam.] scilicet Alexandri, quæ ponitur in princip. versic. quod si super causa. & hic interpretatur in quo casu illa intelligatur.

QVEM VERO. Continuatur potius ad §. verùm, quam ad §. præcedentem, nam ibi fuit dictum quòd ad hoc vt non possit recusari subdelegatus, seu auditor, deputandus est cum partium cõsensu sed ne crederet aliquis quod de necessitate esset requirendus partium consensus, subijcit papa istum §. Abb. Siculus.

† Al. ita cui media causę committit. aliàs ita cui media causę cõmittunt.

nos appellari, debebit. Cum autem sibi aliquid de iurisdictione reseruat: si causa [a] sit ei appellatione remota commissa, non ad nos, sed ad eum poterit de iure appellari. Vnde si forsan appellaretur [b] ab eo, cui mediũ † causæ committitur: siue cognitor aut executor dicatur, vel (quod melius est) auditor, [c] pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito [d] sit suspectus: nihilo minus tamẽ delegatus à nobis, iuxta consultationem [e] præmissam, causam poterit diffinire, vt parcatur laboribus partium, & expensis.

¶ Auditor datus sine partium consensu recusari potest vt suspectus, non tamen sine causa. Abb.

¶ Quem verò delegatus a nobis deputauerit auditorem, neutra partiũ poterit recusare, nisi coram eo [f] iustam recusationis causam ostendat.†

¶ Si vnus ex duobus delegatis principis cum clausula appe. re. subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appel. re. procedere, quod tamen ante acceptationem poterat. & si ab isto fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, etiam si fuerit subdelegatus non in totum, hoc dicit secundum veriorem intellectum.

¶ Si verò duo sunt a principe delegati, & vn⁹ committit vices suas [g] alteri, ille nec potest [h] (nec † debet) appellatione remota procedere, nec cãm alij delegare: [i] † quamuis in commissione facta duobus cõtineatur expressim, vt appellatione remota alter possit

† Facit ad hoc l. aperrissimi. & l. cũ specialis. C. de in.

CASVS. Dictum est supra in §. nos autem quòd delegatus a papa cui causa commissa est ap. re. potest committere alij vices suas, & potest cognoscere. In §. isto ostendit quòd istud nõ est generaliter verum hoc modo: Duo sunt a principe delegati ap. re. vnus committit alteri vices suas. Iste qui recipit iurisdictionem à socio suo, delegatus est a papa appel. re. non tamen potest alij committere vices suas, nec procedere ap. re. q̃uis dicatur in literis quod alter in causa procedat sine reliquo appel. re. si non possunt ambo pariter interesse: & redditur ratio: quia quod potest ex iurisdictione sibi à principe delegata, non potest cum iurisdictione a condelegato commissa vnde in hoc casu si appelletur, ab isto ad papam est appellandum, non ad delegatum, propter rationẽ superius assignatam in §. porrò. qa totam iurisdictionẽ consocius sibi commisit.

g Vices suas.] simpliciter cõmittens vices suas, totum cõmisisse videtur. ℥. de iur. pat. c. ex literis. & ℥. de do. c. pastoralis. 1. & ar. opt. ff. de tut. l. 3. in fi. & C. de execu. tutel. l. leg. 2. & opp. ar. ℥. eod. cap. venerabilis. vbi est hoc expressum, quia functus est officio suo uices suas committendo, ut ibi dicit.

† Hæc duo verba: nec debet, desunt in antiquis.

† Vide text. in l. a iudice. C. de iu.

CASVS. In pxi. §. ver. pro eo quòd mãdati fines excedat, uel meritò sit suspectus. & in illo §. verũm dixit, nisi mandati fines excedat, vel meritò sit suspectus. vnde ne ualeat recusari, proinde statuimus ut de partiũ detur uel recipiatur assensu: per hoc uidebatur q̃ simpliciter posset recusari, nisi datus esset de assensu partium. sed hoc non est uerum, & ideo dicit: Si deleg. aliquem deputauerit auditorem etiam sine assensu partium, neutra partium poterit recusare, nisi coram delegato iustam recusationis causam ostendat.

[Glo. seq. tangit corã quo causa suspicionis tractari debet.]

f Coram eo.] idest, coram delegato a papa: & ideo in isto casu causa suspicionis non probatur coram arbitris, cũ alias generale sit, quòd causa suspicionis probari debet coram arbitris. ℥. de appe. cap. secundò requiris. & c. cum speciali, idem credo si ordinarius delegat causam.

SI VERO. Continuatur iste §. ad §. porrò. nam ibi prosecutus fuit actor quando appellatur ab vno delegato, hic quando fuerunt duo delegati, & unus commisit alteri uices suas. Diuiditur, quia primò ponit unum dictum. Secundò: ibi: Quia illius rõnem assignat. Tertiò: ibi: Vnde, ponit quãdam illationẽ. Abb.

h Nec põt, nec dẽt ap. re. procedere.] hodie nõ hẽt locum hoc quod dicit, non potest appellatione remota procedere; quia ipso iure appellatio remota est. ℥. de ap. c. ut debitus. & ita propter hoc non uitiatur iurisdictio. istius, qui recipit commissionem à socio: quia & si uitiatur sua iurisdictio per alterius commissionem, releuatur ipso iure, ut ab illo non appelletur, nisi grauetur per illam decre. ut debitus.

a † Concor. tex. in l. fin. ff. de vi. tri. & oleo legato.

ADDITIO. Alij contradicunt, quòd si non est remota appellatio in literis, appelletur ad papam omisso delegato ipsius, sicut potest appellari ad papã ab alijs iudicibus quolibet medio omisso. quod prius dixi, uerius credo. arg. ℥. eod. in princip. versi. quòd si sunt, &c. & c. cum te.

[Gloss. seq. ponit dictum, cui signat contrarium, & soluit. ponit secundùm, alleg. duo iura contra. in contrarium allega. 3. ponit, alleg. unum capitulum incõtrarium allega. duo iura, & alia duo ad similia per conuersum.]

i Delegare.] hoc. n. non potest, cum sit delegatus ab alio quã a principe. ℥. de appel. cum causam quæ. ff. de offi. procon. l. legatus & C. de iud. l. à iudice nisi delegatus sit ad uniuersitatem causarum. ff. de iud. l. cum prætor. §. 1. ff. quis & a quo appel. l. 1. arg. cõtra. ℥. de re iud. c. cum Bertholdus. sed illa non tenet in hoc p decre. præ-

& quicquid factum est post illam appellationẽ, debet in irritũ reuocari. Hãc cõclusionẽ sumit ex tribus §. proximis. §. porrò, in prin. vbi dicit, ꝙ si appellet ab eo cui mediũ causæ, &c. & §. si verò. vbi idem dicit à contrario sensu. ver. nobis tñ vsq; quòd ad delegantẽ, ergo à cõtrario sensu si nõ cõmisisset vices in totũ, appellandũ esset ad cõ delegãtẽ. & ex §. quẽ verò. vbi dicit; si delegatus, &c. Not. ꝙ iudex delegatus de cõtẽtiis partium datus recusari nõ põt, si fortè ex noua causa. ĩ. eo. insinuante. Itẽ cũ delegatus ali q. d sibi de iurisdictio ne reseruat, ad ipsũ est appellãdũ, qñ to tũ cõmittit, ad Papã est appellandũ. Itẽ recusatio subdelegati probari dẽt coram delegato. Itẽ q. quid fit post appellationẽ legitimam, reuocandum est.

a Eius ergo:] concludit ex ꝓmissis tribus, §. porrò. §. quem vero. & §. si vero. & est arg. à toto in quãtitate. sic ĩ. c. ꝓxi. §. 1. & 9. q. 3. cũ simus. & hic respondet secundo articulo quæstionum.

b Commisit.] lite coram se prius contestata. & idẽ est ante litis contesta.

c Recepti.] nec poterat recusari, nisi, &c.

d A tali grauamine.] & re uera a grauamine: q. a periculo sum est sub iudice litigare suspecto. 3. q. 5. ꝙ suspecti. & ĩ. de appel. cum speciali.

go [a] appellatio, de qua tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione, ad nostram audientiam appellauit, pro eo quod delegatus à nobis reseruata sibi diffinitiua sententia, audientiam causæ commisit, [b] quibusdam, qui de partium † assensu nec dati sunt, nec recepti: [c] nisi contra eos iustam recusationis causam ostenderit, vel paratus fuerit ostẽdere coram iudice delegato, non debuit impedire quominus procederent auditores. ¶ Qui etiam si tanquam suspecti fuissent meritò recusati: delegatus tamen à nobis nihilominus potuisset sublato appellationis diffugio caussam iudicialiter expedire. Quòd si iustam recusationis causam noluit admittere delegatus, sed coram suspectis eum litigare † cogebat, à tali grauamine [d] licitè potuit † ad nostram audientiam appellare; quodque † post appellationem huiusmodi est præsumptum, iudicari debet irritum & inane.

¶ Idem Episcopo Heliensi.

¶ Delegatus Papa nisi maliciosè se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem, in concessione tamen deferet sua dignitati & personæ, hoc dicit vsque ad §. item cum totum.

CAP. XXVIII.

Pastoralis † [e] officij, & infra. ¶ Consult. † tuæ duximus respondẽdum, quòd cũ delegato à principe iurisdictio dãdi iudicẽ sit à lege cõcessa [f] (dũ modo ipse exonerare [g] seipsum maliciosè nõ quærat) potest compellere renitẽtem, [h] eo quod iurisdictio illa nullius videretur esse momẽti, si coerctionẽ [i] aliquam non haberet. Delegatus tamen debet solicitè prouidere, ut si personis superioribus [k] (exigen

† audire, in antiquis.
† poterit.
† quia quod post, & c. al. quidq. d post &c.

r. vnde quicquid fit post appellationem legitimam, debet in irritum reuocari. sup. eod. cum causam. & hic in fin.

Concor. 2. in l. apprimi. C. de .d.

Pastoralis.] Hæc prima pars diuidi põt in tres partes. Nam in prima ponitur decisa consultatio. In secunda ibi, Consultationi. ponitur responsio. In tertia: ibi, Delegatus. quædam instructio. Bened. Capra.

CASVS. Aliquis est delegatus à principe, & ipse committit alicui vices suas: ille non vult suscipere subdelegationem: quæsiuit eṗs Helieñ. vtrum illum possit cõpellere? Rñdet Papa, à lege concessum est delegato à principe, ꝙ ipse possit cãm sibi cõmissam cõmittere alicui, dũmodo maliciosè hoc non faciat: & ideo põt cõpellere illũ vt suscipiat, quia talis iurisdictiõ nulla videtur si coerctionem aliq. non haberet: tñ iudex dẽt diligenter videre, vt si personis superioribus ex cã negocium duxerit committendum, in commissione dignitati deferat & personæ. Itẽ quærebat, vtrum delegatus possit cõmittere alicui vt citet partes? Rñdet Papa, cũ totum negotium cõmittere possit, vt dictum est ĩ. citationis officium committere potest, & punire contemptorem.

e Pastoralis.] delegatus à Papa cãm sibi cõmissam alij committere voluit, ille noluit eam recipere: quæritur vtrùm delegatus possit eum compellere.

f Concessa.] C. de iud. l. 2. iudicę. & ĩ. de appel. cum causam quæ. & ĩ. eo. c. quoniam.

[Glo. seq. recitetur per q. an non impeditus subdelegat. arg. negatiuè. sol. contrarium, secundò quærit arg. ꝓ & cõtra. & soluit]

g Exonerare.] non vꝫ ꝙ iudex possit cõmittere causam, nisi cũ iusta cã impedit[a] interesse nõ põt. ĩ. e. c. si pro debilitate. & ĩ. de rescr. c. sciscitatus. C. d pedane. iud. l. 2. ff. d iud. l. vlt. ar. ĩ. de testi. c. a. in noie dñi q. d non est verũ imò cum de iuris beneficio hoc habeat, põt cõmittere vices suas. ff. de off. ei[us] cui man. est iurisd. l. 1. & ĩ. c. ꝓxi. & ĩ. eo. q. ñ. Sed nunquid statim credendũ est iudici, cũ scribit se nõ posse interesse? Nõ vꝫ, nisi de hoc cõstet, vt ĩ. e. prudẽtiã. 1. rũ. si eñ crederet passim cuilibet iudici, quilibet se possẽt maliciosè exonerare cũ vellet. arg. ff. de va. mu. l. 1. & l. pretor. arg. cõtra. ĩ. de re iu. c. cũ sup in parte decisa. Sol. 2 nõ est ꝓsumẽdũ ꝙ iudex maliciosè cãm committat: dubia. n. in meliorem partẽ debemus interpretari. ĩ. de reg. iur. c. estote. & ff. de regu. in l. semper in dubijs & de quolibet præsumendũ est bonũ, nisi ꝯ̃rium appareat. vt ĩ. de seru. c. vnico. ĩ. de præsum. dudum. & si quis dicat hoc factum in fraudem, illud debet probare. ff. de probat. quoties. §. qui dolum.

h Renitentem.] sic patet quòd aliq̃s cõpellendus est inuitus suscipere iudicium ẽt homo alterius fori. C. qui pro sua iurisd. l. vnica. circa fi. ff. de muneri. & honori. munerum. §. iudicandi necessitas, nisi aduocatus q. non põt cogi alibi quam in suo foro suscipere iudicium. C. de aduo. diuer. iud. sancimus. in fi. & hoc in delegatis a principe. sed ordinarius non põt cogere hominem alterius fori. ff. de iurisd. om. iu. l. vlt. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. 1. & 2. & inf. de offi. or. pastoralis. sed nemo põt cogi vt arbitrium suscipiat. ff. de arbit. l. 3. §. 1. sed postquam suscepit, debet compelli, vt in d. §.

i Si coerctionẽ.] iurisdictiõ sine coerctione nulla est. ff. de of. eius cui man. est iurisd. l. vlt. & ĩ. c. ꝓx. verũtñ verbũ, coercẽdi, maiorẽ continet animaduersionẽ. ff. de of. procõ. meminisse. in fi. imò qui delegat, præcipit, C. q. pro sua iurisd. l. vnica. in prin. & ꝓceptũ necessitatẽ hẽt. 14. q. 1. q. d dẽtur. & inuitus q. s delegat. arg. ff. de mu. & ho. munerã. §. iudicãdi. C. de aduo. diuer. iu. sancim[us]. in fi.

k Superioribus.] puta in dignitate constitutis. ĩ. eod. sanè. 50. dist. contumaces. 45. distin. cum beatus. & ĩ. de maio. & obed. per tuas. & 2. q. 8. quisquis.

† Cap. 7. eo. tit. in 3. cõpil.

† al. ita: Cõsultationi tuæ taliter duxim[us], &c.

a B. Thom. & Caie. 2. 2. q. 60. art. 4.

ADDITIO. Et hodie delegatus Papæ non potest subdelegare, nisi illis personis quibus Papa delegat, de quibus in c. statutum, in prin. de rescr. lib. 6. Abb.

a Citationis officium.] ar. a toto in quantitate arg. ꝭ. eo. c. proxi. §. eius ergo. & 9. q. 3. cum simus. 1 in princ.

1 Concor. tex. in l. quæ de tota. ff. de rei ven.

b Discretione.] quæ est mater omnium virtutum. ꝭ. de offic. custo. ca. 1. & 1. q. 5. præsentium.

c Punire.] sup. §. proxi. & ꝭ. eo. sanè.

† Vide l. capitalium. & ibi Bar. ff. de pœn. su. quod no. in l. 1. ff. eod.

PRAETEREA. Primò ponitur consultatio secundò. ibi Nos autem. responsio. Abbas.

CASVS. In §. isto ponitur talis quæstio. Causa commissa est alicui appel. remota. iudex tulit sententiam diffinitiuam, appellatū fuit ab illa sententia. causa appellationis commissa est: primi iudices mandauerunt alicui, vt sententiam ab ipsis latam mandaret executioni. Iudices appellationis mandant prioribus iudicibus quatenus nec per se, nec per aliū sententiā illam mandēt executioni: quæritur quid iuris sit? Respondet Papa, quod cum ex certa scientia appellationis causā committit alijs cognoscēdam, appellationem illam recipit & reuocat priorum iurisdictionem, vt interim illorum iurisdictio suspēdatur quousque de causa appellationis plenius cognoscatur.

d Ex certa scientia.] Certam intelligo si in literis appellationis fit mentio de processu causæ, & de appellatione interposita, & de exceptione proposita: & hoc est verum quādo appellatur à grauamine ante sniam. ꝭ. de appel. vt debitus. sed si appellat a diffinitiua snia, ibi nō est necesse dicere, nisi appello ab iniqua sententia à tali iudice lata, & de tali appellatione hic fit mentio. ff. de appel. sed & si apud.

te necessitate (negotium duxerit delegādū: in coactionibus inferēdis dignitati deferat & personæ. †

¶ *Delegatus Papæ sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, & punire contemnentem acceptare. Abb.*

¶ Item cum totum negotium alij possit committere delegatus, sicut superius est expressum: citationis [a] officium pōt cuilibet (discretione [b] præuia) demandare, ac punire [c] merito contemptorem.

¶ *Si Papa scienter commisit appellationem interpositam à suo delegato dato cum clausula, appellatione remota, iurisdictio primi delegati est interim suspensa quo ad executionem. hoc dicis secundùm verum intellectum.*

¶ Præterea postulasti, si cū à sentētia lata auctoritate literarum nostrarum, in quibus appellatio est inhibita, fuerit appellatū, & literæ post appellationem ad iudices alios emanauerint: an ad mandatum posteriorū iudicū executio sententiæ à prioribus delegata, debeat retardari, ut priores iudices ipsā neque per se, neque per alios exequantur. ¶ Nos autem inquisitioni tuæ taliter respōdemus, quod cum appellationis causam ex certa scientia [d] iudicibus: alijs committimus cognoscendam, appellationē videmur recipere, ac iurisdictionē priorum iudicum reuocare: † vt interim executio sententiæ suspendatur, donec appellationis merita, plenius sint discussa; [e] & infra.

¶ *Ordinarius ad mandatū delegati exequitur sententiam, etiamsi sciat eam iniustam. Abbas.*

¶ Quia verò sæpe contingit, quod executio sententiæ ordinario demandatur: quæsiuisti an si ipsam iniustam esse cognouerit, debeat eam executioni mandare: an sit ei potius subsistendum? Attendentes itaque, quòd non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem; respondemus quod cum ordinarius teneatur obsequi delegato, & si scit [f] sententiam illam iniustā,

[Glossa sequens primò exemplificat. Secundò argum. super exceptione, &c. signat contrarium, & ibi remittit. Item signat aliud contrarium, & ibi remittit.]

† id est vel post litẽ cõtestatam, vel postquã est in causa conclusum.

† Lib. 12. epist. 15.

Minor si se ab hæreditate abstinet, vocãdi sunt creditores.

1 Prima loquit in illo qui erat in legatiõe, secunda in illo qui de ꝑfidis mandato retinebatur sub custodia militari. Io. An.

scit: aliàs ante[a] & post ingressum† causæ, potest ad hoc fine litis cõtestatione haberi recursus.

TITVLVS XXXIII.

De maioritate & obedien.

¶ Grego. † Augustino Anglorum episcopo.

¶ *Prius ordinatus cæteris paribus prior & maior habendus est.*

CAP. I.

Vm † certũ & inf. ¶ Sit honoris ista distinctio, vt ipse prior & maior [b] habeatur, qui prius communitatis† consilio, & concordi fuerit [c] actione [d] ordinatus †

a Aliàs ante.] i. si petatur restitutio non principaliter, sed incidenter, qñq; post lit. cont. super principali qõne, puta apertis attestationibus aut et postquam sit in cã conclusum, allegat pars altera, ecclesia, vel minor, quod omisit necessariam probationem: vñ petit se admitti ad probationẽ omissã officio iudicis. ʒ. de in integ. restit. auditis, & hoc fieri põt citra litis ꝯte. & ante ingressum litis, vt si omisit aliquam exceptionem, quam non proposuit itra tps sibi statutũ. ʒ. de exc. pastoralis. aut si omisit sup exceptione ipsa probãda probationẽ necessariam. Item officio iudicis admittit, qa interest eius litib. & sũptib. nõ vexari. ff. de mino. minor. xxv. annis, & si omisit allegationẽ. ff. de mino. minor xxv. annis. Itẽ est ar. hic quod super exceptionib. quæ ꝓponũtur ante ingressum litis, vel et lite cõt. nõ sit necessaria litis cont. 2 ar. contra ʒ. de offi. dele. prudentiam. §. sexta. ver. de hoc ʒ. de app. interposita. §. fi. in quibus proceditur iure ordinario. & hoc officium competit et maiori ante lit. cont. & post. Item arg. contra ʒ. de app. significante. vbi soluitur.

ADDITIO. Et expone ante, i. antequam sit in cã conclusum: vel expone ante litis contest. exhibito tamen libello post.

DE MAIORITATE ET OBEDIEN.

Quia ministrorum & iudicum de quib. ʒ. visum est, alij sunt maiores, alij minores, nec aliter posset ecclesia seu status vlis consistere (de quo vide pulchrum tex. in c. ad hæc. 89. dist.) ideo competenti ordine hic sumitur de ipsorum maioritate, & obedientia impendendo.

De hac materia tractat 21. & 22. & 93. 96. & 99. dist. per totũ. 33. q. 5. q. sitit. §. finis, vsq; ad fi. q. 8. q. 4. & 9. q. 3. c. epo. §. sola. vsque ad finem. qõ. 11. q. 3. & fi. vt dictum est ad §. cum ergo. & c. si aũt nobis. & trib. c. seq. 22. q. 3. & 2. q. 7. admonendi. 23. q. 4. duo. 22. q. vlt. de forma 81. dist. c. vlt. 23. dist. quamquam. de conse. dist. 5. in omnibus. 74. dist. episcoporum.

C Vm certum.] Breue est. Vel per alia verba põt sic summari. In honorib. reuerentialib. impendendis ponderatur cæteris parib. maioritas ex prioritate ordinationis. Abb.

CASVS. Qui prius ordinarius, est maior, & prior his qui posterius sũt ordinati, dẽt haberi. No. quod qui prior est tempore, potior, est iure.

b Maior.] nisi posterior ordinatus fuerit à maiore. ʒ. e. ꝑ tuas. & ff. de albo scrib. l. 1. & vlt. & 93. dist. c. vlt.

[Gl. seq. ponit Brocar. de priori tempore inducens 7. iura pro, & 7. contra, & soluit.

c Fuerit.] arg. qui prior est tpe potior ꝫ est iure. 75. dist. c. vlt. 7. q. 1. factus est. 27. q. 4. duob. 17. di. c. cõcilia. §. hinc et. & c. vlt. & C. qui potio. in pig. habean. diuersis & l. si in fundũ. arg. ꝯ 74. dist. epõrũ. & ff. qui potio. in pig. hab. interdum. & ff. si cet. pe. creditor. arg. ꝯ inf. de iure pa. illud, ff. de relig. & sump. fu. l. pe. 8. q. 1. licet. ff. qui & à quib. ma. liberi non fi. si quis hñs. q̃ et facit pro contraria parte. Sol. 1. rñ. est vera, contraria sunt spãli, casualia, vt patet per singula contraria.

[Gl. seq. dupliciter exponit literam.

d Actione.] i. tractatu. sic 16. q. 7. in noua actione. id

† Cap. 1. ... ti. in j. cõpi. & post con... cil. Latera... nẽ. sub Ale... iij. par. 44. c. 1.

† al. itatum vnitas.

† Vide l. ... notes. ff. de decurio.

2 Facit ad hoc l. post. & ibi bald. C. de pactis.

3 De hoc ... te Cassan... in catal. gl... mun. pa... conlid. 9...

idest, tractatu nono die habito & 16. q. 3. prima actione, Vel dic de concordi actione, idest, concordi consensu. Vel saltem maioris. 65. dist. c. 12. & 13.

SI quis venerit.] Primò dictum. Secundò corroborat per vnam auctoritatem: ibi, In lib. Reg. Tertiò per aliam: ibi, Et in concil. Abb. Sicul.

CASVS. Dr in hoc capitulo, quòd si qs fecerit contra decretum sui episcopi, excõicandus est. No. episcopi possunt facere decretum.

[Gl. seq. arguit & excipit.]

a Decretum.] institutum. s. & sic habes quòd episcopus põt facere decretu. nisi me cõstitutionem in sua diœcesi. de consec. dist. 3. c. 1. episcopi enim possunt cõdere canones episcopales, quia quilibet populus & quælibet ecclesia sibi põt constituere aliquod ius dist. 1. ius ciuile. & 8. dist. quæ contra. & 11. dist. catholica: & 12. dist. illa. sed in maioribus negotijs nõ possunt aliquid statuere.

b Abijciat.] 11. q. 3. si autem vobis. & c. sequenti.

¶ Idem.

¶ *Veniens contra decretum vel constitutionem episcopi debet excommunicari.*

CAP. II.

SI † quis venerit contra decretum [a] episcopi, ab ecclesia abijciatur. [b] ¶ In libro Regum legitur: Qui non obedierit principi [c] morte [d] moriatur. Et in concilio Agathen. quod anathematizetur.

¶ Leo Papa. †

¶ *Clericus administratione carens non tenetur ad iuramentum obedientiæ, vel ad faciendã scripturã super ea.*

CAP. III.

LEgebatur † in literis tuis, quod frater Atticus chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat, in qua signũ prodebatur iniuriæ: [e] Non. n. necessarium fuerat, vt † obligaretur scripto, qui obedientiam suam, ipso iam voluntarie aduẽtus [f] officio comprobabat.

¶ Clemens Papa tertius.

¶ *Ab omnibus de diœcesi obediendum est episcopo.*

CAP. IIII.

OMnes † principes [g] † terræ & cæteros homines, epis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

¶ Innocentius iij. capitulo Herbipolen.

¶ *Nõ obediens canonicis institutis, incurrit inobedientiæ notam, idest, infamiam.*

CAP. V.

Illud † Dominus in beato Petro: & infra.

¶ Cum spiritualia sine tẽ

[Glo. seq. quærit & soluit.]

c Principi.] idest Papæ. de consec. di. 1. corporaliter. sicut ecõuerso imperator vocat põtifex. 10. di. de capitulis. Sed nũq. laici debẽt obedire Papæ? potest dici quod sic, quo ad spiritualia. j. e. omnes principes. & j. de iudic. nouit. Sic e conuerso principi sæculari, idest, imperatori omnes subditi obediant, & clerici qui ab eo recipiunt temporalia. j. e. solitæ.

[Gl. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

d Morte.] sed nunquid ecclesia punit taliter? Nõ: sed ostẽdit quod iudex sæcularis facere debeat. Vel morte, l. æterna quia perit in p. p. delictũ contumaciæ, nisi pœnituerit. Vel dic qui non obedierit iusto præcepto. 11. q. 3. si dñs. Si est iniustum, & hoc est manifestum, non obediat, vt ibi, & c. Iulianus. Si dubium esset præceptum principis propter bonũ obedientiæ, quod tibi præcipit, facias. 23. q. 1. quid culpatur. in fine.

LEgebatur.) potest textus iste intelligi dupliciter. Primò quod iste frater Atticus scripturã de obediẽtia præstanda episcopo nomine proprio scripsit. Secundò potest intelligi quod scripsit nomine alterius. Et non est vis quis intellectus teneatur, sensus enim literæ, quod clericus non habens curam animarum, non tenetur promittere episcopo obedientiam per scripturæ confectionem, nel per iuramenti præstationem, sed satis est verbo obedientiam promittere, & hoc intendit litera iuncta gl. Abbas.

CASVS. Quidam electus fuit in prælatum alicuius ecclesiæ & confirmatus: q. dã frater Atticus noie, qui absẽs erat, hoc audiẽs statim venit, & voluit ei facere obedientiam, sed prælatus volebat quod ipse per scripturã obligaretur ad obedientiam pstandã & seruandam: & sic scripsit & spopondit frater Atticus: prælatus ipse significauit hoc domino Papæ qualiter frater Atticus scripserat, & rescribit ei Papa dicens quod in litteris illis signum prodebatur iniuriæ, quia non fuit necessarium vt obligaretur scripto, qui obedientiam suam spontè exhibuit. Not. quòd non est necessarium vt aliquis se obliget scripto qui obedientiam voluntarius impendit.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

e Iniuriæ.] simile j. de simo. ex diligẽti & j. de te. tu. indignũ. sufficiebat enim manuale facere obedientiã. j. e. his q. ac. cõtra. 22. dist. quanquã. & j. de iureiur. nullus episcopus. Et pro & contra. solu. qui dicunt contraria, intelligitur de illis quibus animarum cura committitur. Quod hic dicit & in similibus, debet intelligi de clericis inferioribus, qui non sunt cõpellendi ad iuramentũ vel scripturam faciendam, sed solum sufficit si obedientiam simpliciter repromittant suis prelatis, vt dicit in fi. & decre. prædicta, null[9] episcopus.

[Gl. seq. arguit cõtra superflua alle. 4. iura.]

f Aduentus officio.] simile de pœn. dist. 1. quem pœnitet. vbi dicitur quod mũdati sunt leprosi, dum irent coram sacerdotibus se ostendere. Et est hic argu. pro superfluis resecandis. j. de exces. prælat. cum ad quorundam. 10. q. 3. quia cognouimus. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Trebatius, ff. vt lega. seu fideicom. hæc stipulatio.

OMnes principes.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod beatus Petrus præcipit, quòd omnes pricipes terræ & omnes homines obedirent episcopis. No. quòd sacerdotium maius est imperio, s. in spiritualibus.

[Gl. seq. de duobus mixtim quærit, & soluit.]

g Omnes principes.] ergo principes subsunt episcopis: quod verũ est, vt hic, & j. eo. solitæ. & 96. distinct. duo sunt. Quid si rex hẽt multos episcopos in regno suo, coram quo tractabit spũales causas suas, vel cui dabit decimas? Causas spirituales tractabit coram illo episcopo in cuius territorio habet larem principalem, C. vbi sena. vel clarissi. l. 2. decimas prædiales dabit illi episcopo, in cuius territorio sita sunt prædia, & de parochijs significauit, alias decimas dabit vbi audit diuinum officium, proportionabiliter diuidendo si audit in pluribus. ff. ad municip. l. assumptio. argu. contra. j. de testa. relatum. in fi. Bernard.

ILlud dominus.] CASVS. Episcopus Hildesimen. vocatus ad aliam sedem episcopalem, propria auctoritate se transtulit: Et redargutus, dicebat quòd fecerat, pro commodo illius ecclesiæ: quia nisi forte transisset, ecclesia illa fuisset passa damnum graue in temporalibus; Papa vero illum hic redarguit, quia propter commodum temporale, non debuit venire contra canones disponentes, quod citra licentiam Papæ non debet episcopus episcopatum suum dimittere, vt c. 2. de trãslat. prælato. forte iste episcopus pro suo commodo pprio se transtulit. Abbas. Nota quòd spiritualia sunt temporalibus digniora. Item obedientia præfertur omnibus.

a Dignio.

Marginal notes (left): Ca. 1. & 4. ... in 3. cõ ... Burchar. lib. 15. capi ... Iuo par. 16. c. 24. 1. Reg. 13. Deut. 17. — Cõcor. c. ... de const. lib. 6. — Epist. 81. Anastasio ... po Thessa. ... — Cap. 2. eo. ... in 1. cõp. — Sicul. — Si qs episcopi ipsam ... lege ..., rectius ... forsan interpretabitur.

Marginal notes (right): † quod — † In vetustiorib. ita. Clemẽs Papa. — † Burchard. li. 1. c. 1. 124. Iuo par. 5. c. 234. & c. 5. c. ti. in 1. cõpi. — † al. ita: Ois pricipes terræ. — 1. Petr. 2. — † Ca. 1. e. tit. in 3. compi.

a Digniora.] quò ad quid: quoniam spiritualia sine temporalibus non proficiunt, sicut nec anima sine corpore. 1.q.3. quis obiecerit.
b Victima.] 81. dist. si qui sunt presbyteri. 31. dist. ea. præter hoc, §. verum. & 8.q. sciendum.

† In ie l. in . oratione. & ibi Bar. C. de sacro. eccl.

c Auscultare.] idest, attendere & audire mandatum cũ effectu.
d Commodo.] occasione siue prætextu pietatis non est facienda impietas, vt 1.q.1. non est putanda. 14.q.5. fortè. argu. & 30.q.1. nos. fi. 1

poralibus digniora: a † & obedientia melior sit quã victima: b & auscultare c magis quàm adipem arietũ offerre: non debuerat Hildesemẽsis episcopus, pro temporali commodo, d inobedientiæ notam incurrere, & Apostolicis iussionibus contraire.

1 Cõcor. l. actione. §. Labeo. i gl. in verb. eo. tpe. ff. pro socio. & l. j. cũ gl. & ibi Bartolo. ff. sol. matri.

SOlitæ benignitatis. Primò ponit admirationem Imperatoris, & auctoritatem qua mouebatur. Secundò ibi, Verum, exponit illam. Tertiò ibi, Potissime ad declarãdam prærogatiuam sacerdotij inducit auctoritatem Hieremiæ. Quartò ibi, Præterea. auctoritatẽ Gẽ. Quintò ibi, Hæc autem. cõcludit ꝙ Imperatorẽ. Sextò ibi, Nos autem. se excusat ꝙ non increpauit dicens, quòd increpare poterat: & hæc auctoritatibus cõprobat. Septimò: ibi, Verum. relinquit imperatorem suo iudicio. Abb. Siculus.

† In manuscriptis ita: illustri Cõstantinopolitañ. &c.

¶ Idem illustrissimo † Constantinopol. Imperatori.

¶ Imperium non præest sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse principibus, sed præesse. hoc dicit, & est multum allegabile.

CAP. VI.

SOlitæ † benignitatis affectu, & infra.

¶ Mirata est imperialis sublimitas, quod te nisi † fuimus in nostris literis increpare: Huic autẽ tuæ admirationi non causam, sed occasionem præbuit, quod legisti beatum Petrum Apostolorum principem sic scripsisse; Subditi f estote omni humanæ creaturę propter Deũ, siue regi, tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum: & infra.

¶ Verum g si personam h loquentis, & eorum ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendisses scribẽtis, non expressisses taliter intellectum. Scribebat. n. Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat; nam si per hoc quod dixit; † Subditi estote, sacerdotib. voluit imponere iugũ subiectionis: & eis prælationis auctoritatẽ afferre, † quibus eos subiectos esse monebat: sequeretur ex hoc, quod etiam seruus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicatur; omni humanæ creaturæ: † Quod autem sequitur: regi tanquam præcellenti: non negamus quin præcellat Imperator, in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt i † temporalia, sed

¶ Cap. 1. & eo. tit. in 3. compil.

† Al. visi.

a Hic casus in antiquis codicib. est, sed textum melius intelliges, si integram legeris epistolã in operib. Innocentij iij. ꝙ ex hac casus positione,

CASVS. Imperator a Cõstantinopolitanus faciebat patriarcham Constãtinopoli. iuxta pedes suos i parte sinistra sedere: Papa hoc intelligens scripsit ei, ꝙ non decebat eum taliter se habere erga suum patriarcham, cum alij reges & principes suis prælatis (vt debent) reuerenter assurgant, & eis iuxta sedem venerabilem assignent: Imperator rescripsit ei dicẽs quod multum mirabatur quod cum super hoc nisus fuerat increpare, dicẽs quòd sacerdotium subesse imperio, auctoritate Petri dicentis. Subditi estote omni humanæ creaturę propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malorum, laudem verò bonorum. Rescribit autem Papa ipsi, respondendo auctoritati Petri, illam exponens, quòd si psonam loquentis, & illorum ad quos loquebatur, diligenter considerasset, non expressisset taliter intellectum illius auctoritatis. scribebat enim subditis suis, quos ad humilitatem inducebat: nec per hoc voluit subesse sacerdotium, quia secundùm intellectum illius sequeretur, quòd quilibet & seruus imperiũ in sacerdotes accepisset, ex eo quod ibi dicitur, omni humanæ creaturæ: sed non negat quin imperator præsit suis, & illis qui ab eo temporalia receperunt. Tandem exposita præmissa auctoritate Petri, ostendit exemplo Christi sacerdotiũ præminere regibus dicto Hieremiæ. Ecce constitui te super gentes & regna, &c. & per auctoritatem Genesis: Fecit Deus duo magna luminaria, &c. Dicit. n. quòd si ista bene considerasset, nõ fecisset taliter patriarchã suum sedere ad pedes suos: & licet non increpasset eũ, poterat tamen rõnabiliter increpare. cum ipse super omnes acceperit potestatẽ in persona Petri cui dictum fuit à Dño. Quecunq; ligaueris super. &c. In fine dicit quòd imperialis celsitudo discernat, vtrũ ad bonum & vtile inuitauerit imperatoriam excellentiã, cũ ipse solummodo ad vtilitatẽ ecclesię, & terræ Hierosolymitanæ subsidiũ ipsum duxerit inuitandũ. Bernar. Nota quòd persona loquens cõsideranda est, & eorum ad quos aliqs loquit. vim. n. locutionis dẽt quis considerare. Itẽ, Imperator præexcellit illis qui ab eo temporalia recipiunt: sed in spiritualibus pontifex antecellit ipsũ. Item Imperator & alij omnes laici inferiores in clericos non habẽt potestatem. quia non sunt eius iurisdictioni cõmissi. Abbas.

2. Pet. 2.

† Dixit.

† In quadam repressis, iniecte legũ. & male ut et ir. . . . contra

e Nisi fuimus in nostris literis increpare.] sed hoc nõ fecit animo increpandi: sed aio admonendi ex affectu dilectionis. 5.q.5. non ois. & c. nõ oculat. & C. de sent. & interlo. omn. iud. ex stipulatione. simile 23. quæst. 5. non putes.

† recipiunt

f Subditi.] ꝭ. de censi. omnis anima. & 11.q.1. quam magnum.
g Verum.] hic Papa respondet auctoritati Petri inductæ ab imperatore.
h Si personam.] consideranda est persona loquentis, & cui quis loquit. 26. deinde opponitur. & ꝭ. de cõsan. & affin. de infidelibus. & aliquid probatur ratione personarum colloquentium, arg. 1.q.7. didici.

[Gl. seq. quærit, arguit, soluit, contra solutionem opponit. In additione dat veram solutionem.]

i Suscipiunt.] nũquid ergo appellabitur ab episcopo ad Imperatorem? Videtur quod sic, ꝭ. de fo. competẽ. verum. tunc enim cognoscit quasi ciuilis iudex. ar. ꝭ. de app. si duobus. Dico quod sic, nisi consuetudo sit contraria. arg. ad hoc 17. dist. si episcopus. Videtur tamen quod illa temporalia penitus essent à iurisdictione Imperatoris separata. 10.q.1. nouerint. 3 Dicas quòd appellandũ ẽ ad archiepiscopũ, nisi de cõsuetudine, vel priuilegio, vel alio iure ad alium sit appellandum. ꝭ. de appella. Romana. §. debet. [lib. 6. 4]

3 Et ꝭ de par. . . li. 6. . .

4 De hoc . . . del pac. Io. And.

a In spi-

pontifex in spiritualibus [a] antecellit: quæ tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur [b] † corpori: licet non simpliciter dictum fuerit, subditi estote, sed additum fuerit, propter Deum: [c] nec pure sit subscriptum, regi præcellenti, sed interpositum forsitan fuit, † non sine causa, tanquam. [d] Quod autem sequitur; ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorum: intelligendum non est, quod Rex vel Imperator, super bonos & malos gladii acceperit potestatem, sed in eos solummodo, qui vtentes gladio, eius sunt iurisdictioni commissi: & infra.

¶ Potuisses autem prærogatiuam sacerdotij ex eo potius intelligere, qđ dictum est, non à quolibet, sed à Deo; non regi, sed sacerdoti, non † de regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendẽti, de sacerdotibus videlicet, qui erãt in Anathot; Ecce constitui te [e] super gentes & regna, vt euellas, [f] & dissipes; ædifices, & plantes, [g] & infra.

¶ Præterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cęli, luminare maius [h] vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti, vtrumq; magnum; sed alterum maius Ad firmamẽtum igitur cęli, hoc est vniuersalis ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, idest, duas instituit dignitates, quæ sunt pontificalis authoritas, & regalis potestas. Sed illa, q̃ præest diebus, i. spiritualibus, maior est: quæ verò carnalibus, minor, vt quanta est inter Solem & Lunam, [i] tanta inter põtifices & reges differentia cognoscatur.

¶ Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non † faceret aut permitteret Constantinopolitanũ patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum ecclesiæ, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere, cum alij reges & principes, archiepiscopis & episcopis suis (sicut debent) reuerenter assurgant, [k] & eis iuxtà se venerabilem [l] sedem assignent: & infra. Nos autem etsi non increpando scripserimus potuissemus tamen rationabiliter increpare; & infra.

¶ Nobis autem in beato Petro sunt oues Christi commissæ, dicente Domino, Pasce oues meas, non distinguens [m] † inter has oues & alias, vt alienum à suo demonstraret ouili, qui Petrum & successores ipsius, magistros nõ recognosceret & pastores; vt illud tanquã notissimum † omittamus. [n] quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius, Quodcunque [o] ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis, &c. nihil excipiens qui dixit, quodcunque, & infra.

¶ Vtrum † autem Imperatoriam excellẽtiam ad bonum & vtile, per litteras nostras duxerimus inuitãdam, vtrum tibi iusta suggesserimus & honesta, tua solicitudo discernat, cum non nisi ad vtilitatem ecclesiæ, & terræ Hierosolymitanæ subsidiũ nos te meminerimus inuitasse.

¶ Idem episcopo Floren.

¶ Ordinatus per Papam, non per hoc eximitur à iurisdictione sui episcopi.

CAP. VII.

Per † tuas nobis litteras, & infra ¶ Postulasti per sedis Apostolicæ oraculũ edoceri, vtrum

a In spiritualib.] 10. dist. suscipitis. 96. dist. cum ad verum.
b Præfertur.] 12. q. 1. præcipim⁹. & 24. q. 3. si habes. & 38. d. sedulo.
c Propter Deum.] per q d vř esse consilium perfectionis, in quo liberũ est arbitrium. 14. q. 1. c. ult. [Gl. seq. arguit, al leg. 3. iura, in contrarium vnam legem.]
d Tanquã.] quod quoque similitudinẽ potius quam veritatem notat: vt illud Euangelij, Tanquã ad latronẽ, &c. nihil enim est simile sibi: vt sit similitudinariũ nõ expressiuũ veritatis. sim. ff. d pec. l. 3. §. si filiusfamilias. [illegible] Etẽ hic arg. quod nulla dictio debet vacare i. referri pro alioquin frustra mẽbranas occupat. 19. dist. si Romanorum. arg. ad hoc. 28. q. 1. sic enim. & ff. de vsu. l. 4. argu. contra. C. de fideiuss. non recte.
e Constitui te.] hic loquitur Dñs Hieremiæ prophetæ, dans ei potestatẽ super gentes & regna.
f Euellas.] vitia scilicet.
g Plantes.] virtutes.
h Maius.] 96. dist. duo.
i Inter solem & lunã.] igitur cum terra sit septies maior luna. sol autem octies maior terra. restat ergo ut pontificalis dignitas quadragesies & septies sit maior regali dignitate. ADDITIO. Laurentius hic adducit dictũ Ptolemæi. Manifestum est, quod magnitudo solis cõtinet magnitudinẽ terræ centies & quadragesies septies, & duas medietates ei⁹. Itẽ palam est, quod magnitudo solis cõtinet magnitudinẽ lunæ septies millies & septigesies, & quadragesies quater, & insup eius medietatem. Item dicit qđ terra continet magnitudinẽ lunæ trigesies nouies. Io. A. dicit, quòd ratione non capio, astrologis relinquo.
k Assurgãt.] & inclinẽt[illegible], vt 63. dist. Valentinianus.
l Venerabilem.] ex sede enim uenerabilis p̃sumitur, ut s. de cõsue. cum olim.
m Nõ distinguẽs.] nec nos ergo distinguere debemus. 2. q. 5. consuluisti. 31. q. 1. qđ si dormierit. & 33. q. 2. qđ si De⁹. & s. de translatio. inter corporalia. ar. 22. q. 5. hoc vř. At. ẽtra. ff. de testib. quæsitum.
n Omittamus.] di[illegible] omissurum qđ [illegible]tim inducit: & est qđã color rhetoric⁹ q. dř præoccupatio. 8. q. 1. Moyses. in fi.
o Quodcũque.] q. dicit omnia, nihil excipit. 19. dist. si Romanorum. ff. de offi. p̃sid. l. 3. Ber.

Per tuas.] cõmunis diuisio. Scda ibi, Adqđ. Ab. Sic. CASVS. Aliquis recepit ordinem subdiaconatus à dño papa, quæsitum est à dño papa: utrum per ordinẽ subdiaconatus subtrahat à debita reuerẽtia sui epi? Rñdet papa q̃ etsi decẽs sit ut illi secun-

† Concord. tex. in l. sancimus. C. de epis. & cler.
† Verbum sit, deest in antiquis.
† Si igit qua [illegible] interes[illegible] [illegible]
† Huc spectat conc. Trid. ses. 25. de reforma. c. 17.
Ioan. 21.
† Concord. tex. in extra uag. vnã sanctã. ti. đ ma. & obed.
† nouissima
Matth. c. 16.
† In codice Barbatiæ ita: Verũ aũt imperatoriã excellentiã ad bonũ & utile per nostras litteras duximus inuitãdã. Vtrũ igit tibi iusta suggesserimus, &c.
† Cap. 3. eo. tit. in 3. compilatioi

vtrum

Quod super.] Primò ponit decisum exordium. Secundò dictum cum inclusa limitatione. dictum est ibi, Abbates limitatio: ibi, Dummodo. Abbas.

CASUS. Abbates quidam qui vocabantur ad synodum ab epo diœcesano dicebant quòd non tenerentur ire ad synodum: quæsiuit eps à Papa quid iuris esset? Rñdet q abbates & sacerdotes subiecti episcopo lege diœcesana, qui ad synodum venire contemnunt, per censuram ecclesiasticã ad synodũ venire cogãtur, obedientiam & reuerẽtiam suo epo exhibentes, dummodo nihil iniquũ statuatur in ipsa. Nota quòd abbates ad synodũ venire debent.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

a Diœcesana.] sed quare vocant abbates ad synodũ, cõtra illud qđ legitur 18. dist. c. eps. & 18. q. vlt. §. fi. Rñdeo, abbates habẽtes populũ, tenent venire ad synodũ: de quibus loquit 18. q. 2. abbates. sed nõ habentes populũ nõ tenent venire, nisi causa rationabilis subsit, vt dr̃ i illa pal. a. 18. dist. eps. vnde Cistercienses etiã si non essent exẽpti, cũ non habent populũ, nõ tenent venire: exempti enim q populũ nõ habent, nõ tenẽtur venire. 18. q. 2. q̃ sit necessariũ. in fi. de hoc dictũ est. s. de off. ordi. dilectus.

b Obedientiam.] quia inde siue prælatus iurisdictionem suam defendere potest pœnali iudicio. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. 1.

¶ Idem.

Abbates, & sacerdotes, qui sunt diœcesani episcopi, ad eius synodum uenire, & sibi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam.

CAP. IX.

Quod † super his: & infra. ¶ Abbates, & sacerdotes diœcesana[a] tibi lege subditos, † qui ad tuam Synodum uenire contemnunt. (Dummodo † in ipsa Synodo nõ ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obuiet institutis) per censuram ecclesiasticam ad synodum ipsam † venire compellas, & debitam tibi obedientiam, & reuerentiam[b] exhibere.

¶ Idem sancti Stephani & sancti Proculi abbatib. Bononiensibus.

Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicari possunt, & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.

CAP. X.

10 Cum † in ecclesijs sancti Victoris & sancti Ioannis de monte: & inf. ¶ Nos igitur ad reformationem earundem ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, uniuersis canonicis dedimus in mãdatis, ut Priori suo in his 20 quæ † ad eum pertinent, obedirent. ¶ Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) se obedire velle concorditer respõdissẽt, prædicti quatuor se contra Priorem in 30 superbiam erigẽtes, licet de obedientia suo Priori præstãda, præstitissent corporaliter iuramentum;[c] tamen exhibiti iuramenti immemores, suo Priori p oĩa restiterũt: & cum pro cõtumacia sua nequiuis- 40 sent ad debitam obedientiã reuocari, dictus Prior in eos excommunicationis[d] sententiam promulgauit. ¶ Cum † igitur præfati Canonici ad Apostolicam sedẽ accessissent, per scripturas authenticas[e] † 50 ex multorum testimonio prælatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam ecclesię ab eis

Cum in ecclesijs.] Primò narrat factum. Secundò dat iudices: ibi, Ideoque. Prima pars facit tria. Nam primò ponitur Papæ mãdatũ. Secũdò rebellio 4. canonicorũ, & ipsorum excõicatio: ibi, Cũque. Tertiò ipsorũ absolutio, & præceptum ei factum: ibi, Cum igitur.

CASUS. Significatum fuit dño Papæ, q canonici ecclesiarum sanctorũ Victoris & Ioãnis in mõte inobediẽtes erant suo priori, & in alijs quãplurimum excedebant. papa verò volens intendere circa reformationẽ eorum, mãdauit canonicis vniuersis vt priori suo in his quæ ad Deũ pertinent, obedirent. Litteris domini papę receptis omnes rñderunt q parati erant in omnib⁹ obedire, exceptis quattuor, qui c̃ priorem se in superbiam erexerũt, quãuis de obedientia pstanda pstitissent iuramentum: & cũ nõ possent ad obedientiam reuocari, dictus prior excõicauit eosdẽ: Tãdem petierũt absolui ab ipso priore, & ipse pcepit eisdẽ vt iurarẽt parere mãdatis ipsius. qđ ipsi facere noluerũt: vnde noluit eos absoluere: postmodum dicti quattuor ad sedem Apost. accesserũt, & cũ constitisset papę de ipsorum contumacia per literas multorum prælatorum, recepto ab eis iuramẽto sm formã ecclesiæ, istos fecit absolui, præcipiens eis sub debito iuramenti, vt ad claustrum redirẽt, & suo priori humiliter obedirent. super negotio isto scribit Papa duobus Abbatibus, mandans eisdẽ, quatenus compellant pfatos canonicos redire ad obedientiam sui prioris: & ne de sua malitia valeant gloriari, compellant eosdẽ, vt præstẽt eidẽ priori iuramentũ quod de parẽdo mãdatis prioris, p sua absolutione superbè negauerunt, si viderint expedire, quod si facere noluerint, de monasterio expellantur. Not. q priores & abbates põt excõicare. Itẽ iuramentum de obedientia à cõtumacibus potest exigi. Itẽ literis plator ũ redit in piudicium aliorũ. Itẽ excõicati debent absolui, pstito prius iuramẽto. Itẽ à periuro iterũ exigit iuramentum. Itẽ q priori suo vel abbati suo non vult obedire, debet expelli de monasterio.

[Glossa sequens notat. & signat contrarium.]

c Iuramentum.] not. q regularis suspectus de inobediẽtia cogi põt iurare obedientiã arg. ff. de iud. in omnibus. 2 argu. contra sup. eo. legebatur.

d Excõicationis.] & ita prior propter inobedientiam potest excommunicare subditum suum, sic & electus in abbatem, infra de simo. sicut.

60 [Glossa sequen. ponit duo argumenta, & primum reprobat.]

e Authenticas.] videtur quòd per scripturas probetur crimẽ alicuius, & ita per chartam potest probari periurium alicuius. argum. 5. quæst. vlti. Epiphanium, quod non est verum. Item est argum. hic quod litteris prælatorum creditur in præiudicium aliorum, cum viuæ voci non credatur. infra de præb. quoniam contra. Item habes hic, quòd littera prælatorum, scripturæ dicuntur authenticæ. sic infra de fide instrumento. ca. 2. & cap. cum dilectus. infra de probatio. post cessionem.

ADDITIO. Certiores. Non reputat probatum quantum ad depositionem, sed quantum ad absolutionem. Item non agebatur criminaliter secundum Innocentium. Io. And.

Cap. 1. eo. i 4. cõpil.

ibi dictos

Concil. id. ĩ sia 4. refor. c. 2.

† illam.

Sed vide mino qd cat hoobseruat. Tri. 24. de renar. c. 2.

† Al. ad Deũ. & pro vtraque litera facit q no. s. de tẽpo. or. c. ad aures. i gl. 1.

† Cap. 1. eo. ti. i 4. cõpil.

† al. cumq.

† Id est, sigillis authẽticis prelatorum sigillatas; qđ dic. vt no. j. de fid. instr. c. 1. & c. cum dilectus.

2 Ex iusta cã cogit qs cauere de eo quod dẽt in diẽ, vel sub conditione. Ioan. And.

Iuramento.] Not. ꝙ à periurio & suspecto recipitur nouo cautio iuratoria. 1 quod est ꝯ illud 22.q.5.par nulli.& ꝯ illud.ꝟ.de psum.litteras.& ꝟ.de coha.cler.de & mu.clericos.sed illud fit in maiorẽ cõfusionem ipsorum,& maius opprobrium,& quia aliam cautionẽ prestare non possunt,cũ nil habeant.vt 12.q.2. non dicatis.

1 Concor. text. in l. 1. & ibi Bart. C. si aduer. vendit.

b Excludatis.] ecce pœna inobedientium, & nihilominus excõicandi sunt, & ab omnibus euitãdi vsq; ad satisfactionẽ ꝟ.de regulari. & trãseun.c.vlti.in fi.Ber.

His quæ.] Duo sunt dicta.secũdum: ibi, Quando. Abbas.

CASVS. Inter ecclesiã sancti Laurentij in Damaso ex parte vna,& capellas sibi subiectas ex parte altera,quęstio vertebatur sup scrutinio & alijs articulis coram Papa,ipse auditis quę vtraque pars coram ipso proponere voluerat, sententiãdo decernit, vt pbsyteri & clerici earundem capellarum cardinali q tunc erat in ecclesia ipsa,& q per tempora fuerit, præstent manualem obedientiã,& reuerentiam,& ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo, & capitulo conueniant temporibus consuetis,correctionem ipsius cardinalis recipiant, & sententias excõicationis, interdicti, vel suspẽsionis quas in eos & eorũ ecclesias tulerit, inuiolabiliter obseruent. Cum verò ecclesia illa cardinali vacabit,capellani & clerici supradicti,capitulo ipsius ecclesię exhibeant omnia supradicta.excepto qd dictum est de correctione,excõicatione, ac suspensione ipsorum: quia dominus Papa ꝓ bono pacis, suæ prudentiæ reseruauit. Not. hic quæ debent cappellani & clerici suis plebibus.Item vacante ecclesia capitulum exercet vicem prælati.

† Hæc duo verba, vel malitia, desunt in antiquis.

† In pluribus manuscriptis hr̃, Damasco,tã i titulo q̃ i textu sed male, cũ sit titulus notus & val de antiquus Romæ.

† In aliquot vetustissimis exẽplarib. ita: sup scrutinio. alijsq; articulis diligẽter auditis.

2 Et ꝯ hanc nõ currit pscriptio. de pscri. cũ nõ liceat. & qd hic traditur, an sit specia le i cardinalibus,tradũt hic In. Hos. Ioan. And.

c Obedientiam.]hic.n.patet quaiter subditi obedientiam facere debeant suo plato sine scriptura.ꝟ.eo.le gebaĩ.& sine iuramento.ꝟ.de iureiur.nullus.sic ꝟ.de re sti.spol.olim, & q̃nque per iuramentum, vt c.nullus. ADDITIO. Nisi essent suspecti,vt sup. tit. proxi.

d Pro scrutinio.] sic ꝟ. de capel. mo. dilectus.vbi de hoc in glo.quæ incipit.sic.sup.

[Gl.seq.arguit.vacãte sede,&c. signat ꝯriũ, & soluit.]

e Pro bono pacis.] ergo vr̃ ꝙ de iure cõi vacante 3 ecclesia plato, trãsferaĩ potestas ad capitulũ,sed ꝓ bono pacis Papa hoc sibi reseruat, cũ oĩa alia liberè capitulo reseruauerit. Et ita vacante ecclesia capitulũ põt iudicare, absoluere,& excõicare.ꝟ.de hære. ad abolendã.1.rñ.& ꝟ.eod. cũ olim,arg.65.dist. c.vlti.& 7.q.1. põtifices.& 23.dist.in nomine dñi. Ea verò q̃ ministerium consecrationis desiderãt, facere non possunt: imò vocabunt vicinos epos cũ cautelæ studio, vt in dicto c. pontifices. prębẽdas tamen vel dignitates, vel curã animarum,q̃ pertinent tñ ad prælatũ, capitulũ vacante ecclesia cõferre nõ põt:q a nusquã inuenitur ꝙ vacante sede potestas conferendi beneficia trãsferaĩ ad capl'm. ꝟ.ne se. va.illa. Arg. cõtra illud quod dictũ est,ꝙ capitulum possit absoluere. 11. q.3. si qs eps dãnaĩ, Illud verum est,ꝙ si excõicatus à pdecessore non sit absolutus, ꝙ successor illũ absoluere põt, cũ ei succedat in onere ac in honore. ꝟ.de offi. or.pastoralis. Sed nõ negat quin capitulũ possit illũ absoluere necessitate exigẽte: & ita pp periculũ aĩarũ hoc pmittit. Et satis põt cõcedi. arg.huius c.ꝙ capitulũ vacãte ecclesia (cũ causa rõnabilis subest) põt excõicare subditos si fuerint contumaces & inobedientes. Ber.

† al. ita: diligẽter coram nobis auditis.

† & qui per tempora fuerint

3 Vacãte ecclesia p obitũ plati aut alias, ad quẽ trãsferat iurisdictio, late docet Hostiensis in c ad aboiẽdã de hęret. & si sede vacãte.

Dilecta in Christo filia.] Prima pars ponit querelam. Secunda: ibi, Quocirca. dat iudices. Abb.

CASVS. Abbatissa Rubrigeñ cõquesta fuit dño. papæ. ꝙ cũ ipsa canonicas suas & clericos suæ iurisdictioni subiectos suspenderet ab officio & beneficijs,exigentibus suis culpis.ipsi confisi ex eo quòd ipsa eos excõicare non posset, suspensionem ipsius non seruabant, & sic eorum excessus impuniti remanebant. Mandat papa cuidam abbati, quatenus dictas canonicas & clericos

dem corporaliter iuramento, [a] ipsis fecimus ab solutionis beneficium im pendi; præcipientes eis sub debito iuramenti, ut ad suum claustrũ de quo exierant,redeuntes. Priori suo secundum Deũ deuote, ac humiliter obedirent. Ideoque mãdamus, quatenus præfatos canonicos, ut ad prioris sui obedientiam reuertantur, per censuram ecclesiasticam compellatis; & ne de sua possint cõtumacia, [vel malitia †] gloriari, cogatis eos (si uideritis expedire) vt iuramẽtum, quod de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando superbè negauerãt, humiliter pstare procurent:alioquin eos de fratrũ consortio penitus excludatis. [b]

¶Honorius iij.G.presbytero Cardinali,& Capitulo S.Laurentii in Damaso. †

¶ *Presbyteri clerici capellarũ subditarum titulo cardinalatus,debent cardinali obedientiam,& reliqua de quib. hic. Et vacante titulo succedit capitulum illius ecclesiæ, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptum.*

CAP. XI.

His, quę pro Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso ex parte una,& capellis sibi subiectis ex altera, super † scrutinio aliisque articulis fuere proposita,diligenter † auditis,sententiando decreuimus,ut earũdem capellarum presbyteri,& clerici, cardinali qui nunc est in ipsa Ecclesia, & qui † fuerint per tempora, manualem obedientiam, [c] & reuerentiam, & honorificentiam omnem exhibeant,& ad ecclesiam ipsam pro scrutinio [d] baptismo, & capitulo celebrandis, conueniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis recipientes humiliter: & excommunicationis inter dicti, vel suspensionis sen tentias, quas tulerit in eos, & ecclesias eorundem inuiolabiliter obseruantes. Quando autem ecclesia ipsa cardinali va cabit, † capellani, & cle rici memorati, eidem ec clesiæ reuerẽter exhibeãt omnia supradicta, excepto quod de correctione, excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bo no pacis, [e] nostræ prouidẽtiæ reseruamus.

¶Idem Abbati S. Michaelis Abradeñ. diœcesis.

¶ *Licet abbatissa subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.*

CAP. XII.

Dilecta in Christo filia abbatissa de Bubrigeñ. † transmissa no-

† Lubrigeñ. Quedigeñ.

† vacantis

ticos compellat per censuram ecclesiasticam, vt abbatissæ præfatæ obedientiam & reuerentiam impendant. & eius salubria mandata obseruent. Not. quod mulier excommunicare non potest.

.[Glo. seq. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. tria iura, & soluit.]

bis petitione monstrauit, quod cum ipsa plerunque canonicas suas, & clericos suæ iurisdictioni [a] subiectos propter inobediẽtias & culpas eorum, officio beneficioque suspendat: ijdẽ confisi ex eo quod eadem abbatissa eos excommunicare non pōt, suspensionem huiusmodi non obseruant: propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti.

¶ Quocirca mandamus, quatenus dictas canonicas [b] & clericos, vt abbatissæ præfatæ obediẽtiam & reuerentiam debitã impendentes, eius salubria [c] monita & mandata obseruent, ecclesiastica censura compellas.

¶ Gregorius nonus patriarchæ Graden.

¶ Si metropolitanus à suffraganeo iuramentum exigit vltra formam statutã à canone, in eo quod est vltra, suffraganeus non tenetur.

Abbatissa non possit habere iurisdictionem.

a Iurisdictioni.] sic ergo mulier hẽt iurisdictionem. ĩ. de arbi. dilecti. Sed contra videtur quod mulier iudicare non pōt. 33. q. 5. mulierem. nec ciuilibus fungitur officijs. C. de proc. alienam, ff. de reg. iur. l. 2. Dicas quod abbatissa hẽt iurisdictionem talẽ qualẽ, nõ ita plenã sicut vir habet. Dicas ergo, quòd pt suspẽdere ab officio & beneficio monachas suas, & clericos suæ iurisdictioni subiectos, secundum quòd hic satis innuitur, si inobedientes fuerint, habet enim administrationem tpalium & spiritualium. arg. ĩ. de confir. cũ dilecta. ĩ. de his quæ fiunt a præla. sine consensu Cap. c. 2. Itẽ ratione suæ administrationis post suam confirmationẽ potest cõferre ecclesias & beneficia & instituere clericos ĩ ecclesijs sui monasterij sicut faciũt cõfirmati. ĩ. de elec. nosti. & sicut abbates. ĩ. de his q̃ fi. a præla. sine con. Cap. c. ea noscitur. Sicut abbas enim de cõsensu Capituli repræsentat, vt dicit illa decre. ea noscitur. eodem modo abbatissa. Excõicare autem nõ potest vel absoluere. ĩ. de sent. excom. de monialibus. Et potest dici, quòd nec ab officio potest suspendere, nec interdicere, quia & hoc pertinet ad claues. inf. de exces. præ. tanta. & non dicit hic Papa, quòd possit, quia non sexui feminco, sed virili traditæ sunt claues regni cœlorum: licet. n. beatissima Virgo Maria excellentior sit Apostolis vniuersis: non tñ illi, sed illis tradidit claues regni cœlorum. ĩ. de pę. & re. noua. nec potest velare moniales 20. q. 2. statuimus. Pręterea mulier non debet habere talem potestatem, quia non est facta ad imaginem 1 Dei, sed vir, qui est imago & gloria Dei, & mulier debet subesse uiro, & quasi famula viri esse, cũ vir caput sit mulieris, non ecõuerso. 33. q. 5. hęc imago. & c. cum caput. 2 Et ideo quia excommunicare non potest, pcipit Papa quod clerici & moniales, qui contẽnunt suspensionem ipsius, compellantur per cen. ecc. ad seruandã eius suspensionẽ & salubria mandata eius.

Qualiter intelligatur mulier nõ ... facta ad imaginem ... tradit ... Thom. ... q. 93. ar. 4. ad 1. argumentum. Facit tex. ... sed & ... ff. de do. inter vir. ... & in ... & in ... berto. ff. ... pe. libe. ... vt hic ... & Vin. ... quoli... cõuerso ... cõuersa ... siæ ... s. q ... pōt ... gaudet ... unitate ... is si q̃s ... nte. se... cõuer... igioso ... de ... on du... /bi de ... d.

b Canonicas.] non dicit, monachas: loquitur enim secundum consuetudinem Teuthonicorum, vbi sunt canonicę sęculares, quę nullam faciunt professionem, nec renunciant proprijs, imò quandoque contrahunt matrimonium. 3 de talibus potest intelligi. 12. q. 5. c. vlt. in fin.

c Salubria.] si certum est, quòd sint salubria, vel etiã si sit dubium. 11. q. 3. quid ergo. & 23. q. 1. quid culpat. in fi. si certum est quòd essent mala, nõ est obediendũ. 11. q. 3. non semper. c. si dominus, & c. Iulianus.

Dilecti filij.] In prima parte ponitur querela. In secunda prouisio: ibi, Cum igitur. Abbi.

CASVS. Patriarcha Graden. occasione cuiusdam cõsuetudinis exegit iuramentum fidelitatis ab epo Castella. præter formam canonicam, quã alij suffraganei consueuerunt præstare suis metropolitanis: archid. & canonici Castellanẽ vidẽtes ex hoc ecclesiæ suæ piudiciũ generari, ad sedẽ Apo. appellarunt, ne occasione illius nihil exigãt ab epo Castellano vltra id qđ faciũt alij epi à suis metropolitanis pp aliquã consuetudinẽ. vnde mãdat Papa patriarchæ Graden. quatenus cõtentus existat forma canonica, quã ipse recepit ab epis subiectis sibi nullo medio, nec amplius exigat a Castellano epo obtẽtu alicuius consuetudinis, prætextu iuramenti psliti: sciens quod Papa absoluit eum ab huiusmodi iuramẽto, quã tum ad alios articulos, imò ipsum denunciat potius non teneri. Not. quòd vbicũque videt aliqs sibi piudiciũ generari, potest appellare. Itẽ qđ tibi fieri non vis: alij nõ facias. Itẽ iuramentũ nõ extenditur ad ea q̃ de iure præstanda non sunt.

CAP. XIII.

Dilecti filij archidiaconus & capitulum Castellanũ suam ad nos querimoniã detulerunt, quod cum à Castellan. episcopo exigeres iuramentum præter formam canonicam, quam cæteri suffraganei metropolitanis suis consueuere præstare, ijdem conspiciẽtes ex hoc ecclesiæ suæ præiudicium generari, ad sedem Apostolicam appellarunt; [d] & infra.

¶ Cum igitur non deceat alij te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles; [e] Mandamus, quatenus cõtentus [f] forma canonica, quam nos a coepiscopis

Gl. seq. reci. per obie. de decre. cum inter R.]

d Appellarunt.] quia eorum intererat per tale enim iuramentum præiudicabatur ecclesiæ, saltem de facto: quare admissa fuit appellatio. 2. q. 6. non solent. & ĩ. de elect. c. cum inter R. Et sic episcopus per iuramentum suum non poterat ecclesiam obligare, cum non tenuerit quo ad illa, quæ præter formam canonicam continebantur in eo: simile. ĩ. de reli. do. cum dilectus. nam delictum personæ, & c. 16. q. 6. si episcopum. nec conditionem ecclesiæ in hoc potuit facere deteriorem. ĩ. de dona. fraternitatẽ. simile. ĩ. de insti. cum venissent. vbi dicitur quod iuramentum à prælato in pręiudiciũ suę dignitatis pręstitum, non pręiudicat ecclesiæ: & inuito pręlato, & contradicente ecclesia posset pro defensione ecclesię contradicere, & repetere quod pręstitum esset occasione talis iuramenti. 12. q. 2. non liceat Papę. & ĩ. de iureiurando. sicut 2.

e Nolles.] sic dist. 1. in princ. 4

ADDDITIO. Vnde versus.

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non, mihi noli:
Sic potes in terris viuere iure poli.

4 Concor. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. & insti. eo. §. iuris pcepta. & ibi glos. not. in ver. alterum nõ lędere.

f Forma.] quam habes infra de iureiu. ego N. qua forma papa contentus est, vt ibi dicit: ergo multo fortius & alibi debent esse illa contenti. simile. 12. quęst. 5. de forma. In qua forma debet specialiter inseri iuramentum de fidelitate & obedientia. infra de priui. antiqua.

[Glo. seq. recitetur per obi. quare consuetudo non iuuat. & sol. secundo arg.]

nostris nobis immediatè subiectis recipimus, nil amplius à Castellano episcopo obtētu alicuius cōsuetudinis [a] exigas, p̄textu præstiti † iuramenti, [b] sciens nos eūdem episcopum ab huiusmodi iuramento, quo ad alios articulos absoluisse, vel denūciasse potius non teneri.

¶ Idem Priori fratrū Præ dic & archidiacono Rhegin.

¶ Vacante episcopatu, capitulum confirmat & infirmat electiones.

CAP. XIIII.

CVm olim causa: & inf. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, licèt conuentus monasterij sancti Saluatoris Messan. sint † ipso iure hac vice eligēdi potestate priuati, [c] de gratia tamen eligendi seu postulandi detis ipsis authoritate nostram liberam facultatem.

¶ Mandantes eisdem, ut cum ecclesia Messan. vacet ad præsens, electioné suam confirmandá, prout de iure fuerit, vel etiá infirmandam, presentent capitulo [d] Messan.

¶ Idem archipresbytero sanctæ Mariæ maioris de Vrbe,

¶ Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco & portione præfertur, hoc dicit, secundùm veram lecturam.

CAP. XV.

STatuimus, † vt præ

a Consuetudinis.] sic patet φ consuetudo non habet locū in hoc casu: cū talis cōsuetudo sit cōtra generales ecclesiæ cōsuetudines. 100. dist. contra morē. seruare. n. dēt morē aliorū etiā metropolitanorū, vt ibi dicit; & quia p vsurpationem hoc faciebat, non prodest consuetudo. 10. q. 3. quia cognouimus. & 93. dis. illud. & 24. q. 1. schisma. & 1. quęst. 1. nullus episcopus. Item est arg. ex eo φ dicit; nihil ampli⁹ exigas φ sua authoritate potest denegare φ contra generalem consuetudinem aliorum metropolitanorum præstitit. 10. q. 3. quia cognouimus. licèt illud diù præstiterit. C. de agri. & cēsi. litibus. lib. 11. & ꝫ. de cē. si. peruenit. arg. tempus enim non inducit obligationem sicut nec tollit. ff. de act. & obli. l. obligationem. §. placet.

[Glo. sequēs tria notat.]

b Iuramenti.] not. φ iuramentum non extēditur ad ea, quæ de iure prestanda nō sunt, licèt super his iuretur. 1 Iuramentum enim non fuit inuentum vt esset iniquitatis vinculū ꝫ. de iureiu. quanto. & 22. q. 4. inter cætera. imò ipso iure non tenet iuramentum quo ad alios articulos. qui in forma iuramēti non continentur, vt dicitur hic in fi. & iuramenta cōtra statuta canonum pręstita non tenent. ꝫ. de for. comp. si diligenti. in fi. & quia iuramentum illud præstitum fuit in damnum ecclesiæ: 2 vnde non tenuit. ꝫ. de iureiu. sicut. Item habes hic quòd iuramentum tenet pro parte, & pro parte non tenet. sic 22. q. 4. inter cætera. Item arg. quòd vtile non vitiatur per inutile.

CVm olim.] primò prouidet circa electionem faciendam. Secundò circa confirmationem. ibi, Mandantes. Abb. Siculus.

C A S V S. Vacāte monasterio sancti Saluatoris Messan. monachi elegerūt quēdā in abbatē, personā videlicet indignam, & sic ipso iure fuerunt eligēdi potestate priuati: mandat Papa Priori fratrum Prædicat. & archidiacono Rhegin. quatenus authoritate ipsius de gratia speciali concedant dictis monachis eligendi in alia seu postulandi liberam facultatem, licet ipso iure hac vice sint eligendi potestate priuati: & cū ecclesia Messan. vacet ad præsens electionem suam præsentent capitulo Messan. confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmādam Not. quòd ecclesia vacante capitulum supplet vicem episcopi in confirmationibus prælatorum.

c Priuati.] quia elegerunt indignū. ꝫ. de elect. cum in cunctis. & c. cū Vintonien. & c. congregato. 3 & sic de gratia tantùm restituitur eis electio, vel quia non elegerunt inf. tempus. sup. de elect. ne pro defectu.

[Gl. seq. alleg. duas cōcor. in contrarium alle. p iura, & soluit respondendo ad contraria, & remittit. Finis tenet. per q. quam soluit, & remittit. Io. And.]

d Capitulo.] 4 sic patet hic manifestè φ vacante ecclesia potestas siue iurisdictio epī deuoluitur ad capitulū. sic ꝫ. de hęret. ad abolēdam, in prin. & ꝫ. eo. his quæ. arg. contra multa habes φ potestas epī non deuoluitur ad capitulum vacāte ecclesia. ꝫ. ne se. va. illa. & 24. dist. presbyteri. s̄m Ioan. vt ibi no. 71. dist. fraternitatē. vbi dicit quòd vacante ecclesia collatio beneficiorū nō deuoluitur ad capitulū, & quòd capitulū non pōt dare licentiam alicui transeundi ad aliā ecclesiam, vt illic eligat: & hic dr̄ φ capitulū potest cōfirmare electū in abbatē vacante ecclesia. Quę ē ratio diuersitatis hinc inde? Ratio illa potest esse; capitulum ideo non potest alicui dare licentiā trāseundi ad aliam ecclesiam, quia ibi est quædā alienatio psonæ, sed capitulum sine consensu prælati alienare non pōt sede vacāte, 12. q. 2. si qua de rebus. sed maior est alienatio psonæ quam rerum. 12. q. 1. pręcipimus. Et ideo non pōt dare licentiā transeundi, sed per confirmationem, de qua fit hic mentio, nulla fit alienatio, nec præiudicatur episcopo futuro, & sic loquuntur prædicta, quę signantur pro contrarijs. Ad illam decre. illa. dicas φ capitulum non potest conferre beneficia, quæ pertinent ad episcopum vacante ecclesia, quia omnes fructus & iura episcopatus debent fideliter custodiri, & reseruari successori. 12. q. 2. hæc huius placiti, & canon liceat, & sup. de offi. ord. cum vos. Sed collatio beneficiorum inter bona episcopalia & fructus computantur, & magnum fieret præiudicium episcopo successori p talem collationem: & ideo non potest cōferre nec distrahere tales fructus, sicut nec alios: & de hoc dictum est. ꝫ. eo. ti. his quæ. Et quod ibi minus dicitur, supple hic. Et coram capitulo poterit obijci electo quicquid posset coram episcopo, & ita capitulum cognoscet tanquā episcopus de his, quæ obijcientur contra electum, & cassabit electionem si cassanda fuerit. alias non assumet capitulum iurisdictionem episcopi. de hoc dixi sup. de offi. ordi. irrefragabili. Ber.

A D D I T I O. Alij dicunt φ continet gratiam per illam decret. ꝫ. ne se. va. illa. vbi dicitur quod non inuenitur in iure, quod collatio beneficij spectet ad capitulum.

STatuimus.] tria sunt dicta. Secundum: ibi, Et sic. Tertium: ibi, Et qui. Abb. Sicu.

C A S V S. In ecclesia sanctę Marię Maioris de Vrbe, talis erat consuetudo, quòd illi qui primo recipiebātur ibidem, præferebantur illis, qui posterius recipiebātur in sessionibus & in portionibus percipiendis etiam si esset in maiori ordine constitutus: quia istud inhonestū erat, statuit Papa, φ presbyteri primum locū teneant. diaconi secundum, subdiaconi tertium: & sic de reliquis obtineant ordinatim: etiamsi posterius sint recepti: & in portione percipienda, qui in maiori ordine fuerint, minoribus præferantur, & minores clerici faciant seruitia consueta No. quòd maiores & digniores reputantur in maioribus ordinibus constituti.

[Glo.

† præteriti.

lius penitus sit momẽti. ¶ Quod etiam de aliis est dicendũ, quæ obseruatæ vergũt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas [a] sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, [b] aut impossibilis de iure vel de facto, nullã † obligationem inducit.

† Facit. l. in ter stipulan tem. §. sacrã & l. impossibilis. ff. de uer. obl.

TITVLVS XXXVI.

De transactionibus.

¶ Gregorius. † A. † subdia. & Dom. abb.

† Extat lib. 7. epist. 27. registri B. Gregorij. & c. 1. eod. tit. in j. compi.

† Hoc est Antonio subdiacono & Dominico abbati.

¶ *Instrumenta, & alia iura partium, contraria transactione tol luntur.*

CAP. I.

Sicut graue: & is. ¶ Post salubrẽ decisionem de cõtrouersia vestra factã,

1 Si stipulor id: fieri qđ natura fieri nõ concedit, non magis obligatio ualet, q̃ si stipulor id dari quod natura dari non patitur. Ioan. Andr.

2 Ponit casum in eo q ꝓmittit hominem, qui mortuꝰ est, quem uiuere credebat, vl ꝓmisit animal natum, ex equa & tauro, quod non inuenit. Ioan. Andr.

DE TRANSACTIONIBVS.

Continua hanc rubricam vt dictum fuit in præcedenti titulo. Est autem transactio de re dubia & lite incerta pactio non gratuita. Et vnam differentiam inter transactionem & pactum habere potes in his versibus.

Incerta de re transactio dicitur esse:
Sed sunt certa pacta fauore rei.

De hac materia tractatur 5. q. 2. si primates.

Sicut graue.] Diuiditur nam prima pars discernit: secunda supplet: ibi, Cui si quid, Abb. Siculus.

CASVS. Quidam prælati ecclesiarum habebant controuersiam inter se super aliqua quæstione, per transactionem illa controuersia fuit decisa: sed ne aliqua dubitatio remaneret in posterum, petiuerunt a Papa, vt eam confirmaret. super hac transactione statuit Papa, vt omnia instrumenta, & quidquid aliud esset quod opẽ alicui parti afferre posset vel ex præscriptione, vel priuilegio, sint cassa, & vacua, & sola pacta perpetuam obtineant firmitatem; & si aliquid omissum fuerit, ex auctoritate dñi Papæ plenum & firmum vigorem & robur obtineat sola transactio siue pactum. No. quod ea quæ sunt infirma vel minus valida, per confirmationem Papæ recipiunt firmitatem.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit distinguendo.]

decreuimus, vt omnia instrumenta, vel quicquid aliud est quod partibus quoquo modo, vel ex tẽporis præscriptiõe, seu aliter opẽ de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterat, sit vacuum [c] & omni virtute cassatum: & sola pactorum inter vos nunc habitorum [d] pagina, validum perpetuumque robur obtineat. [e] Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis [f] ex hac nostra auctoritate [g] suscipiat.

c Sit vacuũ.] ergo licet postea repetiantur instra, non tñ iis restaurabit. C. de trãsac. sub prætextu. & j. de re iud. inter monasterium. & c. seq. Arg. contra. C. de iudic. l. licet. & inst. de inutilibus stipulationib. circa prin. cl. Super hoc ita notabis, est petitio specialis, & generalis, & indefinita. Hic transactio specialis non obest in alijs specialibus. C. eo. age cum Geminiano. Hic trãsactio gñalis restringitur ad hoc de quo specialiter actũ est. ff. eo. l. qui cum tu. §. 1. C. eod. tit. si de re certa. Hic generalis trãsactio nõ rescinditur. C. eo. sub prætextu. Hic specialis transactio in vno capitulo, nõ impedit ꝓcessum aliorum. C. eo. l. pe. Hic gñalis trãsactio de rigore iuris tenet: sed replicatione doli rescinditur. ff. de pac. l. tres fratres. ff. de admi. tu. l. Lucius. § tutor. Hic indefinita vt specialis transactio, in alijs non obest, quæ in iudicium deducta non sunt. C. de iudiciis. l. licet.

¶ Alexander tertius.

¶ *Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.*

CAP. II.

Statuimus † vt si super

† Post con cil. Lateran par. 28. c. in 1. cõpil.

d Habitorum.) arg. nouissima pacta dumtaxat valere. C. de pac. l. pacta. & ff. eo. si vnus. §. pactus. & supra de rescr. c. cæterum. in fi.

e Obtineat.] nisi dolo transactio talis sit exorta, quia tunc non valeret. C. eo. l. sub prætextu. ff. de pac. l. emptor. §. Lucius.

f Notionis.] factæ cum causæ cognitione, vt dicitur. supra ti. prox. c. 1. & c. proxi.

[Gl. seq. inducit duo similia.

g Auctoritate.] nota quod si transactio vel pactũ ab initio inualidum sit, ꝑ cõfirmationem Papæ sumit vigorem, vt hic arg. j. ti. prox. quoties. sic 3 & ĩnfra quæ non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hæc quippe. & omnia nostra facimus (dicit Imperator) quib. auctoritatem nostram impartimur. C. de ueteri iure enucleando. l. 1. sed neq; sic testamentum omnium testamentorum solemnitatem superare uidetur, quod conscientiam 4 principis tenet: C. de testa. omnium.

3 Conc... l. tale pacti §. qui pro... caut. cũ gl & not. ff. ... pact. facti ut iurem... de oper. ... bert.

Statuimus.) Non diuiditur, quia continet unum dictum. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquod collegium quæstionem habebat cum aliquibus super decimis: dubitabatur utrum compositio posset interuenire? Statuit Papa quod si sup decimis inter collegium illud & ecclesiasticam ꝑsonam compositio facta fuerit de assensu episcopi sui, rata & firma permaneat. Nota quod transactio locum habet in decimis; quod uerum est cum datur spirituale pro spirituali.

4 Vel pr... sentiam ... Ti. & ... qui pro ... dicebit ... tertiam ... transactio... nem ... presente Pa... pa omn... lẽ nu... mutam. Io. A...

decimis [a] inter vos & aliquam personam ecclesiasticam, [b] de assensu episcopi, vel archiepiscopi sui, compositio facta fuerit, rata & inconcussa persistat.

¶ Idem Dulmensi † episcopo.

¶ *Si capitulum consensit transactioni, quam fecit prælatus nomine ecclesiæ, vlterius dissentire non potest.*

CAP. III.

Contingit † interdum, quòd licet abbas vel Prior alicuius cõuentualis ecclesiæ, cum ecclesiastica, vel sæculari persona super his, de quibus inter eos cõtrouersia vertitur, coram delegato, vel ordinario iudice transigat, capitulum tamen eandem transactionem nititur reuocare.

¶ Vnde quia nos cõsulere voluisti, tibi respõdemus, qđ si abbas vel Prior à capitulo suo, de ratihabitione litteras [c] habuerit, transactionem quam fecit (si fuerit aliquot annis [d] seruata) capitulum

5 [Glo. seq. arg. alleg. 5. iura, in contrarium alleg. 10. Sol. respondens ad tria iura de primis.]

a Vt si sup decimis.] hic est arg. quòd in spiritualib. potest interuenire trãsactio. 54. dist. generalis. & c. ex antiquis. & 10. q. 2. c. tellas. in fi. & 23. q. 4. si illic. & j. de rerum pmut. ad quæstiones. Sed contra 1. q. 2. quam pio. & s. de pact. cum pridem. & c. pactiones: & j. eod. cõstitutus, & j. de rerũ pmut. ad quæstiones. & c. vlt. & 16. q. 7. decimas quas. & 13. q. 2. in ecclesiastico. & 1. q. 2. placuit. & j. eo. sup eo. Solutio, in spiritualibus transactio propriè sumpto vocabulo interuenire nõ potest, vt aliquod temporale det pro spirituali, quia simoniacũ esset. & sic intelliguni contraria hic signata. Quod dicunt duæ primæ concordatiæ de ferro ordinato, quòd ibi potest interuenire transactio, non est verum, quia ibi non datur temporale pro spirituali: quia licet detur ne reuocetur in seruitutem, nihil datur pro ordine, nec aliquod spirituale emitur, sed emitur libertas, & seruitium corporale redimitur, vt libere possit ministrare, quod licet. 36. q. 1. de rationibus, sicut cum emitur terra, vt ibi ædificetur ecclesia: quòd licet: quia non dr propterea emi ecclesia, vel simonia committi. Capitulum, castellas. nõ obstat, nec dicit hoc, sed dicit quòd res ecclesiæ alienari non debent, excepta causa captiuorum, vt ibi dicitur. Sed non dicitur transactio, sed propriè captiuorum redemptio: & datur pecunia recepta de rebus & vasis ecclesiæ, & redimuntur captiui. Et a simili illis compositio potest interuenire in spiritualibus, vt hic dicit. & inf. de dec. ex multiplici. & c. insuper. & c. dil. & c. int. eod. c. de cætero. & c. super eo, in fi. & inf. eo. c. veniens.

Dulmo.

Post cõcil. Lateran. par. 1. c. 5. & c. eod. tit. in comp.

Vide B. 9. 2. 2. q. 1. art. 4. ad tg. & So. 9. de iust. iii. q. 7. art. 1.

b Personam ecclesiasticam.] quasi dicat, cum laicis non possint taliter cõponere, vt ex illo spirituali quod ecclesijs debent, aliquid retinere possint, cum laicis spiritualia possidere sine periculo animarum non liceat. j. de deci. prohibentes. & 16. q. 7. decimas. & j. de præscript. c. cautam quæ. Et sic videtur quòd cum laicis nõ possit fieri compositio, vt minus soluant, nisi Papa auctoritatem præstaret. j. de confir. vti. c. vlt. tñ propter vtilitatem ecclesiarum vr licere, saltem de auctoritate epi, quia sic multum consulitur ecclesiæ arg. j. de ijs q̃ fiunt a præla. sine consen. Cap. cum in Apostolica Ber. ADDITIO. Hoc tenet Host. dicens, quòd hoc scribit laicis. alias dixisset Papa, aliã personam, non aliq̃. Nec obstat secundum eum quòd dr, laicos non præscribere, nec possidere posse: dicit. n. quòd non possident nec præscribunt ius decimæ, sed quantitatem partis: & secundũ hoc potest intelligi quod legitur de paro. c. fin. de dec. in aliquibus. Pro hac parte secundum vnum intellectũ facit quod no. j. eo. super eo. in fi. 1. glo. Io. And.

Contingit.] cõis diuisio. Secũda ibi, Vnde. Ab. Sic. CASVS. Abbas siue Prior alicuius cõuentualis ecclesiæ, hẽt causam cum aliquo clerico vel laico corã ordinario vel delegato: abbas vel Prior super q̃stione illa transactionem fecit cũ aduersario sine consensu capituli: vnde capitulum transactionem illã nititur reuocare, quæritur vtrum possit? Respondet Papa, quòd si abbas, vel Prior habuit mandatum siue litteras de rato, à capitulo suo transactionem illam si aliquot annis seruata fuit, non poterit reuocare, ac si non consenserit à principio: & si litteras de rato non habuit, reuocare non poterit, quia eam postea ratam habuit. No. quòd procurator ad agẽdum & defendẽdum datus nõ potest transigere nisi dominus postea ratum habeat.

[Glos. seq. primò notat. secundò ponit opi. Vin. cõtra quã allegat & remittit. tertio ponit differẽtiã quam improbat.]

c Litteras.] nota quòd abbas simpliciter ad agẽdum cõstitutus, sine licẽtia capituli transigere non potest, C. de transac. l. transactionis. vnde procurator transigere non põt, etiam si haberet generale mandatũ ad agendum, ff. de procur. l. mandato. Vin. dicit quòd licet abbas vel alius plãtus nõ possit transigere sine speciali mãdato, 2 ad hoc tamen potest exercere actionem. ff. quod cuiusq. vniuer. l. vlt. arg. contra expressum. ff. de iur. delib. l. ait prætor. vbi dr quòd ille qui non potest alienare, non põt rem in iudicium deducere. de hoc dr inf. de procu. c. 1. Si tamen abbas præter mandatum procuratorium habeat litteras de rato à Capitulo suo, continẽtes simpliciter, quòd quicquid super tali negotio fecerit, ratũ habebit, põt transigere, vt hic. notentur differentiæ inter litteras procuratorias & litteras de rato, j. de reli. domi. cum dilectus. vi. i de hoc, & hic idem vr. Quod dicit litteras de rato: expone vt ibi dixi, i. mandatum procuratorium, continens quòd ẽt abbas transigere posset super q̃one, de qua corã delegato agebatur, cũ illa clausula, [& quod super his per abbatẽ factũ fuerit, Capitulum ratum habere promittit.] alias non valeret talis transactio, vt dictum est. Vel abbas habuit simplex mãdatum transigendi tantum coram delegato, & ita Capitulum non poterat reuocare transactionem ex eo q̃ non consenserat. Vel dicit vt in no. seq.

2 Concor. l. procurator. §. cui liberæ. & ibi Bar. d. de procur. & l. 1. eo. tit.

d Aliquot annis.] hoc ideo dicit, quia si trãsactio fiat secundum formam iuris: post quadriennium rescindi non põt, ante verò põt, si ecclesia probaret se læsam. j. de in integ. rest. requisiuit. alias non potest venire contra transactionem etiam statim, C. de transa. l. quamuis. 3 & secundum hoc supple maximè. quia idem esset si non fuisset seruata, & hoc innuit litteras, quæ dicit, Capitulum ac si non consenserit in eam non põt reuocare, quasi diceret non poterit eam reuocare tanquã non consenserit, quia consensit concedendo litteras de rato, vel potius consensit eam obseruando. Si. n. abbas non habebat mandatum transigendo, statim debebant contradicere monachi, & ideo eum impugnare non põt quasi non consenserint. Et quod dicit, aliquot annis, supple. maximè. quia idem est ac si semel cõsenserint. j. de arbit. per tuas. vnde de iure cõi non potest reuocari, sed per in integrũ restitutionem si nõ fuit aliquot annis. i. quatuor seruata. & hæc expositio prob. ff. C. de tempo. in integ. resti. l. vlt. vbi habes, quòd ois restitutio tam maioris quam minoris inf. quadriennium debet fieri. & hoc est cõtra opinionem 4 illorum qui dicunt quòd restitutio semper est danda, & ante quadriennium & post & quandocunque argu. illius aduerbij, semper. & j. de in integ. rest. c. 1. Bern.

3 Vide de re nũ. post trãsactionem. in glo. statim. Io. And.

4 Hæc cõtrouersia hodie sedata ẽ per c. 1. & 2. de in inte. resti. li. 6. & c. ab ecclesia. in cle. eo. tit.

¶ Ac si

a Ac si.] id est tanquam si non consenserit. quia re vera consensit dando litteras de rato.

Constitutus.] prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi, Quia. Abbas Siculus.

CASVS. Inter G. clericum ex vna parte, & A. clericũ ex alta, super quadã capella quæstio vertebatur. tãdem sopita fuit per trãsactionem: & fide hinc & inde præstita confirmata: tñ præfatus A. eã seruare nolebat. Vnde G. cleric⁹ dño Papę fuit cõquestus. dicit Papa ꝙ huiusmodi transactiones speciẽ habent simoniæ: & ideo mandat quibusdã, quatenus trãsactione in irritũ reuocata, audiãt causam. Not. quod transactio in spiritualib. interuenire non potest. Item non solũ à malo, sed etiã ab omni suspicione mali abstinendum est.

[Gloss. seq. ponit duas lecturas, deinde arg. alleg. duo iura, vnum allegans in cõtrarium.]

ac † si,[a] non consenserit in eam, non poterit reuocare.

¶ Idem abbati de Strat: & Priori S. Eusebij.

¶ *Super ecclesiastico beneficio transigi non põt, etiam cũ iuramenti interpositione.*

CAP. IIII.

Constitutus † in nostra præsentia G. clericus sua nobis assertione monstrauit, quòd cum inter ipsum & A. clericum super capella de Stratis controuersia emersisset, tandem per transactionem sopita fuit, & licet hincinde, fide præstita,[b] firmata fuisset: eam tamen præfatus A. seruare recusat.

¶ Quia † igitur huiusmodi transactiones speciem continent simoniæ; Mandamus quatenus reuocata transactione in irritum, causam audiatis,[c] &c.

¶ Idem Carnoteñ epõ.

¶ *Per transactionem factam sine auctoritate episcopi, potest prælatus, sed non ecclesia constitui censualis.*

CAP. V.

Decætero † noueris qđ cum aliquis ad extraordinarium[d] iudicem, litteris impetratis, cũ aduersario suo componit, postmodũ in ecclesia de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri cõtraria,[e] non est à loci episcopo reprobanda.

¶ Sed census absq; episcopali auctoritate, cui pͤest ecclesiæ sub hoc prætextu solutus, vitã eius q̃ soluerit, non excedit. †

¶ Idẽ Eboraceñ. archiepiscopo, & Vvigoreñ epõ.

¶ *Si beneficiũ quod per transactionẽ habetur, impetratur vt vacans, ab eo, qui fuit trãsactionis mediator, nõ valet impetratio. h. d. quoad titulũ.*

CAP VI.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cum

b Fide præstita.] idest, iuramento, qđ nõ fuit obligatoriũ, qa super re illicita, & ꝯ leges, & canones. C. de leg. l. nõ dubiũ. & 22. q. 4. inter cætera, & j. de iureiu. c. tua. & s. ti. pxi. c. vl. & ff. de pact. l. iurisgentiũ. §. sed & si quis, ver. & generaliter quoties pactum a iure cõi, &c. vel pprie intelligitur: qa æque punitur transgressor fidei vt iuramenti, vt j. de fideius. c. peruenit. & j. quod met. cau. c. ad aures. Itẽ ar. quòd si nõ tenet principale, nec accessoriũ, simile j. de for. cõp. c. si diligenti. & j. de fi. instr. c. inter dilectos. Arg. contra quòd accessorium tenet, sed nõ principale. j. de iureiur. c. debitores.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Iterum obijcit, & sol.]

c Audiatis.] sed cum sit transactio simoniaca, quare non deponitur, imò contra iurm siue fidem suã audiñ. Dicas quòd de gratia, tñ audit ad pristinã causam: quia de iure deponi debuit, cum ipse confiteret peccatũ suum & turpitudiuem suam: immò audiri non debuit contra factũ suũ & turpitudinem suã. j. de cõces. præb. cum super. & s. de dona. inter dilectos. Sed videtur obstare huic exceptio doli, cum vterque in culpa fuerit volendo seruare transactionẽ. ff. de doli excep. apud Celsum. §. Marcellus, præterea in pari cã turpitudinis potior est ꝯditio possidentis. ff. de cõd. ob turp. cau. l. si ob turpẽ. §. porrò. Sol. vterq; de iure cõi puniri debet, sed de iure poli audit, vt quod prauum est corrigat. j. de re iud. c. lator. & c. cõsanguinei. j. de collu. c. 1. & causam pstitit dispẽsationi, ne alter de dolo suo cõmodum, alter verò damnũ sentiret, & ideo nõ admittetur hęc exceptio doli: quia alter remanet in dolo & simonia; & propter hanc rationem, contra exceptionem doli non datur replicatio, vt in §. Marcellus.

ADDITIO. Et ista materia melius explicata est inf. de excep. c. cum dilecti. hoc quod dicitur in hoc cap. habet locum, cum vna ecclesia agit contra aliam de subiectione, vel pro aliquibus iuribus coram delegato, & compositio inde fit.

Decætero.] Transactio facta sine auctoritate epi, sup ecclesia, si non est iuri contraria, non est per episcopum reprobanda: sed si per eum census ecclesiæ imponitur, non excedit vitam transigentis, Primò ponitur qõ. Secundò solutio: ibi, Si compositio, Et ibi duo dicta: secundum ibi, Sed census. Abb. Sicul.

CASVS. Rector ecclesiæ cuiusdã, impetrauit litteras à domino Papa contra rectorẽ alterius ecclesiæ, corã iudice cõpo suit cũ aduersario, ita quod p cõpositionẽ in illa ecclesia ius aliquod haberet, puta aliquem censum annuatim; quærit vtrũ talis compositio valeat; Rñdit Papa, ꝙ si cõpositio non est iuri cõtraria, non est reprobanda ab epo, sed census sub hoc prætextu solutus siue soluendus illi ecclesiæ cui præest qui litteras impetrauit, vitam illius qui soluerit nõ excedit. No. quòd compositio in spiritualibus secundũ ius fieri dẽt. Item census intelligitur psonalis esse, nisi exprimatur quod sit realis.

d Extraordinarium.] idest, delegatum. sic 3. q. 3. c. induciæ. §. spacium. ver. ei autem.

[Gl. seq. arg. à contrario, & dat duas lecturas.]

e Contraria.] quia si esset contraria iuri, non toleraretur. s. de elect. sacrosancta. & s. de offi. dele. si quando. arg. s. tit. prox. accepimus. & c. cum clerici. & j. de collu. audiuimus. & s. de maior. & obed. dilecti. si autẽ consona sit iuri, tenet. s. eo. statuimus. & j. eod. super eo. in fi. Et potest intelligi quod dicitur hic, qñ de puisione ipsius iudicis, ex officio suo, sine aliqua pactione partiũ statutum fuit factũ, & iusta cã interueniente alias simoniaca esset, j. de præb. nisi. & talis compositio personalis erit, nec transit ad successorem illius q̃ soluit. j. eo. veniens. & c. prædicto. nisi quia censualem ecclesiã constituere non potuit. j. de censi. prohibemus. nisi facta fuerit de auctoritate episcopi, vt dicit ĩ fi. Vel dic, quòd hoc c. locũ habet cũ vna ecclesia agit cõtra aliam de subiectione, vel pro aliquibus iurib. coram delegato, & compositio inde fit coram delegato, & quod dixit j. cui præest. scilicet impetrator. Ber.

EX litteris.] qui fuit transactionis mediator, contra eam non auditur. Prima pars narrat factum. Secunda diffinit: ibi, Cum autem.

CASVS.

al. ita ac si õsenserit. sed glo. non agnoscit vers. sic. aliquot annis.

† Post cõci. Latera. par. 28. c. 6. & ca. 4. eo. ti. in 1. compi.

† Rõnẽ tradit B. Tho. 2. 2. q. 100. ar ti. 1. ad 5. ar. adde Sotum lib. 9. de iusti. & iu. q. 7. ar. 2.

b Scđm Tã. vel dic sm Inn. vt dixi in tex. & dicit Host. ꝙ ista gratia potius respicit iudicẽ q̃ partẽ, q participatione veri criminis adeo reddidit se indígnũ, ꝙ cõtra eũ cessit frõtẽ non hẽt. si sẽ de ele. bonę. j. ad fi. Dicit et Host. hic ponderari quòd non irritat: sed irritam decernit. Vnde pcessũ causæ illi⁹ virtute non potest impedire quod irritũ erat. Io. An.

† Post cõc. Latera. par. 28. c. 10. & c. 5. eo. tit. in 1 compi.

† In glossis manuscrip. excedat.

† Cap. 6. eo tit. in 1. compilatione.

CASVS. Inter R. & A. clericos quæstio vertebatur super ecclesia de Vulte. coram Vigoren. episcopo à sede Apostolica delegato, in cuius præsentia transactio inter prædictos clericos facta fuit mediante G. qui eidem A. in eadē causa patrocinium præstabat, & testis ēt inscriptus fuit in illa transactione: postmodū dictus G. mentiēs se clericum, cū nondū fuerat tonsuratus in clericum, sup ecclesia illa tacito de trāsactione, ꝯ dictū R. litteras impetrauit ad archiepiscopum Eborac. & Vigoren. epm corā quibus ꝓponebat litteras non valere, pro eo ꝙ cū nondum fuerit tonsuratus in clericum, ipse dixit se clericū, & quia non dixit in litteris, ꝙ eo mediāte & authoritate ipsius transactio fuerit facta: vñ iudices remiserunt causam ad dñm Papā: ipse examinato negotio, cū dictus G. confiteret se interfuisse in illa transactione, & non fuisse tonsuratum in clericum quando litteras impetrauit, eidem G. super dicta ecclesia silentium imposuit. Nota quod tacite renunciat quis iuri suo, præstando aduocationem in causa, in qua ius habet. Item qui dicit se clericum cum non sit, non ualent litteræ impetratæ, cum hoc in fraudem dicat, vt eas citius habeat.

Olim inter R. & A. clericos, super ecclesia de Vulte.[*] † coram te frater episcope, qui iudex fueras delegatus authoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur [a] in causa, & testis, [b] inscriptus fuerat, transactio [c] facta fuisset, postmodum idem G. se mentiens clericum, cum nondum esset in clericū tonsuratus; super eadem ecclesia tacito de transactione, litteras nostras impetrauit. [d] Cum autem idem G. non inficiaretur [e] se trāsactioni interfuisse, & † nondum fuisse tonsuratum [f] cum litteras istas † obtinuit, ei super prædicta ecclesia silentium duximus imponendum.

¶ Idem.

¶ *Super ecclesiastico beneficio non potest transigi, sed amicabiliter componi. h. d. & quotidie allegatur.*

CAP. VII.

SVper † eo quod quæsiuisti, vtrum de ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio, Tale damus responsum, quod transigi super † re sacra [g] & litigiosa non potest. Etenim res sacræ vt possideantur aliquo dato [h] vel retento siue promisso, speciem credimus habere simoniæ. [i] Alias si gra-

a Patrocinabat.] per hoc iuri suo tacite renunciare videbatur: qui enim scienter patrocinatur petenti rem suam, sibi præiudicat, vt hic, & ff. de inoffi. testa. l. ulti. secus si ignoranter. ff. de rei uend. l. inter offi. ium. & C. de rei vend. l. re tua. & C. de præscrip. long. tempo. l. nec petentem.

[Gl. seq. quærit, arg. & soluit.]

b Testis inscriptus.] in instro transactionis, & non in causa in qua patrocinabatur: quia & testis & aduocatus in eadem causa esse non debet. 2. q. 6. statuendum. Sed quærit an ob hoc solum quòd testis inscriptus fuit, possit a petitione repelli? Videtur quòd nō: quia nō ob hoc iuri suo renunciare intelligitur. ff. de pig. actio. l. Caius. sed ibi ignorabat quid cōtinebat in testamento qđ signauit Caius cum annullo suo, secus si authoritatē præstitit. ff. de pig. l. fideiussor. §. pr. Seij. & hic.

c Transactio.] idest, amicabilis compositio. s. c. pxi. in fi. & c. statuimus. & ꝯ. c. proxi. in fi. alias transactio proprie de re spirituali fieri non potest. s. eo. constitutus. & ꝯ. c. proxi. quia quid simoniacum esset.

d Impetrauit.] contra ipsum R. contra quem fuerat aduocatus.

e Non inficiaretur.] & ita ex confessione conuincitur: quia confessus in iure pro conuincto habetur. ꝯ. de confes. c. 1. & vlti. & C. eo. tit. l. vnica. Ex duob. enim debet iste succumbere: quia præstando authoritatem transactioni iuri suo renunciauit, & quia mendacium dixit impetrando & veritatem occultando, a merito ergo silentium ei imponitur.

f Tonsuratum.] ergo licet postmodum tonsuram acceperit, non profuisset ei. Arg. s. de rescrip. cum adeo. principium enim in talibus considerandum est, s. de elec. dudum, vbi de hoc, & 1. q. 1. principatus.

SVper eo.] Communis diuisio. Secunda ibi, Tale. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis coram iudice petebat beneficium ecclesiasticum in aliqua ecclesia: quærebatur vtrū super hoc beneficio sic in iudicium deducto possit fieri trāsactio? Rñdet ꝙ super re sacra litigiosa non pōt fieri transactio: quia res sacra dato aliquo vel retēto aut promisso, vt possideatur, speciem continet simoniæ. Si vero gratis & amicabiliter fiat compositio inter litigantes, non obuiat sacris canonibus. No. quòd in spiritualib. nō habet locū transactio.

[Gl. seq. distinguit an ecclesia veniat vt proprietas, an vt beneficium.]

g Super re sacra.] hic euidenter patet, quòd de re sacra, siue spirituali transactio interuenire non pōt. s. eo. cōstitutus, & ꝯ. eod. præterea. & c. ex parte neq; pactio. s. de pac. pactiones, & c. cū pridē. & duobus seq. c. vt dictū est. & s. eo. statuimus. vt de tur temporale ꝓ spiritualibus. ꝯ. de re. permu. c. vlt. sed si spirituale detur pro spirituali, bene tenet, & valet talis permutatio seu transactio. ꝯ. de re. permu. ad qōnes, & sic tantum detur spirituale vel remittatur pro alio spirituali. Sed distingue utrum agatur de re etiam spirituali, q̃ petatur tanq̃ beneficium, an tanq̃ proprietas, si agatur super bñficio ut aliquis recipiat ad beneficiū ecclesiæ, uel q̃ tū ad ꝓlationē, tunc nulla potest interuenire transactio ꝓprie: & hoc notauit dum dixit, ecclesiastico bñficio in litigiū deducto: q. simoniacū esset, & q. talis titulus nō habet ex trāsactione, sed per canonicā institutionem. ꝯ. de institu. ex frequētibus. & s. de renūc. admo. tot. & 16. q. 7. nullus oīno, arg. ff. de decur. Herennius. Si uero res sacra siue spūalis in litigium deducatur tanq̃ ꝓprietas, tunc bene potest interuenire transactio, puta duę ecclesiæ siue duo epi litigant super aliqua ecclesia uel aliquibus: quia alter dicit illas sibi subiectas, alter negat q. possidet, ibi pōt interuenire transactio: quia & permutatio. ꝯ. de rer. per mut. ad qōnes, ut si unus haberet unam ecclesiam, & alter aliam per transactionem: uel quia unus eps aliqua spūalia in ecclesia perciperet, & alius alia, hoc totum potest fieri ꝑ transactionē, sic ēt potest intelligi s. e. statuimus, potuit fieri diuisio decimarum inter partes; q̃dam tamen sunt in quib. non admittitur transactio seu compositio. va ꝯ. eo. c. vlt. ubi de hoc. Ber.

[Gl. seq. ponit & exponit diffinitionē trāsactionis.]

h Dato.] transactio non procedit uel non fit, nisi in aliquo dato, vel retento, uel ꝓmisso, ut hic dicit, & C. eo. tit. trāsactio, q. eīn transigit, quasi de re dubia, & lite incerta neque finita trāsigit. ff. eo. l. 1. Et ideo dixi, dubia, & etiam lite incerta, quia credit se habere bonam causam, alioquin si euidens esset calumnia [j] non tenet transactio. ff. de condict. indeb. l. in summa. 1. rñso. Neque finita: ideo dixi, quia si finita esset cā per sniam, a qua non esset appellatum, postea non teneret transactio. ff. de cōdi. indeb. eleganter §. si post rē iudicatam.

i Simoniæ.] s. eo. constitutus. & ꝯ. eo. ptrea, & c. seq.

Marginal notes:

* Al. de Mitta.

† In vno exemplari ita, & nondum fuisset i clericum tonsuratus, cū litteras ipsas impetrauit, &c.

Al. nostras.

Sed quale ius hře poterat qui clericus nō erat? unde nō placet hæc lectura. Ioan. and.

Secor. ad tex. in l. si testi- m. cum s. de ingen.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōp.

† In vno vetustissimo exemplari ita: super re sacra litigiosa. in alio nō ita vetusto ita: super re sacra uel litigiosa. i. aliis vt impressū est, vt plurimū tñ habetur; super re sacra litigiosa.

j Ex parte actoris; sec⁹ si ex parte rei. C. eo. tit. sub prætextu, licet alia vis, s. actione vel replicatione doli consulatur actori ad hoc per rest. in dubio, vt ibi dicitur. de hoc in l. statim. alle. & C. eo. l. 1. a. Io. And.

a Amicabiliter.] ȝ.eod.statuimus. & c.de cætero. & ȝ.eo.c.proxi.& ȝ.de deci.ex multiplici.& c.nuper.
b Canonibus.]qui prohibent illicitas pactiones in spiritualibus, vt 1.q.2.quã pio.& q.1.eos,& q.3.si quis prębendas.cum sui.concordantijs,& sup.tit.prox.c.fi.

Veniens ad Apostolicæ.] Prima pars ponit querelã. Secunda dat iudices: ibi, Mãdamus. Abb. Siculus.

CASVS. Monachi quidam maioris monasterij,excolunt terras in parochia sanctæ Mariæ de Marcho,& coloni ipsorũ monachorum oĩa sacramenta tam voluntaria quã necessaria recipiunt ab eadem ecclesia:monachi pdicti talem fecerunt compositionem cũ rectore ipsius ecclesiæ S. Mariæ prædecessore istius rectoris, vt monachi de duabus carruatis terræ,quas monachi retinent in dñio suo: tertiam partem decimarum tñ soluant ecclesiæ sanctæ Mariæ, & de omnib. alijs decimam integre soluant.demum mortuus est sacerdos ille cum quo talis transactio facta fuit: successor illius integraliter petebat decimam de omnibus possessionibus, quas ipsi monachi & coloni monachorum excolunt in parochia sanctæ Mariæ: monachi uolebant se defendere prætextu transactionis prædictæ,nec permittebant colonos suos soluere decimas prędictę ecclesiæ: rector iste conquestus est domino Papæ.vnde mandat papa q. busdam,quatenus compellant monachos & agricolas ipsorum soluere decimas eidem ecclesiæ integraliter de omnibus rebus, de quibus decimæ debent solui, & de substractis satisfaciant competẽter:nisi præfati monachi docuerint,transactionem prędictam super duabus carruatis terræ,per sedem Apostolicam confirmatam fuisse, cum alias transactio illa super duabus carruatis fuerit personalis: & pacta inter alios acta, alijs obesse non debeant. No.quòd factum antecessoris nõ pjudicat successori in rebus ecclesiæ. Item transactio, facta inter personas, nisi confirmata fuerit per sedem Apostolicam,personalis est. Item res inter alios acta, alijs non obest.

tis & amicabiliter [a] inter se litigantes componant, sacris canonibus [b] nequaquam dicimus obuiare.

¶ Idẽ abbati de Straphor.† & Priori de Phe.

¶ *Transactio facta de rebus ecclesię per prælatum sine superioris consensu, non obligat successorem.*

CAP. VIII.

Veniens † ad Apostolicæ sedis clemẽtiam magister G. de Fauilla,sua nobis insinuatione monstrauit,quod monachi maioris monasterii terras in parochia sanctę Mariæ de Marchia,† excolunt,& ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica, tam necessaria [c] quam voluntaria suscipiunt sacramenta, & tamen eidem ecclesiæ decimas soluere contradicunt,& infra.

¶ Arbitrantur autem se posse tueri cuiusdam transactionis prætextu, inter pfatos monachos, & quẽdam sacerdotem memorati G. prædecessorem factæ, vt de duabus curuatis † terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam tantum decimarum partem exoluant, & infra.

¶ Mãdamus, quatenus, nisi præfati monachi transactionem [d] præscriptam authoritate Apostolica cõfirmatã [e] esse, docuerint, cum aliàs inter personas facta potius quam inter ecclesias videatur, nec pacta inter alios [f] acta alijs obesse patiamur, ipsos [g] & agricolas, decimationes ex quibuslibet rebus prouenientes ex integro, [h] & illarum quas illicitè detinuerant, iustam æstimationem restituere eidem ecclesiæ cõpellatis.

[Glo. seq. declarat quæ sint sacramenta necessaria, quæ voluntaria,& quare sic uocentur.]

c Necessaria.] quædam sacramenta sunt necessaria, 1 quædam uoluntaria, hæc distin. ponitur.1. qõ.1.§. notandum est. Sacramenta necessitatis sunt ista,baptismus, confirmatio, pœnitentia,vltima unctio, corpus Christi.& ideo dicuntur sacramenta necessaria vel necessitatis:quia sine istis homo saluari non potest, si ex contemptu omittuntur, & haberi possunt. sacramentum uero baptismi in necessitate,a quocũq; potest recipi, dummodo in forma ecclesiæ conferatur. sup. de sum.tri.in c.1.in fin.& de consecr. distin.4.a quodam, Et etiam pœnitentiæ: nam confiteri possunt cuicunque 2 in necessitate iuxta illud. Confitemini alterutrum peccata vestra. Sacramenta vero voluntaria sunt illa quæ omittere non est peccatum,quæ dignitatis sacramenta dicuntur, vt in §. sed notandum,vt sunt ordines, qui à dignioribus conferuntur, idest episcopis. Vel q̃a nõ nisi digni ad ordines assumendi sunt. Itẽ matrimonium. Sine huiusmodi sacramẽtis bene possum⁹ saluari.22.q.4. §.vlt.ad finem.

d Transactionem.] idest, cõpositionem. ȝ.eo.statuimus.& ȝ. de deci.ex multiplici vbi similis est cõpositio. vel propriè tenetur.

[Glo.seq. quærit, arg. pro & contra,& soluit. Ioan.And. in nouel.]

e Confirmatam.] sed nunquid confirmatio Papæ transactionem psonalẽ facit realem,vt sic immutet eius substantiã? vr̃ q̃ sic,q̃a auctoritas principis facit q̃nq; ex nullo pacto actionem dari,& auctoritas legis & hoc facit, argu.ff.de pact.legitima, & q̃d cõfirmat,datur.ff.de verb.sig.l.lege obuenire.& princeps vnit duas res in vnã naturã C.cõia de leg.l.2. arg.ȝ.12.dist.præceptis.& ȝ.de confir.cum dilecta & c.ulti. Dic quòd hæc transactio ab initio,quãtum ad intentionem transigentium fuit realis. sed sacerdos ille hoc facere non poterat sua auctoritate, nec successorem poterat obligare sine auctoritate superioris.arg.ȝ.c. de cætero & c.cõtingit.sic habes ȝ. de confir.vti c.pen.& ita confirmatio papæ facit realem transactionem,quę quãtum ad ipsas personas personalis erat,si ex certa scientia hoc facit;quia potest facere quòd illa quæ nulla est, sit aliqua.arg.16.q.1.c.ult.& ȝ.de ijs quæ fi.a præla.cũ Apostolica.& plus est de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliud.argu.de conse.distin.2.revera arg.C.de rei vxo.act.l.unica,circa prin.

f Inter alios.] sic ff. de pact. si unus. §. item ne experiar.in fi.& ita pactum prædecessoris non obligat successorẽ arg.ȝ.de preca.c.2. 3 sic & cõfessio inter aliás personas non nocet alij.2.q.5.interrogatum.ȝ.de adul. significasti.Sed nunquid ille sacerdos posset reuocare talem transactionem antequam confirmetur a papa, cum sit personalis? Ar.quòd sic.35.q.9. quod quis.& c. quisquis.& ȝ.de re.eccle. non alie.si quis presbyterorũ. 4 Credo quòd licet sit personalis transactio,ipse tñ quandiu uixerit, non poterit reuocare, sicut nec monasterium eam posset reuocare.ȝ.de deci. ex multiplici, nisi per in integrum restitutionem si ecclesia esset læsa.ȝ.de in integ.rest.c.1.

g Ipsos.]scilicet monachos de parte sua: ȝ. de dec. tua nobis.& colonus de sua,ut ibi.

h Ex integro.]sic ȝ. de deci.cum homines, & c.tua nobis.Petrus.

Præter-

[Marginal notes: † Stanpho & Priori de Plib. — † Post concil. Latera. per 48. cap. 1.& c.3. eo. tit.in 3.com pil. — † Marchon. — † al. carcatis. — 1 De materia huius glossæ consule omnino Theologos. & præsertim B. Thomã.3. par.q.65.ar. ti.4. & Sotũ lib.4.sen.di. 2.q.6.ar.4 — 2 Scoto sessio ... laico ... sacramen... lis, Soto 4.sen.di. q.4.ar.1. — 3 Co... tex.in ... bi.§. ... fessor. ... Bartol... pact. — 4 Hoc ... præce... quæ ... aliena ... qui no... net ... ro tem... lis pa... nerat... pus. ...]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60]

§ PRæterea.] Non valet transactio super iure præsentandi, per quam nouus census imponitur ecclesiæ, vel antiquus augetur. h.d. Communis diuisio. secunda ibi, Cum igitur. Abbas.

CASVS. Ecce vacat aliqua ecclesia, cõtentio est inter laicos & aliquos religiosos super præsentatione rectoris: venerunt ad talem transactionẽ, vt laici habeant præsentationẽ, religiosi percipiant ab ecclesia maiorẽ pensionẽ q̃ recipere consueuerant: vel nouã cum nihil antea percipiebant: quæritur an talis trãsactio teneat? Rñdet Papa, ꝙ talis transactio simoniaca vr̃, & ideo de iure nõ tenet: nec monachi ex ea vllũ debẽt cõmodũ obtinere. Not. ꝙ per transactionẽ noua pẽsio imponi nõ potest, nec vetus augeri partiũ pactione sine vitio simoniæ.

Cap. 4. co. in 2. cõp.

a Transigitur.] propria auctoritate.

b Nullam.] imò etiã auctoritate superioris non posset modo constitui censualis ista ecclesia, nec vetus census augeri. ĩ. de censi. prohibemꝰ. & c. sciẽtes.

c Simoniaca.] cum non liceat transigere de re spirituali interuẽtu pecuniæ, vt dictum est. ṡ. eod. super eo. & ca. statuimus. sim. ṡ. de pact. cũ clericl. ĩ. c. proxi. ADDITIO. Quia ius patronatus est spirituale.

¶ Lucius tertius Ormeñ. episcopo.

CAP. IX.

¶ Sicut super iure præsentandi, ita super annexo non potest transigi, vt recedatur à lite interueniente aliqua tẽporalitate.

j PRæterea † quãdo inter laicos, & viros religiosos de præsentatione alicuius ecclesiæ quæstione suborta trãsigitur,[a] ita quod præsentationem laicus obtineat: religiosi vero nouam vel maiorem percipiant in ecclesia, in qua prius nullã[b] vel minorẽ habere cõsueuerant portionẽ: an huiusmodi transactio teneat quæsiuisti. ¶ Cum igitur ipsa pactio simoniaca[c] meritò videatur. Respondemus ꝙ de iure non tenet, nec ex ea religiosi vllum debent commodum obtinere.

¶ Celestinus tertius.

¶ Super spirituali subiectione non licet transigi.

CAP. X.

ij PRæterea † quarto † loco quæstio talis accessit, quod quędam cella eximi[d] voluit à subiectione, qua matrici domui tenebatur: & infra. ¶ Fratres illius cellę se confitẽtes[e] in iure illi domui quondã fuisse subiectos, referebãt quęstionẽ olim de hac subiectione fuisse motã, & trãsactione sopitam, eatenus vt quendam annuũ † censum[f] ecclesiæ matrici reddendo, essent à subiectione[g] prĩcipalis domus exẽpti: & infra. Prior cõsequenter pro maiori ecclesia proponebat, ꝙ de spirituali subiectione, trãsigere non liceret. Rñdemus igitur, ꝙ ex p̃dicta fratrũ cõfessione[h] cõtra eos sententia procedere debeat, præsertim cũ illa trãsactio (licet nobis de illo ꝙ cella determinatè reddere tenebatur, cõstare nequiuerit) iniquitatẽ simoniacã[i] continuisse putetur.

¶ Honorius tertius I. tituli S. Praxedis presbytero Cardin.

¶ Iudex potest & debet se interponere pro transactione inter partes facienda, pręterquam in casibus, in quibus iura hoc non admittunt, ut super matrimonio. hoc dicit.

ij PRæterea.] communis diuisio. secunda: ibi, Respondemus. Abbas Siculus.

Cap. 5. eo. in 2. cõp. [...]ima qõ [...]c mit. [...]prudẽ. & 3. de [...]c. secũ[...]quiris. 5. & 6. ff. de [...]prudẽ.

CASVS. Quędã cella voluit eximi à subiectione qua tenebatur matrici ecclesiæ: oblato libello & lite contesta. fratres illius cellæ per syndicum suũ confessi fuerunt in iure, se olim fuisse subiectos matrici ecclesiæ, & quæstionem de hac subiectione olim motam fuisse, & per transactionem sopitam, ita quòd quendam censum soluerent annuatim matrici ecclesiæ, & essent à subiectione illius ecclesiæ exempti. Prior matricis ecclesiæ proponebat pro ipsa, quòd de spirituali subiectione transigere non licebat, & ex confessione illorum factum apparet quòd olim subiecti erant matrici ecclesiæ: ergo adhuc ad subiectionem tenentur, cum priuilegium exemptionis non ostendant: iudex dubitauit quid iuris esset? Respondet Papa quòd ex confessione illorum fratrum debet ferri sententia contra eos, cum illa transactio iniquitatem contineat, licet nõ cõstiterit domino Papæ de illo quòd cella determinatè reddere tenebatur. Not. ꝙ de subiectione transactio non potest fieri. Itẽ confessus in iure pro cõuicto habetur. Itẽ confessio capituli p̃iudicat; & sic vr̃ ꝙ confessio p̃lati non præiudicet, nisi esset syndicus in causa, vel nisi cõfiteretur in animã suam & fratrum suorum, secundum ꝙ intellexisset ab eis, quod quidem verum est.

d Eximi.] contendendo de iure, ꝙ nõ debeat subesse, non priuilegium allegãdo. I.au.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

e Confitentes.] similem cõfessionem habes ĩ. de except. cum venerabilis: sed illa eis non obfuit, quia excipiẽdo hoc fecerunt. r per hanc confessionem fundata fuit intentio alterius partis poterant sic rñdere, olim fuit quęstio de subiectione, sed illa fuit transactione, idest, amicabili compositione terminata.

† annuatim. r Quod dic vt ibi; & plenius ĩ. de regul. iur. exceptionẽ. li. 6.

[Glo. seq. reci. per q. scilicet an possit matrix ecclesia cellam eximere.]

f Censum.] qui scilicet census licet esset recognitio debitæ subiectionis, vt ĩ. de censi. omnis anima. arg. 18. q. 2. Eleutherius. non tamen debuit sic transigi: Imò videtur ꝙ non possit eximi, sicut nec episcopus pleno iure eximit etiã ecclesiam. ĩ. de donat. pastoralis. sed si gratis vellet quis ecclesiam sibi subiectam non per transactionem eximere, bene posset remittere quicquid iuris habeat in ea, retinendo etiam pensionem annuatim soluendam maiori ecclesiæ: nec esset simonia. ĩ. de reli. domi. constitutus. ita tamen ꝙ illi de cella deberent obedientiam & reuerentiam matrici domui ĩ. de censi. cum venerabili. quia sine capite esse non debet: quia in hoc non posset maior ecclesia illos eximere. 93. dist. nulla ratione.

g Subiectione.] non poterat hic allegari præscriptio: quia contra subiectionem non currit præscriptio. ĩ. de præscrip. cum non liceat. & quia malam fidẽ præsumebantur habere propter confessionem propriam.

h Confessione.] in iure factam, & coram iudice suo ĩ. de iudi. at si clerici. & ff. de interroga. act. voluit. & ita confessio contra se præiudicat. ĩ. de confes. cum super. & c. vlt. vbi de hoc, & intellige ꝙ per syndicum confessi sunt, quamuis dicat hic, fratrum confessione, nec reuocauerunt confessionem.

i Simoniacam.] sup. c. proxi. & ca. constitutus. & sup. de pact. cum pridem. & c. pactiones.

EX parte tua.] Super matrimonio transigi non potest. Diuiditur, nam primò hortatur legatum vt cõponat etiam in casibus expressis à iure. In fi. dicit quid de casibus non expressis. Ibi in his. Abbas.

CASVS. Quidam 1 Græci furtiuè recipiebant sacros ordines a non suis epis: Quidam etiam celebrabãt in ecclesijs interdictis, nec volebãt obedire Latinis: Et quidã alij Græci & Latini epi consecrationes celebrabant in epatibus aliorum, & decimas percipiebant ibidẽ in eorũ preiudicium & grauamẽ. Item quidam laici Græci proprias vxores auctoritate sua dimittebãt, alias illis viuẽtibus recipientes: Et quidam alij abbatias & ecclesias cum hominibus ecclesiarũ detinebant, & in alijs etiam pluribus excedebant, vt dr̃ in integra: super his excessibus Cardinalis consuluit Papam qualiter esset contra istos agẽdum, & ipse hic respondet prout sequitur. Ber.

1 Casus hic inuenitur in antiquis codicibus.

† Cõcor. tex. in l. 1. §. & post. ff. de no. ope. nun cia. & 90. di. per totum.

† Perperã in impressis legitur dispositionis.

CAP. XI.

EX parte tua: & infra. ¶ Poteris ad componendum [a] interponere † partes tuas; & interdum aliquid seueritati [b] detrahere, prout (statu imperij, & excedentium multitudine, [c] prouida deliberatione pensatis) videris expedire; exceptis nimirũ casibus, qui compositionis siue dispensationis † remedium non admittũt, vt potè coniugij sacramentũ, [d] quod cum non solùm apud Latinos & Græcos, sed etiam apud fideles & infideles [e] existat, † à seueritate canonica circa illud recedere non licebit. ¶ In his verò super quibus ius nõ inuenitur expressum, procedas (æquitate [f] seruatã) semper in humaniorem [g] partem declinando, secundùm quòd personas & causas, [h] loca & tempora, videris postulare.

Nota q̃ iudex primo ad componendum debet laborare. Item seueritati detrahendum est. Item cõtra matrimoniũ cõpositio vel dispensatio locũ non habet. Itẽ vbi ius nõ inuenit, æquitas seruãda est. Item in humaniorem partẽ semp dẽt iudex declinare. Item p̃sona, causa, loca, tempora, & status terræ consideranda sunt.

a Ad componendum.] sic enim iudex prius debet cõcordare partes quam ad iudiciũ venire 2 si põt. 5. q. 2. si primates. & 90. dist. studendum. 23. q. vlt. si quis membrorum. & q. 4. si illic. & inf. de simo. querelam.

2 Et sic per partiũ cõcordiã remanebũt crimina ĩpunita. sol. ue vt no. 90. dist. cap. 1. Io. And.

b Seueritati.] quandoque enim detrahendum est seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas syncera sub ueniat. 50. dist. vt constitueretur. & vbi saluti nil detrahebatur, humilitati posteriores doctores aliquid addiderunt, vt ibidem di itur.

c Multitudine.] quia quod peccatur à pluribus, transire solet inultum. 1. q. 7. quoties a pluribus. & 23. q. 4. non potest. sup. de tẽ po. ord. sanè. & cum multitudine peccantiũ, magis docendo q̃ iubendo agendum est: seueritas autem exercenda est in peccata paucorũ. 44. dist. comessationes. ĩ. de cle. excom. mi. latores.

Gl. seq. rõnem reddit, & dat simile, obijcit & soluit.]

d Sacramentum.] sic patet q̃ in matrimonio non habet transactio seu compositio locum, vt q̃ matrimoniũ aliquid statuatur: cum sit statutum ab ipso Dño in paradiso: Quia quos Deus coniunxit, homo non separet, vt 26. dist. deinde opponitur. & sup. de transla. inter. corporalia. & 33. q. 2. an quod. & cap. quos Deus. & causa matrimonialis per arbitros tractari non potest. inf. de in integ. restit. causa. in fine. sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi. ĩ. de consangui. & affi. ex lit eris. in fin. nec dispensatio locum habet, vt dicit hic. Sed cõtra vr̃, quia circa matrimonium dispensatur. 35. q. 3. quadã lex. & cap. quod scripsi. & q. 8. de gradibus. Dicas in matrimonio circa gradus constitutione canonica interdictos, dispensatio adhibetur ex iusta causa, vt simul remaneant, in quo casu loquuntur contraria. Circa gradus lege diuina prohibitos, 3 vel vt matrimonia legitimè contracta 4 separentur, nulla dispensatio adhibetur ab ecclesia: & de tali dispensatione hic intelligitur. nam vt patet in integra, quidam vxores legitimas dimittebant, & alias ducebant, cũ talibus nulla dispensatio adhibetur, vt sic remaneant cũ secundis. De gradibus diuina lege p̃hibitis habes ĩ. de restit. spolia. litteras. Hodie verò de facili non dispensatur ecclesia circa consanguinitatem: cum vsq; ad quartum gradum restricta sit copula coniugalis. ĩ. de consang. & affini. non debet.

3 Hec est grauissima qõ, de qua plenè Turrecre. 35. q. 2. c. cõiunctiones.

4 Carnali copula cõsummata: quod dic vt no. de conuer. coniug. c. ex publica. lib. 6. Ioan. And.

e Et infideles.] 26. dist. deinde opponitur. & 28. q. 1. per totum. sed apud infideles non est ratum, quin possit separari altero veniẽte ad fidem catholicam, in infidelitate reliquo remanente. ĩ. de diuor. quãto. & c. gaudemus.

† Vide Tan. rec. 28. q. 1. summa. vbi latè de ho...

[Glo. seq. argum. à contrario. signat cõtrarium, & soluit, & dat textui duo similia.]

f Æquitate.] quam iudex præ oculis semper debet habere. ff. de eo qd cer. loco, q̃ si Ephesi. in fi. Et ita vr̃ ex eo quod dicit: in quib. ius nõ inuenit expressum, procedas æquitate, &c. q̃ ius semper sit præferendũ æquitati. Arg. cõtra C. de iud. placuit. sed potés intelligere illud de æqtate scripta, quæ dẽt p̃ferri rigori iuris, hic de æquitate nõ scripta, quæ tunc solũ seruanda est cũ ius deficit. hoc verbum sumptum fuit de lege illa. ff. de aqua plu. arcen. in sum. §. itẽ Varus in fi. sic dicitur de consuetudine, quæ seruatur cũ deficit lex. 1. dist. cõsuetudo. & vbi ius scriptũ nõ est, de similibus ad similia est p̃cedendum. ff. de legibus. non possunt. & ĩ. de re iud. in causis. & ĩ. de consti. & c. recolẽtes. & ĩ. de rescr. sta. reg. super quodam. in fi. & tup. de translatio. inter corporalia. inter cæteras. & sup. de translatio. inter corporalia.

g In humaniorem.] quia semper debemus promptiores esse ad absoluendũ q̃ ad condemnandũ. ff. de act. & obl. Arrianus. & ff. de pœn. respiciendũ. & ĩ. de probat. ex liis. & 26. q. 7. tp̃a pœnitudinis. & p̃ptiores ad misericordiã q̃ ad rigorẽ: qa melius est p̃stare causas pro misericordia, q̃ p̃tendere inclemẽtiam. 85. dist. non satis. ad fi. post me. colum. & melius est pro veritate pati supplicium, q̃ pro adulatione beneficium. 11. q. 3. imò peritorum. & sñia quæ misericordiam vetat, fugienda est. 50. dist. ponderet. & 26. q. vlt. alligat. vbi dicit, q̃ si Dominus est largus dispensator, eius famulus nõ debet esse tenax. & 9. dist. sana. & 1. q. 7. cap. exigunt.

[Glo. seq. prosequitur 4. in pœnis consideranda.]

h Causas.] In omnibus pœnis inferendis considerant ista quatuor principaliter. Persona primò consideranda est, quæ sit, quia aliter procedit cũ maioribus q̃ cũ minoribus. ĩ. de offi. deleg. sanè, & c. pastoralis. & 45. dist. cũ beatus. & 24. q. 1. qui q̃ pacem. & ĩ. de simo. p̃ tuas. 5 Causa ẽt consideranda est. ĩ. de vo. & vo. redem. magnæ. in fi. & ĩ. de accus. cũ dilectus. & 23. q. vlt. occidit. & ff. de fur. verũm. & 16. q. 6. c. 1. in fi. Et op. arg. 6. dist. testamẽtum. Et locus consideratur in iudicijs arg. ĩ. de rescrip. nonnulli. quia consuetudo loci attendi debet. 4. dist. erit aũt lex. & 81. dist. ante triennium. & c. aliter: & ĩ. de cle. coniu. cũ olim. Et tẽpus etiã consideratur, qa est tempus tacendi, & tp̃ loquendi. 36. dist. c. qui ecclesiasticis. §. ecce. In quo statu sit princeps loci, vt hic dicit, prout status imperij, &c. quia in turbatione regni rigor iuris seruari nõ potest. Et propter nouitatem gentis tempus consideratur, vt 35. q. 3. quod scripsi. & ĩ. de pœn. & remis. Deus qui ecclesiam. propter nouitatem sidei multa ibi attenduntur, & hoc totum habes 29. dist. sciẽdum. ĩ. de homi. sicut dignũ. 1. respon. vbi ista quatuor considerantur, & quædam alia.

5 Concor. Pedius ff. de ... rui. nat. fi ... & l. ... C. ad ... Iul. ... bli.

ADDI-

ADDITIO. Vnde versus.

Causa, locus, tempus, personaque perspiciatur,
In pœnis dandis, vt eas iudex moderetur.

DE POSTVLANDO.

Si vocati ad iudicia non paciscuntur neq; trāsigunt. solēt sibi quærere aduocatos & procuratores: ideo post duas rubricas præcedētes subijcitur ista, & sequens, quæ præmittitur ante tractatum de iudicijs, quia hæc sunt præparatoria iudiciorū. Quid autē sit postulare, habes tex. in l. 1. ff. eo. & per gl. in c. vlti. ǰ. e. Et aduerte ꝙ multæ sunt personæ, quæ postulare prohibentur: vt patet in his versibus.

Non cuicunque datur quod postulet, immo negatur.
Addictus pœnæ, seruus, puer, actor, arena:
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

De hac materia tractatur 3. q. 7. 15. q. 2. de pœn. lis. 1. nemo. 14. q. 5. denique.

Clerici.] Diuiditur, quia prima pars ponit prohibitionem, a qua secūda excipit: ibi, Nisi. & adde etiā de personis sibi coiūnctis, vt probat ǰ. e. c. si. Abb.

CASVS. Statuit concilium Lateran.

TITVLVS XXXVII.

De postulando.

¶ Ex concil. Lateranen. †

¶ *Clericus in sacris vel minoribus beneficiatus, in sæculari foro postulare non debet nisi pro se vel sua ecclesia vel miserabilibus personis.*

CAP. I.

d Sanctiones.] C. man. l. penult. & vlt. Et nota q̃ huiusmodi cessiones quandoque tenent, quandoq; non tenent. Si cessio actionis fit in vltima voluntate, tenet cessio. ff. de lega. 3. non nen. & in casibus. C. mand. per diuersas. & l. ab Anastasio. nisi res vel actio legata sit litigiosa. C. de litigio. quicunque. & in auth. nunc si hæres. sed legatarius potest adesse liti ne colludatur, vt ibi dicitur. Si verò ex pacto, siue inter viuos fiat cessio vel donatio potentiori, nulla est: nec agere potest ille ex ea cessione: immo iactura causę afficiuntur qui hoc faciunt: vt hic dicit. & C. ne lic. pot. l. 1. & 2. & l. fin. Si verò fiat cessio nõ potentiori, si actio sit dubitata; idest, in iudicium deducta, non tenet cessio: non tamen admittitur actio; si agit ille qui cessit; in casibus non tenet. C. de lit. l. 2. & l. vlti. Si verò actio sit indubitata, idest, nondum in iudicium deducta, tenet. C. de hære. vel acti. vend. per totum. Item distingue verum etiam sit simulata, quia tunc nulla est, C. plus va. quod agitur. per tot. & dicitur simulata si id actum est inter cedentem, & illum cui fit cessio. Si verò dubium sit an sit simulata vel vera, præsumitur quòd sit simulata, ex eo quod actio pro parte donata, pro parte vendita videtur. C. mand. l. vlt. & in tali casu non agitis cui creditur, nisi ad id quod dedit in superfluo, nec is cui cessit, nec is cui ceditur. vt ibi dicitur §. si quis. Item præsumitur si modicum pretium datur, & hic non agitur nisi ad id quod dedit, & ex quantitate pretij simulata præsumitur. Item si dubitatur an sit vera vel simulata, præsumitur simulata, in quo casu loquitur C. mand. l. penult. exceptis quibusdam casibus ibi positis.

Cessio actionum qñ fieri possit, & qñ non.

[Gl. seq. tec. per duas q. an ipso iure, & de quibus potentioribus, &c.

e Afficiant.] C. ne lic. poten. l. prima, & secunda, & dicas afficiant per sententiam, non ipso iure, vt patet per l. prædictam. C. ne lic. poten. vbi dicit, iactura causæ multentur, idest, afficiantur per sententiam intelligendum est, huiusmodi cessiones odiosæ sunt: quia de vitio cupiditatis procedunt, vt hic, & C. ne lic. poten. l. vltima. Et nota quòd titulus iste de

alio

aliud.& cet. intelligitur de potentioribus, qui non sunt in aliqua dignitate siue administratione, sed titulus ille, ne liceat potentioribus patrocinium litigatoribus impertiri, intelligitur de potentioribus, qui sunt in dignitate siue administratione cōstituti, & eodem modo intelligitur lex il la. C. quæ met. cau. si per impressionem. & tamen sub isto titu. interserit breuiter naturam huius titu. ne liceat. & de materia illius titu. mandati, vt dicitur in prima notula.

a A præsumptione.] sic patet quod clerici non debent recipere huiusmodi cessionem: quia si simulata fit cessio, non valet. C. manda. l. pen. & si esset vera cessio vel datio, præsumit nihilominus in fraudē facta, & aut etiam causa: clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. 14. q. 4. clerici. & c. canonū. quia sic negotiari is facto clerico non licet. 88. dis. fornicari.

liter aduocare præsumūt, † & ex eo sint etiā odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus, quatenus clericos memoratos à præsumptione [a] huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescatis.

TITVLVS XLIII.

De Arbitris.

¶ Ex concilio Africano.

¶ *Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statur sententia maioris partis.*

CAP. I.

Sanè: & infra. ¶ Si autem ex cōmuni placito episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint: aut vnus eligatur, aut tres: [b] vt si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum. [c] †

¶ Alexan. iij. Eboraceñ archiepiscopo.

¶ *Nullum est arbitrium seu arbitramentum, continens peccatum, per partes non remissibile.*

CAP. II.

Non † sine multa necessitate A. presbyter nobis proposuit, quòd cum in ecclesia sancti Alphridi, per manum R. archidiaconi de Suella personæ illius ecclesiæ † capellanus institut[us] fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iam dicta successit: eundem presbyterum capellanum ibidem iterum ordinauit: [d] & infra. ¶ Cum autem idem presbyter extra prouinciam exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suam vlterius inopiā sustinere, per dolum [e] & fraudem ipsius M ab eo est sacramentum [f] extortum, vt arbitrium clericorum duorum exinde susciperet & seruaret: qui iam dicto M fauentes, † [g] presbyterum ab illo iuramento absoluat, & ipsum restituat ad ecclesiam suam vel si arbitrium ipsum fuerit æquitate subnixum, vtranque partem ad ipsius obseruationem compellat. Not. quòd arbitrium iniquè latum non valet. Item super re spirituali compromitti potest in clericum.

DE ARBITRIS.

¶ Supra visum est de præparatorijs iudiciorū: meritò de ipsis iudicijs erat vidēdum. Sed quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt l. 1. ff. de arbit. præmisit compilator istam rubricam. Ita cōiter continuat. & in C. & ff. seruat iste ordo. nā præmittitur ibi de arbitris, & post ea sequitur de iudicijs. Et quid sit arbitrium dic vt notat per Inno. & alios in cap. Quintauallis de iureiur. Abb. Siculus.

De hac materia tractatur 2. q. 6. c. si quis episcopus. §. arbitrij. & c. à iudicib. & §. seq. 3. q. 7. c. tatamis. §. tria. prope finem.

Sanè.] CASVS. Statuit concilium Africanū quòd si inter epōs causa vertitur, & ipsi super hoc voluerint eligere arbitros: aut vnum eligant, aut tres, quorum trium sequantur sententiam, aut duorum. Nota quòd arbitri impari numero eligi debent.

[Gl. seq. reddit causam, & quæstionem soluit.]

b Vnus eligatur aut tres.] vnus verò aut tres sunt eligendi, & nō duo: quia res ferè sine exitu futura est per naturalem hominū facilitatē ad dissentiēdū. ff. de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. tñ si compromittatur in duos, tenet arbitriū. & si non cōcordauerint, cogendi sunt, vt vel cōcordent, vel tertiā personā assumāt, vt ibidem dicitur. & s. de of. del. suspicionis. §. vlt.

c Aut duorum.] sufficit duorum sñia præsente tertio, licet ille dissentiat: eo verò absente non valet, ff. eod. l. si in tres. nisi in compromisso expressum sit, vt duo sine tertio procedāt. ff. eo. non distinguemus. §. cum in plures, sic obtinet ia in litibus. supra de offi. deleg. prudentiā. & de vtrisque hic cauetur. sup. de offi. deleg. vno delegatorum seu arbitrorum.

Non sine.] Non valet arbitrium simoniacum vel dolosum. In prima parte ponitur facti narratio. In secunda causæ commissio: ibi, Quoniam igitur. Abbas.

CASVS. Alanus presbyter institutus fuit capellanus in ecclesia sancti Alphridi per archid. de Suella, eodem arch. mortuo M. nepos ipsius, qui archi. in ipsa ecclesia successit, eūdē presbyterum capellanum iterum instituit ibidem, & illū fecit postmodum prædicta ecclesia spoliari. Tandem per fraudem, & dolū ipsius M. extortum fuit ab ipso iuramētum, vt arbitrium duorum clericorum susciperet & seruaret: & illi arbitrati fuerunt, quòd ipse M. dicto presbytero quinque marchas argenti persolueret & toti cederet quæstioni. Vnde presbyter ista significauit domino Papæ: & ipse scribit super hoc archiepiscopo Eboracen. dicens quod non decet aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, relinqui debeat incorrectum: mandans quatenus si præfati clerici confessi fuerint se taliter arbitratos fuisse, vel aliàs de hoc constiterit, dictum presbyterum ab illo iuramento absoluat, & ipsum restituat ad ecclesiam suam vel si arbitrium ipsum fuerit æquitate subnixum, vtranque partem ad ipsius obseruationem compellat.

d Ordinauit.] idest, institutionem prædictam confirmauit ad cautelam supple, & illum fecit postea prædicta ecclesia spoliari.

e Dolum.] dantem causam contractui, vnde non tenuit. ff. de dolo. & eleganter. secus esset si incidit in contractum. ff. de act. e. mp. & ven. Iulianus. §. si venditor. & fin. & de renunc. sanè vbi dolosè ille inductus fuit, vt eorum misericordiæ se subijceret.

f Sacramentum.] quod interuenire in arbitrio fuit in compromisso prohibetur. C. eo. tit. Auth. decernimus. ex quo tamen interuenit seruando n est, dum modo arbitrium sit licitum vel æquum, vt hic in fi. & j. eo. cum tempore.

g Fauentes.] & ita per gratiam arbitrati sunt, vnde competebat huic exceptio doli, si ageret ex illo arbitrio. C. eo. arbitrorum, non obstante ipsorum iuramento: quia iuramentum ad hoc non extenditur nisi ad ea quæ legitimè arbitrarentur, aliàs illicitum esset, & nō secundum ius. de iureiur. quantò. & c. Quintauallis.

a Quin-

Vide l. pe. ff. ad aliud. nu. causa dā. & l. 1. §. 2. & ibi litt. C. ne liceat potē.

Conciliū Africanū c. 6 conc. Mileuitanū cap. 4. Burchar. lib. 1. decre. cap. 68. Iuo par. 5. c. 176. c. 4. tit. de arb. comp. 1. comp.

Vide l. itē vnus. & l. si in tres. ff. ad.

† Cap. 1. eod. tit. in 2. cōp.

† Vox ecclesiæ, deest in aliquot vetustis.

† al. iterū eidē presbytero.

a Vide de empt. & vē. cum dilecti. super vlt. gl. & in ea. gl. vide §. si venditor. Ioan. And.

a Quinque marchas.] & sic continebat simoniacam prauitatem. ꝫ. de pact. cum pridem. & sup. de transac. præterea 1. & 2. & c. constitutus. & ideo arbitrium non ualuit, nec etiam pœna si esset apposita committeretur, si non staretur, tali iniquo arbitrio. ff. eo. nõ distinguemus. §. cũ quidã.

[Gl. seq. signat ꝫ. tiũ, & soluit. Ioan.]

b Cognouerint.] i. confessi fuerint corã archiepos, & ita credit istis in iure in eo qđ malè fecerũt, ar. ꝫ. de elect. cũ dilecti. arg. tñ ꝯ ꝫ. de testib. sicut. sed hoc vr̃ admitti pp inopiã probationum, quoniam fortè per alios cõstare non potest, ut in decr. cum dilecti. & arg. ad hoc. C. de hæret. l. penul.

c Absoluas.] supple, & ipsum absolutum restituas, & põt exponi absoluas, i. absolutum ostẽdas: quia iuramẽtũ non extenditur ad istum casum, vt dictũ est, & ita retractatur arbitriũ superioris auctoritate, vt ꝫ. c. pxi. sed non fuerunt isti veri arbitri, sed mali cõpositores, & arbitratores: & ideo dictũ eorũ boni viri arbitrio põt corrigi. ff. pro soc. societatem. alias iniquę sniæ arbitri statur. ff. eo. diẽ. §. stari. sed in hoc casu non valeret snia talis pp simoniam.

Peruenit.] Arbiter sua auctoritate spiritualia laico adiudicare non potest. ita cõiter summatur. Primò ponit factum. Secundò corrigendum cõmittit: ibi, Vnde. Abb. Sic.

CASVS. Gul. clericus quandam sororem suam tradidit in vxorem G. de Callis, promittens eidem G. ꝙ annuatim daret eidem quinque solidos sterlingorum: super eisdem quinque sol. orta fuit discordia inter eos. Vnde super hoc compromiserunt in quatuor personas, quæ taliter arbitratæ fuerũt, quòd idem G. perciperet annuatim decimas, quas Guil. habebat in parochia de Callis pro quinque solidis prædictis. Significatum fuit hoc dño Papæ, quia huiusmodi arbitrium in posterum ecclesiæ posset esse damnosum. mandat Papa cuidam, quatenus si est ita, prenominatũ G. moneat & compellat, vt prædictas decimas liberas omnino dimittat, nec hui⁹ occasione aliquid sibi vlterius pp hoc vendicare præsumat. & clericum illũ moneat, vt cum eodem G. amicabiliter conueniat. Nota quod factum prælati in damnum ecclesię valere non debet, nec delictum personæ in damnum ecclesiæ debet redundare.

d Decimas.] idest, fructus decimatum.

[Glossa sequens recitatur per quæstionem, vel obiectionem.]

e Existere.] in hoc arbitrium posset esse in posterum dãno sũ ecclesiæ: qa occasione illius arbitrij iste G. vellet decimas illas post decessum illius clerici retinere, & ita ecclesiæ præiudicaret, quia etsi nõ de iure, de facto tamen damnum sustineret & cõpelletur litigare cum illo, & expensas facere. qa interest ecclesiæ ne sumptibus vexetur. ff. de minori. minor xxv. annis.

f Aliquid vlterius vendicare ꝑsumat.] occasione huiusmodi arbitrij nil potest vendicare ab ecclesia, vel decimas illas retinere: quia non licuit illi clerico conditionem ecclesię facere deteriorẽ. ꝫ. de donationibus. c. fraternitatem tuã, nec alienare potuit rem ecclesiæ in damnum ipsius ecclesiæ. 12. q. 2. sine exceptione. & ita ipso iure non tenuit arbitrium. sic ergo ad factum tantum respicit reuocatio huius arbitrij.

Dilecti filij.] Clerici de temporalibus compromittere possunt in mulierem, aliàs de consuetudine iudicantem. Ioan. And. Prima pars narrat factum. Secũda dat iudicem: ibi, Quamuis. Abb. Sicul.

CASVS. Inter abbatẽ & conuentũ de Scarduna Cisterciẽ. ordinis ex vna parte & hospitalarios ex altera, vertebatur qõ sup vsuario cuiusdã nemoris: in reginã Francorum fuit cõpromissum, vtrinq. sub certa pęna: quę pia auditis causæ meritis p diffinitiuam sniam, arbitrium promulgauit de consilio quorundam epõrũ: hospitalarij intelligentes quòd fęminæ secundũ regulã iuris à ciuilibus officijs sint remotæ, & etiã si inter liberos suos audientiã susceperint, ex illarum sententia nec pœna committitur nec datur, ipsius arbitriũ obseruare contẽnebant: pp quod monachi dño Papæ sunt conquesti. Vnde super hoc scribit quibusdam dicens, licet fœminæ (vt dictũ est) à publicis officijs sint remotæ, quia tñ iuxta cõsuetudinem approbatam, quæ pro lege seruatur, in partibus Gallicanis, huiusmodi fœminæ

---

tero præceperunt, vt quinque [a] marchas ab eodem susciperet, & toti cederet quæstioni.

¶ Quoniam igitur non decet aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinqui. Mandamus quatenus si se cognouerint [b] præfati clerici tam nequiter arbitratos fuisse; dictum presbyterũ ab obseruantia iuramenti auctoritate nostra prorsus absoluas: [c] vel si arbitrium ipsum noueris ęquitate subnixum, ad obseruantiam ipsius vtranque partem appellatione remota compellas.

¶ Idem.

¶ Arbiter assumptus in patrimoniali causa clerici, non potest adiudicare rem ecclesia possidendam, etiam ad vitam clerici hoc dicit, & est casus notabilis.

CAP. III.

Peruenit † ad nos quòd cum G. de Cal. sororem G. clerici duxisset in vxorem, idem G. fidei interpositione firmauit, ꝙ quinque solidos sterlingorum annuatim daret eidem. vnde cum super eisdem quinque solidis inter ipsos controuersia mota fuisset, in quatuor compromisere personas, quæ taliter arbitratæ fuerunt, quòd idem G. decimas [d] quas in parochia de Cal. præfatus G habere dignoscitur pro quinque prætaxatis solidis perciperet annuatim. Vnde quoniam huiusmodi arbitrium ecclesiæ posset in posterũ perniciosum existere [e] mandamus quatenus, si ita inueneris, prænominatum G. diligenter commoneas: & eccles. † dilet compellas: vt prælibatas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione huiusmodi aliqd vlterius vendicare [f] præsumat. Clericum verò moneas, vt cum eodem G. amicabiliter studeat conuenire.

¶ Innoc. tertius cancellario, & magistro Loth. canonico Parisiensi.

¶ In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest, secus si mulier habet aliàs iurisdictionem de iure communi vel consuetudine: nam tunc etiam super rebus temporalibus ecclesię potest in eam validè compromitti. hoc dicit clare.

CAP. IIII.

Dilecti † filij abbas, & conuentus de Scarduna Cistercien. ordinis

---

† Cap. 2. e. tit. in 2. compil.

† Idest, ecclesiastica districtione, vel disciplina.

† Cap. 1. e. tit. i 3. compil.

minæ præcellentes habent ordinariam iurisdictionem in subditos suos, mandat Papa istis iudicibus, quatenus compellāt hospitalarios per pœnam in compromisso appositā ap. re. vt arbitrium ipsum sicut proinde latum est, & ab vtraq; parte sponte receptum, obseruent: pręcipuè cū epīorum p̄sentia & cōsilio fuerit roboratū. Not. q̄ consuetudo dat iurisdictionē p̄sonæ, quæ aliàs est inhabilis ad iudicandum. Itē ecclesiæ, & viri etiam religiosi possunt petere pœnam.

a Vsuario.] idest, vsu, Qui l sit vsus, habes Institu. de vsu & hab. in prin.

b Reginam.] arg. q̄ de rebus ecclesiæ sti. is possit compromitti in laicū, ar. j. eo. per tuas. arg. j. eo. contingit. vbi d̄r de hac materia.

[Glo. seq. ponit regulam, et tres casus excipit.]

c Sint remotæ.] verū est q̄ fœminæ a ciuilib. officijs sūt remotæ, 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & 33. q. 5. mulierē. & ff. de re iud. l. 2. nisi princeps scienter eis delegauerit causam. 2. q. 5. Mennam. & 23. q. 4. si quis. 12. q. 2. cum deuotissimam. & argu. ff. de re iud. quidam. tamē in veteri lege populum iudicabant. 15. q. 3. §. 1. Item tutelā gerere potest si renunciat Velleiano, & secundis nuptijs, in auth. de hære. quæ ab intestato def. veniunt. §. ex his. coll. 6. item constituitur procuratrix à domino Papa. j. de confir. cum dilecta.

d Nulla pœna.] simile C. eod. l. vlti.

[Glo. seq. arguit, allegatque quinque iura.]

e Consuetudinem.] & ita est arg. q̄ consuetudo dat iurisdictionem, & derogat iuri scripto. argu. j. de consue. ex litteris, C. de eman. l. 1. & vlti. & C. quę sit lon. con. l. 2. & 11. dist. in his.

[Glo. seq. arg. allegat quatuor iura, in contrarium allegat 3. primò dat vnā solutionē. secundò distinguit triplicē pœnā. In fine q̄rit. arguit negatiuè, & soluit.]

f Per pœnam.] sic ergo religiosi viri possunt petere pœnam conuentionalem. 2 25. q. 2. quęcunque. & 12. q. 2. episcopus qui mancipium. & 23. dist. quanquam. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. argum. contra. j. de dolo & contumac. c. 1. & 2. & j. de pœn. suam. & 12. q. 2. fraternitas. Dic q̄ pœnam à iure permissam petere possunt, vt 16. q. 1. statuimus. & 1. q. vltim. quoties, & ca. sancimus, in fine. 10. q. vlt. c. & satis videtur quod possunt petere pœnam per iura priora, nisi auaritiæ causa extorqueant, vt j. de simo. nemo. arg. Vel melius dicas, q̄ si pœna apponit loco interesse, secundū hoc potest petere pœnā quāti sua interest. 2 ff. de actione empti. & ven. præd. ia. sed si pœna apponitur loco contumaciæ: tunc potest peti pœna & res. ff. de col. bonorum. l. 2. §. si cum duob. & ff. de tab. exhi. l. eum. §. condemnatio. si autem apponitur in fraudem vsurarum, peti non potest. j. de emp. & ved. ad nostram. & ff. de actio. empti. & vend. Iulianus. §. idem Papinianus. Et ita isti per pœnam compellendi sunt stare arbitrio, vel etiam per res depositas, vt eas darent victori. ff. eo. dē. litigatores. §. q̄d ergo. siue ergo pœna promissa fuit a parte parti, siue missa ipsi arbitro, quia tūc cōpellitur mihi cedere actionem, quia quod causa mei fit, meum est. ff. de cdē. p̄tor. §. 1. & si contemplatione alterius aliquid fit, eius est petitio. ff. de præscr. verb. l. gratuitam. §. vltim. Sed nunquid pœna recepta potest peti vt illet sententię? Arg. q̄ non. ff. e. l. 2. & C. eo. l. 1. & 2. qa contrarias actiones intendit, & ideo nō auditur. arg. j. de electio. cum inter R. & B. & C. de fur. l. 1. & j. de appel. solicitudinem, & in auth. de iudi. §. qa verò. coll. 6. vbi de hoc dicitur expressè. & hoc ē verum nisi in compromissio dictum sit, vt pœna soluta stetur arbitrio, ff. de transa. l. pe. C. de transa. cum proponas. & 25. q. 2. quæcunque. vbi de hoc. & prædicto c. qui mancipiū.

sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex vna parte, ac hospitalarios ex altera, super vsuario [a] cuiusdam nemoris quæstio verteretur: in reginam [b] Francorum fuit compromissum vtrinque: quæ causæ meritis intellectis arbitrium duxit per diffinitiuam sententiam promulgandum: & infra.

¶ Quamuis autem secundum regulam iuris ciuilis, feminæ à publicis officiis sint remotæ, [c] & alibi † dicatur, quod licet summæ opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel si patronæ inter libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sint † iudiciali examine separandę, vt ex earū prolatione nulla pœna [d] aduersus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur. quia tamen iuxtà consuetudinem [e] approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis, feminę p̄cellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionē habere noscuntur: Mandamus quatenus hospitalarios, vt arbitrium ipsum, pręsertim cum episcoporū fuerit pręsentia & consilio roboratū, sicut proinde latum est, & ab vtraque parte sponte receptum, [f] obseruent, per pœnam, in compromisso statutam, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem Abbati, & Conuentui de Pigrania. †

¶ *Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere hoc dicit, & clare.*

CAP. V.

CVm † tempore C. Papę præd. nostri, & infra. Super controuersiis, quæ inter te & Mersburgeñ episcopum, &

CVm tempore.] Minor ecclesia in præiudiciū Papę, de libertate compromittere non potest. Et diuiditur nam in prima recitat factum compromissi. In secunda laudum latum: quod pro parte approbat, & pro parte reprobat: ibi, Quia legitimè. In tertia rationem reprobationis: ibi. Cum & si. Abbas.

CASVS. Abbas de Pigrania priuilegia & aliàs indulgentias à sede Apostolica tempore Celestini meruit obtinere, propter quod episcopus Mersburgeñ. diœcesanus eius contra ipsum grauiter est commotus, vnde abbas super controuersiis quæ inter ipsum ex vna parte, & episcopum & quosdam monachos ipsius abbatis ex parte altera vertebantur, promisit arbitrium Magdeburgen. archiepiscopi fide hinc inde data seruaturum: Archiepiscopus arbitrium sub certa forma super controuersiis illis promulgauit, pronuncians quod abbas renunciet priuilegijs & indulgentiis libertatis: Demum orta est discordia inter ipsos occasione huiusmodi arbitrij; propter quod ipse abbas, & procuratores episcopi, ad sedem Apostolicam accesserunt: Papa examinato compromisso & arbitrio, quia constitit ei legitimè, quod fide hinc inde data compromissum fuit in archiepiscopum prædictum, arbitrium ipsum decernit obseruandum, exceptis capitulis illis, quæ contra libertatem ipsius monasterij & duarum capellarum eiusdem, in arbitrio sunt expressa: quia etsi sponte vellet abbas allis

L. vltima, de arbit. — l. sunt — al hoc fa... [margin notes partially cut] — † Pisania. Pigamia. — † Ca. 2. eo. ti. in 3. compil.

10 20 30 40 50 60

bas illis renunciare, de iure tñ non posset renunciare priuilegijs vel indulgentijs libertatis, sine licentia Romani Pontificis, quæ indicant monasteriú ad ius & ꝓprietaté Romanæ ecclesiæ pertinere. No. ꝙ iuramentú quatenus tangit ius alterius, non tenet Ité arbitriú ꝓ parte tenet, & ꝓ parte non tenet. Ité exemptus non potest renunciare priuilegio libertatis sine licentia illius cui subest.

quosdam tuos monachos vertebâtur, te promisisti arbitrium Magdeburgen.[a] archiepiscopi seruaturum, & infra.

¶ Quia legitimè constitit, quod fide [b] hincinde data, compromissum est in archiepiscopum memoratum. Nos arbitrium ab ipso prelatum decernimus obseruandum,[c] illis duntaxat capitulis [d] exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii & duarum capellarum eiusdem, in arbitrio sunt expressa;

¶ Cum etsi spontè volueris, de iure tamen nequiueris [e] sine licentia Romani Pont. renunciare priuilegiis vel indulgentiis libertatis, [f] quæ monasterium illud indicant ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere.†

¶ Idem episcopo sancti Andreæ, & abbati de Bechot.†

¶ Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso, ideo coram eo non fit reconuentio.

CAP. VI.

CVm † dilectus filius, & infra. ¶ Vtrum coram arbitris reconuentioni sit locus, postulasti per sedem Apostolicam explicari. Nos igitur respondemus, quod licet in iudicio conuenientem reconuenire valeat is, qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconuenire nō potest, [g] cum arbitri iudicare non valeant, nisi [h] de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

[Gl. seq. no. in iudicium compromissi, signat contrariū, & soluit.]

a Magdeburgen. archiepiscopi.] ex hoc vř ꝙ ordinarius possit esse arbiter. 1 arg. s. de elect. causam quæ. & i Auth. vt differétes iudices. §. si verò contingit. coll. 9. ité & delegatus, j. de præsumpt. literas. & j. de prębenī. & j. e. cū olim. lex tamé vř ɔdicere, ff. e. sed & si i seruū. §. 2. & 3. q. 7. ca. infamis. §. tria. ver. si qs vero. sed hic solum prohibet quod ordinarius nō potest iubere vt partes in se cōpromittant, ff. de tut. & cura. l. 4. §. pręter.

b Fide hinc inde data.] sic j. e. ex parte. C. eod. ne in arbitrijs. 2 sed iurare arbiter non debet. C. eod. auth. decernimus. secundum quosdam. sed verius est quod nec etiam partes.

c Obseruandum.] m. tu pęnæ, si opposita fuit, s. e. c. prox. vel metu iuramenti. 22. q. 1. omne quod. & 6. q. 4. quod bene semel. idem esset si neutrum prædictorum interuenisset, si partes arbitrio consensissent, vel verbis. j. x. dies non contradixissent. C. eod. cum antea.

[Gl. seq. not. pro parte, & c. alleg. tria iura, signat vnum contrarium, & soluit.

d Capitulis exceptis.] No. ꝙ arbitrium pro parte tenet, & ꝓ parte non tenet. sic j. de præb. dilectus. & c. nisi. & 2 q. 6. post appellationem. §. si quis ex pluribus. licet videatur quod arbitri snia debeat ꝓ parte valere, pro parte nō. ff. de arbi. quid tñ. in princi. Sed illud obtinet vbi simul de pluribus debent ferre sniam, & non tulit de omnibus: sed in vno capitulo non potest tenere pro parte. ff. fa. erc. in hoc iudicio. Sic & sententia pro parte tenet, & pro parte non, immo corrigitur, infra de test. Raynutius. & c. Raynaldus.

e Nequiueris.] arg. ff. de lib. cau. si vsumfructum. & l. 1. & 2.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

f Libertatis.] nec etiam poterat arbiter in hoc interuenire, quia in causa liberali arbiter interuenire non potest. ff. eod. non distinguemus. §. de liberali. & s. de in integ. restit. causa restitutionis. in fin. Sed contra j. de præscrip. cum olim. Sed quantum ad se, potuit renunciare, & non quantum ad Papam priuilegijs libertatis, vt j. de iud. ex orta. & infra de dona. inter dilectos. alijs autem priuilegijs bene posset renunciare. j. de priui. si de terra. & c. accedentibus.

1 Concord. tex. cum gl. & Barto. in Auth. si vero cōtigerit. C. de iud.

† Hinc vř inferri, qđ ecclesia exempta non pōt renūciare priuilegio libertatis ɔtra l. si qs in cōscribēdo. C. de pact.

2 Ibi partes iurant stare arbitrio. Io. And.

CVm dilectus.] Coram arbitro non habet locum reconuentio. communis diuisio. Secunda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Reus conuentus in iudicio potest reconuenire actorem suum: quærebatur vtrum coram arbitris locū haberet reconuentio, sicut in iudicio, cum arbitria ad instar iudiciorū sunt redacta: Respōdet Papa, quod licet in iudicio cōuentus reconuenire valeat cōuenientem: tamé coram arbitris recōuentio locum nō habet: quia arbitri iudicare non possunt nisi de his tantū super quibus in eos extitit cōpromissum. Not. ꝙ reconuentio coram arbitris fieri non possit.

[Gloss. seq. ponit quatuor vel quinque casus, in quibus non procedit reconuentio.]

g Non potest.] cess at reconuentio corā arbitro, vt hic dicit. Item in criminibus non habet locum recōuentio. 3. q. 11. ca. 1. quia nō relatione criminum, sed innocentia reus purgat. ff. de pub. iud. is qui. Item in causa spoliationis. j. de rest. spolia. ex conquestione. & melius. j. de ord. cog. super spoliatione. nisi de alia spoliatione vbi est hoc expressum. Item in omni momentanea possessione, C. qui legiti. perso. l. vlti. Item in spoliatione facta ecclesijs & ecclesiasticis viris. argu. infra de iure patro. relatum. §. ad hoc. & est expressum, ff. de iudic. l. 2. §. item si agatur.

[Gl. seq. potuisset apertius recitari distinguendo cū Ioan. & Vincen. quod arbitraria & iudiciaria conueniunt in principio, medio, & fine causæ.]

h Nisi de his.] vel eis cohærentibus, sine quibus causa commodè expediri non potest: vnde potest statuere diem solutioni faciendæ, ff. eo. si cum dies. §. vlti. & l. quid tamen. §. solutioni & l. Celsus. Item potest cognoscere de causa in integrū restitutionis, quæ incidit in negotio de quo compromissum est. s. de in integ. rest. causa restitutionis. Sed nunquid potest cognoscere super petitione dupli, vt ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. penul. Videtur quod sic: quia sequitur ex delicto in arbitrio commisso. Sed contra argu. est quod non cognoscit super pœna contumacis. ff. eo. quod tamen. §. vlt. arbitria tamen redacta sunt ad similitudinem iudiciorum. ff. eod. l. 1. Circa istam materiam not. quod arbitri stricta via incedunt: nil enim extra compromissum facere potest arbiter, ff. eo. non distinguemus §. vlti. nam solum id venit in arbitrium, de quo dictū est, vt veniat. ff. eo. si cum dies, §. plenum. saluo eo qđ dicitur in principio notulæ: sed in iudicio veniūt omnia quæ expresse non prohibentur. j. de can. pos. cum ecclesia. & ff. de iud. solemus. Item arbiter non potest punire contumaciam litigatoris, nec testes potest cogere, ff. eod. quid tamen. §. 1. nisi in casu quem habes s.

† Retorq

† Cap. 3 tit. in 3. compilat.

bet. ꝭ. de off. deleg. suspicionis. & hoc est verũ ꝙ non põt punire contumaciã nisi in cõpromissio hoc actum sit. ff. de iudi. l. 2. §. vlt. & ff. eo. non ex omnibus. 1 quæ intelligitur ßm illã de iudic. quia arbiter nullã habet iurisdictioné. ff. de re iud. prætor. Ité arbiter nõ potest pronũciare nisi vtraque parte præsente, nisi hoc inter litigatores conuenerit. ff. eo. diem. §. si quis litigatorũ. Item non potest citare partes nisi ad locũ in quo cõpromissum factũ est. ff. eo. si cũ dies. §. si arbiter. Itẽ arbiter non põt delegare arbitriũ. ff. eod. in compromissis. & l. non distinguemus. §. quę sitũ. Item satisdatio non præstatur corã arbitro: quia sufficit pœnæ cõpromissio. in authẽ. de lit. §. ad excludẽdas, i fi. col. 8. Ité in arbitrio nõ potest mora purgari vbi dies præfixus est ab homine. ff. eod. Celsus. secus in iudicijs. C. de fi. inst. sancimus. & ff. si quis cau. etsi post tres. Itẽ sñia arbitri non infamat. ff. de ijs qui no. infa. quid ergo. §. ex compromisso. & hoc ideo: quia non potest cognoscere d crimine quod infamet. ff. eo. nõ distinguemus. §. Iulianus. & sup. de i inte. rest. causa. in fine. in his omnibus discrepant arbitria à iudicijs. Itẽ & in alio si partes renunciant appellationi, & pactũ faciunt de non recedẽdo ab arbitrio, nihilominus recedere possunt. C. eo. l. pen. secus circa iudicia. C. de tẽp. appel. l. vlt. in fi. & in quibusdã cõueniunt, quia per vtrumq; interrũpitur prę scriptio, C. eo. l. vlt. in fin. & quantum ad iuramentum calumniæ. C. de iur. calum. l. 1. & 2. §. sed quia.

Vide de materia bertinum repetitio. 1. de hære. b. 6. q. 10. in tracta. agnos. as... mo. q. 26.

Cap. 4. eo. ...m j. cõp.

¶ Item rectori, & fratribus hospitalis sancti Bartholomæi Lucani.

¶ *Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.*

CAP. VII.

CVm † olim super eligẽdis in hospitali vestro rectore & fratribus, inter vos & Priorem sancti Bartholomæi Lucani. coram iudicibus delegatis quæstio verteretur, & vtraque pars in eos compromittens,[a] ipsorum arbitrium se promiserit seruaturam: super prolato ab ipsis arbitrio vtrinque dubitatio est exorta, quam petistis per sedem Apostolicam declarari.

¶ Nos igitur publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognouimus, quòd secundum formam arbitrij, Prior sancti Bartholomæi Lucani. tenetur habere consilium † cũ familia hospitalis eiusdem, & tractare cum ea de inueniendo rectore. propter quod dicimus quod nisi Prior super inueniẽdo rectore tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectoré: etsi alio modo eum elegerit, eius electio habere debet irrita & inanis. Verum † habito cum familia super hoc consilio & tractatu, Prior liberè potest rectorem eligere, dũtaxat idoneum, siue concordet siue discordet [b] familia cum ipso, super inuentione rectoris.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *De rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest.*

CAP. VIII.

COntingit † interdum quòd cum actori: & infra. ¶ Ad hæc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus [c]

CVm olim.] primò ponitur consultatio. Secundò responsio: ibi, Nos igitur.

CASVS. Inter Priorem sancti Bartholomæi Lucani ex una parte, & rectoré & fratres hospitalis sancti Bartholomæi ex altera, super eligendis rectore & fratrib. in ipso hospitali qõ vertebatur: super hoc cõmissa fuit causa qbusdã iudicibus: tandẽ vtraq; pars in ipsos iudices cõpromitit, & ipsi protulerũt arbitriũ, super quo vtrinque dubitatio est exorta, quã petierũt per sedem Apostolicã declarari. dñs Papa viso instrumento arbitriũ cõtinente, ac diligenter inspecto, inuenit ꝙ prior sancti Bartholomæi ßm formã arbitrij tenetur habere consiliũ cum familia hospitalis, & tractare cum ea de inueniendo rectore: propter qđ dicit Papa, ꝙ nisi prior tractauerit cũ familia hospitalis. & ipsius consiliũ requisierit super inueniendo rectore, non habet potestaté eligẽdi rectoré: & si elegerit, electio irrita erit, sed habito consilio & tractatu cum familia super hoc, Prior liberè poterit eligere rectoré, siue concordet, siue discordet familia cum ipso rectore. Nota ꝙ forma arbitrij seruanda est. Item aliquis tenetur requirere consilium alterius, sed non tenetur illud sequi.

a Compromittens.] sic ꝭ. eod. cũ tẽpore. vbi de hoc.

[Gloss. seq. primò hanc interpretatioñé adducit ad duo. secundò obijcit, & soluit.]

b Siue discordet.] per interpretationẽ huiusmodi arbitrij, possum[b] illud decretum interpretari. 63. dist. obeuntibus. Plerũque enim tenetur quis quærere consilium: sed non tenetur sequi illud. ꝭ. de regu. licet. C. de iure emphy. l. vltim. ff. d admini. tutorũ. quidam decedens. §. Papinianus. ff. vbi pupil. educa. debe. l. 1. Item & secundum hanc interpretationem videtur intelligenda illa decret. ꝭ. de ele. cum in veteri. vbi de hoc. Sed videtur ꝙ superfluũ sit petere consilium, quod quis sequi nõ tenet. ar. C. de proba. ad probationẽ. Sed certe potest esse ꝙ tale consiliũ sit vtile: quia potest mouere Priorem ad aliquid faciendum, quod forsitan per se non fecisset. arg. 31. dist. Nicæna. & ff. eo. item si vnus. §. vlt. aliãs est lex, & incipit. si in tres. Et quod à pluribus quæritur, facili[a] inuenitur. 20. dist. de quibus. & C. de fidei com. l. vlt. ad fin. & arg. ad hoc 64. dist. extra conscientiam. Et diligens inquisitio facienda est in electionibus. supra de electione. cum terra. Et habito consilio deliberet an expediat ei sequi consilium. ff. manda. l. 2. in fin. Et præterea sufficit quod ita scriptum est. ff. qui & a quibus. prospexit. & 6. quæstio. 3. scriptum est in lege. & infra de præscriptio. ad audientiam. Et quia istud arbitrium approbatum fuit à partibus, ideo seruandum est.

† Dic per iſta ꝙ contumaciã puniri nõ ſit mutãdo: benè tñ in expensis condemnãdo. Io. An.

† al. ita: Verum habito fratrũ, & familiæ super hoc consilio & tractatu.

2 Nõ est superfluũ, quia vt ait Seneca in lib. de 4. virtutib. Prudẽtis est propriũ examinare consilium.

† In cõci. generali Lateran. c. 40.

† Cap. 1. eod. tit. in 4. cõp. & reliqua pars huius capitis, ꝭ in c. cõtingit. ꝭ. de dolo & contumac.

COntingit.] CASVS. Prohibetur & in hoc capitulo ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum. Nota quod non valet compromissio facta in laicum de rebus spiritualibus.

[Glossa sequens fortificat textum per tria iura allegat quinque iura in contrarium, soluit distinguendo ciuiles & spirituales causas: laicos solos & mixtos clericis auctoritate Papæ & inferiorum.]

c Spiritualibus.] sic enim patet quod de rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest, etiam incidenter: quia laicus de talibus cognoscere non potest. infra qui fil. sint legit. lator. Et ecclesiastica negotia tractare non debent laici. ꝭ. de iudici. decernimus. Et de vniuersa ecclesia malè iudicat qui quærit iudicium

iudicium laicorũ.11.q.1.placuit.Sed ꝯ 2.q.1.nos si.& 16.q.1.plures.32.dist.c.prater hoc.§.verum.& 2.q.5. Mennã.nam & in infamẽ cõpromittitur. 3.q.7.c.infamis.§.tria.in fi.dicas quod de rebus merè ciuilibus quibus nullum spirituale est annexum,benè potest compromitti in laicum.arg. huius cap. cum enim tãtũ ꝓhibeat de spiritualibus: de tẽporalibus permittit. arg. quia quod de vno prohibetur, de altero cõceditur. 25.dist.qualis.ꝯ.eo. exposita.Si verò cõpromittitur in laicum de rebus etiam spiritualibus, non tenet arbitriũ, vt hic. Sed si compromittatur in clericũ & laicum, auctoritate tamen superioris videtur qđ ualeat, tũ qa non simpliciter in laicum: tũ quia auctoritate superioris. ꝯ.eod.c.proxi. aliàs auctoritate propria hoc facere non possent,& magis dignũ trahit ad se minus dignum,vt sic potius valeat quàm pereat ꝯ.de consecr.ecclesie.vel alta.quod in dubijs.& ꝯ.d̃ uerbo. signific. abbate. sed in laicum tantũ cõpromitti etiam auctoritate episcopi nõ potest,sicutcredo,nisi auctoritate Papæ, vt 32.dist.in.cap.præter hoc. §. uerum.2. q.5.Mennam.& c. nos si.ea.causa.q.7.episcopus etiam causam spiritualem laico committere non posset: cũ ius spirituale non cedat in laicum.96. dist. benè quidem.& arg.sup.de elec.sacrosancta.& cap. Massana. 1 Vnde dico quod laicus de rebus spiritualibus nullo modo iudicare potest nec principaliter nec incidenter. Et quod ecclesiasticis personis tantùm causa spiritualis sit committenda.est argum.sup. de offi. delega. cum te consulente,& c.super quæstionum.§.fin.versic. quod si.

compromittatur in laicũ: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Auctoritate iudicis causa etiam delegati potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti, & si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnã, aliàs ad interesse hoc dicit, generaliter inhærendo litteræ.

CAP. IX.

PEr † tuas litteras intimasti, quòd cum super executione arbitrii, quod inter hospitalarios sancti Ioannis, & plebanum de Piscia,† super hospitali sancti Allucij † latum erat,à nobis litteras accepisses:& infra.¶ Plebanus proposuit, quòd † ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, a non tamen ei mandauit, vt sine speciali mandato cõpromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea procurator iam dictus de assensu canonicorum b suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere: præsertim cum procurator fines mandati c excesserit, & arbitrium fuerit per vnum clericum & duos laicos promulgatum, licet ipsi de assensu Genueñ. † archiepiscopi, cui causa cõmissa fuerat, arbitrium protulissent: & infra. ¶ Super quo fraternitati tuæ taliter respondemus, quod si ex parte pleba-

PEr tuas.] In prima parte ponitur consultatio. In secunda diffinitio,alias distinguens responsio:ibi, Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Inter hospitalarios sancti Ioãnis, & plebanum de Piscia super hospitali sancti Allucij quæstio vertebatur: causa super hoc fuit cõmissa Genueñ. archiepõ.Tandẽ ꝓcurator pleban.cũ parte altera auctoritate Genueñ.archiepi iudicis delegati compromiserunt de quæstione illa in vnum clericum & duos laicos iuramento à procuratore plebani interposito: illi ꝓtulerunt arbitrium:hospitalarij impetrauerunt litteras ad archiepm Pisanum super executione arbitrij, cum plebanus nollet arbitrium obseruare, plebanus coram archiepõ proposuit, ꝙ ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non tñ ei mandauit vt sine speciali mandato compromittere posset vel transigere:& procurator ille de mandato capituli sui non fuerat constitutus, & ideo dicebat arbitrium non valere, cum procurato. fines mandati excesserit: & præterea arbitrium illud fuerat per vnum clericum & duos laicos promulgatum, & ideo etiam non valebat. archiepiscopus super his consuluit dominum Papam:respondit Papa,quod si ex parte plebani arbitriũ receptũ fuit,idistinctè ratũ debet haberi, & executioni madari secundum formam mandati Apostolici: Si vero non fuit receptum, distinguitur vtrum fuerit de obseruando ipso pœna statuta, vel non: si pœna fuit apposita, potest agi ad pœnã: si nulla fuit pœna statuta,sed simpliciter promissum fuit ꝙ staretur sententiæ arbitrorum,procurator ad interesse poterit conueniri: quia iuramento suo seipsum ꝑsonaliter obligauit, & non ecclesiam: quod autem à duobus laicis, & ab vno clerico dr̃ esse latũ,non nocet:cum auctoritate dicti archiepiscopi factum sit, cui causa de qua compromissum est, fuerat delegata. Nota ꝙ procurator generaliter ad agendũ vel defendendũ datus, non potest compromittere vel transigere sine speciali mandato.Item procurator de consensu capituli constitui debet. Item ꝓcurator fines mandati non debet excedere quod si fecerit, ecclesia vel dominus non tenetur,nec ei nocet, vt hic patet. item iuramentum personale est, & ideo non obligat alium quam iurantem. Item in laicum & clericum de re spirituali & auctoritate superioris potest compromitti, vt hic videtur.

a Generale mandatum.] benè allegabat: quia licet haberet generale mandatum, transigere tamen non poterat seu componere.ff. de procu.mandato.& C. de transact.transactionis:Sed si clausula de rato fuit apposita,tunc videtur quod transigere posset,aliter nõ:qa adiectio illius clausulæ aliquid operatur. argum.ff. de vsur.si stipulatus.& ꝯ. de religio.domi. cum dilectus. & videtur expressum.ꝯ. de trãsac.contingit.Sed obstare videtur.ff.mand. creditor.§. vlti.Dic de hoc vt notatur in prædicto cap. cum dilectus. & vt dixi supra de transactio.contingit.in gloss.quæ incipit, notat,in fine.

[Glo.seq.cum seq.ordinatim iustificat primam,secundam,& tertiam allegationem plebani.]

b Canonicorum.] vnde non valuit qđ per eum factum fuit, si consensum canonicorũ non habuit. ꝯ. de procu.c.1.& capitulum sine cõsensu prælati agere non potest.infra de iudic.causam quæ. De hac materia dictum est ꝯ. de rescript.edoceri.& ꝯ.de procur.c.1.

c Fines mandati.] vnde non valuit quod vltra fecit. ꝯ.de offi.delega.cum olim.& C.de procurã procurator.& ff. mand.si diligenter. a & ꝯ.de rescriptis. cum dilecta.

[Glo.seq.

† Cap.2.eo. tit.in 3.compil.

1 per quæ iura patet ꝙ etiã sup electione prælati vel clerici non posset in laicũ compromitti secundum Io.An.

† Piscia † Alluci

† In ali vetustio mis exe ribitur g cet ad c tractand procurat suo ded generale datum, quæ le planior

† Item.

2 Sequi fines man ti custodi di sunt.Io. And.

ni arbitrium receptũ fuerit, indistinctè ratum [a] haberi debet; ac per hoc iuxtà tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si verò receptum non fuerit, refert, vtrum fuerit, vel non, de obseruando ipsum pęna statuta. Et quidem si pœna fuerit apposita, agi potest ad pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter quod staretur sententiæ, fuerit compromissum procurator ad interesse poterit conueniri, † quia iuramento suo seipsum personaliter, non ecclesiam poterat obligare. Quod autem à duobus laicis & vno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obuiare videtur, cum auctoritate [b] dicti archiepiscopi factum sit, cui causa de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

¶ Honorius tertius archiepiscopo Colonieñ.

¶ *Si per duos electos ad eandem prælaturam, in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum, ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem hoc dicit.*

CAP. X.

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quod vacante præpositura sancti Cuneberti † in Colonia canonici eiusdem ecclesiæ vota sua diuiserunt [c] in duos, uidelicet H. de uliaco, † & C. de Lombardia, & infra. Cumque postmodum tractaretur super electione huiusmodi, & partes essent in tua præsentia cõstitutæ, in te demum super hoc fide [d] præstita compromittère curauerunt: qui causæ meritis diligenter inspectis, ad proferendam diffinitiuã sententiam, diẽ ipsis consentientibus præfixisti. Interim verò præfato H. ab vna parte electo sublato de medio, supradictis canonicis inhibere curasti, [e] ne tua pendente sentẽtia, procederetur ad electionẽ aliã faciendã, quorum

† Galiberti.

† Villiaco.

[Glo. seq. iustificat mandatum Papæ, dicens id sumi ex tribus legibus in si. q̃rit opponendo, & soluit.]

a Ratum haberi debet.] licet procurator non habuisset mandatum ad hoc, ex quo tñ clerici ratũ habuerunt arbitrium, est obseruandum: & valet, ff. de procu. mandato. & s. de trã sact. contingit. Idem esset si egressus fuisset fines mãdati, ex quo ratũ habuit dñs factum ꝓcuratoris. s. de offi. deleg. cum olim, Idẽ esset & si nullum mandatum habuisset, postquam ratum habuerũt qd̃ eorum noie fecit. ff. de iudi. licet verum ideoque debet arbitriũ executioni mandari. vt hic dicit. Et quod dr̃ hic, colligitur de tribus legib9. Si enim arbitrium à partibus approbaĩ, vel etiam silẽtio decẽ dierũ, ex eo datur actio, & exceptio. C. eo. cum antea. Si uerò arbitriũ non fuit receptum, & pœna fuit apposita: tunc agitur ad pœnam C. eod. l. 1. & ita per pœnam ad seruandum arbitrium quis cõpellitur. s. eo. dilecti. Si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter compromiserant stare arbitrio, agi potest ad interesse ex stipulatu, & hoc vltimũ colligiĩ. ff. eod. diem. §. vlt. ff. si quis in iu. voc. non ierit l. vlti. vnde iste procurator teneĩ ſm istam distinctionem ad pœnã, vel ad interesse, cum ipse seipsum etiã suo iuramẽto personaliter obligauit, si nõ habebat ad hoc mandatum. Sed qualiter agitur contra procuratorem, cum ipse nõ intenderit se obligare, nec aduersarij intendebant eum sibi obligare? Sed ideo conuenitur, quia se obtulit defensioni alienæ, cum non haberet mandatum sufficiẽs ad hoc ff. de procura. Plaucius, & licet pars aduersa nõ intenderat eum sibi obligare, tamen obligatur, vt dicit lex: quia sæpe extra id quod agitur nascitur obligatio. ff. commod. si is, in fine.

Vide l. tius. ff. procura.

[Gl. seq. notat, quod delegatus, &c. signat contrarium, & soluit.]

b Auctoritate.] & ita auctoritate superioris potest compromitti in laicum, & clericum simul de reb. spiritualibus, de hoc dictum est s. c. proxi. Item vr̃ hic ꝙ delegatus mandauit sententiam arbitri executioni, & si ipse nollet procedere, ꝙ delegatus possit arbitrum compellere, & non ordinarius. arg. C. de iudicijs. l. vlt. arg. contra. j. de foro competen. si quis contra. Sed hoc verum est qñ delegatus datur vel ad exequendum arbitrium, vel ad compellendum arbitrum: aliàs ordinarius debet compellere arbitrium vt procedat. ff. e. l. 4. §. ait prætor. Bernar.

cũ ar- ssum- t ad sedũ istio iti. s. c. de- spicio And.

EX parte.] Morte alterius compromittentium expirat compromissum. Primo ponitur consultatio. Secundò responsio: ibi, Breuiter. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante præpositura S. Cuneberti in Colonia, canonici eiusdem ecclesiæ vota sua diuiserunt in duos: quidam elegerũt H. de Iuliaco, & q̃dã alij elegerunt C. de Lõbardia: postmodum cum partes essent in ꝓsentia Colonieñ. archiepi, et tractarẽt sup huiusmodi, electionibus, in ipsum super hoc fide ꝓstita compromiserũt: qui causę meritis diligẽter auditis & intellectis, diem ad ferẽdam diffinitiuam sentẽtiam partibus assignauit: pendente dilatione alter electus H. de Iuliaco de medio est sublat9: Archieps hoc audito, canonicis ꝓhibuit, ne pendẽte sua snia ad aliã electionem procederẽt, sed q̃dã eorũ nihilominus B. Colonieñ. canonicum in præpositũ elegerunt; die ergo quo debebat ferri snia, partib. corã archiepo cõstitutis, dictus B. allegauit, ꝙ archieps vlterius procedere non debebat, cum per mortẽ alterius cõpromittentis videatur compromissum finitũ: archiepiscopus consuluit super hoc dominum Papam. Respondet Papa, quod licet compromissũ per mortem ipsius H. sit finitum, prius tamen de meritis prioris electionis cognoscere debuit, quã processus fieret ad secundam: quia dictus C. superstes ius habet: secundus verò non. Not. ꝙ finitur compromissum per mortem alterius compromittentis, secus in iudicio.

c Diuiserunt.] quod non est nouum nec reprehensibile. 8. q. 1. non est nouum. & 63. dist. cap. vlt.

d Fide præstita.] de qua habes. sup. eo. cum tempore. secundum leges non debent iurare, sed pęnam possunt partes apponere. in auth. de iudi. §. quia verb. coll. 9. & C. eo. auth. decernimus.

e Curasti.] & benè: quia pendente electione illius superstitis, non est alia electio celebranda. sup. de electio. considerauimus. & ista electio primo debuit reprobari quàm fieret transitus ad secundam. inf. de concessione præbendæ. post electionem. ad fin. & sup. de electionibus. auditis. vl i de hoc.

[Glo. seq. ponit duo, quæ fortificant allegata per B. & eis respondet.]

a Alle-

quidam nihilominus B. Colonieñ. canonicũ elegerunt. Die igitur quo sentẽtia proferri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B allegauit, [a] quod procedere vlterius nõ deberes Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter postulanti, breuiter respondemus, quòd licet arbitrium [b] sit finitum per mortem ipsius † H. prius tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere, [c] quàm processus fieret ad secundam: nam si dictus C. superstes in electione ius habet, secundam constat penitus non valere.

¶ Idem electo † & abbati S. Zenonis & C. canonico Veroneñ.

¶ Arbiter post rem iudicatam super discordijs nouis assumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam si de componendo inter partes mandatũ acceperit à Papa.

CAP. XI.

EXposita nobis Feltreñ. † & Belueñ. † electi petitio continebat, quod cum causa, quæ inter antecessorem suũ ex parte vna, & ciues † Taruisinos ex altera, super districtu & rebus aliis vertebatur, per sententiã Hostiensis episcopi tunc Apostolicæ sedis legati fuerit terminata: & infra. Tandem super quibusdã discordiis, quæ hincinde videbantur exortæ, [d] in ducem Venetorum tanquam in arbitrium, cum parte altera compromisit: [e] & infra. ¶ Licet autem eidem duci litteras nostras miserimus, vt ad componendum inter partes laborare deberet, cũ tamen intentionis [f] nostræ nou fuerit immutare

b Clerici tamen in iudicem nō ſuū.] hic expreſſe patet, ꝙ clericus in non ſuum iudicē etiā eccleſiaſticū, ſine cōſenſu expreſſo ſui ep̄i ꝯſentire nō pōt. ſic 3. q. 6. nō liceat. & 9. q. 2. c. 1. & 2. qd ſi fecerit, ſnīa nō tenet, vt in proximis c. 9. q. 2. c. j. & 2. & 6. q. 3. deniq. Sed nūquid clerici q̄ cōſentiūt ī iudicē eccleſiaſticū non ſuū cadunt propterea à iure ſuo, ſicut cum trahunt vel trahūtur ad ſecularē iudiciū ī. c. ſi diligēti. & 11. q. 1. inolita. & c. placuit? Non credo, ꝙ in caſu iſto dēt perdere cauſam, licet ſnīa lata ſit pro ipſo, vel ꝯ ipſum: 1 quia nō tm̄ deliquit, quātū cū iudicem laicum ſibi conſtituit: niſi velis dicere, ꝙ in odiū ipſius, ep̄s habeat eam ratā qui eum dimiſit, ſine cuius licentia hoc facere non potuit, & hanc ignominiam vel contumeliam irrogauit. ff. de arb. litigatores. C. de iureiur. ſi quis alias puniretur prout dr̄ 3. q. 6. non liceat. clericus. n. non pōt venire ꝯ ſnīam: quia vi līte tacitum pactum in ſe, ne vlterius petat: ſic acceptilatio inutilis, ff. de pact. ſi unus. §. pe. ff. de accept. ſi acceptolatum. Ep̄s verò ſi vult, pōt talem ſnīam ratam hr̄e. arg. ſup. de renunc. quod in dubijs. Sed contra hoc quod hic dicit, vr̄ contra 3. q. 6. pulſatus, vbi dr̄ dari optio clerico pulſato coram non ſuo iudice, an velit ibi reſpondere vel non. Ibi dicit, pulſatus ſi voluerit taceat. Sed ibi non habet locum arg. à contrario ſenſu, cum alia iura contradicāt. 3. q. 6. non liceat. & hic. & ita tollitur hoc arg. à contrario ſenſu. Vel intellige illud c. pulſatus. cum iſte habet conſenſum epiſcopi: quia & tunc adhuc habet optionē. nec poteſt compelli. Sed nunquid poteſt clericus conſentire in laicum iudicem de conſenſu ep̄i? Vr̄ quòd ſic. 11. q. 1. clericum nullus. ibi dicit, nullus præſumat clericum apud ſecularem iudicem ep̄o non permittente pulſare, ergo de conſenſu ep̄i vr̄ quòd poſſit. Sed non credo, 2 q̄a nec conſenſus ep̄i ſufficit, hic, ſupple in clericum. maximè, quia nec de cōſenſu epiſcopi pōt. Sicut enim clericus huic priuilegio quod introductum eſt in fauorē totius ordinis clericalis renunciare non pōt, ita nec ep̄s pōt huic priuilegio renunciare, vel conſentire, vt clerici hoc poſſint, nec pōt eos compellere ad hoc, cū eadem ratio ſit hinc inde: quia epiſcopus priuilegiū clericorum minuere non pōt, ſicut nec poſſet facere quòd aliquis clericus verberatur ſine ſententia excōicationis. arg. ī. de ſent. ex com. contingit. De hac materia dictum eſt ſatis ſup. eo. ſi diligenti. Bernar.

1 ...dictio, cu... iā, deeſt manuēr. ...cōcor. ha. ...bi Pet. de ...llaper. & ...n. C. cōia ...iuſq. iud. l. vnica. & B. C. qui ...o ſua in.

2 Nō eſt cōtrariū ei qd ... ſup. titu. ... 2. c. 1. quia ...ud eſt delegare, aliud ...riſdōnem ...rogare: vñ ...delegata ...pellat ad ...legantē, ī ...dinaria ꝑ ...gata ad ſuperiorē. Io. ...ād.

conſenſus,[a] cum qui iuriſdictioni præeſſe digno ſcitur, ſuum poſſit iudicē conſtituere: clerici tamen in iudicē nō ſuū,[b] (niſi fortè ſit perſona eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani voluntas accedat) conſentire non poſſunt.

¶ Idem.

¶ Legitimè citatus tenetur coram iudice citante cauſam proſequi, non obſtante quod poſt citationem mutauerit forum.

CAP. XIX.

PRopoſuit nobis, quòd quidā ſubditus tuus ad petitionem cuiuſdā † aduerſarij ſui, à te legitimè citatus [c] ad cauſam, quia poſtmodū iuriſdictionis alterius eſſe cœpit, tuum intendit iudicium declinare. ¶ Porrò tuæ prudentiæ dubiū eſſe non credimus quòd is in prædicta cauſa ius reuocandi forum non habet, quaſi ab altero † iam præuentus.

† al. alio. al. illo.

¶ Idem.

¶ Quiſque clericus poteſt in curia Romana conueniri, licet aliàs ſpecificè forum ibi non ſortiatur: habet tamen ex cauſa ius reuocandi domum.

CAP. XX.

LICET RA-

PRopoſuiſt i.] Si citatus ad cauſam poſtea mutat forum, in cauſa illa coram primo iudice reſpondere cogetur. h. d. Cōis diuiſio. Secunda ſbi, Porrò. Abbas.

CASVS. Quidam ſubditus Bonon. epiſcopi legitimè citatus fuit ad cauſam, ad petitionem aduerſarij ſui, poſtmodum factus fuit alterius iuriſdictionis, propter quod intendebat eius iudicium declinare: quæritur an poſſit; reſpondet quod ille in cauſa prædicta ius reuocandi forum non habet, quaſi ab alio iam præuentus. Not. ꝙ per ſolam citationem perpetuatur iuriſdictio quātum ad cauſam illam ꝓ qua quis citatus eſt.

c Citatus.] ſic ff. de iudi. ſi q̄s poſtea. vnde hæc ſumpta eſt. & l. vbi cœptum eſt. ff. de iuriſd. om. iud. cum quadam. ſic ergo patet, quòd per ſolam citationem perpetuatur iuriſdictio tam ordinarij, quam delegati. vt hic, & in prædictis iuribus, vt ſupra de offic. deleg. c. gratum, & cap. licet, & ſup. de offi. leg. c. fin. & per ſolam citationem ſeu conuentionem præuenitur iuriſdictio, ī. de app. vt debitus, & ſup. de reſcrip. c. capitulum ſanctæ crucis. in quibus habes, ꝙ qui primo litteras præſentauit facta citatione, obtinere debet iudices ſuos, non obſtante: quòd alter prius litteras impetrauit, qui litteras ſuas non præſentauit. Qui ergo conuenitur coram aliquo iudice competenti, neceſſe habet vſque ad finem perſiſtere, etiam ſi mutauerit forum: quia præuentus eſt per hanc conuentionem, vt hic dicit, 3 & patet hoc per iura prædicta.

3 Intellige vt maior ſit dubitatio de illo, q aliās non tenebatur rōne rei vel alterius fori corā primo iudice rñdere: ſed ſolū rōne domicilij. Io. And.

LIcet.] Clerico in curiam Romanam conuento non competit declinatoria fori: poſſet tamen ſibi ex cauſa competere ius reuocandi domum. h. d. Et primò ponit quatuor modos ſortiendi forū. Secundò addit quintum cum modificatione ibi, Quia tamen. Abbas.

CASVS. Quidam ep̄s apud ſed. Apoſt. conſtitutus, cōuentus fuit ab aduerſario ſuo, ipſe dicebat, quòd non tenebatur rñdere: cum ꝓꝑ hoc vocatus non fuerit, nec ibi contraxerit, vel domicilium habuerit, nec poſſeſſio de qua ipſe conueniebatur, erat ibi, ex quibus cauſis ſortiē quis forum: ſuper hoc ſcribit Papa Capitulo ipſius epiſcopi, dicens, quòd licet ex cauſa aliqua de prædictis, ex quibus quis ſortitur forum, epiſcopus illorum apud ſedem Apoſt. conuentus non fuerit: quia tñ Romana eccleſia oium eccleſiarum mater eſt & magiſtra ep̄s prædictus recte potuit conueniri, vt ibi aduerſario reſponderet: niſi pro alia iuſta & neceſſaria cauſa veniſſet, quā ſi tunc allegaſſet ius reuocandi domum ſaluum fuiſſet eidem. Nota quòd ex quatuor cauſis hic poſitis, poteſt quis in foro alio conueniri. Item dominus Papa ordinarius iudex eſt omnium eccleſiarum, & clericorum. Item ſi quis ad Romanam curiam pro cauſa iuſta & neceſſaria ſit vocatus, non tenetur tunc ibi reſpondere niſi voluerit: ſed habet ius reuocandi domum.

[Gl. ſequens cum tribus ſequentibus & principio vltimæ recitari ſolent textualiter. Et deinde vltimo quærit quæ ſit iuſta cauſa reuocandi domum. & ht gl. ponit ſex exempla, declarans, &c.]

derunt, se præ manibus nullum habere libellũ, Ignarus episcopus dixit: † oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram, libelli serie declarare, eãq; vestris manibus roboratam, synodo porrigere, vt tunc vobis canonicè valeat tỹderi. Et tunc ipsi fratres, libellum conscribentes, porrexerunt. †

C. de li. cont. & ĵ. de prob. quoniam contra. & in principio litis per prædictam authen. offeratur. No. tamen argu. ĵ. 11. q. 1. si quis cum clerico. Sed illud obtinet in modicis & vilibus causis, vbi scriptura non requiritur. Item contra, ĵ. de do. & contu. prout. & illud intelligo q libellus antea datus fuerat: & per tatem libellũ sic oblatum iudici. & postea reus, actio annalis perpetuatur, C. quando libel. princ. & ls. lit. cõtest. ta l. 2. & rem litigiosam facit subsecuta per executorem conuentione, vt C. de litigi. auth. litigiosa. & interrumpi præscriptionem. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. sicut. Sed nunquid libelli oblatio est de substantia ordinis iudiciarij? Vi q sic: quia concilium istos fratres noluit audire, nisi primò libellũ scriberent, & optimũ arg. ĵ. de probat. qm contra & per libellum apparet de modo agendi secundum quem semper dẽt formari sententia. ĵ. de simo. licet Hel. ĵ. de accus. qualiter & qñ. & per anthen. prædictam offeratur optimè vi probari, vt dicit. Litis autem contestatio. contra hoc indultum habita pro nihilo est. Et sic videtur, quod sit de substantia, sicut & litis contestatio. ĵ. de lit. contest. c. vnico. & ĵ. de el. c. dudum 2. Dicunt tamen quidã, q non est de substãtia iudiciarij ordinis oblatio libelli: & sic pōt omitti tacitè, sicut consueuit dici de iuramento calumniæ. Alij contra, q non valet quicquid factum est, & hoc p iura prædicta, nisi sit vilis causa, vt dictum est: qđ melius videtur iure canonico. Ista enim principalia sunt libellus, qui est principium & fundamentum causæ, litis contestatio, & quòd sententia feratur in scriptis.

vide l. si ... vñ viti homi. C. de & in au... iu. §. ...

...ias] Sy... ...tte ...at.]

ADDITIO. Quæ debeant in libello comprehendi habes his versibus.

Quis, qd, corã quo, quo iure petatur, & à quo:
Recte compositus quisque libellus habet,
Vel sic, & clarius.
Conuenti nomen, & nomen conuenientis:
Iudicis & nomen scribes, causamque petendi,
Et quascunque petet res, istas scribere debet.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio.*

CAP. II.

Significãtibus [a] † T. & R. fratrib. nostro fuit Apostolatui declaratũ, quod cum inter ipsos ex vna parte, & V. ex al-

Significantibus.] Diuiditur: nam in prima ponitur appellantis narratio. In secunda appellationis commissio. Secunda ibi, Quocirca. Abbas.

CASVS. Duo fratres I. & A. corã iudicibus delegatis à quodã V. noïe tracti fuerũt in cãm: oblatus fuit eis libellus, in quo petebatur ab eis quædam terra: ipsi cũ plures terras haberent, petierunt à iudicibus, vt terrã illã super qua conueniebantur, facerẽt designari, qđ ipsi facere denegarunt, propter quod ad sedem Apostolicam appellarunt, Mandat Papa quatenus si est ita, quicquid factũ est post appellationẽ, debeat in irritum reuocari. No. q cum agitur rei vẽdicatione, semper designanda est res, quæ petitur certo loco, & etiam finibus certis.

[Gl. seq. duo facit. Primò tractat qualis declaratio libelli fiat in iudicijs singularibus, vniuersalibus, & generalibus. Secundò an libellus possit mutari. Io. And. Panormi. diuidit istam gl. in 5. partes. In prima ponit practicam libellandi in actionibus singularibus. Secundò in vniuersalibus. Tertiò in generalib. Quartò quærit an libellus possit mutari, corrigi, seu emẽdari, vel aliquid de nouo accumulari. Quintò quærit an eo casu quo mutatur, sint dandæ nouæ induciæ.]

a Significantis.] Nota 1 ad intelligentiam istius capituli & sequentis, & eorum quæ circa hanc materiã dicuntur. Aut enim conueniuntur quis actione reali, puta, rei vendicatione, vt hic, & tunc exprimenda est res quæ petitur, & verum petatur tota, aut pars: vt peto talem fundum. ff. de rei vend. si rem. aliàs enim reus deliberare nõ possunt, vt hic dicit: nec iudex sententiam ferre debet super incerto. ar. Institu. de act. §. curare. & 33. dist. habuisse. & 11. q. 3. graue. Itẽ duos proximos vicinos illius fundi ad minus designare debet. ff. de cen. forma censualis. quia generalitas parit obscuritatem. ff. de iure fisci, ar. ĵ. ff. de rei vend. quæ de tota. §. incerta. & ff. cõmuni diu. & si non omnes, §. si incertum. Sed contraria ista specialia sunt circa defalcationem legatorum. Et licet in casu isto debeat quis specificare rem, & ipsam designare, vt est dictum, causam tamen exprimere non tenetur in libello. causa enim expressa est eo ipso quod proposuit rei vendicationem. causa enim non est alia nisi ipsum dominiũ. cum dicit rem ad se pertinere iure dominij vel quasi ff. de except. rei iud. si mater. §. eandem. & §. 1. & 2. & melius in l. & an eadem. § actiones. Item & hoc nota cum agitur rei vendicatione quod si aliquis subijciat vnam causam in libello, & succumbat, potest adhuc eandem rem petere alia causa, non obstante exceptione rei iudicatæ. ff. de exce. rei iud. si mater. §. 1. & 2. & l. & an eadem. & C. de petit. hæred. hæreditas. ff. ad exhiben. de eo. §. sæpius. & ĵ. de iud. examinata. Idem est in possessorio inf. de donat. inter dilectos. & hoc tutius est actori. Argu. contra. ff. de iureiur. duobus. §. colonus. vbi dicitur quod qui proponit vnam actionem, non potest aliam proponere pro eadem re. Sed illud est, quia illæ actiones surgunt ex eadem causa. Si verò nullam causam expressit, tunc totum ius suum in iudicium deduxisse videtur, vnde obstabit ei exceptio rei iudicatæ, si absoluitur reus: quia actor non probauit. ff. de excep. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. & inf. de caus. pos. cum ecclesia. Item si fuit absolutus reus, quia ipse non possidebat, si postea incipiat possidere, non obstat exceptio iterum petenti. ff. de except. rei iud. si à te. 1. respon. & l. si rem meam. & ĵ. de excep. cap. pen. Si autem agatur personali actione, vt si petas x. dari tibi, causa petendi exprimenda est in libello. aliter enim non tenetur respondere, ĵ. c. prox. & C. de edic. Diui Hadr. tollen. l. vlti. & ĵ. de cen. peruenit, quia causa semper præcedere debet ex qua aliquid debetur. ff. quando dies leg. ce. huiusmodi legatum. & si absoluitur reus, non obstat exceptio, si idem postea petatur ex alia causa. ff. de excep. rei iud. & l. an eadem. §. actiones. & infra de caus. poss. c. vlt. & idem est quantum ad hoc, quod in rei vendicatione; assignata enim vna causa petendi in libello, siue actio sit personalis siue realis, non obstat rei iudicatæ exceptio, si agat ex alia causa, vt dicunt iura prædicta. In vniuersalibus iudicijs non est necessẽ exprimere siue designare singulas res, sed sufficit dicere, peto talem hæreditatem, quia sum hæres. ff. de petit. hæred. l. 4. & l. si quo tempore, ff. si pars hæred. pe. l. 1. §. vltim. & sic potest sententia proferri, condemno te vt restituas hæreditatem, quæ fuit talis. Item peto ecclesiam cum pertinentijs suis. ĵ. de restit. spol. cum ad sedem. & ĵ. de prob. licet. & infra de dona. inter

1 De materia huius gl. & gñaliter, qua rõne formari dẽat libellus, & qd in eo obseruandũ, uide Iasonem in §. omnium. Inst. de acti. num. 114. & multis seq. & Decium ĩ l. ædita. C. de edendo.

† Vide Lanfrancũ in c. qm. §. probationes. ĵ. de probatio. & quatenus hic agitur de libello incerto & obscuro. vide etiã Iasonem. §. sed iste. Instit. de actio. Decium in c. dilecti. ĵ. de iudi. & Paulum de Cast. consil. 145. & Alc. consi. 181. & 174. in 2. volum.

ter dilectos. In generalibus verò iudicijs, scilicet tutelis, negotijs gestis, pro socio, & consimilibus, sufficit exprimere causam vel factum, sic: peto rationem de administratione quam gessisti. nec exigitur expressio aliquarum rerum. C. de iud. licet. Item not. quòd libellus pôt mutari 1 & emendari & corrigi sicut placet vsque ad litis contestationem. 2. q. 8. libellorum, C. de eden. l. 3. & post litis contestationem non potest mutari, nec aliquid addi vel minui. ff. de iud. non potest. & ff. de excep. rei iud. egi. & l. cum quaeritur. & sic noua interpellatione opus est, vt dicit lex illa: non pôt. 2 Et si mutauerit actionem vel addiderit, habere debet nouas inducias ad deliberandum, nisi ex primo libello potuit esse instructus, & hoc licet sine praeiudicio aduersarij, vt scilicet ei teneatur ad interesse totius variationis. ff. de interro. actio. de aetate. § vlt. arg. ff. de eden. vbi. §. is autem. & ff. de iud. eum quem temere. propter leuem & minimam additionem non debet habere nouas inducias. 3. de dil. litteras. Illud praet. rea scias, quod si reus sit iam conuentus edita sibi actione per iudicem, vel executorem, reo postulante necesse est hoc perficere ille actor, C. quomodo & quando iu. auth. qui semel. si verò nô sit reus praedicto modo conuentus, licitum est ei desistere, quia nemo inuitus agere côpellitur, C. vt nemo inuitus agere. l. vnica. Quod autem dictum est quod actio potest mutari, hoc locum habet in his, in quibus vna non tollitur per electionem alterius. Sed si vna tollitur per electionem alterius, tunc non potest mutari, quod obtinet in casibus, scilicet in seque. concor. C. de fur. l. 1. & C. si ser. extr. se emi manda. l. ... & C. de codicil. l. vlt. & ff. de tribu. quod in haeredem. § eligere, & C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriae. ff. de l. g. a. cû filius. § varijs. 3 Et quod dixi quod actio potest mutari, non intelligas quod ab ea in totum recedi possit, sed necesse habet actor eam cum noua actione vsque ad finem perducere. C. quomodo & quando iu. auth. qui semel. sic intelligunt doctores legum illam authenticam.

1 Vide circa hunc articulum, Decius in d. l. edita. C. de eden.

2 Concordat text. in l. quod heredem § eligere. ff. de tribu.

3 Et 3. de postu. vnico de ele. vt qs duas. lib. 6. ibi de hoc. Ioan. And.

Dilecti filij.] D. vtitur vt supra c. proxi. Secunda ibi, Ideoque. Abbas Siculus.

CASVS. Prior & conuentus sanctae Mariae ad Carceres, petebant quandam quantitatem pecuniae à fratribus sanctae Mariae de Hispida coram Priore sanctae Trinitatis Veroñ. auctoritate Apostolica: fratres S. Mariae de Hispida petierût à iudice, vt causam faceret exprimi in libello, ex qua dictam pecuniam soluere tenebantur: alias respôdere nô tenebâtur: & quia dictus iudex hâc exceptionem admittere denegabat, ad sedem Apo. appellarût. Vñ mâdat papa, quatenus si est ita, reuocetur in statum pristinû quicquid post appel. huiusmodi fuerit attêtatû. Not. quod qui agit personali actione, semper tenetur causam exprimere in libello, ex qua competat sibi quod petit.

a Conuentionali.] quid sit libellus conuentionalis, dictum est s. eo. cap. 1.

b Quare sibi.] hic manifeste patet, quod in personali actione tenetur quis exprimere causam petitionis. De hoc dictum est s. ca. proxi.

† Vide l. f. C. de an. cep. & l. 1. de eden. ibi Bar.

¶ Greg. nonus archipresbytero † ciuitatis Nouae, & M. ca. Culmeñ. †

† al. archidiacono.

† al. Clugien.

¶ *Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

CAP. III.

Dilecti filij fratres ecclesiae sanctae Mariae de Hispida, tua nobis petitione monstrarunt, quod cum prior & conuentus sanctae Mariae ad Carceres, ipsos super quadam pecuniae summa, coram Priore Sanctae Trinitatis Veroñ. auctoritate Apostolica conuenissent: ex parte ipsorum fuit excipiendo propositû, quòd cum dicti Prior & conuentus nollent exprimere in porrecto libello côuentionali, a quare b sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minimè respôdere tenebantur: & quia dictus iudex exceptionê huiusmodi admittere denegabat, nostram audiêtiam appellauerût: Ideoque mâdamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, &c.

tera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam: oblato eis libello: ipsi (cum plures terras haberent) ut terra illa super qua quaestio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicib. postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarunt. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationê hmôi noueritis attêtatum, &c.

TITVLVS IIII.

De mutuis petitionibus.

¶ Alexand. iij. Vulterano episcopo & abbati de Spongia.

¶ *Iudex etiam delegatus, côpellit actorem ad respondendum reo, in causa reconuentionis, & vtramque causam ordine successiuo simul audiet & vna sententia terminabit. h. d.*

CAP. I.

Ex † litteris: & infra. Quoniâ rationis ordo exigit, † vt plebanus & clerici Maturenses abbati & fratrib. Maturêsis monasterij, de ijs quae aduersus eos proponunt, debeât in vestra

DE MVTVIS petitionibus.

¶ Supra tit. proxi. visum ê de libelli oblatione. Sed quia plerunque libelli porrigûtur ab vtraque parte, & tunc hinc inde mutuae petitiones, & dubitatur de modo & practica procedendi, ideo compilator annectit hûc titulum. De hac materia habetur 3. q. 8. cuius in attendo. Abbas.

† Post eod. Lateran. sub Alexan. iij. par. 51. c. 1. & ca. 2. eo ti. in 1. cõp.

† Facit hoc. l. cû Papinianus. §. C. de sen. & inter. omnium iudi.

Ex litteris.] Reus reconuentus potest actorem etiam coram iudice delegato, qui simul audiet & finiet causam vtramque. Primo iustificationem mandati ponit. Secundò ipsum mandatum subiungit ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Plebanus & clerici Matureñ. coram episcopo Vulterano & abbate de Spongia à sede Apost. delegatis, abbatem & conuentum Matureñ. monasterij traxerunt in causam super quibusdam quaestionibus: abbas & conuentus praedicti coram eisdem iudicibus reconuenire volebant plebanum & clericos praedictos super suis quaestionibus, quas contra eos habebant: dubitauerunt iudices, vtrum super his haberent cognoscere, cum

re. cum de negotijs monachorum nihil eis cōmissum fuisset expresse? Papa consultus respondet, ꝙ ordo iuris exigit, vt plebanus & clerici, abbati & conuentui prædictis debeant respondere de iustitia coram eis cū ipsi petant ex ipsis de suis quæstionibus sibi iustitiam exhiberi, mandans quatenus actione plebani & clericorū proposita, & responsione facta, compellāt eosdem abbati & fratribus incontinenti de suis quęstionibus respondere, & vicissim rationes partium audientes cōcordia vel iudicio vtriusq; negotium debeant terminare. Nota, ꝙ qui petit iustitiā ab alio tenetur eidē iustitiā reddere. Item reconuētio coram delegato potest fieri. Item conuentio & reconuentio simul procedere debent. Item iudex primo ad cōcordiam si potest intendat. Item iurisdictio delegata extenditur ad res de quibus in rescripto non fit mentio altera parte inuita.

præsentia respondere:[a] cum sibi ex ipsis corā vobis à sede Apostolica delegatis iustitiā postulant exhiberi. ¶ Mandamus, quatenus actione [b] plebani & clericorum proposita, & responsione facta:[c] monitione præmissa, cōpellatis eosdē, memoratis abbati & fratrib⁹, incontinenti [d] coram vobis super [e] suis quęstionibus respondere: & vicissim postmodū rationes partiū audientes, concordia [f] vel iudicio vtriusq; negotium termineris.

¶ Cælestinus tertius Rothoma. decano.

¶ *Modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis, intelligitur repetitus in causa reconuentionis.*

CAP. II.

PRudentiā: † & infra. ¶ Sanè cōsuluisti nos, vtrùm cum causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem iudice actorem re-

[Glo. seq. facit tria. Primò ponit modum in recōuentione tenendum. Secundò tractat, an post litem contestatam procedat reconuentio. Tertiò arg. ex textu ꝙ frustra petit, &c. alleg. 8. conco. demum alleg. 5. contraria: & vltimum soluit.]

a Respondere.] no. qualiter 1 debeat fieri reconuentio corā iudice delegato prout hic satis colligitur. Proposita enim petitione actoris reus actorem si vult reconuenire, ante litis contestationem, suam porrigat ei petitionem, & ita deliberatione super vtraque petitione hincinde habita, debet fieri contestatio litis super petitione actoris primo, & incontinēti super petitione rei respondere debet actor, & postmodum iudex vicissim audiat vtraque causam, & vna sententia terminare debet causas, vt hoc totum patet hic, & ꝭ. de or. cog. cum dilectus. vt si actor nollet reo respondere, iudex debet ei iustitiam denegare, nec audire ipsum super causa sua, vt ꝭ. de iura. calum. imperatorum. & c. vlti. §. pœna. & ff. de procu. l. mutus. §. pœna. & C. de cōpen. neq; scriptura. & ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. vlti. in fi. & si iudex hoc negligeret, & procederet in proposita quæstione, non tenet factum eius, vel est potius appellandum ab ipso. ff. quæ sen. si app. re. l. 1. §. vlti. in fin. Si verò reus differat suam petitionem porrigere post litis cōtestationem non videtur ꝙ sit audiendus. C. de sen. & inter. om. iudi. auth. & consequenter. vbi dicitur, & consequenter ego pulsatus ab aliquo, si vicissim ipsum lite pulsare velim, statim quidem hoc non licet nisi apud eundem iudicem. Et sic videtur ꝙ statim debeat ipsum reconuenire, & idem videtur expressum in authenticorum corpore de executoribus. §. sancimus. coll. 8. vbi dicitur si reus vult reconuenire actorem, mox ab initio 2 apud eundem iudicem recōueniat ipsum, sed nō apud alium nisi lite finita 3 poterit illum conuenire. Et quidam domini legum intelligunt istud, statim, vsq; ad sniam: quidā tñ vsque ad aperturā testiū. Hodie ista diuersitas determinat per decr. Inn. iiij. in cōci. Lugdun. de rescr. dispendia. §. reus quoque. [lib. 6.] vbi dr̄ expresse ꝙ reus pōt actorē suū reconuenire corā eodē iudice durante iudicio: & si tūc corā alio ipsum traheret, processus nullus esset, & in expensis condēnabitur; & qđ dicit, durāte iudicio, intelligo quousque renunciatum est & cōclusum in causa, quia tunc tñ dr̄ iudiciū dū negotiū discutitur, inf. de verb. sign. forus. arg. ad hoc. C. de cōpen. l. vlt. Item est argu. ex hoc loco ꝙ frustra petit debitum qui quod debet non impendit. 3. q. 8. cuius in agendo. & 32. q. 6. nil iniquius. 95. dist. esto subiectus. & inf. de iureiur. peruenit 2. & inf. de vsu. quia frustra. & eadem lege conuenit quis qua ius sibi tribui postulat. C. de rei vē. ratas. & in authen. de sanc. epis. §. reuerendissimis. coll. 9. 4 & inf. de appe. an sit. Arg. ꝭ. 23. q. 5. non vos. & 16. q. 7. si qs deinceps. & 23. di. in nomine domini. circa fi. & ꝭ. de hære. excōmunicamus. §. credentes & C. de compen. l. vlt. 5 sed istud vltimum speciale in deposito.

b Actione] i. petitione: quia secūdum canones nemo tenetur proponere actionem. de hoc dictum est s̄. de iud. dilecti.

c Responsione facta.] Hic patet qualiter litis contestatio fiat: de qua dicetur ꝭ. tit. prox. Ber.

d Incontinenti.] istud, incontinenti, intelligendum est nullo actu medio interposito. & est simile illi, mox qđ habet. s̄. de ele. quia propter. vbi habes multas interpretationes de huiusmodi dictionibus. istud, incontinenti, intellige durante iudicio, vt dr̄ in prima notu. in fi.

[Gl. seq. docet duo, scilicet, quid si mutuæ petitiones sunt possessoriæ, vel vna possessoria, & altera petitoria, secundo quòd virtus reconuentionis est, &c.]

e Super suis quæstionibus.] idem est si actor ageret possessorio, & reus vellet recōuenire actorem super alia spoliatione: secus si actor ageret possessorio, & reus vellet cōuenire eū petitorio, quia quæstio spoliationis priuilegiata est, vt primo expediatur. ꝭ. de ordi. cogn. super spoliatione. Sed si prima sit petitoria, reus super spoliatione bene potest reconuenire actorē in modum actionis. ꝭ. de ord. cog. cum dilectus. Sic no. quòd ꝑ recōuentionē fit iudex, q. aliàs iurisdictionē non habet in reconuenientē, quantū ad illā causam reconuentionis, siue sit ordinarius, siue delegatus, cū causa reconuentionis delegato non est cōmissa, vt hic habes & s̄. de offi. dele. prudentiā in fi. & iudex laicus ordinarius habet reconuentionē, puta, cū clericus conuenit laicum corā laico iudice, tunc clericus tenetur respondere laico coram eodem iudice, nisi sit causa, quæ coram iudice ecclesiastico sit tractanda: de quibus dictū est s̄. de foro comp. ex tenore. & c. præcedenti. neque 6 in criminalibus locum habet reconuentio. de hoc dixi sup. de iud. at si clerici.

f Concordia.] est hic arg. quòd iudex primo si potest habet partes reducere ad cōcordiam. arg. ad idem. 5. q. 2. si priuatus. vbi de hoc. & 23. q. 8. si quis membrorum. Et est sim. ff. de vsufru. æquissimum. 7 & ꝭ. de sim. querelam. & s̄. de transa. c. vlt. vbi de hoc. Bern.

PRudentiam.] Actor qui impetrat rescriptum appellatione remota; in causa reconuentionis appellatione remota respondere tenetur. Communis diuisio. Secunda ibi, Nos verò. Ab. Siculus.

CASVS. Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum ap. re. reus reconuenit actorem coram eodem iudice: actor appellat super reconuentione: quæritur an tali appellationi sit deferendum? Consultus Papa respondet, quòd cum actoris & rei eadem sit conditio, & vno & eodem iure circa appellationem censeri debeat, vterque sicut actor vult quod iustitia sibi fiat ap. re. eodem modo debet reconuenienti respondere

De mate... gloss æ vi... Deciū in ... receptū ... in. om. & Soci. in Fallē. regula. & Ioā. ... illū re. 172.

Expenit... sen. post ... um.

... hoc fa... do isto ... ulorū, post li... obla... & an... ē conte... ponit ... ca de ... uētio... cūdum Io. An.

4 Cōueniēs pro ecclesia recōuenit ꝑ illa. Io. An.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōp.

5 Præcedentia, etiā sunt specialia in schismaticis intrusis, & excōicatis, q. non conueniunt & conueniri possunt. ꝭ. de in. intelleximus. Io. And.

6 Qualiter hoc dictū intelligatur, vide ꝑ Bart. in auth. & consequēter. C. de sen. & interl. om. iu.

7 Non. n. ad arma & rixā procedere patiat̄ ꝓ quos potest sua iurisdictione cōpescere. Io. An.

dere de sua iustitia. Nota quòd actor & reus eodem iure censentur, & eadem est conditio vtriusque. Itē eodē modo quo quis vult sibi iustitiam fieri, sub eadem forma alij respondere tenetur.

a Eadem sit conditio.) quia in iudicijs non debet esse personarum acceptio. ī. de iudi. nouit. & 4. q. 4. c. 2. & nō debet actori licere qđ reo non permittitur ff. de reg. iur. non debet, & ita si remota est appellatio quo ad agentem, & eodē modo quo ad reconuenientem: quia eodem iure quod quis in alterum statuit, ipso debet vti. ff. quod quisque iur. in alterum. l. 1. 2. & 3. & ī. de constit. cum omnes. Et hodie nō videtur habere locum quod dicitur de appellatione: quia ipso iure remota est appellatio in qualibet quæstione. ī. de appe. vt debitus. & c. pastoralis. in principio.

[Gl. seq. primò arguit, secundò fortificat. & soluit 3. q. vltimò signat contrariū, & soluit.]

b Eodem modo.) idest, secundùm eandem formā qua procedit iudex in principali, & in reconuentione: & parem potestatem habet iudex quo ad oīa in vtraq; quæstione. Et sic est arg. ꝙ iudex eādem habet auctoritatem in prorogata iurisdictione sicut & in delegata. de hoc dictum est ī. de offi. delega. P. & G. Remotio enim appellationis repetita intelligitur in reconuentione. simile 32. q. 7. apostolus. sicut cum aliquid relinquitur ab hærede intelligitur repetitum & à substituto. C. ad Treb. l. non iustam. & ff. de lega. 2. debtor. §. 1. & ff. de ver. oblig. Titia. §. 1. Sed pone quod actor super vna re tantum litteras impetrauit, nunquid reus potest illum conuenire super pluribus? Videtur quòd non. arg. ff. de iurisdi. om. iud. si idem. §. quid & si. & argu. huius litteræ. Sed contra credo. arg. ī. c. prox. ibi, suis quæstionibus. Item retenta hac eadem positione reus reconuenit actorem super pluribus; vel super vno tantùm, & sic actor efficitur. Nunquid actor quasi reus reconueniens potest agere contra eum super alia re, quæ in litteris expressa non fuit. arg. ff. de excep. l. 2. §. illud? Non credo quòd hoc possit: quia reconuentio non intelligitur nisi quantùm ad illum qui primò conuenitur. Item argum. contra. C. de leg. quod fauore. non est contra: quia illud intelligitur cum princeps suo motu in fauorem aliquod ius concedit, puta, minoribus vel ecclesijs. Quod dicit hic, intelligitur quando aliquis impetrauit illud ius: & Papa ad instantiam ꝑ petentis illud concessit: vnde ipse debet vti eodem. ff. quod quisque iuris. l. 1. & ī. de constit. cum omnes. Sed hodie vt dixit, ius commune est quantum ad omnes. ī. de appel. c. vt debitus.

ꝑ Dixerunt Tan. & Vin. ꝙ Romana ecclesia tales litteras cōcedit & sine petentis īstātia, clausulam apponendo. & dixi in tex. in glosa vs. & īm lll intellige hoc de instātia quo ad rescriptū, nō quo ad clausulam. Ioan. And.

conuenerit, & actor super reconuētione appellationis obstaculum interponit, an sit huiusmodi appellationi deferendum? Nos verò ita sentimus, quòd cum actoris & rei eadē sit cōditio: [a] & vno eodemque iure circa appellationis remediū debeat vterq; censeri: sic vt desiderat actor, vt sibi iuxta mandatoris rescriptū iustitia fiat appellatione remota: eodē modo [b] reconuenienti debeat ī sua iustitia respondere.

TITVLVS V.

De litis contestatione.

¶Greg. ix. abbati sancti Ioan. in Vineis.

¶ *Non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio: qua omissa, nullus est processus.*

DE LITIS CONTESTATIONE.

¶Quia post libelli oblationem & mutuam petitionē, sequi debet litis contestatio, ideo subijcit istam.

De hac materia habetur 3. q. 3. offeratur, & repetitur in 6. Abbas.

CAP. I.

Olim inter episcopum Nouiēsem ex parte vna, & capitulum ecclesiæ S. Quintini ex altera, super quibusdam iniurijs, & excommunicationum sententijs, & quibusdam alijs articulis orta materia q̄onis, & infra. Iudices factis quibusdam positionibus, & respōsionibus ad easdem: auditis etiam quæ partes uoluerunt proponere coram eis: causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. ¶Procuratoribus igitur partiū ꝑpter hoc in nostra præsentia constitutis, quamuis positiones, & respōsiones, [c]

Olim inter Episcopum.] PRIMO ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundò ipsum processum decernit irritum, & dicit quare. Secunda, ibi, Procuratoribus. Abb. Siculus.

CASVS. Inter episcopum Nouien. ex parte vna, & capitulum ecclesiæ sancti Quintini ex altera, vertebatur quæstio super quibusdam iniurijs, sentētijs excōmunicationū, & quibusdam alijs articulis: super quibus causa cōmissa fuit quibusdam iudicib⁹: iudices factis solūmodo q̄busdā positionibus & rēsionibus ad easdem, & auditis q̄ partes proponere voluerūt, causam remiserunt ad Apostolicā sedem: procuratoribus vtriusq; partis in p̄sentia Papæ constitutis, & examinato processu iudicū, dominus Papa qa non inuenit litis contest. factam fuisse, processum ipsorum iudicū irritum nunciauit: quia licet positiones & responsiones hinc inde factæ fuissent super articulis prædictis, super ho. tñ non fuit contestatio litis facta, sed ꝑ petitionē in iure propositam, & responsionem secutam, fit contestatio litis. No. quòd vbi cōtestatio litis omissa fuit, nullus ē processus. Item contestatio fit per petitionem propositam, & responsionem secutā. & hoc in scriptis debet apparere.

[Gl. seq. opponit, & duas solutiones dat. Vnam in principio. Aliam circa finem gl. In medio dicens quid sit contestatio, & quomodo fiat, & quod protestatio proponentis vel respondentis impedit contestationem. Vltimò ponit quæstionem.]

c Responsiones.) sic ī. de elect. dudum 2. Sed videtur quod illud sufficeret, quia positiones super ipso facto fiunt, vnde satis intelligitur litis contestatio fieri per positiones & responsiones. sed non est verum: quia litis contestatio est exordium litis, siue principium causæ appellatur. ī. de offic. deleg. super quæstionum. §. 1. & 2. & res deducta in iudicium non videtur per simplicem petitionem, vel per editionem actionis. C. eo. tit. l. vnica. & vbi principium deest, nihil superædificari potest. 1. q. 1. cum Paulus. & infra de presby. non bap. veniens. & cuiuscue rei principium potissima pars est. ff. de origine iur. l. 1. & licet contestatio litis sit principium, tamen necesse est libellum præcedere, vel porrigere, super quo litis contestatio fiat, vt dictum est sup. de libel. obl. cap. 1. Et autem litis contestatio

testatio negotij princincipalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsecuta responsio, vt hic, siue negando siue confitendo de hoc not. ī. de elec. dudũ quod est ita intelligendum, ut fiat animo procedendi in causa, & ea intentione directè ex proposito. Vnde si aliqs proponat factum coram iudice non ea mente vt litem contestetur, vel respondeat, saluo iure suo, & sine ꝑiudicio, non erit propterea litis contestatio facta. cũ hoc fiat non ad iudicis interrogationem sed motu proprio. Litis contestatio fieri debet interrogante iudice, actore proponente suam actionem, & eo respondẽte ad interrogationẽ iudicis vt mos est fieri. argu. C. eo. l. vnica. in fi. j. de do. & contu. prout. sic patet ꝙ non erat facta litis contestatio, cum factum proponitur cũ protestatione, & sine præiudicio. argu. op. ff. quib. mod. pign. vł hyp. sol. si debitor. §. si in venditione. 1 Et arg. ī. de ele. Cumana. vbi dicit de protestatione. vbi ergo litis contestatio non procedit, nil valet quod agitur, vt hic & j. tit. proxi. per totum. & potest ratio assignari quare per positiones, & responsiones ad eas nõ fit litis contestatio. qui enim ponit aliquod dictum vel factum, nihil petit ab aduersario: nec ẽt ostendit super hoc velle agere: & ita non posset per hoc fieri sñia condemnationis vel absolutionis, cum nil petitum sit per positionem, sed ostenditur aliquid esse factum vel dictum seu promissum: & sententia semper ferenda est secundum modum agendi. j. de accu. qualiter & qñ. ad fi. & j. de simo. licet Hely. & condemnatio non est facienda nisi ad hoc sit actum. j. de ord. cog. cum dilectus. ad fin. & hoc etiam probatur, quia interrogationes, & responsiones aliquando fiunt ante litis contestationem, ff. de interro. actio. quasi per totum. de quibus quidem notatur inf. de iura. calum. c. pe. in glo. quæ incipit, omnia quæ, & per illas interrogationes & responsiones nulla fieret condẽnatio vel absolutio, nisi fieret postea litis contestatio super petitione actoris: & ita patet quòd vbi fiunt tantum positiones & responsiones, nulla petitione præmissa, vel nulla litis contestatione facta, nullus est processus. vt ī. de elect. dudum, & hic. Sed quid si petitio oblata fuit, & in actis redacta: sed contestatio litis non fuit facta, sed positiones & responsiones factæ fuerunt? Idem credo: s. quòd processus non valeat: quia litis contestatio non est facta. Bern.

Vide Bart. ... adde So... in regula ...

Vide tex. ... C. e. l. Aureli. ... ff. lib. legat.

Vide Bart. ... in Fallẽ ... reg. 206. aliquot se...

... creditor ... debitor: ... quod ... esset pignoris. And.

... de in... olim. vbi ... recep... testiũ ... lite nõ ... reuoca... irritũ. ... hẽs ... elec. du... 2. vers. ... Itẽ ... in casu ... qui. ... lib. 6.

hincinde super pluribus articulis factæ fuerint coram iudicibus memoratis: quia † tamen litis contestationem non inuenimus esse factam, cum nõ per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam litis contestatio fiat: † processum ipsorum, de fratrum nostrorum consilio, irritum duximus nunciandum.

TITVLVS VI.

Vt lite † non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam distinitiuã.

VT LITE NON CONTESTATA. &c. ¶ Supra visum est de litis cõtestatione qualiter fiat. Verum quia plerunque lite non contestata petuntur testes recipi: vel de facto recipiuntur: & dubitabatur quid iuris, ideo subijcit istam rubricam.

1 Et nota ex rubro negatiuè posito, quòd regulariter lite non contestata non debent testes recipi, nec ad diffinitiuam sententiam procedi. Abb. sic.

AD hoc.] In prima ponitur delegatorum consultatio: in secunda diffinitio seu responsio ibi, Consultationi.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter R. & B. vxorem eius, causa commissa fuit abbati sancti Proculi & eius coniudici, coram quibus dicta B. accusabat virum suum de adulterio, ad tori separationem: & vt dotem suam reciperet ab eodem. oblato libello procurator viri noluit respondere, prætextu aduocati, quem non habebat, inducias postulãdo: tandem dixit se paratum respondere libello: Sed die statuta non credebatur quòd responderet libello, petijt restitutionem vxoris primò faciendam marito: & ne secus fieret, appellauit: mulier dicebat se virum habere suspectum: sed procurator noluit cauere de impunitate personæ nec viri: postea noluit comparere: iudices non obstante appellatione illius, testes mulieris receperũt attestationib⁹ publicatis, dubitabatur de ferenda sñia: quidam dicebant deferendum esse appellationi: alij deferendum non esse: consultus Papa quid iuris esset, rñdet quòd licet ordo iudiciarius in alijs controuersijs sit seruandus in matrimonialibus causis non vsquequaq;. Sed quia in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterii ad tori separationẽ: testes lite non conte. recipi non debuerunt: vnde siue deferendum siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad definitiuam sententiam procedendum: tamẽ præfatus R. si contumax fuit, potuit excommunicari: vel propter contumaciam procuratoris si sciens non purgauerit eandem. Not. quòd in causa criminali cum ciuiliter agitur, potest interuenire procurator. Item arg. quod prætextu aduocati dandæ sunt induciæ. Item in causa criminali cum agitur de fœdere matrimonij, ordo iudiciarius per omnia non seruatur. Item lite non cont. nõ sunt testes recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda. Item propter contumaciam procuratoris non est dominus puniendus, sed cum sciuerit, & non purgauerit, potest excommunicari.

¶ Inocentius tertius abbati Sancti Proculi, & L. canonico Bononiensi.

¶ Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari, sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.

CAP. I.

AD † hoc Deus: & infra. ¶ Cum causa, quæ inter R. & B. vxorem eius vertitur, auctoritate Apostolica vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdẽ R. libello vxoris, quo virum ad separotionẽ tori, & vt dotẽ reciperet, a de adulterio † accusabat, noluit respondere, b

† Cap. 1. e. ti. in 3. compi. Et uide Cõ. Trid. sess. 24. de sacramento mřimon.

† Et de pœna adulterij & ordine ꝓcedendi contra adulteros. vide Cõ. Tri. sess. 24. tit. de refor. matrim. c. 8.

a Reciperet.] & etiam donationem propter nuptias: nam sicut propter adulterium vxoris vir lucratur dotem, ita mulier propter adulterium viri lucratur donationem propter nuptias, C. de repud. consensu. §. si uerò. quia vir & mulier non ad imparia iudicantur. 32. q. 1. si quis uxorem. si tamen filij extent ex eorum matrimonio, tunc dos siue donatio spectat ad filios in Authenti. vt liceat matri & auiæ, §. si de adulterio. collat. octaua.

b Noluit respõdere.] licet agaẽ hic de crimine, q̃a tamen non agitur criminaliter, potest interuenire procurator, & respondere, & agere. sup. de procurator. cum.

[Glo. seq. dicit quomodo in principio causæ, & in medio ex causa, & si dolose non petitur dantur induciæ pro aduocato habendo, non tamen nocet sententię si aduocatus abfuit. fallit in fisco.]

a Aduocatus.] si aliquis vocatur ad iudicium, & dicat se non habere aduocatũ, dãdæ sunt sibi induciæ ad quærẽdum aduocatum. ff. de quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l. ait prætor. §. vlti. & arg. ad idem. C. de iud. properandum. §. penult. & ff. de postu. l. 1. §. ait prætor. & ex causa etiam medio tempore dandæ sunt induciæ pp absentiam aduocati, si iusta de causa esset impeditus: cum nimis esset difficile & graue, aliũ quærere aduocatum, qui merita causæ non nouit. & sic eodem modo pro alio iducias obtineret vt instrueret. sed si malitiose petãtur, non sunt dandæ. arg. ext. de do. & cõtu. put. post sententiam nõ habet locum si diceret: non habui aduocatũ tempore sniæ. C. de postu. velamen ee. & ideo propter hoc non retractabitur sententia. est tamen speciale in causa fisci vt non valeat sententia lata contra fiscum aduocato eius absente. ff. de iure fis. §. fiscus. C. de aduo. fisci. l. vltima.

a Maximè qñ ex hoc nõ multũ lęnit aduersarius fm In. & Hosti. & maximè si pars id puidere non potuit: & vide in Spe. de dila. §. 1. ver. pparatoriæ. ꝭ Ioã. And.

¶ Vide text. cũ gl. i auth. ꝭ semel. C. qũo & qñ iudex.

donec aduocatus [a] eius veniret, inducias postulando. Qui cum huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur, tandem ad præsentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, cum crederetur responsurus libello, restitutionem vxoris primò fieri postulauit, ne secus fieret appellando: † ¶ Verùm quia dicebat mulier se virum habere suspectum, [b] & idem procurator nec de mulieris impunitate caueret, nec vestro se curasset postmodum conspectui præsentare, vos testes mulieris recipere studuistis: & infra. ¶ Cõsultationi vestræ taliter respondemus, quod licet ordo iudiciarius in alijs cõtrouersijs sit seruandus, & in matrimonialibus causis non vsquequaque seruetur: [c] quia tamen in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij (per quod ad separationem coniugij, [d] non ad coniunctionem intenditur,) quia lite non contestata testes fuerunt recepti, & attestationes etiam publicatæ, siue deferendum, siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitiuam sententiam [e] procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter

[Glo. seq. ponit 5. casus quibus non fit restitutio.]

b Suspectum.] hic est vnus casus, vbi spoliato viro vxor non restituitur, scum timetur de sæuitia viri. s ext. de rest. spol. ex transmissa. & c. litteras. in fi. & 32. q. 1. de benedicto. Item si incontinenti probet impedimentum saltem in gradu indispensabili, in quo casu non debet fieri restitutio. ext. de restit. spo. litteras. Item si publice fornicatur. ext. de diuor. significasti. Itẽ si virgo fuerit, & timeatur corrumpi. infra de spons. cum locum. & arg. infra de resti. spol. ex transmissa. & c. ex parte. Item & si non vult habitare cum viro sine contumelia creatoris denegatur ei restitutio: quamuis iniuste fuerit spoliata. infra de diuort. gaudemus. §. qui autem. aliàs viro facienda est restitutio ante principalis causæ ingressum. infra de restit. spol. ex conquestione. præstita primò sufficienti & idonea cautione de impunitate personæ. infra de restitu. spolia. ex transmissa. & c. litteras. & 32. q. 1. de benedicto. nisi tanta esset viri austeritas, quod non auderet se viro cõmittere: quia tũc nullo modo debet restitui, vt in cap. litteras. in fin.

a Nã & dñs nimis seuerus in seruũ cogit eũ vẽdere. ff. de his, q sũt sui vel ali. iu. l. 2. ꝭm Ioan. & not. 25. dist. §. nunc autẽ. ad fi. Io. An.

ADDITIO. Etiamsi, vellet satisdare. Vnde versus.

Si non continuit, si mox probat impedimentum;
Sitque vir austerus: Moysi lege relictus.
Si virgo fuerit: & corrumpi timeatur:
Si vir possideat minus vel violenter:
Cassibus his septem dominus non restituetur.

Vel sic, & breuius:

Blasphemoque Deum, seso mœcho manifeste,
Stirpe parente sata: neque virgo redditur vxor.

c Seruetur.] nota quòd plura sunt specialia in causa matrimoniali: quia vbi agitur de fœdere matrimoniali potest agi contra contumacem lite non contestata ad diffinitiuam sententiam. infra eo. quoniam. §. porrò. Item quia minor potest esse in causa etiam per procuratorem. ext. de restitu. spol. ex parte. Item confessio contra matrimonium non præiudicat. ext. de eo qui cog. consan. vxo. suę. super eo. Item quia pater & mater possunt testificari tam in cõiungendo quàm in disiũgendo matrimonio. ext. qui matr. acc. pos. vl. ꝭ Item quia sententia lata contra matrimonium ad separationem eorum, qui iam cõiuncti erant, non transit in rem iudicatã. ext. de sen. & re iud. lator. & c. cõsanguinei. Item nec transactio siue compositio potest in matrimonio interuenire. supra de trãsac. vlt. item nec arbitrium. ext. de restit. in integr. causa. in fi. Item nec pœna locum habet. ff. de verb. obli. l. Titia & C. d. spõ. l. vlti & ext. de spon. gemma.

ADDITIO. Item licet in alijs causis possit remitti iuramentum testibus. vt infra de testibus. c. tuis. non tamen in causa matrimoniali. Vnde versus.

Coniugij iura sunt hic specialia plura.
Non contestata quod stat sententia lata.
Procuratores tali dant lite minores.
Hac non cassatur homo contra si fateatur.
Et non iurati testes sunt hic reprobati.
Hic si procedit, concordia quaque recedit.
Hic non transigitur, non arbitrium que subitur.
Non confirmatur sententia si qua feratur.
Hinc speciale tene, cessat stipulatio pœne;

Item breuius.

Non contestata fertur sententia lite.
Et mandata pubes: non fit sententia perpes.
Arbitrium, pœna pactum, transactio cessat.
Et non iurati testes, confessio contra.

Matrimonialis causa multa habet specialia.

d Ad separationem coniugij.] verbũ istud, coniugij, impropriè ponitur, quia propter adulteriũ ipsũ cõiugiũ a nõ dissoluit, imò manent coniuges etiam separati. 32. q. 7. c. 1. & 2. Et ideo expone, cõiugij, idest, cõiugũ, quod propter adulteriũ separatur ab inuicẽ quo ad mutuã seruitutẽ tãtũ, vinculo matrimonij nihilominus perdurãte, & hoc patet, quia licet sic absolui ille, qui nõ peccauit, à seruitute alterius qui adulterium commisit: cõtrahere tñ nõ potest. 33. q. 1. dixit dñs. & si cõtraheret, compelleretur redire ad primam. ext. de diuortijs. ex litteris.

a Aut ... diffinitiua ... cil. Trid. 24. de ... matrimonij ...

[Gloss. seq. recitet circa materiã opinionũ antiquorũ.]

e Ad diffinitiuam sententiam.] hic patet quòd in ciuilibus causis nunquam est ferenda snia lite non contestata. arg. ext. de do. & contu. proot. & C. quomod. & quã iud. l. contentam. in fin. & ext. eo. tit. per totum. & in auth. de exhi. reis. §. si verò. coll. 5. sine in criminali ciuiliter mota, vt hic. Hug. contradicit quòd testes possunt

ꝭ Quod d... ext. de testi... per co. a. L... And.

ſunt recipi, & ſnia ferri & in criminali, dummodo de cauſa liqueat vel liquere poſſit, ſiue cauſa ſit criminalis ſiue ciuilis. De hac tamen materia tradit ȝ.q.9. in ſumma, & ĩ.de do.& contu.veritatis. Et no. ꝙ dñs Papa per totũ tit. iſtum fuit in opin. Io. qui dixit quòd lite non conteſtata non ſunt recipiẽdi teſtes Mar. cõtra cũ Hug. & dñs Papa qñq; ſequitur opi. Mar. ĩ.de teſta. Raynutius, & c. Raynaldus, i vbi tractatur de duabus quartis deducendis.

[Gl. ſeq. primo ꝓbat contumaciæ factum, niſi excedat confeſſionẽ, & dolũ procuratoris nocere dño, & duplicẽ cauſam reddit, ſcdò allegat in contrariũ. tertiò ſoluit. Deinde format quæſtio. in qua alleg. pro & cõtra, & poſtea ſoluit.]

ſuam contumaciam, vel etiam procuratoris [a] (ſi ſciens non purgauit eandem) excommunicationis ſententia innodari.

¶ Idem Hieroſolymitano patriarchæ, & archiepiſcopo Caſſeñ.

¶ *In cauſa reſtitutionis contra contumacem lite non conteſtata: ſententia proferri non poteſt. hoc dicit comprehendendo omnem modum ſummandi.*

CAP. II.

ACcedens: † & infra. ¶ Cũ in iudicium delegatorum præſentia, archiepiſcop. Tireneñ. † reſtitutionis beneficiũ poſtularet, plebanus ſancti Marci de Venetijs (contra quem agebat) nihil ad obiecta reſpondit, † ſed ad noſtram audien-

a Interrogationibus, & responsionibus.] omnia quæ in iudicio fiunt, sunt redigenda in scriptis. inf. de prob. quoniam contra falsam. Quædam verò interrogationes faciendæ sunt ante litis contestationem, quæ non debent omitti ante litis contestationem; nam debet interrogari an possideat rem quæ petitur ab eo. & pro qua parte, vel si desijt dolo possidere. ff. de interrogatio actio. l. quæ ierum. §. in iure. ff. de rei vend. l. q. petitorio. & si quis rndeat se non possidere, cum ipse possideat: si actor hoc probauerit, res auferenda est illi: & debet dari actori. quis non probet rem suam esse. ff. de rei vend. l. vl. alias est penulti. hæc interrogatio omitti nō debet ne indiciū delusoriū fit. j. vt lit. penden. c. ecclesia S. Mariæ: Et aliæ interrogationes plures faciēdæ sunt, puta, an sit hæres: vel quota ex parte sit hæres: & an in potestate seruū habeat cuius nomine noxali iudicio agitur. Itē an quadrupes quod damnū dedit, sit eius. Itē an ex testamento sit hæres. Itē an ædes sint sua ex qb. damnū timetur: q colliguntur ff. de interr. actio. l. qui interrogatur. & l. si quis in iure. & l. seq. & l. si defensor. §. illud quæritur. & l. nō alienū. Itē q respondeat cuius ætatis sit reus, si de ea dubitetur. ff. eod. l. de ætate. Item qnq; & ante litis contestationē, & post litis cōtestationē vbicūq; æquitas mouet iudicem, i debet interrogare. ff. eo. vbicunq; & 30. q. 5. iudicantem. pars ad interrogationē aduersarij rndere nō cogitur: 2 tamē si rndetit, tenet rnsio. ff. eo. si sine. & j. de dol. & cont. ca. pen. & certū debet rndere. ff. eo. de ætate. §. nihil Bern.

Cum in causa.]eps per aliū agens causam propriam per illum iurat de calumnia: si per seipsum agit, ipse iurat propositis sed non tactis euangelijs. ita summat Io. And. sed mihi non placet quod text. restringatur ad causam propriam, quinimò potius innuitur contrarium. Et duæ sunt partes. secunda ibi, Pœna. Abbas Siculus.

CASVS. Inter epm Beluaceñ. & quendam R. nomine, quædam causa pecuniaria vertebatur. quæsiuit eps vtrum in causa ipsa deberet ipse de calumnia iurare? Rndet q si per syndicum vel actorē elegerit litigare, per ipsum præstandum erit iuramentum: si vero per seipsum litigare voluerit, ipse idem eps præstare debet hmōi iuramentū, propositis ante ipsum euangelijs, sed non tactis: sicut in ferendo testimonio fieri consueuit. In fine dicit quod pœna illius qui hoc iuramentum prę stare non vult, est vt actor cadat ab instituta actione; reus vero pro confesso habeatur. Not. quod eps in propria persona si vult potest tractare causam suam, & tūc iurat de calumnia, sed non tangit euangelia propter reuerentiam episcopalem. Item si non vult iurare de calumnia, amittit causam.

b Per illum.] istud regulare est. j. c. prox. & ca. in pertractandis, & c. imperatorum, & j. eo. c. 1.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c Per te ipsum.] ex quo assumpsit officium in se, debet iurare de calumnia, cū sit accessorium, sine quo non potest causa expediri. arg. j. de offi. dele. c. præterea. & c. prudentiam. & in hoc ei defertur: quia non tangit sacra, sicut & in testimonio. 11. q. 1. imperator. & C. de eptico. & cleri. authen. si iudex. & in auth. de sanct. epi. §. nulli vero. col. 9. & 2. q. 5. qua de causa qnq; tn tangit sacra. 1. q. 7. quoties. & C. de san. epis. authen. sed iudex. Sed j. j. e. c. 1. vbi dr. q eps iurare non debet, sed alijs hoc officium delegare, non est contra qa non dr ibi q non debeat iurare, sed dr qd nō debeat compelli, vt ibi dicitur.

ADDITIO. Hodie verò nouo iure debet iurare in animā propriam, & in animā sui capituli: vt dicit illa decre. j. de testib. præsentium lib. 6.

[Gloss. seq. quærit, & soluit.]

d Pœna.] sic. j. eod. c. imperatorū. & C. eod. tit. l. 2. in auth. vt litig. iur. in exor. lit. §. si aūt. in fi. coll. 9. vnde sumptus est §. iste. Si actor, qui non vult iurare, cadit à causa. Sed nunquid ipso iure, an per sententiam?, Dicas quod per sententiam iudicis, quia iudex procedit contra illū ac si nihil probasset, reū absoluendo. & eodem modo de reo. C. eo. auth. principales. i fi. Ber.

Gregorius nonus episcopo Beluaceñ.

¶ Episcopus iurat de calumnia (si per seipsum elegit litigare) propositis tantū non tactis euangelijs. Si verò per syndicum litigat, per illū poterit iurare, h. d.

CAP. VII.

Cum in causa pecuniaria, quam inter te & R. † motā esse proponis, non per te, sed per syndicum vel actorē elegeris litigare, per illum [b] quidem præstādum erit calumniæ iuramentum: quòd si per teipsum, [c] propositis tantùm, sed non tactis euangelijs, (sicut ī dicēdo testimonio) à te videtur huiusmodi iuramē tū exhibendum: & infra.

10 dere: ac interrogationibus, & responsionibus [a] redactis ī scriptis, † & lite coram nobis plenissimè † contestata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipsis procuratorib. vtrinque præstari.

¶ Actor refutando iuramentū calumniæ sine causa, cadere debet ab instituta actione, reus autem debet haberi pro confesso. h. d.

Pœna [d] verò recusantis hoc iuramentū cum præstandū fuerit, est vt actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso.

TITVLVS VIII.

De dilationibus.

¶ Alex. iij. Cantu. & Vigornieñ. episcopis.

¶ Summa sic (ne videatur conuenire rubrica de appellationibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis breuis, maximè vbi de rebus ecclesiasticis agitur, nisi necessitas aliud suggerat.

CAP. I.

Dilecti † filij abbas, & monachi de H. nobis insinuare curarunt, quòd cū causam

DE DILATIONIBVS.

Quia iudicio cœpto solent litigantes inducias petere quandoque ad positiones: quandoque ad probationes faciendas: ideo, &c. Et aduerte secundum Gof. quod licet rub. sit generalis, tamen decre. huius tit. loquuntur de dilationibus, quæ dantur ante litis contestationem. Et sic not. quod rubrum qnq; est generalius nigro.

De hac materia habetur 3. q. 2. & 3. & 5. q. 2. per totum. Abb. Sic.

Dilecti filij.] Si detur nimis breuis terminus peremptorius vbi non subest necessitas, licitè appellatur. Et sunt duæ partes. In prima appellantis prosecutio. In secunda ipsius appellationis commissio. Secunda ibi, Quia vero. Abb. Sic.

CASVS. Inter abbatem & monachos de Heñ. ex vna parte, & moniales de Acden. ex altera, super ecclesia

† Post cōcil. Lateran. sub Alex. iij. par. 3. c. 5. vbi est integra facti species.

‡ Vide l. properandū. §. & si q. dē. ad de hic Host. & alios lati⁹ hūc articulū disputantes.

clesia de Alten. coram decano & archidiacono Linconiensi à sede Apost. delegatis qō vertebatur. iudices prędicti ad petitionem monialium citauerunt monachos & perēptorię, & nimis breuem terminū statuerunt: abbas & monachi timentes se à iudicibus aggrauari, eo q prima vice terminū peremptorium & nimis breuē statuerunt, ad sedē Aposto. appellauerunt, rescribit Papa iudicibus, dicens, quia nō spectat ad iuris ordinē diē peremptoriū taliter maturare & pręcipue cum agitur de rebus Ecclesiasticis, nisi necessitas immineret. Vnde mandat Papa quatenus si est ita, quicquid factum est post illā appellationē, totum debeat in irritum reuocari, & iuxta priorū continentiā litterarū in causa procedi. Nota q prima vice peremptoriū proponi non debet, nisi ex magna causa, & appellatio propter hoc facta valet, vt hic patet.

quæ vertitur inter ipsos & Moniales de Ledē. super ecclesia de Alten. decano & archidiacono Lincon. commiserimus terminandam: ipsi timētes se à iudicibus aggrauari, eo quod ad primam citationē terminum sibi nimis [a] breuem & peremptorium statuerunt, † ad nostram audientiam duxerunt appellandum: & infra. ¶ Quia verò non spectat ad iuris ordinem diē peremptoriū, [b] maximè cum de rebus ecclesiasticis agitur (nisi fortè necessitate vrgente) taliter maturare. Mādamus, quatenus si est ita, reuocato in irritū, quicquid inueneritis post appellationē huiusmodi attentatum: in causa iuxtà priorū tenorem litterarum procedatis.

† Vide l. contumacia. ff. de re iud. & ibi les denunciationes. C. q o & qū iudex.

a Nimis breuem.] sed quem terminum dicit nimis breuem, cū hic non exprimat quot dierū terminū iudices statuerunt? hoc relinquo arbitrio iudicis inspecta qualitate negotij, & locorum distātia. j. de app. l. cum sit Romana.

ADDITIO. Circa mediū. versi. quicunque. & in auth. de litig. §. si verò causam. coll. 8.

[Glo. seq. reci. per q. Nūquid ex causa, &c. sol. q sic. quod probatur per duo similia. In fine. instruit iudicem.]

b Peremptoriū.] quod esse non debet, imò tribus edictis vel vno peremptorio quod cōtinere dēt tm̄ tēpus quā tria edicta. 24. q. 3. de illicita. circa mediū. vers. q. ūque. & i auth. delit. §. si verò casu. coll. 8. & ff. de re iu. cō tumacia. & ff. de iud. ad peremptoriū, & l. nonnunq̄. vñ quia nimis breuē terminum statuerunt, iusta fuit cā appellandi, ex cā tñ peremptorium illud pōt moderari sicut iudex viderit expedire s ff. de iud. l. nonnunq̄. & j. de offi. deleg. consuluit. circa fi. & hic vers. nisi fortè sicut tēpus; quod dat cōdēnatis, arbitrarium est. ff. de re iu. q ad consultationē. & ff. de re iud. l. 2. sic & tempus appellationis pōt moderare iudex. j. de appe. cum sit Romana. & c. cum speciali, & qui ex causa nimis breue terminū peremptorium statuerit, exprimere dēt cām in citatione, vt pars illa causam non habeat appellandi. supra de in integ. rest. cum ex litteris. in fine.

Secundum conditionē causæ personarū & temporis. Io. A.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, si per litteras citatorias plenè potuit instrui, & deliberare super eo de quo quæritur.*

Præterea.] Communis diuisio. Secunda ibi, Quia. Abb. Sicul.

CASVS. Aliqua cā commissa est alicui iudici delegato: ipse citat reū, & in litteris citationis inserit tenorem rescripti, vt reus eo viso deliberare valeat super eo, de quo cōuenitur: reus in termino constituto, & libello sibi oblato petit inducias ad deliberandū: actor dicit quod nō est audiendus, quia benè potuit deliberare si voluit ī spatio dilationis: quęrit qd iuris sit? Rñdet q si reus ad iudiciū vocatus potuit instrui sup eo d quo pueniē ex rescripto sibi cōmisso, induciæ deliberatoriæ nō sūt ei vlterius indulgendæ sed procedere debet iudex in negotio sibi commisso. Nota q iudex delegatus tenorē rescripti debet inserere in litteris citationis: & illæ induciæ tūc erunt deliberatoriæ, ita q reo ad terminum veniente recepto libello statim debet rñdere, nec habebit inducias ad liberandū, si ex rescripto instrui plenè potuit, quia non debet certiorari qui certus esse potuit & noluit.

CAP. II.

PRæterea † adiecisti, quòd cum causæ tibi à sede Apostolica delegātur, & ī litteris citatorijs rescriptum Apostolicum inseris, vt eo viso deliberare [c] valeat, qui ab altero cōuenitur: & inf. ¶ Quia igitur quid agendū sit in hoc casu, deinde ras edoceri, taliter respōdemus: quod reo ad iudicium legitimè conuocato, † si ex rescripto sibi transmisso plenè potuit [d] instrui super eo, de quo in iudicio conuenitur, induciæ deliberatorię non sunt vlterius indulgēdæ: sed procedendum potius est ad examinationē causę, & ad finem ei debitū imponendum.

† Cap. 2. de tit. in ū. cōj.

† al. conuocato.

¶ Honorius tertius Fereno † episcopo.

† al. Florentino.

† al. Ferentino.

¶ *Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, noua induciæ deliberatoriæ dāda non sunt, si expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate. h. d.*

c Deliberare valeat.] simile 3. q. 3. offeratur. & in auth. de litig. §. omnem. coll. 8. Bern.

[Gloss. seq. tractat quomodo littera plenè instruat, vt dicit tex. & de dilationibus testiū, & quomodo dentur & qualiter.]

d Plenè potuit.] quia in litteris continetur quid velit petere, & causa petēdi, & qualiter agere velit, & res à parte specificantur: qđ facere debet qui aliquid petit. s. de libe. obl. c. 2. & 3. vbi de hoc. & ff. de rei vēd. si in rem. sed raro contingit q per litteras Papæ oīa sic specificentur. sic & in criminali debet apponi in litteris citatorijs quicquid reo obijcitur, vt paratus veniat, 5. q. 2. si Primates. Quidam vero ad cautelam in fine citationis apponunt libellum actoris, vt sic plenè deliberare possit: & si tunc per litteras vel libellum plenè instrui potuit, non debet aliās inducias deliberatorias habere, 3 qa potuit plenè esse instructus, nisi forte ad quærendum aduocatū, & consilia amicorū. 3. q. 3. de inducijs. & ff. quib. ex cāu. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. sed in hoc casu cū ad libellū debeat rñdere de ipso facto, non dabuntur induciæ ad quærendum aduocatum. arg. j. de iud. pasto ralis. quia per factum ipsum de quo agitur debet scire vtrum verum sit quod ab eo petit vel non aliās enim dilatio semper danda est ei qui vocatur ad iudicium. 3. q. 3. offeratur. sed actori dilatio ab initio dari non debet, quia instructus venire potuit. 3. q. 3. spatiū. versi. et autem. Item dantur dilationes gratia testium vel instrumentorum quandoque secundum distinctionem illius legis. C. eodem. l. 1. & 3. quæstio. 3. §. spatium, dilationes istæ hodie videntur arbitrariæ, vt index

2 al. hēlē si tē ad delibe rādū sup ō ceptiōe libelli, tm̄ sm Host. cet oblato libelli eat induc... da ... ad deneg... das delibe torias nō t ad ferend... sntam se Inn. ... erit necē q libel... rū in me... offerat p ti. C. de ... test. l. ... & aut. ... ... & ... te ... no. ... chare. ... nec da ... tio ... prede... hoc C. adeste. ... mitti, ... gites in libro cultas, Io. And.

dex consideratâ locorũ distantia, & tẽpis qualitate, inducias concedat. arg. ĩ. de appel. c. cũ sit Romana. c. cũ speciali. vltra medium. & ĩ. de re iud. quod ad consultationem. nisi fortè illis de quibus dr̃ 3. q. 3. §. spatium. & C. eodem. l. 1. In illis inducijs non debet iudex maiorem dilationẽ dare; sed illas benè potest abbreuiare, vt ex illa litera patet. In pecuniarijs causis tãtum vna dilatio debet dari, & illa sine causæ cognitione: secunda vel tertia dãda non est, nisi causa cognita. ff. eo. l. vlt. & l. oratione. In criminali dantur duæ actori, tres reo. ff. eod. l. vlti. Et dilatio dari debet iudice sedẽte pro tribunali: & vtraque parte præsente: & causa cognita de plano, vel semiplenè. 3. q. 3. §. spatium. versi. à iudice. Et data dilatione iudicis officium conquiescit donec tempus dilationis effluxerit. C. eod. l. siue pars. & ĩ. de appella. cap. significante. Item iudex debet dare dilationem quandoque ad malitiam rei conuincendam. ĩ. de do. & contum. cap. prout. & cap. cum olim. versi. volentes. Item potest facere gratiam etiam post peremptorium. ĩ. de offic. deleg. c. consuluit. vltra medium.

CAP. III.

Litteræ tuæ ac petitio presbyteri † sanctarum Priscę & Aquilæ de vrbe, nobis exhibitæ continebant: & infra. ¶ Idem presbyter contra nobiles viros A. & G. libellum ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentem, quòd pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiæ elapsis iam tribus annis[a], & vltra. Nobilibus verò ipsis petẽtibus, vt explicaret ipsis spatiũ, quod per hanc adiectionem (& vltra) significari volebat: & ipso presbytero exprimẽte, quòd septem annis fuerat in dictæ pensionis solutione cessatum: ijdem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas qa denegasti eisdẽ, ad nostram audientiam appellauerunt. ¶ Nos igitur appellationem huiusmodi friuolam reputantes, mãdamus, quatenus ea nequaquam obstante, in negotio ipso ratione præuia procedas[b], iuxtà priorum continentiam litterarum.

¶ Greg. ix. abbati Aquæ viuæ Turonen. diœces. & archid. Turonen.

¶ *Si citatus in causa ardua de longinquo vocatur pro publica vtilitate, etiam ad locum iudicij, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco iudicij, sed habebit nouas inducias. hoc dicit notabiliter.*

CAP. IIII.

Exposuit nobis Bituricensis archiepisco-

Litteræ tuæ.] Per declarationem libelli per quem natura negotij non mutatur, nouæ dilatoriæ non dabuntur. h. d. Ioan. And. Diuiditur. nam in prima ponitur iudicis consultatio, & appellantis petitio. In secunda ibi, Nos igitur. responsio, & appellationis repulsio. Abbas Siculus.

CASVS. Inter presbyterum sanctarum Priscæ, & Aquilæ de vrbe, & quosdam nobiles A. & G. corã episcopo Ferentino super possessione quarundam possessionum quæstio vertebatur: presbyter nomine ecclesiæ suæ obtulit libellum prædictis nobilibus, continẽtem, quòd pensio de possessionibus quibusdã pertinentibus ad ecclesiam suam, ipsi ecclesiæ soluta non fuerit iam tribus annis, & vltra: ipsi nobiles petierũt explicari spatiũ, quod per hanc dictionẽ (& vltra) significare volebat, & presbyter expressit, quòd septem annis elapsis fuerat in solutione prædictæ pensionis cessatum: ijdem nobiles dicẽtes libellum esse per huiusmodi expressionem mutatum, longiores petebant inducias ad deliberandum: & quia iudex hoc denegauit, appellarunt, Papa verò appellationem huiusmodi friuolam reputãs, mandat episcopo, quatenus ea non obstante procedat in negotio ipso, iuxtà priorum continentiam litterarum. Not. quòd propter leuem expressionem in libello factam non debet quis habere nouas inducias: cum in prima dilatione deliberare potuit. Item not. quòd omne verbum dubium in libello declarari debet.

[Glo. seq. tractat de emphyteuta ecclesiæ & priuati conductore ad tempus longum, & rei fiscalis. Secundò ostendit, quòd si declaratio aliquid addidisset, vt si peteretur pensio, deliberatoria dari debuisset.]

a Tribus annis, & vltra.] si quis 1 non soluit pensionem rei ecclesiasticę in emphyteusim datę per bienniũ cadit à iure suo. 10. q. 2. §. hoc ius porrectũ. versi. qui rem huiusmodi. & ĩ. de loca. c. pen. & vlt. hodie verò põt emphyteuta purgare morã, si clerici restitutione sibi prospexit, vt in dictis decr. In re priuati requiritur trienniũ. C. de iure emphy. l. 2. Idem est si colonus cessauerit in solutione pẽsionis per bienniũ in re sibi locata. ff. locati, q̃ro. §. inter locatorẽ, & hoc cum ad lõgũ tempus fuit locatio facta. Pro re aũt fisci similiter cadit à iure suo. ff. de pub. & ve. l. vectigalia. §. nondũ solutis. tamẽ sine auctoritate principis agri publici reuocari à curatore fisci non possunt, qui perpetuò locati sunt. ff. de pub. & vecti. cotẽ ferro. §. agri. Hæc autẽ adiectio, [& vltrà] nisi aliter exprimerẽ, ad modicum tẽps referẽ. ff. de verb. sign. hæc adiectio, & licet p hãc adiectionẽ [& vltra] nõ cõstet de certa quãtitate tẽporis 2 nil nocet quãtũ ad iudicẽ & reum quia certi sunt super hoc quod dixit, post triennium. quod tempus sufficit ad condemnationem: quod patet per iura prædicta. vnde superfluè additum fuit [& vltrà.] & pro nihilo petebatur determinatio illius, quantùm ad rei restitutionem: vnde non debuit eis dare tempus vlterius ad deliberandum, quia plenè potuit instrui per libellum primum sine vlla adiectione. ĩ. c. proxi. Si verò pensio tantùm subtracta peteretur: quæ diceretur non soluta tribus annis [& vltra] tunc benè peteretur, vt determinaretur illud, & vltra: quia quantũ ad illud tempus non potuit 3 deliberare reus, per primum libellum: & ideo facta expressione illius temporis, debet habere inducias ad deliberandum. ff. de testa. hæredes palam. §. quod verò quis. si per primum libellum deliberare non potuisset: sed hoc satis potuit deliberare. 3. quæst. 3. offeratur. de hoc dixi supra de libel. obla. c. pen. & sic patet, quòd vbi quis plenè potest instrui per primum libellum, licet aliquid addatur quod non mutet naturam negotij, non habebit nouas inducias. Bernardus.

1 Vide Iuliũ Clarũ tract. de emphyteusi. q. 8. & seq. & Antoniũ Gomez. tom. 2. var. resolut. c. 3.

2 Concor. ff. furti. ff. de. lit. iur. & l. ab hostib. §. sed quia simpliciter. & ibi glo. ff. ex q. ca. ma.

3 Vade alternatiuè dixit Inno. vel dic, quia necesse esset danda dilatio: qa & super possessionib. conueniebatur, & super toto negotio inducias habuerant: & ideo super eo debuerũt deliberare. Ioan. And.

b Procedas.] & ita quando appellatio frustratoria est, remittitur ad eum à quo appellauit. infra de appe. cum in ecclesia, & c. vt debitus. & in expensis debet condemnari, vt ibi dicitur.

Exposuit nobis.] Si post citationem ad causam reus pro publica vtilitate vocetur, circumducitur peremptorium, & habebit nouas inducias. Ita cõmuniter summatur. sed ista summatio est nimis generalis. quid

quid enim si causa non est ardua, & reperitur citatus in loco iudicij post expeditionem publicæ vtilitatis: vel fuit vocatus eo tempore quo iam deliberauerat vel potuisset iam deliberare si voluisset? Certè teneretur respondere: vt satis innuit ex ratione literæ. Diuidit quia prima pars narrat factum. secunda ibi, Nos igitur. interloquitur, & prima continet plura, vt in ea patet Abbas.

te, nisi id in rescripto contineatur: nisi in casibus quos habes ĩ. de iudicijs. (lib. 6.) iuris esse ambiguum. quæ est Innoc. iiij. in Concilio Lugdunensi.

¶ Glo. seq. recitat per quæstionem, an procurator rei simpliciter constitutus domum reuocet, vel declinet forum; & tenet quòd sic: quia. &c.

† al. præcepti.

† Vide text. in l. 1. & ibi glo. & doct. C. eod.

† al. præsentiam.

CASVS. Inter Bituricenses & Burdegalenses archiepiscopos vertebatur quæstio super iure primatiæ. Papa citauit Burdegalensem archiepiscopum vt ad initiũ Quadragesimæ per se vel idoneũ rñsalẽ ad præsentiam suam accederet: quem terminum sibi peremptorium assignauit Bituriceñ. archiep̃o super iure primatiæ r sponsurus, postmodum verò dictus Burdegaleñ. pro subsidio Ro. ecclesiæ vocatus ad præsentiam dñi Papę personaliter accessit: dictus Bituriceñ. in curia constitutus postulauit instanter vt Papa in negotio primatiæ procederet. Burdegal. ad propria rediens quẽdam constituit procuratorem qui saluis exceptionibus sibi cõpetentibus, in rñdendo & defendendo omnia faceret, quæ ipsemet Burdegaleñ. facere posset. Bituriceñ. archiepiscopus petijt, vt dictus procurator rñderet eidem: ille excipiendo proposuit, se ad hoc nõ teneri. quia pro alia causa, scilicet, pro publica vtilitate dictus Burdegaleñ vocatus fuerat qualiter pro absente debuit reputari: & priuilegium reuocandi domum haberet: & adhuc non deliberauerat cum suffraganeis suis & alijs, quorum consilium causa ista requirit: nec habuerat tẽpus in quo ad vtrumque negotium potuerit esse paratus; ex aduerso fuit rñsum, quod cum ipse prius vocatus fuisset super quæstione præmissa, non fuit intentionis Papæ primum mandatũ per posterius reuocare, & tantum tempus habuit; vt benè potuerit deliberare super vtroq; negotio. dñs Papa de consilio fratrum suorum dilationem adhuc sibi concessit vsque ad festum Natiuitatis Dñi. No. quod qui ad curiam Romanam vocatus est propter publicam vtilitatem eccle. Rom. non tenetur tunc suis aduersarijs respondere: licet Papa sit ordinarius omnium, sed habet ius reuocandi domum.

pus: & infra. ¶ Burdegalensi archiepiscopo dedimus in mandatis, † vt super iure primatię, quam in eo & in prouincia sua dictus Bituricen. archiepiscopus se habere proponit, ad initium proximè preteritæ Quadragesimę (quod ei terminum peremptorium [a] assignauimus) per se, aut per procuratorem idoneum, se cõspectui nostro præsentaret. † Cumque postmodum personaliter [b] vocatus pro ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram audientiam † accessisset: dictus Bituriceñ. archiepiscopus apud sedem Apostolicam constitutus, postulauit instãter, vt in eodem negotio procedere deberemus. Idem verò Burdegalensis archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se procuratorẽ in ipso negotio: qui (saluis [c] exceptionibus sibi competẽtibus, in respondẽdo, & defendendo, ac alijs) omnia faceret, quę in propria erat persona facturus. Petẽte ergo archiepiscopo supra dicto, vt præfatus procurator responderet eidem: ille excipiẽdo proposuit, se ad hoc non teneri, cum pro alia maiori causa, pro publica scilicet vtilitate, [d] dictus Burdegalẽsis vocatus, pro absente reputari debuerat, † & reuocandi domum priuilegium † habuisset. Nondũ etiam super hoc deliberauerat cum suffraganeis [e] suis, & alijs, quorũ consilium tam ardua

c Saluis exceptionibus.] & ita protestatio valet. supra de electio. Cumana. vbi de hoc. & ĩ. quod metus cau. perlatum alias si hoc non dixisset, videretur consentire vt responderet aduersario, nec haberet ius reuocandi domum, vt videtur. Sed certè contrarium credo. si enim simpliciter constituisset illum procuratorem, posset opponere exceptiones domino cõpetentes: imò ad hoc tenetur: exceptio enim, quæ competit reo, competit fideiussori. ff. manda. quia de mutua. alias est l. idem. ue. §. generaliter. & si sciente illã omittat, imputatur ei. ff. de excep. omnes exceptiones. & ff. de fideiuss. ex persona. & procurator ad ea omnia intelligitur constitutus, quæ ad causam spectare videntur. argu. ĩ. de offi. deleg. præterea. & c. cum olim. 1. & ff. de procu. ad legatum. & l. ad rem mobilem. & ita ad cautelam quandoque talia dicuntur, vtilior tamen est protestatio, vt cum aliquid proponitur protestatur sic, saluo iure meo, vel, saluis alijs exceptionibus mihi competentibus. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. 1.

d Vtilitate.] cum enim Burdega. pro publica tantum vtilitate vocatus fuisset ad illum terminum, non debebat tunc conueniri, imò ius reuocandi domum habebat. in Auth. de san. epi. §. si verò epi. coll. 9. Item pro alia causa iusta ius habet reuocandi domum. ĩ. de foro comp. c. vlt. vbi de hoc. & plures aliæ causæ sunt ex quibus ius reuocandi domum quis habet. ff. de iud. l. 2. §. legatis. & 5. q. 2. cap. 1. & ideo induciæ prorogant huic, vt dicit in fi. alias officium suum esset damnosum ei, quod esse non debet. ff. de fur. si seruus communis. §. quod verò. & ff. quemadmodum testam. aperi. sed & si quis. & ff. quib. ex cau. ma. l. videlicet. & 4. q. 3. §. venturis. nec debet damnum consequi vnde præmium meretur. ĩ. de fideius. peruenit. & ĩ. de renun. sane Ber.

a Peremptorium.] Sic enim iudex propter distantiã viarum ex causa prima vice potest peremptorie citare. ĩ. de in integ. restit. cum ex litteris. in fi. & ĩ. eod. c. 1. Ber.

b Personaliter.] cum quis personaliter vocatur per Papam, non sufficit mittere procuratorem. ĩ. de maiori. & obe. c. vl. & ĩ. de do. & contu. cum dilecti. arg. sic: cum alicui aliquod negotiũ personaliter committitur, alij cõmittere nõ potest. ĩ. de offi. dele ga. quoniã Apostolica. §. is autẽ. & ĩ. de rescri. cum dil. &a. tñ delegatus non potest iubere partes corã se personaliter cõparere, nisi id in rescripto contineatur

e Cum suffraganeis.] cum quibus, & etiam cum capitulis cathedralium ecclesiarum debet deliberare, cũ eorum intersit. ĩ. de ma. & obe. c. vlt.

ADDITIO. Vnde appellantur induciæ ad tractandum super iure primatiæ, vt sequitur. & quia quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari, vel reprobari. sup. de off. archid. ad hoc. Vel dic quod ideo dandæ sunt induciæ, scilicet propter causam superuenientem propter quam nouæ induciæ dandæ sunt. ff. de inter. actio. de ætate. §. ex causa. alias dandæ sunt. sup. eod. c. secundo & tertio.

a Nec

Hę tres rulæ nõ t in vetu exempla m.

a Nec tempus.] scilicet sufficiens: ideo ampliantur ei induciæ super hoc, vt sequitur.

b Imminere.] idest, intendere & deliberare. sic exponitur 88. dist. consequens.

c Indulgentiam.] i. suffraganeorũ nomine; & ita intelligit. ī. de testi. in inte. coram, in fin.

DE FERIIS.

¶ Viso supra de dilationibus, quæ dantur à iudice: videndum est de dilatione, quæ datur à iure: iõ, &c. ita continuãt Gof. & alij. Vel dic, ꝙ feriæ largo modo sũt dilatiões: iõ, &c.

De ferijs causarũ & alijs colendis, habetur 15. q. 4. & de consec. di. 3. c. 1.

De ferijs aũt nuptiarum habetur 33. q. 4. abbas.

OMNES dies.] CASVS. Dicit hic quòd omnes dies Dominici sunt à vespera in vesperam feriandi, & ab omni opere seruili obseruandi: nec in eis mercatum, vel placitum fieri debet: nec aliquis ad mortem, vel ad pœnam sanguinis iudicari: nec sacramenta præstari debent, nisi pro pace vel magna necessitate. Noc. ꝙ omnes dies Dñici sunt feriandi. Itẽ iudiciũ mortis vel sanguinis die Dominico exerceri non dẽt. Itẽ multa i necessitate licet, q̃ aliàs non licerent.

d Omnes dies Dominicos.] sic ī. eo. c. vlt. & C. eod. tit. oẽs. quod dicit de vespera sabbati non seruatur quantũ ad causas. Imò põt iudex procedere vsque ad illam horã, qua possit perficere qđ incœ bit ante noctis tenebras. ī. de offi. deleg. cõsuluit. 2 Sed quantum ad celebrationem officiorum hoc dicitur ī. c. proxi.

causa requiritur: nec tempus [a] habuerat i quo ad vtrumque negotium valuerit (sicut expediret) esse paratus. Sed pars altera è cõtra respõdit, quòd cũ super quæstione prędicta prius fuerit euocatus, nostræ intẽtionis nõ fuerat primum mãdatũ per posterius reuocare: temporis quoq; spatium habuerat tam prolixum, vt potuisset si voluisset, sup causa deliberare præ dicta, sicut fecerat cum quibusdam: & cõmodè vtrique negotio imminere: [b] & infra. ¶ Nos igitur de concilio fratrum nostrorum, vsque ad proximũ † venturũ festũ natiuitatis Dominicæ, dilationẽ adhuc sibi duximus indulgendam. [c]

TITVLVS IX.

De ferijs.

¶ Ex † Concilio apud Compendium.

¶ Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari.

CAP. I.

OMnes dies Dominicos [d] à vespera in vesperam, cũ omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstinere: vt i eis mercatũ minime fiat, neque placitũ neque aliquis ad mortẽ [e] vel ad pœnã iudicetur: nec sacramenta (nisi [f] pro pace, vel alia necessitate [g]) præstentur.

¶ Alexander tertius.

¶ Festorũ principiũ et finis, fieri debet secundum ipsorũ magnitudinem, & consuetudinẽ regionis hoc primo. In præcipuis festis, & intra Pascha & Pentecosten, non fit solemnis genuum flexio. Si tamen tunc clerici, vel episcopi ordinentur, secundũ ordinationis modum genua flectuntur hoc secũdò. Romana ecclesia speciale festum de Trinitate non facit, seruatur tamen de hoc eiusq; ecclesiæ consuetudo hoc tertiò.

CAP. II.

QVoniam † in parte & infra. ¶ Licet scriptum † sit, [h] de vespera in vesperã celebrabitis sabbata vestra festorum tamen principium & finis, iuxta corũ qualitatem, & diuersarũ regionum consuetudinẽ debet attendi: & sicut magnitudo dierum exigit, prius [i] incipere & tardius terminari: & infra. ¶ Diebus autem Dominicis, & alijs pe-

Pax & fama, fides reuerentia, & cautio damni Defectus veri, sibi poscunt magna caueri.

QVoniam.] Tria sunt dicta. secundùm ibi, Diebus. tertium ibi, Præterea. Abb. Sic.

CASVS. Primo dicitur ꝙ in festis celebrandis dierum magnitudo & regionis consuetudo attendi dẽt. Secundò dr, ꝙ dñicis dieb. & alijs pcipuis festiuitatibus, & à Pascha vsq; ad Pẽtecostẽ nullus debet flectere genua nisi ex deuotione velit in secretò. Tertiò dr ꝙ in consecrationibus episcopoꝝ, & ordinationibus clericorum, consecrans & consecratus tantum genua flectere debent. Quartò dicitur, quòd festum sanctæ Trinitatis secundùm diuersarum regionem consuetudines, diuersis temporibus anni celebratur, ecclesia siquidẽ Romana festũ S. Trinitatis aliquo tẽpore specialiter non celebrat, cũ singulis diebus Gloria patri, &c. & similia dicant ad laudẽ Trinitatis. Not. ꝙ consuetudo regionũ in festis celebrandis debet attendi. Item consuetudo Ro. eccl. non est semper in omnibus seruanda.

h Scriptum sit.] ergo ita seruandũ est 6. quæstio. 3. scriptum est. ff. qui & à quibus ma. prospexit.

[Glo. seq. ponit 4. diuersos modos, quibus dies incipitur & finitur.]

i Prius incipere.] dies incipit & terminatur diuersis horis diuersis respectu: incipit in vesperis quã tũ ad officij celebrationẽ, vt hic, & canonicam computationem: Sctione iuris. 75. dist. in. qđ a patribus. quo ad iudicium incipit in mane, & terminatur in fine diei, ante noctis tenebras. ī. de offi. dele. consuluit. & in auth. de iud. §. sedebunt. coll. 6. quo ad contractus media nocte terminatur & incipit, vt in decr. consuluit. & ff. eo. tit. more. quo ad esum carniũ post cœnam. de consec. dist. 3. de esu. quantum ad obseruationẽ treugæ in ortu solis. ī. de treu. c. 1. & sm consuetudinem locorum consideratur hoc 76. dist. vtinam.

e Ad mortem.] maxime quia nec aliqua causa tunc tractari debet, nisi pietas obsuadeat. ī. eod. c. vlt.

f Nisi pro pace.] pro pace quidem omni die iurari potest, cũ sit opus pietatis 22. q. 1. oẽ quod. arg. ī. eo. c. fi.

g Necessitate.] puta pro fide, pro obedientia, pro fama. ī. de elect. significasti. vbi de hoc.

ADDITIO. Et isti casus cum quibusdam alijs patent in his versibus.

1. primũ.

Burchard. 1. 2. decr. c. Ioan part. 16. & c. 1. tit. in 1. q. Et p itel ętia roti lius tituli ferijs vi. Couarru. i li. 4. var. olut. c. 19.

dẽ Host. ebat. Pe. gi. ꝙ i vi la sancti, die sabba ost vespe nõ debẽt audiri. r ob. dec. lluit. q̃ i. igenda 6 iebus p. n. Io. A.

† Cap. 2. eo tit. in 3. cõp. & p intellectu, vidẽ Martinũ ab Azpilcueta in Enchiridio de ora. & horis cano. c. 4.

† Gene. 1. Exo. 16. & 20. Leui. 23. Nu. 28. Deut. 5.

3 Quia quo ad ordinandum mane coniungitur vesperi de tẽpo. ord. literas. Io. And.

puis [a] festiuitatibus, siue inter Pascha & Penteco sten, genuum † flexio nequaquam debet fieri: nisi aliqs ex deuotione id velit facere in secreto.[b] ¶ In consecrationibus † autē episcoporum, & clericorum ordinationibus, cōsecrans & consecratus tātum, genua flectere possunt secundum quod cōsecratonis modus requirit. ¶ Pręterea festiuitas sanctæ Trinitatis secūdū consuetudines [c] diuersarum regionū a quibusdam cōlueuit ī octauis [d] Pentecostes, ab alijs in Dominica prima, ante aduentum Domini celebrari Ecclesia [e] siquidē Romana in usu non habet, quòd † in aliquo tempore huiusmodi celebret specialiter festiuitatem, cum singulis diebus Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, & cętera similia dicantur ad laudē pertinentia Trinitatis.

¶ Idem Tributien. archiepiscopo. †

¶ Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi seruili intendere, maxime circa rem tempore perituram, hoc dicit.

CAP. III.

LIcet † tam veteris quam noui testamēti pagina, septimum diem [f] ad humanā quietem specialiter deputauerit: & tā eum quàm alios dies maiestati [g] altissimę deputatos: nec non natalitia sanctorū martyrū [h] ecclesia decreuerit obseruanda: & ī his ab omni opere seruili cessandum; & infra. ¶ Indulgemus vt liceat parochianis vestris, diebus Dominicis, & alijs festis (prćterquā in maiorib. [i] anni solēnitatib.) si alecia [k] terræ se inclinauerint, eorum captioni, ingruēte necessitate intendere: ita quòd post factam capturā, ecclesijs circumpositis, [l] & Christi pauperibus, congruam faciant portionē.

¶ Clemens iij. aliàs Celestinus.

¶ Tres septimanæ, quibus canon prohibet fieri nuptias ante festum Ioannis Baptistæ, non continuantur festo, sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus.

CAP. IIII.

CApellanus † tuus (fra

a Pręcipuis.] quæ enumerantur de consec. distin. 3. cap. 1. & ī. eod. c. vlt.

[Glo. seq. signat contrarium.]

b In secreto.] arg. ǭ. 30. dist. c. vlt. & 76. dist. scito. 1 sed illa ǭria intelliguntur cum determinatione istius.

c Cōsuetudines.] simile 12. dist. illud & c. illa. & 76. dist. vtinā. & ī. de sepultur. certificari. & sic consuetudo cuiuslibet loci seruabitur.

[Gl. seq. cum seq. duo ǭria signat.]

d In octauis.] argu. ǭ. ī. eod. capellanus. vbi dī ꝙ Pentecostes caret octauis.

e Ecclesia siquidem Romana.] & sic ē arg. ꝙ consuetudo Romanæ ecclesię non est ab alijs obseruāda. arg. 11. dist. quis nesciat. arg. contra 12. distin. nouit. & c. non decet. Ber.

LIcet tā veteris.] Propter necessitatem diebus festis piscari licet: seu licet intendere rei tempore perituræ. Et primo ponit diuinum præceptum. Secundo propter necessitatem dat indulgentiam contra illud, cū determinatione: ibi, Indulgemus. Abb.

CASVS. Dicitur hic, quòd licet tam ī veteri quam in nouo testamento, septima dies data fuit ad requiem, & ecclesia festa sanctorum martyrum decreuit obseruanda; indulget tamen dominus Papa quibusdam piscatoribus, quod diebus Dominicis & alijs festis minorib' ingruente necessitate possint capturę piciū intendere: ita quòd d. captura illa ecclesijs circūscriptis, & pauperibus congruam faciant portionem. Not. ꝙ dies Dominicus deputatus est ad requiem. Item necessitas facit licitum quod alias est illicitum.

f Septimum diem.] vetus testamentum ad literam præcipiebat sabbathum custodiri. Nouū verò spiritualiter illud seruat, primam diem pro septimana celebrando. a sicut enim carnalia sacramenta ad literam seruare non possumus: ita nec sabbathum ad literam licet seruare. de consec. dist. 3. peruenit ad me.

g Maiestati.] infra eod. cap. fin. & C. eod. omnes dies.

h Martyrum.] infra eod. cap. fin. & de consec. distin. 3. cap. 1.

i Maioribus.] vt puta natiuitatis Domini, diei Epiphaniarum, Paschatis Ascensionis Domini, & Pentecostes.

k Alecia.] genus piscis est, & rarò & certis diebus apparet, ideoque propter necessitatem facilius indulgetur Dominicis diebus, vt captioni intendant. sic enim propter necessitatem, vel pietatē posset eodem die iudicium exerceri. ī. eo. c. vlt. & ff. eo. tit. l. solet. 3 & l. penul.

l Ecclesijs circumpositis.] quibus propter eandem necessitatem congruam faciant portionem, & præcipue illis in quarū territorio captio facta est: quia quasi decimæ prædiales esse censentur: vnde saltem pro decima parte eis soluant. ī. de decim. ad Apostolicæ.

CApellanus.] cōmunis diuisio. secunda ibi, Quia ergo Abb. Sic.

CASVS. In canonibus dī ꝙ nuptiæ celebrari nō debent in tribus hebdomadis ante festū beati Ioannis Baptistæ. Quidam dicebant septimanas illas sine aliqua interpellatione continuandas ipsi festo: Alij volunt facere interuallum inter ipsum festum, & illas hebdomadas: & ob reuerentiā festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ festiuitas Pentecostes solet in septimanis ipsis interuenire quandoque: & sic à tribus diebus Rogationum, ante Ascensionem Domini vsq. ad octauum diem post Pentecosten, computetis illis septimanis illo tantum temporis spatio nuptias celebrari non permittunt: postea verò nullatenus nuptias impediunt celebrari: quæsiuit quidam episcopus per capellanum suum quæ istarum opinionum melior esset. Respondet Papa, quòd consuetudo est Rom. ecclesiæ, vt quocumq; tēpore matrimonium contrahatur, per consensum legitimum de præsenti: tamen à septuagesima vsque ad vij. diem post Pentecostem nuptiæ celebrari non finuntur: & postea sine differentia celebrantur: siue sint tres septimanæ vel plures ante festum beati Ioannis: ideo posterior sententia meliori & subtiliori & ratione iuuatur: & sine secundum canones à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, siue post vij. diem festi Pentecostes nuptiæ suspendantur in Dominica quæ sequitur, & deinceps licitè celebrantur. Nota quod illa sen-

† Et ibi rō reddit, quare his dieb' nō fit genuū flexio I. An.

† Genuū flexiones qñ & qualiter fieri debeant, vide Burcardū li. 13. c. 3.

† al. cōsecratione.

† al. vt.

† In plerisq; antiqs codicib' epo. legitur, non archiepo.

a Verbū, celebrādo, deest in veteribus codicibus.

† Cap. eod. tit. in compila. & p inte gētra vid copiose dit Ama. Albertin Rub. de h lib. 6. q. 1 quint' err n. 13. & & Coura lib. 4. va resola. c. nu. 4.

1 Septū. mensis & demum porcijs de reb. tpe vel m te prim sunt. Io. A.

† Cap. tit. in & vide chars. 13. do

illa sententia semper debet obseruari, quę meliori ratione & subtiliori innititur. Item cōsuetudo Romanę ecclesię debet seruari.

a Statuta canonica.] 33 quęst. 4. non oportet 2.

b Continuandas.] ipso festo B. Ioannis.

c Alij verò.] in his verò quæ ad sollemnitatem spectant, diuersa tenere non est peccatum: quia vnaquęque prouincia abundat in suo sensu 76. dist. vtinam. & 12. dist. illud. & c. illa. & J. de sepul. certificari. 1 0. di. nouit.

d Quocunque tēpore.] Et ita quolibet tempore potest matrimonium contrahi; sed nuptiarum sollemnitas tantùm his diebus (ne carnaliter coniungantur) prohibentur, simile J. de matrimo. contracto contra interdictum ecclesię. c. 1. & secundum hoc intelligetur 33. q. 4. nō oportet, 1. & 2. & c. seq.

ADDITIO. Vnde versus.

Ecclesia vetitum necnon tempus feriatum.

Impediunt fieri permittunt facta teneri.

e Consensu legitimo.] scilicet mutuo: quia solus consensus facit matrimonium. 27. q. 2. sufficiat. & J. de sponsalibus c. si inter virū & vxorē. 1

[Gl. seq. recitetur per obiectionem.]

f Subtiliori.] Subtilitas hic commendatur: sed alibi non excusat errantes in fide. 24. quęstio. 1. schisma. Alibi etiam subtilitas perniciosa est, C. ad Trebel. sancimus. & sup. de iud. dilecti. & c. examinata. nec de apicibus iuris est disputandum. ff. mand. si fideiussor. §. quedā.

C Onquestus.] Dividitur: ga duo

In oībus nuptijs incipitur hebdomadis.

¹ Vox natiuitatis, deest in antiquo codice

Vide cōcil. ... doctrina e sacra. ma ... can. 11. ... refor. ma ... Laodic. ...

De hac re ... conci. ... ad septimam diem.

...

ter episcope) coram nobis ex parte tua ꝓposuit, quòd cum statuta ᵃ canonica declarent, nuptias tribus septimanis † ante festum natiuitatis † beati Ioannis Baptistæ minimè celebrari debere: quidam hebdomadas illas, absque interpellatione continuandas ᵇ intelligunt. Alij ᶜ verò inter festum & ipsas volentes facere interuallum, illud tamen dicunt ob reuerentiā festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ ī septimanis istis solet interuenire quandoque: & sic à tribus diebus rogationum ante Ascensionem Domini īchoantes, vsque ad octauum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantum spatio temporis celebrari nuptias † non permittunt, earum celebrationem abinde nullatenus inhibentes. ¶ Quia ergo consulti fuimus, vtra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris apparuit, quòd licet ea sit Romanæ ecclesiæ consuetudo, vt quocunque ᵈ tempore matrimonium contrahatur, † consensu ᵉ interueniēte legitimo de præsenti: quia tamen à Septuagesima vsque ad septem † dies post Pentecostē celebrari nuptiæ nō sinunt, & postea etiā tribus septimanis vel plurib. ante festiuitatē sancti Ioannis, sine differentia celebrant: posterior snia meliori & subtiliori ᶠ nititur ratione; & siue secundùm canones à Septuagesima vsq; post octauas Paschæ: siue iuxtà consuetudinem ecclesiæ Romanæ vsque post † septē dies festi Pentecostes (quod caret octauis) nuptiæ suspendantur; ī Dominica quæ sequitur, & deinceps possūt licitè celebrari.

¶ Gregorius nonus.

¶ In ferijs introductis in honorem Dei & sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium: ferijs tamen introductis fauore hominum: partes renunciare possunt.

CAP. V.

C onquestꝰ est nobis & infra. ¶ Quamuis nō protogari, ᵍ sed expediri † deceat: q̄stiones; debet tamen iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscuntur esse statuti: scilicet † natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis; cū septē sequētibus Ascensionis, Pentecostes cum duobus † qui sequūtur, natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatū omniū Virginis gloriosæ, duodecim Apostolorum, & præcipue Petri & Pauli, beati Laurentij, dedicationis beati Michaelis, sollemnitatis oīum Sanctorum, ac diebus Dominicis, cęterisque sollēnitatibus, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo duxerint sollemniter, venerandas; qui-

continet dicta. secūdum ibi ¶ Licet diebus. Abbas.

CASVS. Quęsitū fuit, qui essent illi dies quibus ob reuerentiā Dei iudiciorū strepitus conquiescere debet: & verū partes renūciare valeat ferijs illorū dierum? Rūdet Papa, ꝙ licet non protogari, sed expediri debeāt quæstiones: tū diebus illis qui ob reuerentiam Dei statutī sunt, iudiciorū strepitus conquiescere debet, & eus narrantur: hic dies illi: & illis vtique diebus sollemnibus vsq; adeo ab huiusmodi conuenit abstinere, vt etiam parti ius consentientibus, nec processus tunc habitus, nec sententia dieb. illis promulgata valeat, nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat: illis autem ferijs, quę gratia messium vel vindemiarū introductæ sunt, possunt partes renūciare vt tunc iudicialis processus & snia valeat. Not. ꝙ ferijs introductis ob reuerentiam Dei, nullus potest renunciare, nisi necessitas vel pietas aliud inducat. Item necessitas vel pietas non est sub lege. Item alijs ferijs potest renunciari.

g Non protogari.] infra de do. & contu. finem. & c. venerabilis. & C. de iudi. propterandum. circa prin. & boni pretoris est lites diminuere. ff. si cert. petatur. quidam. & J. de re iud. iurgantium. nec ꝑmittere debet prætor partes ad arma vel rixam venire, quas potest sua iurisdictione compescere. ff. de vsufruc. l. si cuius. §. æquissimum.

[Gl. seq. tractat de triplici feria solēni, solidās, ꝑ. ferijs introductis fauore hominū renunciari posse & ex causa eo tempore procedi.]

a Quibus.]

† al. post septimū diē.

† al. debeāt.

† Pro intelligētia, & deueritate huiꝰ textꝰ aduersus hæreticos vid. Thomā Vvaldēsem lib. 1. c. 141. d. sacramētalib. ad de Arnaldū Albertinū ī rub. de hær. li. 6. q. 12. §. quintus erro. n. 23. & seq. & Couarruuiā li. 4. c. 19. var. resolut.

† al. sci: cū duobus diebus, q̄ subsequuntur.

bus a vtique solemnibus feriis (nisi necessitas [b] vrgeat, vel pietas [c] suadeat) vsque adeo conuenit ab huiusmodi abstinere, vt consentientibus etiã partibus nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari.

¶ Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarũ vel messiũ ob necessitates hominũ indulgẽtur, ꝓcedi valeat, si de partiũ processerit voluntate:

TITVLVS X.

De ordine cognitionum.

¶ Clemẽns iij. Altrino † ẽpo.

¶ *Contra mulierem vendicantem aliquem in maritũ, admittitur exceptio consanguinitatis: quæ prius discutienda est, quam super matrimonio pronuncietur; & sufficit super ipso principali pronunciare hoc dicit.*

Ntelleximus.] De peremptoria exceptione ante sententiam iudex cognoscit: sed sufficit super principali pronunciare. Communis diuisio. secunda ibi, Inquisitioni. Abbas.

CASVS. Quędam mulier petebat quemdam in virum. induxit testes ad probandum suam intentionem. Vir timens sibi fieri præiudicium per testes illos, exceptionem consanguinitatis obijcit: per quã, petitionem mulieris repellere intẽdebat: quærebat an primò esset de impedimento consanguinitatis agendum, q̃ sup cũ matrimonij sentẽtia proferatur? Rñdet Papa, q̃ exceptione consanguinitatis ꝓbata, principalis q̃õ est perẽpta: & ideo de ipsa est antea cognoscendũ, q̃ ad diffinitionis articulum procedatur, quo cognito & probato, vir ab impetitione mulieris debet absolui. No. q̃ exceptio peremptoria ante sentẽtiã opposita debet examinari & cognosci de ipsa antequam sententia super principali q̃õne feratur: quia ex illa apparebit qualiter debeat formari sententia. Item super exceptione peremptoria siue incidenti, non pronunciatur, sed super principali q̃õne.

CAP. I.

Ntelleximus * † quòd cũ quædã mulier, peteret quẽdam in virum, testes ad suæ intẽtionis assertionem induxit: per quos pars viri futurum sibi præiudicium metuens, exceptionem consanguinitatis obiecit ex qua intẽdit petitionẽ mulieris elidi: & infra.

¶ Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quòd cũ exceptione probata, quæstio principalis perimatur, ante est cognoscendum [d] de

a Quibus vtiq; solemnibus ferijs.] not. q̃ feriæ dierum præcedẽtium introductæ sunt ob reuerentiã Dei, vt hic dicit in prin. & C. eo. tit. omnes dies. & dies festos. & solemnes feriæ apppellantur. Aliæ etiam feriæ dicuntur solemnes ob reuerentiã principis & honorẽ: vt dies natiuitatis suæ: vel dies principij de imperio. C. eo. omnes. Item & aliæ feriæ dicũtur solemnes, vt t̃ps messium: & tẽpus vindemiarũ, de quib. hic inferius sequitur. & ff. eo. tit. l. 1. & istæ feriæ inducũtur ad requiem laboris, [1] vt quiescant tunc homines à causis: & istæ feriæ inducuntur varijs temporibus s̃m diuersitatẽ locorum: quia q̃dã tardius colligit messes, siue vindemiam: quidam citius, ff. eo. l. præsides. Ferijs introductis ob reuerẽtiã Dei, partes renunciare non possunt, vt hic dicit expressè: alijs autem ferijs introductis ob fauorẽ hominum, benè possunt partes [2] renunciare, vt hic in fi. contra pelli tñ non possunt nisi in casibus ĩ. de iudi. significauerũt. & ff. eo. l. 1. §. vlt. & l. seq. aſs nõ valet sententia. & ff. eo. l. 1. & istæ feriæ omnes cõtinuæ sunt, & computantur in anno vel biennio appellationis prosequẽdæ, & quolibet die feriato potest q̃s appellare. sed non prosequi appellationem. C. e. l. 1. tempore messium vel vindemiarum quoq; compelluntur aliqui ad iudicium venire. ĩ. de iud. c. vlt. saltem vt litem contestentur: puta, si actio vel res sit t̃pe peritura, puta, actio furti, iniuriæ, dãni, & aliæ, vt ĩ. de iudi. significarunt. & ff. eo. tit. l. fi. §. sed excipiũtur. l. 2 & 3. Ea verò quæ pertinent ad pacem vel concordiam, quolibet die feriato possunt expediri. C. eo. l. vlti. puta, transactiones, pacta, vt ibi.

b Necessitas.] puta si esset res t̃pe peritura. exẽpla plura habes ff. eo. l. 1. 2. & 3. & vbi res celeritatem desiderat. ff. de damno infect. l. 1.

c Pietas.] puta causa debiliũ vel miserabilium personarũ: quia in operibus misericordiæ dierũ distinctio [3] nõ ẽ habẽda. argumẽta 76. dist. vtinã. & de consecrat. dist. 5. nũquã. & summa est ratio, quę ꝓ religione facit. ff. de relig. & sũt ꝑsonæ. l fine. Bernardus. Vnde versus,

Hæc faciunt causas festis tractare diebus.
Pax, scelus admissum, manumissio res peritura:
Terminus expirans, mora testis abesse volentis.
Cuique potestatis patriæ sui filius exit.

DE ORDINE COGNITIONVM.

¶ Quia lite contestata, præstito iuramento, datis dilationibus ab homine & a iure, solent rei suas quæstiones proponere: de quibus quo ordine sit cognoscendũ, posset meritò dubitari: ideo, &c.

De hac materia habetur 2. q. 2. & 3. q. 2. & q. 1. Abb. Siculus.

* [Gl. seq. super quæstione, an in his, quæ occurrunt inter litem, sit pronunciandum: primò ponit opi. Bulgari, quòd non, & inducit tres leges. Mediam Ioan. & Azo. distinguentium: & hanc approbat respondendo L. Pla. & M. contra solu. alleg. decre. cum Io. cui dupliciter respondet.]

a Commodo destitut.] sic ff. de spõ. l. quæsitum. quia per solã traditionẽ nihil egit. vbi enim nulla præcedunt spõsalia, vel matrimonium, nulla habetur possessio, quia liber homo possideri non potest, & possessio illa talis est, ꝙ q possidet, possidetur. vnde ex sola possessione facti nulla seruitus vel obligatio hinc inde ꝯtrahitur, nec restitutio peti potest, cũ nulla possessio iuris hic fuerit, vn hæreticus nõ põt in iure petere rerũ ecclesiasticarũ restitutionẽ. 2 23. q. 7. c. 1. & 2. nec laicus restitutionẽ deci marũ, licet de facto possideat: q̃a aliud ẽ possidere, & aliud detinere, ῑ. de præs. c. cãm quæ. nec enim sufficit probare spoliationem, nisi probet quod possiderit. s. de offi. leg. c. consultationibus. & s. eod. olim. vt ibi dictũ est. Quandoque tamen petitur restitutio, vbi nulla potest esse possessio; vt cum petitur restitutio consanguineæ. s. cap. proxi. Sed illud est, quia possessio iuris præcessit, de qua constat. sic ῑ. de præb. referente. arg. s. de proc. ex insinuatione. Item seruus petit restitutionem rerum dñi absentis, quas de iure non potest possidere. C. si per vim, vel alio modo, l. 1. Similiter vxor restituitur ad res datas sibi à viro, quas de iure possidere nõ potest. ff. de vi & vi arma. arg. l. 1. §. deijcitur. De hoc, scilicet an possit repeti quod non licet possidere, traditur 14. q. 1. c. j. in tex. & gl. 2. & no. quòd licet aliqua appareat traducta, non tñ præsumendum est statim pro spõsalibus vel matrimonio, vt hic patet, & l. prædicta, quæsitum. ff. de spon. sed vbi sponsalia præcedunt intra pubertatem, si sponsa compleuit xij. annum apud sponsum, ꝓsumitur matrimonium. ῑ. de spon. ad id. ff. de ritu nuptiarum l. mulierem.

b Subsecuta.] quia nunquam sponsalibus puella consensit, vel antequam puer septimum annum compleuetat, ab eo recessit.

c Exceptionibus supradictis.] s. quòd petebat fieri primo sibi restitutionem; & quòd illa non poterat agere ꝑ procuratorem: quæ non habent locum hic.

ctare: ac pars alia (quæ mulieris restitutionẽ sibi fieri prius postulabat) restitui nequaquam debeat, vtpotè nullo iuris seu possessionis commodo [a] destituta: cũ per solam traductionem (quã non præcesserunt spõsalia, vel consensus legitimus, nec fuerunt etiam subsecuta) [b] nullum inter eos obligatoriũ vinculum sit contractum: Mãdamus, quatenus, si est ita (non obstantibus exceptionibus supradictis [c]) audias quæ hinc inde partes duxerint ꝓponenda, & quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas.

¶ Idem.

¶ Interdum vnde vi, non competit contra illum qui nõ spoliauit, nec spoliari mandauit, nec spoliationem ratam habuit.

CAP. XV.

CVm † ad sedem Apostolicã accessissent Cumañ. episcopi, & fratrũ hospitalis Hierosolymitani procuratores: & inf. ¶ Abbati de Accoñ. causam (quę super ecclesia & hospitali de mõte Citano inter eos vertebat) taliter duximus cõmittendã, vt audiret omnia tam ad possessoriũ, quã ad petitorium [d] iudicium pertinentia, quę vtraq; pars duceret proponenda, & causam ipsam fine debito terminaret. Coram quo procurator hospitalis, prædicta cum possessionibus

†Ca. 5. eo. ti. in 3. cõpil.

CVm ad sedem.] Diuiditur principaliter in duas partes. In prima processus narratio. In secunda causę diffinitio. Secunda ibi, Nos prioris. Abb. Sic.

CASVS. Inter hospitalarios Hierosoly. ex parte vna & epm Cumanum ex altera, vertebatur quęstio super ecclesia & hospitali de mõte Citano, quæ cõmissa fuit abbati de Acconeñ. vt audiret omnia tam ad possessorium quam ad petitorium iudicium pertinentia, quę pars vtraque duceret proponenda, & causam ipsam fine debito terminaret: coram quo petijt procurator hospitalis, ecclesiam & hospitale prædictum cum possessionibus & pertinentijs suis, quæ tenebat episcopus sibi restitui: dicens illa ad Hospitalarios Hierosolymitanos de iure spectare: & quod ipsa diutius possedissent, possessorium solum modo intentãdo: ad quę respõdit procurator episcopi & nec scire, nec credere supradicta ab hospitalarijs possessa, vel ad eos aliquatenus pertinere: sed episcopus tenebat & possidebat prędicta tanquã in sua diœc. cõstituta; Lite contest. ad probandũ intentionem suam pars vtraq; testes ꝓduxit: abbas examinato negotio condẽnauit procuratorem epi: ad restitutionem omniũ prædictorũ: pars epi ad Sedem Apostol. appellauit à sententia illa: procuratores vtriusq; partis comparuerunt in præsentia Papæ, qui causam examinauit eãdem, & videbatur per testes probatum, ꝙ nuncius epi Cumani abstulerit cruces hospitalarijs, inhibendo eisdem, ne ad supradictam ecclesiam vel hospitale redirent, & quòd episcopus prędicta omnia possidebat: vnde procurator hospitalariorum petebat dictam restitutionis sententiam confirmari: Respondebatur ex parte episcopi, quòd si forsitan sit ostensum quòd nuncius episcopi pdicta fecisset, non tamen fuit probatum quòd de mandato episcopi illud factum fuisset: Papa cõsiderans acta prioris iudicij, quia constare non debuit per dicta testium, vel per confessiones partium, vel etiam per instrumenta, vel per euidentiam facti, quòd Cumanus eps spoliauerit hospitalarios vel mandauerit spoliari, vel ratam habuerit spoliationem, pronunciauit in quęstione prędicta interdictum vnde vi, locum nullatenus habuisse: cassando sententiam restitutionis latam a pdicto abbate, licet pars aduersa diceret, quòd pro sententia iudicis esset pręsumendum, qui ex alijs causis animum suum potuit informare. Nota quòd acta in uno iudicio, fidem faciunt in alio. Item non pręsumitur de iudice, ex quo non constat de facto. Item nota hic quatuor modos probandi per testes, confessiones, instrumenta, & per euidentiam facti. Item interdictum vnde vi, non datur, nisi ꝯtra illũ q spoliauit, uel mandauit, uel ratã habuit spoliationem: nequãquam familia spoliauerit: & ideo inepte fuit ꝓpositum illud possessoriũ ꝯ episcopũ. Icẽ à sententia super possessorio appellatur, licet in legibus contrarium caueatur. Qualiter leges illæ intelligantur, dicitur hic in glossa, quę incipit, sic patet in ñ.

d Ad petitorium.] siue simul siue separatim poterat agere procurator hospitalis, de hoc dictũ est s. de causa possessionis, cũ ecclesia. & c. cum super. & c. cũ dilectus.

[Glo. seq. signat contrarium ab generalitate in libelli, & soluit. Secundo quęrit & soluit distinguendo triplicem statum causę.]

& pertinētijs a suis, quæ tenebat, episcopus, sibi restitui postulauit, asserens illa de iure ad hospitale Hierosoly. † spectare, & quòd ipsa diutius possedisset. b Ad quæ respondit procurator episcopi, se nescire nec credere c supradicta ab hospitali possessa, vel ad illud aliquatenus pertinere, quæ Cumañ. episcopus, vtpote in sua diœcesi constituta, rationabiliter detinebat. Cum igitur ad fundandam intentionē suā pars vtraq; testes d produceret, dictus abbas, procuratorem episcopi condemnauit ad restitutionem omnium prædictorum, & infra. Nuper autem vtriusq; partis procuratoribus comparentibus corā nobis, causam ipsam examinauimus diligēter, & quidem † per testes videbatur esse probatū, quòd Cumañ. episcopi nūcius, Cruces hospitalarijs abstulit, inhibendo ipsis ne ad supradictā ecclesiā, vel hospitale redirēt, & quòd episcop9 supradicta oia possidebat: vnde procurator hospitalariorum petijt dictam restitutionis sentētiā cōfirmari: & infra. ¶ Nos † prioris acta iudicij recensentes, quia nec per dicta testium, e vel confessiones partiū, † cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint: vel etiam instrumenta, quæ nullatenus de spoliatione tractabāt, nec per euidentiam facti nobis constare potuerit, quòd Cumañ. episcopus hospitalarios spoliauerit, vel mādauerit spoliari, vel spoliationem factam saltem ratam habuerit: Pronunciamus in qōne prædicta interdictum, f vnde vi, locum nullatenus habuisse, restitutionis

a Et pertinentijs.] hic ergo datur libellus generalis. sic j. de dona. inter dilectos. & snia fertur ibi, generaliter & j. de proba. licet. ad fi. Arg. ɔ̄. j. de libel. obla. c. 2. & c. 3. vbi plenè no. de hoc. Arg. ɔ. ff. de rei ven. si in rē. 1. & Inst. de act. §. curare. Sol. cōtraria ista locum habēt in rei vendicatione, & in singularib. iudicijs, vbi oia debēt specificari q̄ petunt. Sed hic & j. de don. inter dilectos. cum omnus cōsimilibus locu habent in iudicijs vniuersalibus. Nā si qs petit ecclesiā cū suis ptinentijs, [vniuersalis 1 ē petitio] & in hoc casu ad id quod nō extat tpe petitionis apud eum qui conuenit, si tpe sniæ possideat, condemnatur, ac si tpe litis cōtestatæ possideret. ff. de peti. hær. l. si quo tpe. & ff. de petu. qsi tam. Sed qualiter pcedetur circa pertinētias, cum reus neget eas pertinere ad ecclesiā vel ad hospitale. Rūdeo, vbi oi fu... & indeterminatè aliqd proponit circa initiū iudicij, accipimus id quod vtilius est actori. ff. de iud. l. si qs intētione, & ff. de verb. oblig. inter stipulātem. § 1. & id q noce rco. ff. de in terro. act. de ætate, §. nihil. In medio litis qualiter præsumitur p vtroq; arg. 30. q. 4. iudicantem. & j. de testi. cum tu. In fine magis præsumitē pro reo. j. de pb. ex litteris. & j. de fide instr. inter dilectos. in fi. debet n. actor declarare in processu 2 de pertinentijs, alias non fieret executio ad voluntatē suam. arg. j. de præscr. auditis. & j. de spon. ex litteris.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

b Diutius possedisset.] nunquid hoc solum sufficit pbare, quòd aliqā possedit, ad hoc vt possit restitui? Nō, nisi probet spoliationem. sup. de offi. deleg. consultationibus. & sup. eod. c. olim. vbi de hoc. Secus est in dominio, quia ibi sufficit probare quòd ille à quo hēt causam, fuit dominus, ad hoc vt habeatur pro domino. C. de prob. l. siuc. & est ratio, quia dominium non ita de facili perditur sicut possessio. ff. de acquir. poss. si quis vi. § differentia.

c Nec credere.] per hoc enim fuit facta litis contest. per narrationem & responsionem. j. de lit. cont. st. cap. vnico, arg. C. de excep. si quidē. ff. de pet. hær. si debitor.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

d Testes.] sed cum agatur hic possessorio tantum, nunquid debet probare pars altera, contra quam agebatur tantum possessorio? Videtur quòd non: quia & qō spoliationis primò tractanda est. s. eo. in litteris. & c. item cum quis. & c. ex conquestione. Dicas quòd super eodem possessorio potest se defendere, puta quia in continenti deiecit, 3 vel quia aduersarij possidebant sub conditione. s. eo. olim. Item quia inuenit vacuam possessionem, sic poterit probare de iure suo. vel dū quiete possidebat, spontè renunciauit, & sic non competit restitutio, vt sup. eod. c. 3.

e Dicta testium.] nota quatuor modos conuincendi vel probandi, 4 & quintus potest addi, s. violenta præsumptio, 32. q. 1. dixit dominus. Bern.

[Gl. seq. primo reci. princ. & fin. glo. s. Io. s. de interdicto, vnde vi, s. cui detur: quia spoliato & ipsi9 vniuersali successori, cōtra quem: quia contra eum qui spoliauit, &c. Item contra vniuersalem successorem, non contra singulos: & in hoc differt à condictione ex canone, & officio iudicis, & condictione decre. sæpe. & actione quod metus causa, & interdicto quod vi aut clam, & edicto noui operis. Secundò recit. medium quod obijcit, & soluit. Tertio finis qui fuit B. q. obijcit, & dupliciter soluit.]

f Interdictum.] sic patet, quòd ille procurator ineptam pposuit petitionem, nā interdictum, vnde vi, non datur nisi contra illum qui deiecit, vel mandauit, vel ratum habuit, vt hic dī. & ff. de vi, & vi ar. cum à te. & l. 3. §. cum procurator. & 2. q. 1. notum. vel nisi contra illū q rē scienter à deiectore recepit. j. eod. c. sæpe. Itē datur contra vniuersalem successorē. ff. de vi & vi ar. l. 1. in fi. & l. 3. §. vlt. & dat successori spoliati. ff. eod. l. 1. §. interdictum hoc. in fi. & j. de testi. c. significauerunt. sed non datur contra successorem rei, sed contra emptorem vel donatarium (sm leges.) ff. de vi & vi arm. cum à te. Dixerunt tñ quidam quòd actione in factū potest agi contra quemlibet possessorem. ff. eod. l. 1. §. vlt. Sed illud non est verum, quia illud intelligendum est de successore vniuersali. Vel potest intelligi, quòd tunc agi posset contra possessorem rei, quando possidens causam habet à deiectore succedendo in vitium. inf. eo. c. sæpe. Videtur tamen quòd in rebus ecclesiasticis posset agi contra quemlibet possessorem. 3. q. 1. redintegranda. & q. 2. c. 2. quasi per totum. & s. de iud. quia V. & j. eod. c. sæpe arg. 12. q. 2. quicunque. & 16. q. 6. si episcopum. hoc verum est, sed non per interdictum vnde vi, sed condictione ex illo canone 3. q. 1. redintegranda. & 3. q. 1. c. 2. Item conueniri potest quilibet possessor iudicis officio. argu. de appell. bonæ. vel condictione ex illa decre. j. eod. sæpe. Sed nonne ex eo quòd familia istius fecerat violentiam, 5 & ad dominum res illa peruenit, præsumendum est ex hoc de voluntate dñi factam fuisse. 1. q. 4. quia præsulatus. & j. de testi. constitutis. 1. & ff. de mino. l. 4. Sed hoc non est verum: quia potest esse q dominus vacuam possessionē inuenit, & sic intrando violentiam nō fecit. vnde talem

1 In antiqs glosis: ita immutilitas est.

† al. ita, & quidem per testes idoneos, &c.

2 Idest, tpe executionis: & fiat hæc probatio siue libelli oblatione, vel litis cōt. sm Inn. & Ho. qui hoc no. hic, & s. d libel. obl.

3 Vel quòd ipse possidebat eo tēpore, quo aduersarij dicebāt se electos, secūdū Gof. Io. An.

4 Vide de hac materia in l. 3. § quæ argumenta. per Doct. ff. de testi.

† al. Nos igitur.

† Vide l. actor. & ibi Cy. C. d. p. & l. 1. C. de confes.

5 Dici pōt ad solutionē huius vt recitat Inn. & Ho. quod hoc vidēbat probari, sed probatē nō erat: multa enim vār q nō sunt, vt dicit Placēt. ff. de acqui. pos. l. naturaliter.

talem rem vsucapere poterat. insti. de vsuca. §. quod aũt. & ff. de vsuca. sequitur. §. si tu me vi expulisti. nec enim de facto familiæ suæ tenetur dñs nisi mandauerit, vel ratum habuerit. sed si seruus eius eiecerat, tunc tenetur in quantum ad ipsum peruenit: vel si nil ad ipsum peruenit, tenetur noxaliter nomine ipsius serui. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. sed & si cum quis. & §. seq. Item si familia alicuius deiecit aliquem, non tamen noie dñi, dñs illud nō pōt ratū habere. ff. de vi & vi ar. l. si vi me. & ɔ̃rio sensu. ff. de nego. gest. si pupilli. §. sed & si ego. nisi velis dicere, quod sm canones ratū possum habere qđ meo noie non est gestum. 9. q. 2. Lugdunẽ. & 16. q. 1. c. vlti. & de his quæ fi. à præla. sine consensu capituli. c. 3. & ĩ. de elect. quod sicut. Item not. ꝙ licet interdictum vnde vi, non detur nisi ɔ̃ deiectorem (vt dictũ est) tñ actio quod metus causa, datur ɔ̃ quemlibet possidentem, vt ĩ. de his quæ vi metusve cã fiunt. c. abbas. & c. ad audientiam. & 16. q. 6. c. 1. & ff. qđ me. causa. si cum exceptione. §. aliquã & C. eo. tit. non interest. similiter interdictum quod vi, aut clam. ff. quod vi aut clam. semper. in princ. similiter interdictum de noui ope. nun. ff. de nou. ope. nun. l. vlt. Et not. per hanc decre. quod à sententia lata super possessione momentanea appellatur cõtra illud, 2. q. 6. c. ei q. §. de possessione, C. de moment. posses. l. vnica. & C. quo. appel. non rec. l. quisquis. vnde aliud secundum canones, & aliud secundum leges. Vel dic quod leges illæ intelliguntur in possessione adipiscenda, vt in legatario, & in creditore & scripto hærede: sed in interdicto vnde vi, bene potest appellari: quia per talem sententiam potest fieri præiudicium proprietati. C. vnde vi. si quis in tantam. & talis sententia diffinitiua appellatur, supra vt lite non contest. accedens 1. & supra de iudi. significauerunt.

¶ al. pars altera.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 4. cõp.

¶ Ouetensis & Zamorensis episcopatus in Hispania sunt, de quibus uide Ioannẽ Vasæum in annalibus Hispaniæ. c. 21.

sentẽtiam à prædicto abbate prolatã (licet pars † aduersa proponeret, qđ præsumendum esset pro sententia iudicis, qui motũ [a] animi sui potuit ex causis alijs informare) iustitia exigẽte cassantes.

¶ Idem.

¶ Exceptio inopiæ, de qua constat a clerico opposita, impedit executionem sententiæ, etiam latæ in possessorio. h. d. comprehendendo mẽtem literæ, & veram lecturam.

CAP. XVI.

ij. OLim † vobis dedisse meminimus in mandatis, vt Ouetẽn. † episcopum ad debitam partis restitutionem Zamorẽn. diœcesis, quam tenebat, cum perceptis fructibus restituere co-

a Motum.] 4. q. 3. si testes. ɔ̃. de testi. in nostra præsentia. & ĩ. de renun. in præsentia. & ĩ. de elect. bonæ. 1. & ɔ̃. de re iudic. sicut.

ij. OLim vobis.] Volentes, qui non est soluendo, ad restitutionem fructuum non vrgetur. hoc dicit secundùm Ioan. And. & licet hęc summatio sit vera in se, tamen nimis restringit terminos literæ. Primò ponit querelam. Secundo prouidet tibi, Verùm. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Ouetẽn. spoliauit episcopum Zamorẽn. quadam parte diœc. suæ: mandauit Papa quibusdam iudicibus vt ipsi compellerent episcopum Ouetẽn. ad restitutionem partis diœc. Zamorẽn. quam tenebat, cum fructibus inde perceptis. Episcopus Ouetẽn. coram iudicibus proponebat, quòd cum ipse spoliatus esset a rege episcopatu suo, non debebat nec poterat ad hoc compelli, cum nihil haberet quod restituere posset, nisi primò ad episcopatum suum fuerit restitutus, taliter, vt restituere possit quod percepit de fructibus alienis. Iudices super hoc dubitantes consuluerunt dominum Papam, & ipse rescribit eisdem dicens, quòd inanis est actio, quã excludit inopia debitoris: mandans eisdem, vt non prius cõpellant epm Ouetẽn. ad restitutionem fructuũ, ꝙ ipse taliter fuerit restitutus, vt restituere possit qđ percepit de fructibus alienis. Not. ꝙ cõtra eũ q nō habet vnde restituat, non competit beneficiũ restitutionis cum effectu, donec ad pinguiorẽ fortunã peruenerit, rō redditur in litera, quia inanis est actio, &c.

b Inanis.] ff. de dolo. nam & is qui nihil habet cuius periculo nil est, 1 ff. de fur. itaq; fullo. & ɔ̃. de vsu. cum tu.

[Gl. hic ponit duas lecturas, vnam quòd Oueten. episcop[a] parte qua spoliauerat[b], fuerat spoliatus, & secundũ hanc obijcit de l. cum à te. & soluit: aliam quòd fuerat spoliatus suo episcopatu.]

c Restitutus.] qa alius ipsum priuauerat eadẽ parte, vnde super ea non poterat

gereretis: & infra. ¶ Verum quoniã inanis [b] est actio, quam inopia debitoris excludit: † Mandamus, quatenus nō prius episcopum ad restitutionem fructuũ compellatis, quam ipse fuerit taliter restitutus, [c] vt restituere possit qđ percepit de prouentibus alienis.

¶ Idem.

¶ Per excommunicationis probationem, non probatur quasi possessio iurisdictionis, licet aliquibus diebus fuerit obseruata: ideo petens restitutionem hoc solo probato, succumbit, hoc dicit quo ad intellectum.

CAP. XVII.

iij. OLim † inter te pro abbatia tua, & Parisiẽn. episcopum, nomi

conueniri quousq; ipse fuerit restitutus, vt 3. q. 1. epi. hoc tñ cõueniens vr, vt spoliatus repellatur per talem exceptionem: quia spoliator est ab alio spoliatus: unde signat cõtrariũ. ff. de vi, & vi ar. l. cum à te. vbi dr, ꝙ cõtra primũ deiectorem agi potest, & nō cõtra secundum, licet ipse ab alio sit deiectus: sed dic quòd t. c agi potest cõtra eũ cũ ipse est soluẽdo, vel in illo, vel in æqua lenitat. g. ɔ̃. vt lit. pend. ecclesia. 2 nam nullus casus excusat latronem. C. de fur. sul tracto. Et ita patet ꝙ spoliator habet interdictum vnde vi, si ipse ab alio spoliet. ĩ. eo. in litteris. ff. de vi, & ui ar. l. 1. §. qui à me. & hic. Item ecclesia illius non debet puniri pp delictum istius. 16. q. si epm. Et ideo cum alias non sit soluendo, nō potest agere Zamorẽn. ɔ̃ Ouetẽn. quia cũ spoliatus fuerit à rege epatu suo, non potest restituere quod de fructibus alienis perceperat, donec restituatur: ideo dicit, inanis est actio: ideo etiam dicit: non compellatis episcopum restituere priusquam ipse taliter fuerit restitutus, & cętera. Ber.

iij. OLim inter.] Per excõicationem aliquibus diebus obseruatam, in obseruantes non acquiritur iuris parochialis possessio. h. d. secundum Ioan. An. Prima pars decisè ponit factum & processum. Secunda diffinit ibi, Nos attendentes. Abbas.

CASVS. Inter epm Parisiẽn. ex una parte, & quendam abbatem suæ diœc. ex altera, quæstio uertebatur sup possessione iuris parochialis uel quasi, in parochia de Mõte, quo iure dicebat eps se spoliatum: unde petebat restitui ad ius parochiale in prædicta parochia. Contra prędictum abbatem ad pbandum suam intentionem inducebat quandam sñiam, quam tulerat in populum dictę parochiæ, p p quam aliquot diebus populus abstinuit à diuinis, per hoc uolẽs pbare se fuisse in possessione iuris parochialis ipsius parochiæ: dñs Papa

† Concord. tex. in l. nam is. ff. de dolo.

1 Senec. 14. ad Lucilliũ etiam in obsessa uia pauperi pax est. Ouid. de nuce. Cur timeam? tantum carpit inanis iter. Ioan. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cõp.

2 Et hac ratione prædo de præda tus agit contra prædonẽs & hæc est rō quare sibi ɔ̃ petit interdictũ, & non actio furti secundũ Host. qui hic not qđ dixi sup. c. in litteris super uerbo prædo. Ioan. And.

Papa examinato negotio, considerans quod ex eo solo quod populus dictæ parochiæ, timore sententiæ dicti episcopi, per aliquot dies abstinuit à diuinis, nullam possessionem iuris parochialis fuerit assecutus, nec aliquo modo probauit quod eo tempore quo protulit sententiam, ipsam possessionem iuris parochialis haberet in populo dictæ parochiæ, vel prius etiam habuisset: vnde restitutionem dicto episcopo adiudicare non potuit, cum non probauerit se possedisse, nec spoliatum fuisse. Nota quod licet quis obseruet sententiam timore ipsius à non suo iudice latam, ex eo solo nullam possessionem acquirit prolator ipsius. Item quod petit restitui, debet probare se possedisse, & spoliatum fuisse.

a Parochialis.] & ita possessorium potest intentari circa res incorporales. sic s. de causa poss. c. cum ecclesia.

[Glo. seq. obijcit, & soluit. Notat etiam timorem excommunicationis.]

b Timore.] Sed numquid perdit possessionem qui timore denunciationis abstinet se ab illa. ff. de acq. possess. l. possid. ti. §. si quis nunciet. & l. clam possidere. §. qui ad nundinas? Item nonne ex eo quod quis paret mandato alicuius, gerit se pro subdito eius, vt j. de capel. mona. dilect. & j. de his quæ fiunt à ma. par. Cap. ex ore. quia facit ea quæ alij subditi faciunt. 20. q. 1. quem progenitores? Sed dic quod talis timor non priuat ipsum possessione, quia non facit hoc animo obediendi, sed potius deliberandi quod sibi expediat: non enim gerit se quis pro obediente, si hoc non faciat animo obediendi. ff. de acqui. hære. l. pro hærede. Item ea ratione, quia qui ex timore facit, iam non dicitur facere. inst. de re. iu. qui ex timore. Nota timorem excommunicationis æquiparari metui, qui cadit in constantem virum: vnde non præiudicat. Item in tali dubio tutius est abstinere. Item excommunicatio non dat iurisdictionem, nec per hoc acquirit possessionem qui sic excommunicat. Et cum ipse tunc non possideat, vt hic dicit.

ne Parisien. ecclesiæ, super possessione iuris parochialis [a], in parochia de Monte, quæstione suborta: & infra. ¶ Non attendentes, quòd (ex eo solo quòd populus prædictæ parochiæ, timore [b] sententiæ suæ, per aliquot dies abstinuit à diuinis) nullam in eos iuris parochialis possessionem, idem episcopus fuerit assecutus: nec fuerit aliquo modo probatum, quòd (eo tempore quo sententiam ipse protulit) possessionem in ipsis iuris parochialis haberet, vel prius etiam habuisset, † restitutionem ei audicare de iure nequimus: cum ipsum non constiterit spoliatum.

† Hic textu dicitur Doctores singu... hoc ... nel ... ig ... tur ... re:

¶ Idem in Concilio generali. †

† Lateranen ... sub Inno. ... od. ... cóp.

¶ *Recipiens scienter rem inuasam à spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet non probet dominium.*

CAP. XVIII.

SAepè † contingit, quòd spoliatus per spoliatorem in alium re translata, dum aduersus possessorem non subuenitur [c] per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amissio, propter difficultatem probationum iuris, † proprietatis amittit effectum. ¶ Vnde non obstante iuris ciuilis rigore, [d] sancimus, vt si quis de cætero scienter [e] rem talem receperit, † cum spoliatori quasi succedat in vitium [f] (eò quòd non multum intersit quo ad periculum animæ, iniustè detinere, [g] ac † inuadere alienum) contra possessorem huiusmodi, spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

† Quæ sint remedia huius capitis, & quando, & quibus competit, tradit Matt. Afflic. decis. 250. adde Pract. Papien. in tit. de forma libelli in causa spoliatæ possessionis, vbi late de materia huius capitis.

† al. ius.

† al. acceperit.

† al. aut inuadere.
al. ita: ac rem inuadere alienam.

† Quia bonarum mentium est, &c. distin. 5. ad ca... & c. 2. ... obser. ieiu...

SAepè contingit.] Spoliatus restitutionem petit ab illo qui scienter rem à spoliatore recepit. Primò ponit factum corrigendum. Secundò corrigit: ibi, Vnde. Abb.

CASVS. In iure ciuili cauetur, quòd beneficium restitutionis contra spoliatorem tantum datur: Vnde contingit aliquando quòd spoliator transfert in alium rem illam, qua alium spoliauit, & sic spoliatus non potest petere restitutionem contra possessorem, qui non spoliauit: vnde oportet ipsum intentare contra possessorem iudicium proprietatis: sed propter difficultatem probationum, amisso commodo possessionis spoliatus amittit proprietatem, propter quod statuit concilium, vt non obstante iuris ciuilis rigore, si aliquis de cætero scienter rem talem receperit, cum spoliatori succedat in vitium, contra huiusmodi possessorem succurritur spoliato per beneficium restitutionis, quia non multum interest quo ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienam. Nota iuris rigorem non esse seruandum in casu isto, propter vitium successionis.

[Glos. seq. repetit iam dicta s. eod. c. cum ad sedem. in gl. pen.]

c Non subuenit.] verum est quod spoliato non subuenitur per interdictum vnde vi, secundum canones, nisi contra illum qui deiecit, vel mandauit, vel ratum habuit. s. eod. c. cum ad sedem. in fi. ff. de vi, & vi ar. cum à te. & l. 1. §. deiecisse. & §. seq. sed subuenitur iudicis officio contra quemlibet possessorem argu. s. de iudi. quia V. & j. de ap. bonæ. & de condictione ex canone redintegranda 3. q. 1. semper subuenitur siue dolo, siue vi, siue metu, siue alio modo rem perdidisset: semper subuenit. 3. q. 1. redintegranda. licet actio de dolo detur tantum contra dolum facientem, actio verò quod me. cau. contra quemlibet possessorem. ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. aliquando. similiter actio quod vi aut clam. ff. quod vi aut clam. l. semper. in responso.

d Rigore] illius legis. ff. de vi, & vi ar. cum à te. & ita secundum canones rigor iuris ciuilis non est seruandus. j. ut. proui. c. 1. & nimia subtilitas iuris quandoque perniciosa est. C. ad Treb. l. pen. & s. de iud. c. dilecti. & 49. dist. hic et. nim. § paruo. in ver. sæpe.

[Gl. seq. no. scientiam necessariam ad condictionem ex hac decre. subdens hanc locum non habere in re litigiosa, vel de qua speratur litigium.]

e Scienter.] sic ergo solus ille potest conueniri condictione ex canone isto, qui scienter recipit rem alienam. sic sup. de iudi. quia H. sed si ignoranter recipit, conueniatur condictione ex illo canone. 3. q. 1. redintegranda. vel ex illa decr. obligatur quia G. Non intelligas quod hic dicitur. cum quis alienat rem litigiosam, vel de qua timetur fieri controuersia, quia si alienatur res litigiosa, nulla est alienatio. C. de liti. l. 2. & j. vt lit. pend. c. 1. si autem alienat rem non litigiosam, sed de qua speratur litigium, tenetur ad interesse, idest, quanti interest illius rem alienatam non esse. ff. de alie. iud. mu. causa fact. l. 1. De hoc tractatur s. de alie. iud. mutan. causa facta. c. 1. vbi de hoc.

f In vitium.] quia vitium rei sequitur omnem possessorem. C. de acqui. posses. vitia. & facto actoris successio damnatur hæredis. 1. q. 1. cito turpem. & j. de pœ. an quis bullam. & j. de immu. eccl. aduersus. in fi.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

g Iniustè detinere.] no. quòd iura pro eodem reputant auferre & detinere iniustè, ut hic. 16. q. 1. decimæ. similiter auferre & non dare. 47. dist. sicut. & 42. dist. §. 1. 12. q. 2. indigne. Arg. contra 12. q. 2. & si alia. in princ.

ADDI-

ADDITIO. Sed illud intelligitur tempore necessitatis, in quo omnia dicuntur esse communia.

¶ Gregorius † nonus episcopo Lucan.

¶ Occupans certū locum, in quo quis iura liberè possidebat, si per ipsius occupationē non potest possessor sua iura liberè possidere, sicut prius, conuenitur potest possessorio pro libertate possidendi, & restitutio fieri non potest nisi dimittat locum in pristina libertate h.d. valde singulariter.

CAP. XIX.

PIsanis, ac Lucanis ciuibus per graue discordiam (quam diu inter se habuerāt) afflictis grauiter & attritis, & infra. ¶ P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, vt possessionem (q̄ in quibusdā castris constat[a] Lucanam ecclesiā habuisse) sibi prius plenè ac liberè (sicut tempore motæ discordiæ habuerat) restituta,[b] & super ea, de qua dubietas oriretur sufficienti cautione[c] recepta, (q̄ iuri corā nobis prædicti Pisani parerēt) prolatas pro occupatione castrorū ipsorū, in eos sentētias relaxaret, & infra. Pisanis igitur asserētibus, quod per te stabat quo minus tibi iuxta mandatū nostrū fieret restitutio, & instanter petentibus, vt dictas sentētias prefatus subdiaconus relaxaret: ipse receptis cautionib. de parendo iustitiæ corā nobis, sententias relaxauit easdē, propter quod tu reputans te grauatū, ad nostram præsentiam accessisti, impugnaturus processum subdiaconi sæpedicti, & infra. ¶ Porrò duo in nostro continebantur mandato, vt videlicet possessio, quam constabat Lucanam ecclesiam habuisse tempore motæ discordię, prius restitueretur eidem: & vt eiusdem possessionis restitutio fieret plenè ac liberè, sicut eam habuerat tempore sopradicto; quorum primum ad factum, alterum verò referebatur ad modum.[d]

PIsanis.] Si mandatur restitutionem fieri suo certo modo, necesse est non solum in facto, sed etiam in modo pareri, aliter nō valet quod agit. Ita cōiter summatur. Sed ego summo sic: Mandatum factum de restituenda libera possessione alicuius rei, si nō potest adimpleri respectu possessionis rei, quia non constat de ipsius spoliatione: debet adimpleri respectu libertatis possidendi, si de ipsa spoliatione libertatis cōstat. & est casus valde not. Primò ponit querelam epi Lucani. Secundò expressa causa diffinit ibi, Porro. Et ēm Host. decre. ista continet cōmissionē processiuā, iniustam appellationem, primi mandati interpretationem, & iniusti processus retractationem. Casus literalis ponit variis modis. Abb. Siculus.

CASVS. Pisani occupauerunt quædam castra episcopi Lucani, propter quod orta fuit discordia inter Lucanos, & Pisanos: & quia Pisani non restituebant castra illa epo Lucano, de mandato dñi Papæ excōicati fuerūt: Demum cum diu stetissent in excōicatione, petierūt absolui à dño Papa, parati stare mandatis ecclesiæ: vnde Papa quendam subdiaconum suum P. nomine misit, ad eos, dans eidem in mandatis, vt ecclesiæ Lucanæ restitueret plenè ac liberè possessionem, quam in quibusdā castris constabat ipsam ecclesiam habuisse sicut tempore motæ discordiæ habuerat: & super ea de qua dubietas orieretur, sufficienti cautione recepta (q̄ prædicti Pisani coram dño Papa iuri parerent) excommunicationis sententias in eos prolatas, pro occupatione castrorum relaxaret. Post contentiones multiplices dicebant Pisani, quòd per episcopum Lucanum stabat quo minus restitutio fieret iuxta mandatum dñi Papæ: vnde petebant quatenus subdiaconus prædictus, sñias prædictas relaxaret: ipse receptis cautionibus q̄ iuri parerent corā dño Papa, sñias relaxauit easdem. eps propter hoc reputans se grauatū, ad Apostolicam sedem accessit, impugnaturus processum pdicti subdiaconi: auditis allegationibus partium, dicit dominus Papa, quòd in mādato suo duo continebantur, vt videlicet possessio quam constabat Lucanam ecclesiam habuisse tempore motæ discordię, prius restitueretur eidem, vt eiusdem possessionis restitutio fieret plenè ac liberè, sicut eam habuerat tempore motæ discordiæ: quorum primum refertur ad factum, alterum refertur ad modum, vnde licet in facto formam mandati subdiaconus ipse adimplere nequiuerit, vt Pisani dicebant, quia non poterat facere restitui episcopo possessionem castrorum, de qua non constabat eidem, nec etiam possessio affictuum & pensionū poterat episcopo restitui, vt ipse dicebat, quia ea non fuerat spoliatus, vt peccatū fuit in modo: quia subdiaconus debuit facere, vt Pisani possessionē pensionum & affictuum, dimitterent episcopo plene ac libere, sicut ipse habuerat tempore motæ discordiæ: quam possessionem confitebantur Pisani episcopum habere in castris prædictis: & hoc esse non poterat, nisi Pisani castra illa omnino dimitterēt, quia illis tenentibus castra prædicta, in quibus habet affictus & pensiones, ea plenè ac liberè habere non poterat, sicut habebat, qñ Pisani castra eadem non tenebant. quia in potestate Pisanorum erat episcopu admittere vel repellere. His ergo cōsideratis, dominus Papa processum subdiaconi antedicti iudicauit irritū, & inanem. Nota q̄ forma mandati diligenter seruāda est, & qui cōtra facit, irritus est processus. Itē qui restituit, plenè ac liberè debet restitui, & in pristinum statum reponi.

a Constat.] s. per euidentiam facti, cū esset notoriu episcopum ibi possessionē habuisse. sic s. eo. cū ad sedem. ad fin. nec poterat aliqua tergiuersatione celari, & sic notorium erat. j. de coh. cleri. & mulie. c. vlt. super illa possessione de qua dubietas esset, cautio præstatur.

b Restituta.] quia [1] hæc offensa erat notoria per cōfessionem partis aduersæ, & ideo satisfactio debuit præcedere. cap. ex parte. ad fi. ibi in secundo. de verb. significatio.

c Sufficienti cautione.] simile j. de seq. pos. ca. 1. in fi. j. de verb. signifi. c. ex parte. sufficiens cautio erit si pignora vel fideiussores dentur. [2] ff. manda. si mandato. §. vlt. & ff. de fideic. liber. l. ex eo. §. adeò imus.

[Glossa seq. not. quod non sufficit impleri alterum ex duobus quæ principaliter mandantur. dat simile. & argum.]

d Alterum ad modum.] no. quòd cum duo mandantur principaliter, non sufficit alterum sine altero adimpleri, vt hic patet. Primum fuit vt possessio castrorum restitueretur epo. istud in facto consistit, hic facto opus est. Secundum, vt possessionis restitutio fieret plene ac liberè, sicut habebat eā tpe motę discordiæ: & istud cōsistit in modo: & hæc duo sub vno includebant, vt patet in princ. ver. vt possessionem quam, &c. sub illa forma, duo

[1] Hęc glossula non est in antiquis exemplarib.

[2] Dicit Phi. quòd sufficit isto casu iuratoria, nisi illi valde suspecti essent q̄ periurium nō timerēt: de verbo. sign. ex parte. & de pign. litteras. itelligo hoc vbi de sufficienti non fuisset expressū. Io. And.

duo mandantur. sic ĵ. titu. proxi. c. cum dilecti. & ff. de arbi. Celsus. Et ita patet hic, quod si quis peccat tã in facto, q̃ in modo, vel in altero tm̃, non valet quod agitur. sic ĵ. vt eccl. benefi. vt nostrum. sicut etiam si quis peccat tam in personam electi, quam in modum electionis, non valet quod agitur. ĩ. de elec. sup eo. & c. quia pp. Et ita est optimu argu. quòd forma mãdati diligẽter seruãda est. ĵ. de rescrip. cum dilecta. & ĩ. de offi. deleg. venerabili.

a Possessionem.] quòd dicit, possessionem hic, cõprehendit possessionem castrorum, & possessionem iurium, quæ Lucanus eps habebat i castris de quibus contenditur: & sic comprehendit possessionem affictuum & pẽsionum: qua possessione episcopus nõ fuerat spoliatus, vt ĵ. sequitur. vnde debuit facere subdiaconus iste, quod eps iste plene ac libere posset percipere pensiones & affictus, qđ cum non fecerit, nõ seruauit formam sibi datã, & ideo processus nullus fuit, vt dicit in fine. Bernar.

[Glo. seq. declarat quomodo fuit in modo peccatum.]

b Fuit tamẽ in modo peccatum.] hic expressè patet, qualiter peccauit in modo: q cum ipsi Pisani confiterentur episcopum habere pensionem & affictus in castris p̃dictis, & ipsi ea possiderent, episcopus nõ habebat plenam libertatem percipiendi has pensiones & affictus, imò in eorum potestate erat ipsum admittere, vel repellere, vt ĵ. sequitur. ergo episcopus non habebat plenam libertatem, quia hæc potestas pendebat ex potestate illorum. ĩ. de procur. accede. s. vnde subdiaconus debebat castra illa episcopo restituere: a quod si non fecerit, peccauit in modo. quia etsi dubitabatur de possessione castrorum, tamen de pensionibus, & affictibus non dubitabatur: & ita quod consistebat in modo, certificabat id quod respiciebat in factum: & ita siue dubitetur de possessione siue non, ex quo constabat de pensionibus & affictibus, plena ac libera debuit fieri restitutio castrorum, in quibus habebat pensiones. Bernar.

c Ea plenè ac liberè.] Not. quòd qui restituitur, plenam habet restitutionem in pristinam causam. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. qui autem vi deiectus. §. non solum. sic & vacua possessio non traditur emptori, si alius in ea sit, causa legatorum vel fideicommissorum. ff. de act. empt. & vend. l. 2. §. vacua. quandoque fit restitutio, sed non plena. ĩ. cod. litteras: sed illud propter periculum animæ.

† Vide text. in l. diligenter. ff. mand.

† Pensio & affictus voces sunt vulgares, q̃ q̃sque sumunt p̃ mercede rei locatæ, q̃q̃; pro solutione fortis & vsurarũ. gl. in l. q̃sita. ff. de pigno. aliq̃n p̃ fructib. l. prædiorum. ff. de vsur. a Dicunt Pe. & Abb. & hæc glo. tur. bat intellectũ: quia nõ erat locus restitutioni, sed di missioni, quo verbo Papa hic vtit, vt dixi in tex. Ioan. And.

vnde licet (prout pars Pisanorum dicebat) in facto, mandati formã subdiaconus ipse adimplere nequiuerit, quia non poterat facere tibi restitui possessionẽ [a] castrorum, de qua non constabat eidem; † nec etiam (secundum quod tu ipse dicebas) affictuum & pensionũ possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus, fuit tamen in modo [b] peccatũ; quia debuit facere vt Pisani possessionem pẽsionum & affictuum (quam per eorum confessionẽ constabat te in castris prædictis habere) tibi dimitterẽt plenè ac liberè, sicut ecclesia tua illam habuerat tempore motę discordię: quod quidẽ esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa omnino dimitterẽt: quia illis detinẽtibus castra, & munitiones castrorũ, in quibus dictas pẽsiones recipis & affictus, ea plenè ac liberè [c] habere non posses, sicut habebas quando ipsi castra eadem minimè detinebant. eo q; quamdiu ea detinẽt, in eorum potestate relinquitur, te nõ admittere, vel repellere quando velint. ¶ His ergo diligẽter auditis, processũ huiusmodi de fratrũ nostrorum consilio, irritum [d] iudicamus.

TITVLVS XIIII.

De dolo & contumacia.

¶ Alexander iij. Herfodeñ. † episcopo.

¶ Reus, qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabitur de canonica æquitate, si infra annum caueat stare iuri. h. d.

CAP. I.

AD † hæc cũ contingat, actorem multoties [e] mittẽdum esse in possessionem, causa rei [f] seruãdę, propter absentiã partis

d Irritum.] not. quòd dicit, irritum. Et ita patet q iudex qñ non seruat formam mandati, ipso iure irritum est quod facit, sicut ĩ. de rescr. cum dilecta. vbi de hoc. ADDITIO. Et per hoc apparet Pisanos absolutos non esse. sic ĩ. vt li. conte. c. 3. in fin.

DE DOLO ET contumacia.

¶ Viso de spoliatis, & eiectis aduersariorũ potentia, videndum est nunc de fatigatis in iudicio, aduersariorum dolo & contumacia, sm G. Vel cõtinua sic sm Host. Quia spoliatus quãdoq; dolo vel contumacia rei restitutionẽ cõsequi nõ põt, iõ meritò subijcit hæc rub. Et vtraq; continuatio est satis bona. De hac materia habetur 3. q. 9. & 4. q. 5. & 5. q. 2. & 3. per totũ. 11. q. 2. c. totum. reperitur in Sexto. & Clemen. Abb. sicul.

AD hæc.] communis diuisio. Secunda ibi, A[illegible] quod. Abbas.

CASVS. Reus vocatus ad iudicium si non venit, contumax est iudex propter cõtumaciam rei, pronunciat actorem mittendum esse in possessionem, causa rei seruandæ, sed propter potentiam rei siue dolum, non potest nanci possessionem: tandem imminente fine anni, reus ne possessionem post annum amittat, offert cautionẽ stãdi iuri. Quæritur hic cuiusmodi pœna iste sit puniendus, qui non paruit iussioni iudicis? Respondet Papa, quod in ecclesiasticis personis & negotijs rigor iuris non sequitur, sed cum iustitia propter hoc quod iudici non paruit, non puniretur, admitti debet reus, cum per cautionem standi in iudicio se adstringit. Not. quòd rigor iuris non est seruandus secundum canones, & præcipuè vbi ius actoris non est factum deterius.

e Multoties.] non ergo semper, quia aliquando contumax excommunicatur, vt ĩ. vt lit. non contest. tuæ. & c. quoniam. §. vlti.

ADDITIO. Quibus autem remedijs procedatur contra contumacem & rebellem, not. ĩ. vt lit. non contest. tuæ. Etiam potest haberi per hos versus:

Iudicis officio mulctat, pignus capietur.

Diruit ac retinet, ius denegat, intereritque.

Seruat, anathema, punitur quisque rebellis.

f Causa rei seruandæ.] in qua iudex eum tueri debet. ff. ne vis fi. ei qui in possess. mitt. l. 1. §. 1. argu. ĵ. de sim. querelam. in fin. ff. de orig. iur. l. 2. §. post originem.

† Herfordeñ. i. Elforen.

† Post cõcil. Lateran. sub Alex. iij. par. 3. c. 1. & c. in continuatione compilat.

a Custo-

a Custodiendam.] qui enim in possessioně mittitur ex primo decreto, tantum custos efficitur, & non possessor. ȷ. tit. proxi. c. vlt. de hoc plenius dicitur ȷ. eo. contingit.

[Glo. seq. distinguit.]

b Nancisci.] licet impediatur ab aduersario ne possessionem nanciscatur, semper tamen intelligitur possidere. arg. ff. de bon. auct. iud. pos. quamis. & est expressum ȷ. eo. contingit. Si verò impediat per alium, ille tenet ei ad interesse. ff. ex qb. cau. in possess. eatur. l. si quis creditorem. hoc intelligo, si fuerit soluendo, aliàs obtinet qd dictu est † . arg. ff. de dolo. & eleganter §. si dolo. & ff. de eo per quem factum est. l. vlti. 1. responso.

[Glo. seq. arg. q l. si quis in tātam, &c. & tripliciter soluit. Respond. ad cap. placuit.]

c Rigor.] arg. quòd subtilitas iuris siue rigor s̄m canones non est seruandus, vt sup. tit. proxi. sæpe. vbi de hoc. & ita videt̄ quòd rigor ille insti. vi bo. rap. §. 1. ver. sed nedū talia. & 27. q. 2. priusquam. & C. vnde vi, l. si quis in tantam. & 16. q. 6. placuit. non debeat secundum canones seruari. arg. supra tit. proxi. sæpe. & supra de iura. calum. litteras. & ȷ. de rapt. cum causam. & c. vlti. & 2. quæst. 7. lator. & 16. q. 1. frater noster. 12. q. 2. nulli. Rigor talis non seruatur in causis ecclesiarum & minorum, quibus consulitur beneficio restitutionis ʒ, sed in causis priuatorum bene seruatur, vt C. vnde vi, meminerint. & l. si quis. & quod dicitur in c. placuit. causæ suæ detrimentum patiatur. hoc verum est quo ad iudicium possessorum, secundum quosdam: sed à proprietate non repellitur, vt ibi, in fine dicitur. Vel ipse non stabit in causa pro re illa, sed clerici illius ecclesiæ. Vel potest intelligi, detrimentum patietur in rebus proprijs. 12. q. 4 quicumque.

d Non periclitatur.] cum enim nullum fiat ei præiudicium ex hoc, non expedit quòd rigor seruetur. sed si iustitia periclitaretur, ex hoc puniretur ad interesse. ff. ne vis fiat ei qui in posses. l. 1. responso. 1. §. hæc verba. & ff. vti pos. si duo. §. vlt. ad expensas tamen punitur. cap. prox. & ī. vt lit. non conte. quoniam. §. in alijs. & ȷ. de pœn. calumniam. & ī. de arbi. dilecti. sed hoc ideo dicit, quia iudex ecclesiasticus non imponit pœnam siue multam, quā imponeret sæcularis. ff. si quis in ius vo. non ierit. l. 2. §. si quis ibi, extraordinariam pœnam imponit. ad idem. ff. de iudi. l. 3. § vlti. Bernar.

EX litteris.] Summat Ioann. Andr. tribus modis. Et demū tenet primum summarium, videlicet: Reus condēnatur ad expensas, quas propter eius contumaciā vel dolosam exceptionem actorem fecisse constabit. Communis diuisio. Secunda ibi, Verum. Abbas Sicul.

† Scilicet intelligo quod ponderes. ita ponit gl. 4. ī decr. contingit. Io. And.

† Vide l. vnicam. ff. si qs iusdicen. nō obtem.

§ De hoc no. in pdicta l. si quis in tantā. in 3. & 7. q. vbi tenet glo. q adulterus hoc casu nō restituit: & quòd lex locū habet, si ecclesia, qā prælatus cōmunicato cōsilio vim intulit, vide glo. hic in ... gl. Io. An.

aduersæ: & per eius dolum siue potentiam, nō possit rem custodiendā a nancisci[b], ac imminente fine anni, reus (ne possessioné amittat) debitam offerat cautioné: cuiusmodi sit pœna multandus, (quia iussioni non paruit iudicis) à nobis tua fraternitas requisiuit. ¶ Ad quod dicimus, q in ecclesiasticis personis & negotijs, rigor[c] & districtio iuris nō requiritur†: sed (cū iustitia propter hoc non periclitatur[d]) patienter admitti debet, cum reus per cautionem standi iudicio se adstringit.

¶ Idem abbati de Ramese, & archidiacono, Helieñ.

¶ Propter contumaciam rei, potest index rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensis condemnare, quas propter ipsius contumaciam, vel dolosam exceptionem actor fecit, hoc dicit. Panormi.

CASVS. Inter monachos de Etoll[e]. ex vna parte, & canonicos Linconeñ. ex altera, quæstio vertebatur super quibusdam ecclesijs de V. & M. causa ad petitioně monachorum commissa fuit iudicibus: canonici legitime citati, se contumaciter absentarunt: iudices licet monachi pp contumaciam canonicorū mittēdi essent in possessionem rerum petitarum, possessionem dictarū ecclesiarum sequestrari fecerunt, vt saltem affecti tædio venirent ad iudiciū: Tandem dū monachi peterent ecclesias sibi restitui; respōderunt canonici, auctoritatem iudicum expirasse, pro eo quòd causa illa iudicibus alijs erat cōmissa, sed in litteris posterioribus nō fiebat mentio de prioribus, nec nomi. ecclesiarū, quæ continebant in prioribus litteris, exprimebantur, sed indiffinitè dicebat: super quibusdam ecclesijs: Iudices super hoc dubitantes, consuluerūt dñm Papam; & respōdet quòd cum dolus & fraus alicui patrocinari non debeat, mandat quatenus in causa procedant s̄m tenorem priorum litterarum, non obstantibus, posterioribus, condemnantes canonicos in expensis ipsis monachis, quas propter hoc fecisse noscuntur. Not. quòd qui malitiosè trahit alium ad iudicium, in expensis debet condemnari aduersario. Item dolus & fraus non debet alicui prodesse, sed potius obesse. Item generales litteræ non reuo. ant speciales.

CAP. II.

EX litteris vestris accepimus, quòd cum vobis causam, quæ inter monachos de Etoll. † & canonicos Linconñ. super ecclesijs de V. & M. vertitur, duxerimus cōmittēdā: & canonici citati legitimè, se cōtumaciter[e] absentauerint: vos, licet monachi essent ob cōtumaciam aduersæ partis in possessionem rerum petitarum mittendi: intuitu tamen religionis[f], cum eis mitius agere volentes, possessionem sequestrari[g] fecistis: vt sic saltē canonici affecti tædio, stare iudicio cogerētur. Tandē monachis ecclesias sibi restitui postulantibus, canonici respōderūt, auctoritatem vestrā penitus expirasse, eo

† Post collect. Lateran. sub Ale. iij. par. 41. ca. 6. & c. 3. eo. ti. in 1. compil.

† Crosteñ. Etollis.

ʒ Secūdum Vinc. qñque respectu non defendentis. ff. de procu. mutus. §. pœna. Item respectu latitantis: item impedientis, ne citatio p venire possit ad ipsum, probantur ī. vt lite non contest. qū. §. 1. Itē respectu minus instructi comparētis. sup. de elec. c. j. lib. 6. s̄m Il. qui remittit ad sum. eod. tit. sub rubr. de cōtumacia. §. qualiter deprehendatur. Io. And.

[Glo. seq. ponit sex modos contumaciæ.]

e Contumaciter.] multis modis committitur contumacia, quandoque attenditur respectu non venientis, vt hic. & ȷ. eod. cum dilecti. ad si. quandoque respectu non restituentis. ff. de rei ven. qui restituere. quandoque respectu non respondentis, vel obscure respōdentis, quod idem est ac si non responderet. ff. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. quandoque respectu non iurantis, vt ff. de iureiuran. manifeste. quandoque respectu recedentis infecto negotio. ȷ. eo. prout. & 11. q. 3. certū. & ī. de procu. constitutis. 18. dist. si quis autē. & ī. de iudi. c. 1. & quandoque respectu non exhibentis. ff. de app. creditor. §. iussus.

ADDITIO. Vnde versus:

Non veniens, non restituens, citiusque recedens:
Nil dicens, pignusque tenens, iuraceque nolens:
Obscureque loquens, isti sunt iure rebelles.

f Religionis.] argu. quòd cū religiosis mitius agendū est. 12 q. 2. religiosam. & ff. de relig. sunt personæ in fi.

[Glos. seq. potest recitari per quæstionem, an potuerit. &c.]

g Sequestrari.] hoc de iure fieri non debet, nisi in casibus,

quod ad alios iudices litteras impetrarunt, quæ præiudicare[a] prioribus videbantur. ¶ Verũ quoniã in posterioribus litteris non fuit mentio facta priorũ: nec in eis nomina continebantur ecclesiarũ, quæ in prioribus posita fuerant: sed † indiffinitè[b] dicebat: super quibusdã ecclesijs: Nos attendẽtes malitiã & dolũ nulli patrocinari debere: Mandamus, quatenus prędictã † causam, secundùm formam priorum litterarum (nõ obstantibus posterioribus) terminetis: expensas[c], quas propter hoc monachi fecisse noscuntur, eis à canonicis restitui facientes.

¶ Idem Exoneñ. & Vintonieñ. † episcopis, & abbati Herfordeñ. †

¶ *Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debent, etiam lite nõ contestata, reo instante h. d. secundũ communem intellectum.*

CAP. III.

Causam, quę inter F. & R. filiũ Agathæ de natiuitate ipsius A. vertitur, vobis fratres episcopi, & Londoñ. epo commisimus terminandam. & infra. ¶ Ceterum si aduersarius[d] suus legitimè citatus[e], † ad pñsentiam vestram accedere, vel iudicio vestro parere contempserit, aut etiã se absentauerit (cum de Anglia recessisse dicatur) procuratorem eius, si quem reliquerit, conuocetis: q siue venerit, siue non, aut si procuratorem non dimisit, denunciationibus ad domum[f] eius missis: rece-

---

...sibus. ꝟ. de seq. c. 1. & vlti. vbi de hoc. sed de gratia hoc fecerunt, cũ debuissent monachos misisse in possessionem causa rei seruandæ. ꝟ. vt lit. non contest. rur. & c. qm. §. in alijs. sed hic noluerunt seruare talem rigorem.

a Præiudicare prioribus videbantur.] quo ad opi. illorum canonicorum, sed non est ita.

ad nos, etsi non verbo, facto [a] tamen intelligitur prouocasse (arrepto itinere ad sedem Apostolicā veniendi) dicto E. administrationem Roscen. ecclesiæ, in spiritualibus & temporalibus committatis: quo elapso, eum non differatis in episcopum consecrare.

¶ Idem.

¶ Si procedatur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt, & sententia diffinitiua ferri, etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

CAP. VIII.

Veritatis † est verbum organo dominicæ vocis emissum: & infra. ¶ Sicut canonici Curien. in nostro auditorio [b] retulerūt, [c] quod H. Curien. episcopus, ecclesiam suam non solum dilapidando depressit, sicut publica prædicabat infamia: sed homicidio, incestu, alijsque criminib. polluit: & infra. Super his commisimus primò causam Tridon. † episcopo, & abbati Montis sanctæ Mariæ, & præposito de Insula: secūdo quoque Brixiensi episcopo, & ipsis abbati, & præposito: & infra. Verum cum episcopus ipse priorum iudicum præsentiam adire per contumaciam [d] contempsisset, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio beneficioque suspensus: & infra. Tandem verò coram iudicibus, [e] canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationem, malitia conceptus prætēdens, experiri [f] cum canonicis in iure neglexit: [g] qua de causa nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes episcopum ipsum, vel potius suspensionem à iudicibus factam auctoritate Apostolica confirmantes, tertiò super his Cumano episcopo, & abbati sancti A. causam ad superandam malitiam [h] ipsius episcopi, commisimus audiendam: qui partibus citatis, cum nec per se, nec per responsalem idoneū comparuerit, in eundem, propter inobedientiam, excommunicationis sententiā [i] protulerūt:

a Facto.] sic ꝭ. de appel. dilecti. & c. vt nostrum. Ber.

Veritatis est.] Legitur quo ad rationē decidendi pluribus modis. sed cōiter summatur sic. Si agitur de crimine in modum denunciationis contra reū contumacē, possunt recipi testes & ferri diffinitiua sententia. hoc dicit. Diuiditur: Nam primò ponit denunciationē criminum epi Curien. & tres delegationes sup ea successiue factas. & delegatorum processus. Secundò cum deponit, & per ipsum alienata reuocat. secunda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Quidam canonici Curienses denunciauerūt epm suum de dilapidatione, homicidio, incestu, & alijs criminibus, de quib[9] erat publicè infamatus. vnde Papa causam sup his commisit primò episcopo Tridonensi, & abbati sanctæ Mariæ, & cuidam præposito, inhibendo eidem ne de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumat. Secundo commissa fuit episcopo Brixien. eadem causa, & abbati, & præposito prædictis: sed dictus epus corā primis iudicibus vocatus, per contumaciā venire contempsit: vnde ipsi ab officio & beneficio suspenderunt eundem. Postmodum citatus à secūdis iudicibus [k] cōparuit coram eis, & friuolam excusationem prætendens, solita malitia noluit stare iuri cum canonicis prædictis: propter quod Papa confirmauit suspensionem à primis iudicibus factam. Tertio loco commissa fuit cā epo Cumano, & cuidam abbati, ad superandā malitiam ipsius epi, qui citatus, nec venit, nec pro se misit aliquem responsalem: vnde ipsi tulerunt sententiam excōicationis in eundem, recipientes testes, secundum quod a dño Papa receperant in mandatis, per quos quodlibet crimen prædictorum fuit probatum. Iudices causam & processum ipsius causæ remiserunt ad Papā. Vnde ipse consideratis prædictis, videns ordinem iudiciarium in hoc facto fuisse seruatum, considerans etiā quod post sententias inde datas, celebrare præsumpsit, in nomine Domini cum Apostolo, volens inobedientiam

b Auditorio.] simile 1 ff. si cer. pet. l. lecta est. Nam auditoriū est locus vbi causæ tractantur.

c Retulerunt.] in modum denunciationis. 2. q. 7. quapropter sicut patet in integra.

d Per contumaciā.] nota quod per solam cōtumaciam potest quis suspendi ab officio & beneficio, cum Papa confirmat eam, quia coram primis non comparuit.

e Iudicibus.] secundis scilicet.

f Experiri.] idest defendere. sic supra de iudic. c. 1.

g Neglexit.] & sic nec corā primis, nec coram secundis fuit lis contestata, & tamen lata fuit sententia diffinitiua, vt inf. sequitur.

h Malitiam.] sup. c. proxi. vbi de hoc, & c. prout. Ber.

i Excommunicationis sententiam.] cum iam esset suspensus. & ita crescente contumacia, crescere debet & pœna. supra vt lite non contestata. quoniam, in fi. & ff. de pœn. l. relegati.

[Glo. seq. esset coniungenda glo. decre. prout supra eod. illa procedit in ciuili, ista in criminali. Et recitari potest per modum quæstionis, qualiter in criminalibus procedatur contra contumaces, & dicit glo. quod secundum legem aut lis non est contest. aut est, primò casu, & c. Io. An. secundum canonistas ponit opin. Hu. qui non curabat li. conte. sed solū an liqueret, necne. demum opi. modernorum, qui distinguunt an sit lit. contest. necne: contra quos opponitur de hac decre. in qua procedit super crimine lite non contest. Finis glo. dat tres solutiones sed, primam reprobat: ex principio

† Hæc glossula non habet in antiquis exemplaribus.

ap. 1. eo. 4. cōpi. e intel- Vide ouicum ... ul. 410. Tu scis regu- dde quę lib. 3. menta- in Dire inquisi- Scho. 36.

riden.

testes ex parte vestra † (quemadmodum in mãdatis a nobis acceperant) admittẽtes: scilicet Abbates, Priores, Præpositos, et alios religiosos viros: per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatũ: & infra. ¶ Nos igitur videntes ordinẽ iudiciarium in hoc facto fuisse seruatum, cõsiderato præterea, † quod post sententias in se datas, † celebrare præsumpserit: cum multi prælati ecclesiarũ contra eundem episcopũ scripserint, nec vnus pro eo defendendo [b] vel aliquatenus excusando; in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes; licet absentes corpore, [c] præsentes tamen spiritu, iuxtà verbum eiusdem † Apostoli, tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum: & eum tam à pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuantes, sine spe restitutionis aliqua, duximus cõdemnandũ; ea nihilominus in irritũ reuocantes, quæcunque post inhibitionem [d] Apostolicæ sedis seu † factam suspensionem & excommunicationem, de rebus ecclesiæ alienare præsumpsit.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Alter non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei seruandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum, anni verus efficitur possessor.*

CAP. IX.

CONtingit interdum, quod cum actũ ob contumaciã aduersæ partis, adiudicatur (causa

tolle quartam. Illa quæ est in fi. glo. habet quod propter irregularitatem iste fuit depositus, & non propter delicta præterita.]

2 Probatum.] hic patet quod lite non contest. recipiuntur testes: & ita non solum recipiuntur vbi agitur de electione prælati, vt ĩ. vt lite non contest. quoniã. §. porro. sed etiam vbi agitur de restitut. onc. ad id facit ĩ. de elect. nõ resi. ex tuę. & 3. q. 9 decernimus. & hoc ideo est. qa periculosa est mora vtrinque, quia vtilitas ecclesiæ vtroque casu impeditur. Secundum leges de crimine nunquã proceditur ꝯ absentẽ litę non contesta. nisi in casu ꝯ appãritorẽ. C. de pœ. iu. dui. Pro contumacia verò adnotãtur bona, & expectatur per annum, & postea deuoluuntur ad fiscum: nec super bonis audit, sed super crimine, vt C. de requi. reis. l. 2. Si aũt lis est conte. & liquet de causa, i maioribus criminibus nunquam proceditur ꝯ absentem, immo auditur qñcunq; venerit. ff. de requi. reis annus. sed ibi de conte. litis nihil dr, sed ita intelligũt Docto. Sed in minoribus q̃ pœnam relegationis vel damnum æstimationis continent, bene proceditur contra absentem. ff. de pœ. absentem. sed accusator semper debet esse præsens. fallit in hoc casu. 3. C. de adul. quamuis. vbi proceditur contra reum absente accusatore. H. distinguebat an liqueat de causa, vel non; si liquet de crimine, vel potest liquere, condemnatur absens. & sic intellexit. 4. q. 5. quisquis. & 24. q. 3. de illicita. §. de conuentione. & secundum hoc posses intelligere quod hic dr, & infra qui fi. sint legitimi. per latum, hic bene liquebat de crimine absentis per contumaciam, & ita non esset aliquod contrarium secundum canones. Et si non liquet de crimine, tunc excommunicatur reus: & sic intellexit 11. q. 3. rursus & c. quicunque: nec distinguebat an sit lis contestata, vel non. Verum moderni Doctores dicunt 3 ꝙ nunquam est procedendum ꝯ absentem lite non contest. & intelligunt illud c. decernimus, cum lis erat contestata. sed si lis non est contest. vel si est contest. & non liquet de causa: tunc locum habet 11. q. 3. rursus. & ca. quicunque, & ita contradicunt hic decre. quia hic lis non fuit contest. & tñ fertur sententia contra absentem de crimine, nec expectatur per annũ, & testes recepi fuerant. Qualiter ergo intelligitur qđ hic dicit, ita ꝙ non contradicant cap. prædicta? Potest dici quod recepti sunt testes de speciali mandato dñi Papæ, qui habet potestatem etiam supra ius. ĩ. de conces. preben. proposuit. §. licet autem. & ipse idem tulit sententiam depositionis: Vnde factum suum ad consequentiam trahi non debet: immo secundum ꝙ ipse iudicat, & alij debent iudicare. ĩ. de re iud. in causis. 4 Vel melius dicas, quod c. decernimus. & c. rursus & c. quicunque, loquuntur vbi directe agitur de crimine in modum actionis: & ideo intelliguntur lite conte. licet ex litera non colligatur, sed c. istud loquitur in alio casu, cum agitur de crimine in modum denunciationis seu inquisitionis: nam canonici Curien. denunciauerunt hæc crimina dño Papæ, de quibus publica infamia laborabat epš iste, vt dr in princ. vt bene collegit ex antiqua decre. & ita bene possunt testes recipi, & ferri sententia contra contumacem. ĩ. vt lite non cont. st. quoniam. §. sunt & alij. & ĩ. de accu. qualiter & qñ 2. §. dẽt. & plus etiam hic, qa deponitur in modum inquisitionis propter homicidium, cum alias in modum inquisitionis non debeat quis deponi. ĩ. de accu. inquisitionis. 3. rñ so. & quia celebrauerat excõmunicatus, propter qđ solum potuit deponi. 11. q. 3. si quis præsbyter.

[Glo. seq. reci. per q. an pro isto fuisset procurator admissus.]

b Defendendo.] quilibet enim admissus fuisset ad defensionẽ ipsius. ff. de pro cu. seruum quoque. §. publicè. sed hoc verum est ad allegãdas causas absentię, sed non ad causam: quia in criminibus non interuenit procurator si agatur directe infra de accu. veniens. ff. de pub. iudi. l. pe. §. ad crimen. sed cum hic non ageretur directe, potuit procurator interuenire. 5 infra de accu. super his. & supra de procur. sue, supra eod. cum dilecti.

c Absentes corpore.] sic 2. q. 1. de manifesta.

d Inhibitionem.] sic ĩ. de despon. imp. ad dissoluendum. ĩ. de no. op. nun. cum ex iniuncto. sim. ĩ. de off. del. venerabilis. & infra de acc. c. vlt.

COntingit.] Primo ponit casum quandoque contingentem. Secundo prouidet ibi, ne igitur, Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis citatus ad causam contumaciter se absentat: iudex per contumaciam absentis adiudicauit possessionem actori causa rei seruandæ: sed propter potentiam rei siue dolum, actor infra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel acquisitam amittit: & sic secundum quosdam post annum non efficitur verus possessor, & reus de malitia sua commodum reportat: ne igitur contumax melioris conditionis quam obediens existat, statuit concilium de canonica æquitate, vt in casu præmisso, actor anno elapso verus efficiatur possessor. Nota quod ille qui non possidet fictione iuris, & propter dolum alterius possidere intelligitur, ita quod anno elapso verus est possessor. Item contumax puniri debet.

[Glo. seq. reci. per q. an missus in possessionem prædialem possideat: & distinguit realem à personali: & in tua-

† In aliquot antiquis, nostra.

1 Ita legitur in antiquis, vt & impressum licet q dã hic adnotẽt aliás legi nec liquet.

† l. etiam. † al. latas.

† 1. ad Cor. c. 5. c. aud. 11. q. 3. & hac sententiæ formula vtitur Eymericus i Directorio par. 3. in 13. modo processum terminandi.

2 Scilicet, cum mulier in quæstionibus confessa de crimine petijt accusatorem i officio publico constitutum præsentari. Io. An.

3 De hoc 3. q. 9. in summa, & loquitur de modernis sui tẽporibus: quę nobis hodie sũt antiqua secundũ Io. Vin. Tan. & similes. Ioã. And.

4 Et tex. dicit ordinem iudiciarium fuisse seruatum. Io. An.

† al. ita: se factã excõ cationem, & suspensionem.

† Lateran. sub Innoc. iij. c. 40. & 2. co. c. in compil.

5 Gof. contra. cum [illegible] depositione ageretur [illegible] cet per inquisitione [illegible] Hosti. ĩ. de accu. inquisitionis [illegible] dicam [illegible] gl. 3. Io. An.

rei seruandæ) a possessio propter rei potentiam siue dolum, actor infra annum rem custodiendam nancisci non potest,[b] vel acquisitã amittit: & sic (cum secundum multorum assertionem verus non efficeretur post lapsum anni possessor) reportet commodum de malitia sua reus. ¶Ne igitur contumax melioris[c] quàm obediens conditionis existat, de canonica æquitate sancimus, vt in casu præmisso, actor[d] verus constituatur[e] elapso anno possessor.

¶ Gregorius ix. archiepiscopo Burdegal.

¶ *Si reus non inuenitur sufficit publicã citationem ad ecclesiam suam proponi.*

In reali differt lex à canone, in personali non. In fi. instruit iudicem ne festinet, & vt summatim examinet.]

a Seruandæ.] secundum legistas impropriè dr̃ causa rei seruandæ, vbi quis conuenitur actione reali, in quo casu est statim verus possessor secundum eos. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. si quis emptionis. §. pe. sed cõmutabitur: quia reus veniens infra annum eam recuperat secũdum formam iuris. ĩ. vt lit. non contest. quoniam. §. in alijs. & ibi est arg. p̱ hac opinione in verbo, recuperet. sed illud exponitur idest, retineat, ibi: Secundũ iura canonica, propriè dr̃ causa rei seruandæ, quia ante annum non est verus possessor, sed custos potiꝰ. ĩ. tit. proxi. c. vlt. & s̃. de offi. ordi. pastoralis. versic. veruntamen. In personali verò actione secundùm omnes propriè dicitur causa rei seruandæ, siue causa custodiæ: talis enim custos est, & non possessor. ff. de acquiren. posses. possideri. §. vlt. & l. si quis ante §. denique. nec tunc eijcitur primus possessor de possessione. ff. de dam. infec. si finita. §. si quis autem. & ff. vt in pos. leg. is cui. ĩ. rñ. sed tantummodo secundùm decretum eijcit primum possessorem. ff. de daman. infec. si finita. §. vbi autem & ita vterque erit in possessione; diuerso tñ respectu. possessor ergo colet agrum, & colliget fructus: sed alter eos custodiet, ne dissipentur ab isto. ff. vt in posses. lega. is cui. §. qui legatorum. in reali actione secus, vt dicitur in vlt. notula huius c. Tamen iudex non multum festinabit ad missionem in possessionem, quia si reus probauit iustam causam absentiæ, restituetur. ff. de dam. infe. si finita. §. si fortè, vel fortè ipso iure. ff. de priuile. cre. Imperatores. & infra de re iudi. cum Bertholdus. Summatim examinabit ergo iudex negotium antequam mittat alteram partium in possessionem. ĩ. vt lit. non contesta. quoniam frequenter §. si verò. & C. de bo. auct. iud. possiden. Auth. & qui iurat.

[Glo. seq. reci. opin. Io. quam reprobat. & alleg. per eum respondet.]

b Non potest.] contra istum, qui nõ admittit alium in possessionem, plura remedia sunt prodita, quæ enumerantur ĩ. vt lit. non cõtest. tuæ. & dicit Io. 1 q̄ si p̱ annum steterit in excõicatione, p̄dit possessionẽ, argu. 11. q. 3. rursus & c. quicunque, sed hoc non credo, q̄ ex vi excõicationis perdat possessionem, sed ex eo q̄ non admittit illum ad possessionẽ beneficio huius cõstitutionis. & cap. illa. non loquuntur in causa ciuili, sed ca. rursus, loquitur in criminali. & cap. quicunque, loquitur cum de crimine agitur, siue ciuiliter siue criminaliter: & sic non tangunt istum casum, sed secundũ hoc contingeret, quòd efficeretur possessor ille, qui nõ fuit missus in possessionem, nec pronunciatus mitti. Duæ enim sunt pœnæ procedendi contra contumaces, vna per missionem in possessionem, alia per excommunicationem: vbi vna tantum imponitur, alia non inducitur: nisi expressè imponatur: imò cum vna non timetur tunc demum alia imponatur, vt ĩ. vt lit. non conte. quoniam frequenter. in fi.

c Melioris.] non enim melior debet esse conditio illorum, qui delinquunt, quam eorum qui obediunt. ff. de don. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. & s̃. de postu. præla. ad hæc. versi. nos, &c. & stulti non debent esse melioris cõditionis q̄ periti. ff. quòd vi aut clam. l. seruus. & 16. q. 3. legi epistolam. in prin. & ff. de noxa. l. non solum.

d Actor verus.] idem vr̃ fuisse statutum per leges in personali actione, vt si per aduersarium impedior possidere, quod nihilominus pro possessore debeo haberi, ac si possiderem. ff. de bo. auct. iud. pos. quamuis. Sed si p̱ aliũ impedior, ille tenet mihi ad interesse. ff. qb. ex caus. in pos. eat. l. pe. Et hoc si soluẽdo fuerit, alias intelligor possidere. ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. 1. respon. & ff. de dolo. & eleganter. §. si dolo.

[Gl. seq. hẽt quatuor p̃tes, primã re. per q. an per lapsum anni ipso iure, an per sententiam quis fiat possessor. & quod ipso iure alle. duo iura & duo similia. In cõtrarium alleg. decre. & l. cui statim respõdet. Demum soluit distinguendo reales à personalibus. Secũdo quærit q̃d de spiritualibus, vt si petatur ecclesia. Respondet distinguendo. Tertiò tractat an missus in pos. vescatur fructibus, & dicit quòd sic, post secundum decretum, post primũ non: & excipit tres casus. Quartò quærit an missus in possessionem, &c. soluit quod secundum canones, &c. aliter secundum ll. in reali.]

e Constituatur.] non determinatur hic an ipso iure per lapsum anni constituatur verus possessor, an per sententiam iudicis: & videtur expressum, quòd ipso iure anno elapso sit verus possessor. sup. de offi. or. pastoralis. ver. veruntamen. & inf. tit. prox. c. 2. & est simile: quia transcursus anni priuat aliquem stipendio suo, si tanto t̃pe steterit excommunicatus. 11. q. 3. rursus. & transcursus anni constituit aliquem 2 hæreticum. ĩ. de hæret. excommunicamus. §. qui aũt. Sed contra vr̃, quia post annum impetrat. 2 s̃m decret. ĩ. tit. proxi. c. 1. & ff. de dam. infe. si finita. §. Iulianus: Sed illud loquitur in personali actione. Ad hoc dicas, q̄ in realibus actionib. non hẽt locum s̃m decretum, nec est necesse, sed solũ transcursus anni facit aliquem possessorem, vt in decre. pastoralis. nisi quis ad cautelam 3 impetret illud: sed in personalibus actionibus necesse hẽt impetrare s̃m decretũ: quia aliàs intelligitur non possidere. ĩ. de proba. ex litteris. & sic non præscriberet. Sed hoc nõ obtineret vniformiter in omnibus: quia in causa noxali, & in causa damni infecti secundum decretum constituit aliquẽ dñm si reus erat dñs: sed si non erat dñs, constituit verũ possessorem: & dat ei causam præscribendi siue vsucapiendi. ff. de dam. infec. si finita. §. Iulianus. & ff. de acqui. pos. possideri. in fi. & ff. de nova. & generaliter. sed in alijs personalibus secundum decretum constituit aliquem possessorem, vt ĩ. vt lit. non contest. qm̃. in fi. s̃m intellectũ quẽ posuit ibi Io. in hoc scilicet, vt exoneretur ab onere probandi debitum: sed nõ præscribit: quia qñcumq; dñs offert debitum, restituetur ei res sua: nisi distracta sit auctoritate iudicis, vt C. de distrac. pi. si priusquam. Alium intellectum duximus ibi. Sed nunquid idem iuris est in spiritualibus causis (vt si petatur ecclesia vel p̄benda ab aliquo, & reus infra annũ non cõpareat) vt post annũ actor verus sic possessor, & sic præscribat ecclesiam uel præbendam cũ actor nunquam institutus fuit fortè in ecclesia? Dico quod si petatur ecclesia tanquam proprietas, vel aliud spirituale elapso anno verus est possessor, & præscribere põt. ĩ. titu. 4 xi. c. 1. si verò petatur ecclesia tanquã beneficiũ siue præbenda, non hẽt ibi lo. um præscriptio: quia titulus non præscribitur: sola enim possessio non facit aliquem decurionẽ, sed canonica electio. ff. de decu. Herennius. arg. ĩ. de insti. ex frequentibus. 4. Qui n. dicit se prælatum ecclesiæ vel canonicum non prodest probare

Possessor ve... an efficia... q̄ ex pri... decr. i pos... sessionẽ mit... atur.

Quis ordo ... tuandus ... ausq̃ qs in possessionẽ mittatur.

Hic, sed in ... dicta decr. ... p̄dit ... & vide ... quod ibi di... Io. And.

Possessor verus an efficiatur p̱ lapsum anni missus i possessionem.

2 Præsũptione iuris & de iure, vt no. plene lib. 2. i Directoriũ Inquisitorũ. Schol. 61. & lib. 3. Schol. 31.

3 Dñs q. d., & male hãc cautelã esse damnosam. de quo vide decr. §. videndũ. uers. hoc quoq;. Io. A.

4 Et ĩ. de iur. c. 1. lib. 6. Io. And.

bare præscriptionem, nisi ostendat titulum siue libellũ suæ ordinationis. 2. q. 1. legu. n. & ȷ̃. de præb. dilecto. & ĩ. de procu. ex insinuatione. nec obstat. ȷ̃. de iure pat. cura, quia præscribitur ibi ecclesia tanquã proprietas, vt dixit, non tanquam prælatura: nunquam. n. secundũ iura canonica per ẽm decre. datur ius præscribendi, nisi adsit bona fides, vt ȷ̃. de præscri. vigilãti, & c. fi. sed cum aliquis mittitur in possessioné beneficij, qui nullũ titulum hẽt, nunq̃ potest habere bonã fidem: & ideo nõ p̃scribit: q̃a in huiusmodi spiritualibus bona fides & iustus titulus requiruntur. ȷ̃. de p̃scr. si diligenti. Quid ergo operatur ẽm decret. in huiõi spũalibus? Fortè vt possit vti fructibus, & vt possit præscribere contra omnẽ agẽtem, si haberet bonã fidem. & aliquem titulum: non tñ p̃scribit ius prælaturæ, vel præbẽdæ, sed præscribit contra agentem tñ. Hodie verò ille qui agit cõtra possessorẽ super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendo, non dẽt mitti in possessionẽ causa rei seruandæ p̃p contumaciam partis aduersæ: ne per hoc ad eam ingressus pateat vitiosus: sed in eo casu lite non contest. liceat iudici negotium terminare, vt in cõcilio Lugdunẽsi de eo qui mit. in posses. causa rei seru. c. cum qui. [lib. 6.] Et illud scias, quia missus in possessionem ex primo decreto, non vtitur fructibus, imò eos conseruare debet, vt ipsi restituas eos cum ipsa re, si infra annum reus recuperat possessionẽ. inf. de sequestra. c. 2. si non recuperat rem suam infra annũ in actione reali, habebit omnes fructus vsque ad litem cõt. postea super proprietate audietur, si postea agere voluerit qui possessionem amisit. Et q̃ ex primo decreto nõ vtatur fructibus, probatur. ff. qui. ex cau. in pos. ea. Fulcinius. in prin. sed post ẽm decr. sũ vtitur fructibus, ff. vt in pos. l. ius cui. §. qui legatorum. in fin. secus tamen est in petitione hæreditatis: vbi quis propter nimiam contumaciam 1 consequitur fructus. ff. quib. ex cau. in pos. ea. Fulcinius. §. vlti. Similiter cum venter mittitur in possessionem, vtitur fructibus. ff. de ventre in pos. mitten. §. 1. & ff. si mulier v. n. no. in poss. calum. causa esse de. l. 1. §. interesse. Similiter cum impubes ex Carboniano edicto mittitur in possessionẽ. ff. de Carb. edic. sed si is. §. 2. Item quid dices si missus in possessionem ex primo decreto, eijciatur, an possit petere restitutionem. 2 Videtur quòd non, præcipuè secundùm iura canonica, cum non possideat, sed tantùm custodiam habeat, vt supra dictum est: quia non sufficit probare deiectionem: nisi probet possessionem, vt ĩ. de offi. deleg. consultationibus. & supra de resti. spol. olim. vnde non posset agere vti possidetis. ff. vti po. si duo. §. creditores. Sed dicas quòd potest petere restitutionem conditionaliter ex illa l. C. de preto. pig. l. vlt. ẽm illos qui dicunt quòd statim est verus possessor, saltem in actione reali, quia non videtur quæstio, cum habeat veram possessionem, licet commutabilem.

1 Vt quia dixit se nõ vẽturũ, ut ibi no. ad quod facit de sen. exc. venerabilibus. §. se cus. lib. 6. Io. And.

2 De hoc in Spec. de pri. decre. §. iã de effectu. uer. sed q̃d si nullus. Quid si iudex tractat d̃ misso ȝ non legitimè citatũ. d̃ misso autẽ ȝ reũ cui cõm petebat exceptio nide post Inn. ĩ. de dila. c. 2. 1 magna gl. uersi. uel dic melius. I. A.

V Enerabilis.] Diuiditur: nã primo ponit duplicem citandi formam. Primam quam facit iudex per litteras. Secundam, quam committit alteri faciendam. Et de facto huius decret. habetur in cap. fin. de ma. & obed. & latius in c. fi. de dilationibus. Abbas Sic.

CAP. X.

VEnerabilis frater noster, & infra. ¶ Volentes finẽ [a] imponi litibus, ne immortales existãt: Mãdamus quatenus ad initiũ proximè [b] venturæ quadragesimæ, (quod tibi peremptorium terminũ duximus assignandum) super iure Primatiæ, quod Bituricẽ. archiepiscopus, in te ac in prouincia tua se habere proponit, per te vel per procuratorem [c] idoneum sufficiẽter [d] instructum, ad litem contestã- dã, & ad alia omnia negotia † peragenda, quæ necessaria decisioni negotij videbuntur, nostro te conspectui repræsentes. ¶ Nos verò nihilominus archidiacono Transuigeñ. & magistro M. canonico Turoneñ. dedimus in mandatis, vt & ipsi ad eundem terminum, auctoritate nostra, iuxta præmissam formam, te peremptoriè citare procurent: & si non poteris inueniri, faciant vt citationis edictũ, per ipsos, vel alios, [e]

† Vox negotia, deest in omnib. manuscriptis.

CASVS. Inter archiep̃m Bituriceñ. & archiepiscopum Burdegaleñ. quæstio vertebatur de iure Primatiæ: ad petitionem Bituriceñ. mandauit Papa Burdegaleñ. vt ad initium proximæ quadragesimæ, peremptoriè ad præsentiam suam p̃ se vel per procuratorem idoneũ accederet, responsurus dicto archiepiscopo Bituricẽ. super iure Primatiæ: quod se proponit habere in prouincia Burdegaleñ. ad litem contesta. & ad alia omnia, quæ ipsi causæ fuerint necessaria: & insuper mãdat quibusdã, vt ad eundẽ terminum sub forma præmissa & peremptoriè citẽt eundem: & si non poterit inueniri, ad ecclesiam suam trina citationis edictũ publicæ proponant, vel proponi faciant. Not. procuratorem talem mittendum, qui possit litem contestari, & alia oĩa necessaria causæ expedire. Item si aliquis non inuenitur ad locum vbi habitare consueuit, trinę citationis edictum debet proponi, & vltimum peremptorium.

a Finem.] sic 3 ĩ. eod. finẽ. & ĩ. de p̃curat. constitutis. & C. de agri. & cen. lib. 11. & C. de iudi. properandum. in princ. & ideo vsque ad triennium restringuntur lites ẽm leges, vt in prędicta l. properandum ne immortales existant, vt ibi dr̃. Secũdũ iura canonica nõ finitur instantia iudicij elapso triennio. supra de iudi. venerabilis.

b Proximè.] & si hoc non fuisset appositum, de proxima intelligeretur. ff. de ver. obl. cum qui calendis. in prin. Ber.

c Procuratorem.] melius 4 dixisset actorem, quia hęc erat causa vniuersitatis. ĩ. de syndi. c. 1. ff. de mu. & honoribus. §. defensores. in gl. intelliguntur. ff. q̃d cuiusq; vniuer. item eorũ. §. actor. Et mirũ p̃ interuenit procurator in hoc casu, cum agatur causa status: ꝯ id q̃d hẽs 2. q. 6. si q̃s. Dic quòd, si aliquis petit aliquẽ in seruũ, põt agere per procuratorẽ. 54. dist. frequẽs. in glo. actores. Is aũt de cuius statu agitur, si est in possessione libertatis, potest se defendere per procuratorem. C. de asser. tol. l. 1. in prin. si aũt sit in possessione seruitutis, & p̃clamet etiam ad libertatẽ, nõ aget p̃ p̃curatorẽ. vt in l. p̃dicta. Nec obstat huic distinctioni. ff. de procu. non solum. §. si status. q̃ dicit, quòd in causa status põt interuenire p̃curator, siue ex seruitute p̃clamet in libertatẽ, siue ex libertate petatur in seruitutem. loquitur. n. in procuratione p̃curatoris ad peculiaria negotia. ff. de proc. l. seruum quoque. in prin. e. tit. de proc.

d Sufficienter instructum.] sufficiens dicitur qui ad agendum & defendendum & respondendum constitutus est legitimè. de hoc dictum est ĩ. de procu. c. 1. & c. accedens. & c. mandato.

e Alios.] ex 5 forma rescripti hic defert alijs, cum tantum factum demandetur. ĩ. de offi. deleg. c. ultim. in fin. Vel dic quod possunt citare per se uel per nuncios suos. fiunt enim citationes uel per nuncios, uel per epistolam, uel per edicta, quę in publico proponuntur. intelliguntur enim citare ipsi quando per alios citant. arg. ff. de consti. pe. l. & lic. 1.

3 De materia huius gl. & quis ordo in causis iudicandis expediendis obseruari debeat, uide q̃ sanciuit cõcilium Trident. sessio. 24. in decreto de reformatione. c. 20. & sessio. 25. de reforma. c. 10.

4 Hęc gl. cũ his 1 verum de cretalium exemplaribus.

5 Hæc pleraq; in nõ nullis in vetustis codicibus.

[Glo.

[Glo. seq. alleg. concor. & ibi remittit. Secūdò quærit an teneatur reus non veniens, &c. arg. ꝙ sic, demum arg. contrarium, & illud tenet.]

a Ecclesiā tui.] sic ergo debet citari qui personaliter nō inuenitur ī.e. cauillam quæ. vbi satis dī de hac materia. Sed quid fiet si reus nō veniat, & iudices impediti etiā si venissent, pcedere non potuissent; nunquid tenebitur salté ad expēsas? Vī ꝙ sic quia contumax est: aduocati enim non est contēnere auctoritatē prætoris. ff. de iu. si quis ex aliena. & ff. de re iu. contumacia, nec pdesse vī si casu pcessus iudicis impeditur, sicut si facto fecerit, nō vī obtēperare volūtati. ff. de condi. & demon. l. a. in fi. certus enim casus dīt esse ad hoc vt nō veniat. arg. ff. de bo. pol. ſm tabu. l. 1. §. 1. ver. sciétiam tñ. & licet mea nō intersit, teneor tñ venire. ff. si quis cau. si eū in prin. arg. ꝯ ff. si quis cau. l. 2. §. fi. qs in iudicio. 1 in fi. & ff. si qs in ius vo. non ierit. l. 2. in fin. quia nihil interest actoris reum non venisse, vt ibi. ff. de iud. non videtur. & ff. de pecu. eo tempore. & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. ver. sed in aliquem. Et hoc verum est quòd non tenetur venire.

† Gisebur.

1 Iudice vel altero ex litigatorib. impedito, dies iudicii diff. tur. Io. And.

apud ecclesiam tuam [a] publicè proponatur.

TITVLVS XV.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

¶ Alexand. iij. Priori & fratribus de Guisburch.

¶ Missus in possessionem ex primo decreto in reali per lapsum anni veram & incommutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem habuerit infra annū voluntatem cautionem præstandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. h. d. secundum verum intellectum.

DE EO QVI MIT. IN POSS. CAVSA, &c.

¶ Quia per contumaciam sæpe peruenitur ad missionem in possessionem, ideo congruè post præcedentem ista annectitur. Et quamuis in rubro fiat duntaxat mentio de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, tñ in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti per quod transfertur vera possessio, vt in c. 1. Ex quo collige, quòd nigrum quandoque est generalius rubro, concordat de officio deleg. cap. 2. lib 6. referendo rubrum ad c. fin. eod. tit. Abb.

Constitutis.] Actor missus in possessionem post annum efficitur verus possessor, licet reus infra annum cautionem præstare voluerit. h. d. Primò narrat factum. Secundò interloquitur: ibi, Ideoque. Abb. Sic.

CASVS. Prior & canonici de Guiseburch. habebant quæstionem cū præposito de Beril'. super ecclesia de Lamento; ad petitionem prioris, causa commissa fuit quibusdam iudicibus: sed quia præpositus fuit contumax, missi fuerunt Prior & fratres in possessionem ecclesiæ prædictæ, causa rei seruandæ infra annum præpositus non recuperauit possessionem, vnde anno elapso partes propter hoc accesserunt ad Papam: in cuius præsentia super possessione prædictæ ecclesiæ fuit aliquandiu disputatum: tandem per confessionem vtriusque partis constitit Papæ, quod licet in possessionem causa rei seruandæ dicti Prior & fratres fuissent inducti, tamē altera pars infra annum non præstitit cautionem stādi iuri, licet voluntatem habuerit, & ipsi causam parati fuerant recipere: Vnde Papa adiudicauit possessionem dictæ ecclesiæ prædictis fratrib. saluo iure proprietatis ipsi præposito. Not. quòd nō sufficit volūtas in casu isto sine facto. Itē qui non recuperat possessionem propter contumaciam amissam infra annum, post annum non recuperat ipsam: tamen de proprietate auditur.

CAP. I.

Constitutis† in præsentia nostra R. canonico vestro, & responsalibus præpositi de Beril' sup possessione ecclesię de Lamēto (in quā causa rei seruādæ[b] fueratis īducti) hincinde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex vtriusque partis assertione[c] tenuimus, ꝙ licet cā rei seruandæ tantum, in eiusdem ecclesiæ possessionem inducti fueritis, infra annum tamen altera pars standi iuri non præstitit cautionē, licet voluntatem[d] † præstādi habuerit, & vos eam parati[e] recipere fuissetis.

† Post cōcil. Lateran. sub Alexand. iij. par. 3. c. 4. & c. 1. eo. tit. in 1. comp.

b Seruandæ.] super possessione, sic qua agebatur tanquam super proprietate, secus si agatur sup beneficio vel dignitate. ī. in cōcil. Lugd. eo. tit. cum qui. [lib. 6.]

c Assertione.] C. si p vim vel alio modo. l. 2. & ita per confessiones partiū constitit de meritis causæ: & ideo ex confessione proceditur ad sniam. ī. de transac. pterea. 2 §. tādem[a], & ī. de restitu. spol. cum ad sedē. ad fi. 2 cum confessus in iure, pro iudicato habetur. ī. de confess. cum super. & c. sequenti. & C. de confess. l. vnica.

2 Concor. l. certū, §. sed ante ipsos: & ibi Barto. ff. de confess.

[Glos. seq. ponit brocar. de voluntate an habeatur pro facto. alleg. ad negatiuam vnam can. vnā decr. & tres leges ad affirmatiuam quatuor canones, & dat duas solut.]

† Vide l. si repetēdi. C. de condi. inde. & l. ptor. & ibi Bar. ff. de no. oper. nūc.

d Voluntatem.] Non tñ studiosam, sed cum effectu: quia per eum stetit, & non per iudicem, uel per aduersarium: aliàs si stetisset per iudicem vel partem aduersā, non imputaretur ei. inf. eod. c. proxi. immo & si iudicē habere non potest, coram publicis, & honestis personis debet cautionem offerre ac præstare, vt postea non curtat annalis præscriptio, vt sup. de offi. ord. pastoralis. in fin. & ī eo. cum venissent. Item est arg. quòd voluntas sola non sufficit sine effectu. ī. de re iud. cum aliquib. & ff. de consti. pec. promissor. §. constituto. ff. de re iud. l. 4. §. ait prætor, & 86. dist. in. non satis. & ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. sicut. §. si voluntate. arg. contra. 32. q. 5. nec solo. & c. qui uiderit. de pœn. dist. 1. quisquis. §. si quis cum telo, 14. q. 5. si quid inuenisti. Sol. ubi de necessitate opus est facto, non sufficit uoluntas si factum adimpleri pōt, aliàs voluntas reputatur pro facto, ut in c. non satis. Vel aliter vbi quis habet uoluntatem faciendi bonum: sufficit sola uoluntas, si non potest facere illud, 3 sed si uoluntatem habet malè faciendi, & per eum non stat, puta quia procedat ad actum exteriorem, ei imputatur. 4 de pœ. dist. 1. si quis cum telo. & in pluribus ll. ibidem: aliàs sola uoluntas non imputatur, quia cognitionis pœnam nemo meretur. de pœ. distin. 1. c. cogitatio.

3 45. di. duo sunt Seneca 34. ad Lucil. Magna pars bonitatis est velle fieri bonum. Io. And.

4 Hierony. ad Gellantiam dicit ꝙ tum ad prædicti rōnem pertinet: nocuit qui nocere disposuit. Io. And.

[Gl. seq. in prin. format duas quęstiones: prima quid si passus missionem non ualet propter impotentiā pręstare cautionem? Respondet, quod ei non imputabitur. Secundò, cui sit præstanda hæc cautio? Respondet ꝙ parti, hoc verum in districtu iudicis.

e Parati.] Si verò non fuissent parati eam recipere, non noceret proposito. argumen. ff. de leg. commisso. si fundus. in fin. §. in commissoria, vel si eam præstare nō posset, non imputaretur ei quia inanis est actio, & cæt. ff. de

ff. de dolo, nam is & ꝫ. de resti. spo. olim. 1. & ꝫ. de sol. Odoardus. præstat ergo quam potest, scilicet iuratoriam. 1 ꝫ. de do. inter vi. & vxo. & de do. post diuor. resti. per vestras. §. fi. & C. de epi. & cle. auth. generaliter. & in auth. vt nulli iu. §. si verò. coll. 9. sed illud prohibetur. ꝫ. de app. c. vl ti. Item habes hic, ꝙ parti præstanda est cautio ista; quod est verum: & idem si nō potest iudex haberi: præstetur parti. Et iudici etiã potest pręstari parte absente. ꝫ. eo. c. 2. & 3. & ꝫ. de offi. ordi. pastoralis. Si autem neuter potest inueniri, præstabitur alicui honestæ personæ, quæ recipiat cautionem nomine aduersarij.

† Obliget et ipsam rem quã recuperat, q̃d potest. posset et obligare se ad pœnã pecuniariã, de præsum. literas. ver. quocirca. vt priuationis beneficij. de ele. cum dilecti. ad finẽ, secũdùm Host. Ioan.

ADDITIO. Sic ꝫ. de conuer. coniug. c. vlt.

a Saluo iure.] super proprietate. Sic ꝫ. vt lit. non contesta. quoniã. §. quod si in fi. & ꝫ. de do. & contu. prout in fi.

b Habeatis.] hic sumitur arg. ꝙ secundum decretũ necessariò fit i reali actione: sed ideo datum fuit secundum decretum: quia dubitabatur super cautione an infra annum pręstita fuisset, & ideo reuocabatur in dubium inter partes. & de hoc satis dictum est ꝫ. tit. proxi. contingit.

C Vm sicut.] Si non stetit p reũ quo minus caueret infra annum, actor per lapsum anni nõ efficitur verus possessor. Diuiditur. nam in prima facti narratio. In secũda cautæ cõmissio ibi, Discretioni. Abb.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cõp.

† al. subdiaconum.

† al. Col.

† al. ita: Thaurien. & de Colle. abbates, & Archidiaconus Chimeteñ. al. ita: Thaur. & de Comit. abbates, ac archidiacon. Chimen.

¶ Ideoque decernimus, vt ammodo possessionẽ præscriptæ ecclesiæ (saluo iure[a] quòd idem prępositus in petenda ecclesia habere dignoscitur) absq; cõtradictione qualibet habeatis[b]. Vt autem nostræ diffinitionis sentẽtia inuiolabiliter obseruetur, eã Apostolico duximus patrocinio roborandam.

¶ Cle. iij. episcopo, & archidiacono Eboraceñ.

¶ *Tempus annale nõ currit missionem passo, si infra illud cautionẽ iudicibus, vel alteri eorum alijs absentibus obtulit: licet per eos seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum.*

CAP. II.

CVm † sicut accepimus, inter P. subdecanum, † & abbatissam & conuentũ sanctæ Trinitatis, super ecclesia de Capit. † quæstio verteretur: de Taurino † & de Corinth. abbates, ac archidiaconus Chima. à sede Apostolica delegati, moniales ipsas rei seruãdæ causa, in possessionẽ rei petitæ[c] miserunt: vnde cum hoc ad † subdecani notitiam peruenisset, ad archidiaconũ prædictum accessit: & offerẽs ei sistendi iudicio cautionem (quoniam abbas de Corinth. profectus erat ĩ Angliã, & Abbas T hauriñen. viã fuerat vniuersæ carnis ingressus) possessionem infra annũ sibi resignari cum instantia postulauit, sed non[d] potuit obtinere: & infra. ¶ Discretioni vestræ mãdamus, quatenus si ẽ ita, sistẽdi iudicio ab eo cautione recepta[e], ei possessionem restitui faciatis: nec obstare volumus, ꝙ annus elapsus esse proponitur, si per eum non stetterit,[f] quo minus infra annum, & possessionem receperit, & dederit cautionem.

¶ Innoc. iij. Vrbinati, & Senagolen. episcopis.

¶ *Si passus missionem, repetens possessionem allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum quam euitat, si postea constiterit eum non fuisse cõtumacem.*

ꝙ annus est elapsus: si p eũ non stetterit quo minus ĩ infra annũ & possessionẽ receperit, & dederit cautionẽ. Not. quòd si per me non steterit quo minus faciam quod debeo, non est mihi imputandum. Item si non possum habere copiam iudicis, non currit mihi tempus annale.

c Rei petitæ.] Sic ꝫ. Vt lit. nõ contest. quoniã. §. in alijs. & ꝫ. eo. c. vlti. C. de his qui ad eccles. confu. præsenti. §. cũ autẽ.

[Gloss. ista signat contrarium de l. tutor qui. & soluit.]

d Sed non potuit obtinere.] Sed nec debuit, cum plures fuissent iudices, ipse solus restitutionem dare non poterat: q a solus nõ habebat iurisdictionẽ. ꝫ. de offi. deleg. causam matrimonij. & c. vno delegatorũ. & 2. q. 6. c. ei q. §. itẽ si plures. arg. ꝙ q a cum res esset tẽpore peritura, archidiaconus poterat se intromittere, sic apparet i tutoribus. ff. de admini. tut. tutor q. §. 1. a Sed nõ est verũ, vt dictũ est, cũ non haberet iurisdõnẽ, poterat tñ cautionem recipere ab ipso noĩe aduersarij, non tanq̃ iudex, sed tanq̃ honesta persona, & sic non curreret ꝑs. sup. de of. or. pastoralis. §. verũtamen. de hac cautione dictum est in pro xi. c. sup eo.

e Recepta.] & ita quod non potuit facere primo, modo facere debet, vt possessionem recuperet. sim. ꝫ. c. 1. sicut etiã si ad terminũ venere, aut etiam soluere non potuisti, non tñ post terminum eris à solutione absolutus. sup. de do. & cont. cum dilecti. §. præterea, ver. si enim. ff. de arbi. Celsus. §. 1.

[Glo. ista notat quod si per me, &c. signat contrariũ de decretali proxi. & soluit.]

f Non steterit.] not. quòd si per me non stat quo minus faciam quod debeo, non est mihi imputandum. sic supra de rescrip. si autem. & c. plerumque. §. 1. ibi, postquam copiam. & supra vt lit. non contesta. quoniam circa prin. & infra de appellat. ex insinuatione. ibi aliq; damno. & 2. q. 6. anterioram. §. ad hoc. & ꝫ. de app. ex ratione. arg. contra supra c. proxi. sed ibi voluit solum modo, sed non cum effectu, & voluntas ibi stetit in suis terminus. hic verò voluit & obtulit, sed defuit qui reciperet, & absente illo, qui fuit causa custodiæ in possessionem minus, ex causa necessaria possessio restitui non debet. infra de verbor. signi. dilecto.

† In codice Barbarã ita: ad eiusdem sabcon.

a In summa loquitur quorũ officiũ q libet etiã et i solũ me vtilitas psonæ cui dati sũt impediri. ff. de admi. tuto. si plures. delegati verò simpliciter dati vnus sine reliquo nihil potest. sup. de of. de le. prudẽtiã. Ioan. And.

CASVS. Inter abbatissam & conuentum sanctæ Trinitatis ex vna parte, & P. subdecanum ex altera, coram abbatibus Taurineñ. & de Corinth. & archidiacono Chim. iudicibus delegatis, super ecclesia de Capit. quęstio vertebatur, propter contumaciam P. subdecani iudices miserunt moniales in possessionem rei petitæ, causa rei seruandæ: Sed cum hoc ad subdecani notitiam peruenisset, ad archid. prędictũ accessit, offerens ei standi iudicio cautionẽ, quoniã abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & abbas Thaurinen. viam fuerat vniuersæ carnis ingressus: possessionem tamen infra annum non potuit obtinere: vnde dictus P. post annum accessit ad Papam, petens sibi super hoc prouideri, cum per ipsum non stetterit quo minus possessionem recuperasset infra annum: mandat Papa quibusdam quatenus si est ita, recipiant a reo cautionem stãdi iuri, & ei restituant possessionem, non obstante eo,

Cum

CVm venissent.] Si reus contra quem facta est missio in possessionem, docet se contumacem non fuisse, non condemnabitur ad expensas. Primò ponit factum coram Papa narratum querelæ vel appellationis remedio. Secundò dat iudices ibi, Nos igitur. Abbas Siculus.

CAP. III.

CVm † venissent ad Apostolicã sedem abbas sãcti Angeli, & P. Gal. idẽ P. proposuit, quòd † prædictus abbas eũ sup quadã possessione, corã Ioanne Apostolicę sedis legato traxit in causam: & infra. ¶ Verũ legatus ipse causam cõmisit iudicibus, secũdum ius & bonã terræ consuetudinem † terminãdam: qui cum secundum ius tantum vellent procedere, præfatus P. nostrã audiẽtiam appellauit: sed iudices nihilominus partem aduersam in possessionẽ rerum petitarum inducendam causa custodię[a] decreuerunt: ita quod si vsq; ad annum & diem præstaret sistẽdi iudicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret[b] pro expẽsis, reciperet possessionem eãdem. Cumque G. sedis Apostolicæ legatus infra annum fuisset terram illã ingressus, ipse cautionẽ standi iuri obtulit[c] coram eo, & possessionem sibi restitui postulauit, paratus expẽsas restituere factas in lite, quæ sex librarũ summam (sicut asserit) nõ excedunt: sed abbas triginta librarũ sibi restitui petijt quantitatẽ: & infra. ¶ Nos igitur ipsum P. cautione[d] præstita, in possessionem credimus † reducẽdum; Hoc etiam decernentes, vt si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse constiterit (quia ex hoc sequitur eum rationabiliter[e] appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur, alioquin (cum ex hoc appareat eũ frustratoriè appellasse) ad restitutionem cogatur expẽsarum illarum,[f] quas

CASVS. Abbas sancti Angeli causam habebat super quadã possessione contra P. Gallcũ. legatus illius prouinciæ causam illam commisit quibusdam iudicibus, secũdum ius & bonam cõsuetudinem illius terræ terminandam: sed cum iudices vellent procedere in re secundum ius, præfatus P. ad sedem Apostolicam appellauit, nihilominus iudices partem aduersam in possessionem rerum petitarum causa rei seruandæ mitti decreuerunt, ita quòd si vsque ad annũ & diem præstaret cautionem iudicio sisti, & parti alteri triginta libras restitueret pro expẽsis, reciperet possessionem eandem: Postmodum legatus ille recessit, & alter legatus infra annum terram illam est ingressus, coram quo dictus P. obtulit cautionem standi iuri & possessionem sibi restitui postulauit, paratus restituere expẽsas vsque ad sex libras. sed abbas volebat triginta, & sic annus elapsus est: vnde quæstio ista ad dominum Papam est delata, coram quo hæc & alia proposita fuerunt: dominus Papa decreuit illum P. in possessionem reducendum præfata cautione præstita, statuens vt si consuetudo quã allegabat, laudabilis fuerit, ad expensas restituendas non compellatur: quia ex hoc apparet quòd benè appellauit: si verò consuetudo laudabilis non fuerit, appellatio non tenuit: vnde ad moderatas expensas restituendas abbati, quas constiterit ipsum propter hoc fecisse, condemnatur. Not. quòd non obstat lapsus anni ad recuperandam possessionem, sed infra annum non stat per eum qui amisit eam. Item appellatio legitima impedit traditionem possessionum; & si non est legitima, non impedit quo minus detur.

a Causa custodiæ.] arg. quòd non sit possessor, sed tãtum custos. sic ĩ. eo. c. prox.

[Glo. seq. reci. per q. an bene fecerit iudex condemnando ad expensas tempore missionis. Et dicit, quod non, duplici ratione.]

b Restitueret.] hic malè pronunciauit, quia primò debuit ei de expensis cõstare, saltem per iuramentum, C. de iud. sancimus. 1 præmissa taxatione. s. de procu. constitutis. & hic in fine dicit, quas abbatem constiterit propter hoc fecisse. vnde perperam processit, quia non debuit condemnare eum ad voluntatem abbatis: vnde Papa non stat illi condemnationi. Præterea condemnatio expensarum debet fieri tempore præstandæ cautionis, quo recuperat possessionem supra vt lite non contest. quoniam. §. in alijs. & infra de sequestra. c. 1. & hic in fi.

[Glo. seq. reci. per q. an offerens cautionem coram legato, per id renunciauerit appellationi ad Papam interiectę. arg. pro & contra, & soluit. quærit demũ, nunquid appellatio profuit? & respondet.]

c Obtulit.] Per hãc oblationem cautionis interrumpit præscriptionem annalẽ. supra de offi. ord. pastoralis. in fine. & supra cap. proxi. Et per hoc videtur renunciasse appellationi, & ratã habuisse sententiam iudicum, illorum, ex quo acquieuit illi. arg. s. de offi. dele. gratum. & infra de testi. cum venissent. & arg. ff. de iud. l. verum. & ff. rem ra. hab. l. 3. §. falsus. sed cõtra innuit, scilicet quod Papa mandat inquiri de appellatione: quare per hoc non intelligitur renunciasse. Dicas, ex quo aduersarius noluit recipere cautionẽ & restituere possessionem, statim licuit ei prosequi appellationem: & ita cum per eum non steterit quin dedisset cautionem, & recepisset possessionem, sed potius per aduersarium & per iudicem[a], ei circa possessionem recuperandam obesse non debet, vt s. c. proxi. Quid ergo profuit ei appellatio? Multum profuit: quia si appellatio sua fuit legitima, non condemnabitur in expensis: si non fuit legitima, condemnabitur in expensis tantum necessarijs, quas propter hoc constiterit abbatem fecisse, vt dicit in fi. si tamen non appellasset, simpliciter restituisset expensas.

d Cautione.] sufficienti. infra de sequestra. capit. 1. in fine.

e Rationabiliter.] cum hic Papa iubeat inquiri de appellatione, patet quòd non recedit ab ea per oblationem cautionis, sed hoc fuit culpa aduersarij, qui eam noluit recipere: quod profuit huic appellanti in hoc, quia non condemnabitur in expensis si legitimè appellauit: & sic tutius fuisset illi accepisse moderatas expensas.

f Illarum.] & etiam ad eas quas fecit in rebus[a], quarum possessionem tenebat, conseruandis: etiam si non expediebat facere illas dum tamen credebat expedire. 2 ff. de bo. auct. iud. pos. prætor ait, §. quod ait prætor, aliàs, generale est, vt non sufficiat credere & expedire, nisi in veritate expediat. ff. de nego. gest. sed an vltro. §. 1. in fine. vtiliter enim debet cœptum esse negotium, licet non spectemus euentum, vt hic dicit.

† Ca. 5. eo. ti. in 3. compi.

Et deste llectu vide Deciũ in ca. ecclesia sanctę Marię. de cõstit. inc. consultationib. de offi. del. & Romanus sing. 414.

† In codice Barbatię ita q cũ dictus abbas eum super quadã possessione corã Lap. se. le. traxerit in causam.

† Infero, q consuetudo terræ ligeret clericos. c. cõcor. l. j. & ibi Pe. de bel. pt. Cyn. & Doctor. C. de sum. Tri. & deficiẽte terræ consuetudine, tunc ad quã sit recurrẽdum cõsuetudinẽ, vide late p glossam in c. consuetudo. dist. 1. & in ca. illud. dist. 12.

a Ibi iudex æstimat expensas: & de aliis diffinit post iuramẽtum. Io. An.

Præscriptio annalis interrumpitur per oblationem cautionis.

† In codice Barbatiæ legitur: decernimus. in cæteris, credimus, &c.

a Sufficit in hoc casu q nõ sit in dolo. & de hoc in Spe. de secũdo decreto. §. iuxta. versi. quid si actor. Ioan. And.

a Necessarias.] necessariæ expensæ dicuntur, impensæ sine quibus deterior esset res, si non fierent, aut etiam periret. ff. de verbo. signifi. impensæ. & ff. de pigno. act. si necessarias: & ff. de impen. in re. do. fa. impensæ. & duabus legibus sequen. de hoc dictum est s. tit. proxi. c. finem litibus.

SI aduersarius.] Si reus citatus se absentat nec procurator nec alius eum defendit, mittitur actor in possessioné rei petitæ causa custodiæ. h. d. inhærendo litteræ, quòd reus fuit prius personaliter citatus, & postea se absentauit. Primò ponitur thema, ex quo q̄stio. Secundò solutio ibi, Iure petere. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis citatus fuit ad causam: post citationé absentauit se nullú dimittens procuratorem: Quæritur qualiter cótra ipsum sit procedendum? Rńdet, quòd denúciatio ad domú ipsius legitimè debet fieri: & si non apparet qui defendat eum, actor in possessionem rei petitæ causa rei seruandæ potest induci. Not. quòd quilibet tenetur dimittere procuratorem, qui eum defendat: alias procedatur contra ipsum, vt hic dicitur.

[Glo. seq. dat duos intellectus ad textū. Panor.]

¶ Si actor & reus in interdicto retinendæ possessionis probant, obtinet is qui antiquiorem possessionem probat titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit, hoc dicit notabiliter, & probatur satis hoc summarium in versiculo ex præmissis, ponderato versiculo maximè.

CAP. IX.

Licet † causã, quæ inter ecclesiã Rauennatẽ, & cõmune Fauentiæ super iurisdictione, honore, ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod † de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat; & infra[a]. ¶ Porrò attestationibus publicatis, sĩdicus Fauẽtinorũ pposuit, se velle

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cõp. Et de intellectu vide Fernandum Vasquium lib. 2. c. 36. cõtrouersiarum vsu frequentiũ ad de Purpuratum consil. 81. volu. 1.

† al. quæ.

CASVS. Inter archiepm Rauennatẽ. ex vna parte, & cõe Fauẽtiæ ex altera, qõ vertebaẽ super iurisdĩone, honore, ac districtu in villa sancti Petri, ac quibusdam castris & terris alijs, quæ de iure ad Rauẽnateñ. ecclesiam ptinebant: procuratores vtriusque partis propter hoc ad sedem Apo. accesserunt: lite contest. super prędictis, per procuratores prædictos iuramento calumniæ præstito: quia vtriq. parti erat plurimũ onerosum testes producere coram Papa: mandauit Papa epo Placẽtino, vt infra tres menses testes reciperet, quos vtraq; pars tam super principali negotio, quàm in personas testiũ duceret producendos, statuendo partibus terminũ, in quo cum attestationibus apud sedem Apost. se repręsentent. Tandem partes cum attestationibus cõparuerunt coram dño Papa: attestationibus publicatis syndicus Fauentinorum pposuit, se velle in personas testiũ ex parte altera productorum quędam obijcere & pbare: Syndicus archiepi ècontra rñdit id fieri nõ debere: Papa interloquendo decreuit ipsum nõ esse audiendum, cũ intra tres mẽses, prout in litteris dñi Papæ mandabatur, id facere non curauerit: Post hoc syndicus prædictus obiecit testes pdictos, quòd corrupti fal. sa dixissẽt: Papa dicit quòd talis exceptio non solum ante sniam, sed etiam post potest opponi: quamuis crederet quòd talis exceptio, per excogi. tã malitiam ad differendum negotium proponeretur: eam admisit, mandans quibusdam iudicibus, vt testes quos sup hac exceptione pcurator Fauen. duceret producendos, reciperet infra mensem, indulto ex tunc altero mense procuratori ecclesiæ Rauennaten. inf. quẽ ad reprobationẽ illorũ testes pduceret coram eis: Iudices prædicti, receptis testib. pdictis, attestationes ad dñm Papam remiserunt prout receperant in mandatis. Post hoc dominus Papa examinauit testes hinc & inde pductos, sed ex priuilegijs Imperatorum & Romanorũ Pont. concessis ecclesiæ Rauen. colligitur manifestè, possessionem ecclesiæ in prædictis iustam fuisse: & ita per consequens apparet, quòd Fauen. minus iustè & sine titulo, aliqua in locis prędictis occuparunt: quia verò syndicus ecclesiæ petijt commune Fauentię à vi turbatiua seu inquietatiua super pręmissis prohiberi, Papa vidẽs in hoc casu nõ sic esse locũ interdicto, vti possidetis, ita possideatis, cum probationis ecclesiæ Rauennaten. longè sint potiores, & ideo sit interdicto superior, condemnauit commune Fauentiæ ipsi ecclesię super iurisdictione, honore, atque districtu, & alijs generaliter pertinentibus ad hoc in locis prędictis, quo ad possessorium iudicium, quo tantum modo actum est, sibi perpetuum silentium imponens: & prohibens eidem, vt neque per se, neque per alios super prędictis pręsumant aliquatenus ecclesiam molestare. Not. quòd exceptio falsi ante sententiam & post, potest opponi. Item testis qui contradicit sibi, non valet. Item testis singularis non valet. Item testibus malæ famę non est credendum, vel saltem modica fides est adhibenda. Item qui adstrinxit se ad plura probanda, non sufficit si alterum probet. Item duo insimul eandem rem & eodem modo in solidum possidere nõ possunt. Item in interdicto, vti possidetis, vincit qui possessionem & titulum ostendit.

a Et infra.] a sub isto, infra, fuit lis contest. coram domino Papa, vt ĩ. de iura. calum. cum causam, cuius pars hæc est. & commissa fuit receptio testium iudicibus: & testibus receptis remiserunt ad Papam depositiones eorum. ĩ. de testibus, cum causam.

a Hæc pars decisa non reperitur in antiquis et in compilation.

[Gl. seq. notat terminum præfigi posse productioni testium, inducit quatuor similia.]

a Triena

in personas testiũ ex parte altera productorum, quędam obijcere ac probare: œconomo ecclesiæ asserente id fieri non debere. super quo interloquendo decernimus ipsum nullatenus audiẽdũ: cũ infra trium mẽsium[a] spatium, in nostris litteris comprehẽsum, testes huiusmodi producere nõ curauerit: infra quem terminum pars vtraque testes inducere † potuit, tã in personas testium, quã super negotio principali. ¶ Post hoc idem obiecit in testes prædictos, quod corrupti falsa dixissent. Vnde quia talis exceptio non solũ ante, sed etiam post sententiam potest opponi,[b] licet nonnulli crederent, Fauentinorũ partem exceptionem huiusmodi per excogitatã maliciam[c] ad impediẽdum processum negotij obiecisse, qa tamen nolumus à iuris tramite declinare, magistris G. & T. † præcipimus, vt testes, quos super hac exceptione ꝓcurator Fauentinorum duceret producẽdos, infra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circunstantijs[d] † subtiliter inquirentes, indulto ex tunc altero mense procuratori ecclesiæ supradictæ, infra quẽ, si vellet, ad † reprobationem[e] testium illorum, produceret testes coram eis, & infra. ¶ Quamquã autem pars Fauentinorũ testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt concordes, cum alij sibimet in serie sui testimonij contradicant, & quidam † alij sint in dicto sui testimonij singulares.[g] Ad reprobãdum verò quosdam testium ecclesię Rauẽ. etsi ex parte Fauentinorũ quidã sint testes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi inuicẽ euidentissimè contradicunt, quidam verò alij pauci numero, quamuis non reprobentur expressè,[h] vsque adeo tamen malæ famæ sunt, & leuis opinionis,[i] quod eorum dictis nulla vel modica[k] est fides adhibenda. † Iidem quoque testes[l] Fauentinorum generaliter repelluntur, quia nõ probant illud ad quod probãdum eorum syndicus se adstrinxit,[m]

a Trium mensium.] nota quòd iudex ex officio suo potest præfigere terminum productioni testium. ʒ. de testi. in nomine domini. item ad exceptiones. ʒ. de exceptio. pastoralis. item ad accusationem matrimonij. ʒ. de clande. despon. cum inhibitio. Item ad accusandum. ʒ. de accu. licet. & C. q. accu. non poss. si ea quæ, & ʒ. de fi. instr. accepimus. Item vbi impeditur status alicuius, C. de inge. diffamati. Ioan.

[Glo. seq. Primò allegat duas concordãtias, & distinguit an fuerit vel nõ mota quæstio falsi. Secundò ponit opinionem, quòd falsitatem testiũ sine corruptione probare non sufficit. demũ ponit contrariam, quã approbat. Tertiò tractat an corruptio sine falsitate sufficiat. & argu. pro & contra. Vltimò notat. quòd sententia per falsas probationes lata tenet, & ponit tres modos retractandi.]

b Opponi.] sic ʒ. de procu. in nostra. & C. de fal. querelã. Distinguit tñ, quia aut quæstio de falso mota fuit i iudicio, aut nõ. Si fuerit mota, nunquam postea prætextu falsi retractatur sñia. 1 C. si ex fal. instr. l. 1. & 2. in fi. nisi appellatũ sit: tunc enim potest opponi in causa appellationis, C. de fi. instru. l. vlt. in fi. & testes possunt ꝓduci. C. de temp. appel. ꝑ hanc, in fi. Sed si nũquam fuit quæstio falsi mota, licet tunc non sit appellatum: non tñ trãsit in rem iudicatam vsque ad xx. annos. C. de fal. querelã. & ʒ. de excep. cũ venerabilis. Et nota, quòd sm quosdã nõ sufficit probare testes esse falsos, nisi probentur corrupti. arg. ff. de re iudi. diuus. quæ loquitur in eodem casu cũ hac decretali. Alij probabilius dicunt, vt Io. & B. quòd sicut sufficit probare instrumentũ esse falsum. C. si ex fal. instr. l. penult. & vlt. sic & testes, cũ habeant hincinde parem vim. C. de fide instrum. in exercendis. & facit ad hoc ff. de exceptio. qui agnitis, & C. de transa. si ex falsis. Sed nunquid sufficit probare testes esse corruptos? Arg. quòd sic 2. q. 4. ca. ei qui. §. diffinitimus. ver. venales. C. quando prouo. non est necess. venales. & ʒ. de testi. sicut. Econtra videtur quod non: quia non sufficit probare corruptionem, nisi & iudex secutus fuerit dicta corruptorum testium. ʒ. de re iudicata, cum ꝗ & A. C. si ex fal. instru. falsum. Similiter non sufficit probare falsitatem nisi probetur iudicem secutum fuisse illã, vt patet per prædicta iura. Item notãdum quòd sñia quæ lata est per falsos testes, vel per falsa instrumenta, bene tenet, sed retractanda est. ff. de re iu. l. diuus. & potest retractari per in integ. restit. vsque ad quadrienniũ 3 implorato officio iudicis, vel per actionẽ in factum vsq; ad triginta annos, vel si criminaliter agatur, vsque ad viginti annos. C. de fal. querelam. ʒ. de excep. cum venerabilis.

ADDITIO. Vnde versus:

Accusas agis in factum: per 5,0,30 reuocabis.

Falsum, viginti, triginta quatuor annis.

c Malitiam.] si de hoc constaret, condẽnari deberẽt ad expẽsas. ʒ. de dolo & contu. finem. vbi de hoc.

d Circũstantijs.] sic ʒ. de testi. cũ causam. & 3. q. 9. nihilominus. arg. & 4. q. 3. testes.

e Reprobationẽ.] nota ꝙ possũ reprobare testes aduersarij mei: & tres reprobationes põt fieri, & non vltra. ʒ. de testib. licet dilectus.

f Contradicãt.] vnde nõ valent. 3. q. 9. nihilominus. & 4. q. 3. c. si testes. §. itẽ qui falsa. & ʒ. de appell. solicitudinẽ. 23. q. 7. quod aũt. & C. de liberal. cau. cũ prec[illegible].

g Singulares.] sic ʒ. de elect. bonę. & ʒ. de accus. cũ dilectus.

h Expressè.] criminibus expressè non probatis.

i Opinionis.] quod constitit per attestationes ex parte archiepiscopi exhibitas contra illos, vt ʒ. dixi. & ille etiam qui examinat testes, debet significare iudici quanta fides sit testibus adhibenda. ff. de test. l. 3. & ʒ. de fideiussoribus. sit constitutus.

K Modica.] non tamen ex toto nulla. ʒ. de simo. per tuas. quæ tamen in alio casu loquitur.

l Testes.] qui inducti sunt ad falsitatem probandam.

[Gl. seq. notat, quòd si quis se adstringit ad duo, &c. inducit vnam decretalem, & duas leges ad contrarium inducit vnam l. & duas decretales. Secundò quærit quomodo falsitas testium probetur, & respõdet dupliciter. Tertiò quærit an altero probato, &c. & respondet.]

m Se adstrinxit.] Hic vr̃ quòd si aliquis se adstringat ad duo probanda, quorũ alterum per se sufficeret, quòd tunc non sufficit probare vnum, nisi impleuerit intentionem

† al. producere.

a De hoc in Spe. de recer. præsen. §. 1. igitur. in fi. vbi et tractatur an sit idẽ in falsitate rescripti & instrumenti procuratorij. & de rescripto plene di[illegible] post Inn. ʒ. de rescrip. super litteris. Io. And. al. A.

a Cõcor. l. & ptor. §. Marcellus. ff. de iud. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi.

† Vide text. in l. vbicunque. ff. de interr. act. cum alijs multis.

† In pluribus antiquis ita: ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis.

3 C. de in integ. rest. l. fi. Io. And.

† al. ita: & quidam alij sũt in dicto, &c. in nonnullis antiquioribus ita; & quidã alij sunt iudicio sui testimonij singulares.

† al. habẽdæ.

tionem suam ad quam se obligauit. C. de rei vendicatione. l.vlt. arg. j. de causa possessionis. cum ecclesia. & ff. de excusatio tut. qui testamento. Arg. contra. j. de appellatio. significauit. in fi. j. de præb. cum iamdudum. & arg. ad hoc. ff. de cond. & demon. falsa. & ex eo quod dicit, adstringit. videtur expressum quod sufficeret alterū probare, nisi specialiter se obligasset, quod verū est, vt supra dictum est. Pla. fuit in contraria opinione. Sed quomodo pōt probare testes falsū dixisse? 1 Respondeo indirectè, exemplum patet j. de testib. ex tenore. & ca. series. & C. de cōtrahen. stipulatio. optimā. Vel potest probare per alios testes qd corrupti fuerunt pretium inde recipiēdo. Sed ponamus quod probatū à parte fuit alterum illorum tantum, nunquid iudex sententiabit ad dictum ipsorum, qui falsum testimonium obtulerunt, nec alij testes adsint, quorum testimonū sequatur iudex? Satis videtur quòd sic, ex eo quod dicit, & sibi imputet quod ad vtrumque se obligauit: quia p hoc voluit fidē adhibere falsis vel corruptis, obligando se ad vtrumque: secus crederem si alicui obijcerentur plura crimina, vt ab ecclesia repellatur sub hac forma: quia iudex ex officio suo posset illum repellere, cū probatum esset furtum, vel homicidium, licet illud crimen non probetur, dum tamen vtrumque per se sufficiat ad priuationem: quia crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. 24. q. 3. ecce. de hoc dixi s. de test. rip. ex parte.

† Vide l. Celsus. ff. de arbi. & l. diuus. & ibi Bar. ff. de re iudi.

1 Cū publicatis attestationibus nō pōt testes super principali induci, ppterquod dixit Vinc. hoc fieri posse p dicta aliorum testium iam productorū ante publicationem, vel per sua propria dicta si sibi contradixerint vel instrumenta. Ioan. And.

videlicet, quod corrupti falsa dixissent: quoniā & si de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt: † & infra. ¶ Ex præmissis igitur euidēter apparet, quod ecclesia per testes numero plures, qui bus potius lux veritatis assistit, qui etiam aptiora negotio, & vero pximiora in suis testimonijs expresserunt, sufficienter ostendit, quod à sexaginta annis & citra, cū omni iurisdictione, honore, atq; districtu loca supradicta possedit, per quod patet, quòd si commune Fauētin. à quinquaginta annis citra (sicut videtur testes eorū deponere) aliqua seruitia in locis perceperunt supradictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inceperunt: cū duo insimul eā-dem rem, & eodem modo [a] in solidum possidere non possint, maximè † cum ijdem Fauentini iustum possessionis titulum [b] nō ostendant, & ex priuilegijs Imperatorū & Romanorum Pontifi cū ecclesiæ Rauennaten. concessis, euidentissimè colligatur, possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis, iustam fuisse. ¶ Cum ergo constet Fauentin. ab eo tēpore, quo se possedisse probare cōtendūt, minus † iustè, ac sine titulo, aliqua in pdictis locis, temeritate propria occupasse: [c] & œconomus eiusdem ecclesiæ petierit, à vi turbatiua, [d] seu inquietatiua super pmisis cōmune Fauētin. prohiberi, nos cognoscentes in hoc casu non sic locum esse interdicto, Vti possidetis, [e] vt di-

tur interdicto vti possidetis. vt per hoc videatur habere potiora iura: quia qui potiora iura habet, obtinet in hoc interdicto: cum enim habeat titulum, patet quòd nec vi, nec clam, nec precario possidet, vnde obtinebit. Insti. de interdi. §. retinendæ. veruntamen in hoc interdicto nō est necesse pbare, quòd quis iustè possideat, sed sufficit quòd nec vi, nec clā, nec precario ab aduersario possideat. ff. vti possidetis, si duo. in princi. & l. 2. hoc autem quod nec vi, nec clam, nec precario, & c. ad tempus litis, cōtestatæ referendum est. Insti. de interdictis. §. hodie.

† al. & tamē.

c Occupasse.] & idē præscribere non potuerunt: quia in occupatis & inuasis, non currit præscrip. 92. dist. illud. & 16. q. 3. licet. & j. de pręscri. quoniam.

d A vi turbatiua.] no. quod multiplex est vis, de quibus est s. quod metus causa. ad audientiam. & ibi videas. 3 Dicitur tamen vis turbatiua quando turbatur possessio, & in dubium reuocatur quis possideat: & illa spectat ad interdictum, Vti possidetis. & in rebus immobilibus: vel ad interdictum, Vtrobi, in rebus mobilibus tantum.

† In vno rescriptis: minus iustè ac sine iusto titulo.

3 Ho. dicit q̄ solo hic non tenetur. Io. And.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a Eodem modo.] benè dicit, eodem modo. ff. de acquir. poss. possideri. §. econtrario. nam vnus potest habere ciuilem, & alius naturalem possessionem. ff. de preca. & habet §. cum quis. sic ff. commoda. si vt certo. §. vlt. Sed contra, ff. vti poss. l. 3. in princi. vbi dicitur quod vnus iustam habet possessionem, & alius iniustam, vt ff. qui satisda. cog. sciendum. §. si fundus. & ff. de iure do. quamuis. & C. de iure dot. in rebus. Ex quibus colligitur, quod maritus est dominus rerum dotalium, & vxor 2 similiter, hoc verbum, eodem modo, soluit contrarietatem.

2 Similiter tex. §. si fundus. colligit q̄ vterq; possidet. Itē sūt quādoq; duo domini, alter specialiter re: sicut pr & filius. ff. de li. & posth. l. in suis. & in Ho. Ioan. And.

[Glossa sequens obijcit opin. ponit, quam reprobat, & soluit.]

b Titulum.] Sed quare tenentur isti ostendere titulum, cum probent se possedisse, & possessor non compellitur dicere titulum suæ possessionis. 2. q. 5. §. 1. & 6. q. vlti. accusator? Propter hoc dicunt quidam, quod vbi possessor petit se non inquietari, debet probare titulum. arg. j. de præscrip. si diligenti. & j. de deci. dudum, & C. de præscrip. longi temp. diutina. sed hoc non est verum. ad hoc enim valet assignare titulum, cum agi-

[Ex glo. seq. colligas de interdicto, Vti possidetis, quibus detur, contra quos, pro quibus rebus, & quomodo in eo sententietur.]

e Vti possidetis.] quandoque 4 tamen locus est huic interdicto in casu vbi vnus possidet, & alter inquietat eum in possessione, non tamen iudex debet pronunciare: Vti possidetis, ita possideatis, sed ne inquietet possessorem. ff. vti possidetis. l. 1. § vlt. & C. eod. titu. l. vnica. Redditur enim hoc interdictum inter eum qui possidet, & eum qui non possidet, sed inquietat. ff. vti possid. si duo. §. 2. in casibus verò vincit vterque: scilicet vbi redditur inter duos possidentes, vnum ciuiliter, alterum naturaliter, vt fructuarius & proprietarius, & neuter possidet ab alio vi, vel clam, vel precario: & tunc debet iudex pronunciare, Vti possidetis, ita possideatis: non tamen ita confusè sub illis verbis, vti possidetis, & c. quia sic daret gladium vtrique parti, sed debet examinare qualitates possessionum & probationū, & distinguere eas in sententia sua sic: probasti te habere possessionem proprietatis ciuilem, quòd ego pronuncio te ita possidere, vt possides. & tu probasti te esse in possessione vsusfructus naturalis, & ego pronuncio te possidere vti vsufructuariū, id est, vti possidetis, & ita possideatis. argumen. Instit. de actio. §. curare. Si autem non liqueat ei de qualitatibus possessionum, non ferat sententiam. vnde si vterque dicit se in solidum possidere naturaliter & ciuiliter, & vterq; probat. si etiam vnus probat melius, iudex proferat pro eo sententiam. argumen. hic. Si verò probationes pares sint, videtur innuere

4 al. tamen, &c.

Vti possidetis si fuerit intentatum, qualiter sit sentētia proferenda.

innuere litera est¹, quòd iudex ita debeat probare, Vti possidetis, ita possideatis, vt dicunt quidam. sed non videtur hoc habere rationem: q̃a sic quod impossibile est probauerunt, scilicet vtrumque in solidum possidere, vt hic. & ff. de precario. duo. ff. de acq. pos. possiden. §. ex contrario. ergo cum non sit maior ratio quare vnus possideat magis quã alter, nõ cõstat ei q̃s possideat. supersedeat itaque, quia de re incerta nõ põt certa sñia ferri. 33. dist. habuisse. & 11. q. 3. graue. & ff. de re iud. si vnus ex pluribus. quia nõ liquet ei de causa, ne eius sñia contineat impossibilitatem, per sñiam enim debet ius declarari. ff. si ser. ven. l. sicuti. §. sed si quæritur, sed per talem sñiam nulla fit declaratio, & hoc verũ est, nisi vnus ostendat titulũ, sicut hic dr: quia sententiãdũ est pro eo qui habet titulum. Item si cõstat quis primum ad iudiciũ prouocauit cõtra eum debet sententiari. vel probationes omnino sunt pares. 1 J. eo. ex literis. & J. de fid. instr. c. inter dilectos. in fi. Vbi nullus ostendit titulum, vel vterque & omnino sunt æquales probationes, nec appareat quis ad iudicium prouocauit; forte dirimatur. ff. de iud. sed cum ambo. ff. fami. erciscundæ, si quæ. §. 1. C. communia de legatis. si duobus, in princi. & 25. q. 2. sors. Item not. quòd interdictum, Vti possidetis, possidenti datur, & cum tuetur, datur etiam ad excipiendum, aliis actio non datur possessori. ff. vti pos. l. 1. §. restituendę. & §. interdictum. Item interdictum hoc, vti possidetis, locum habet tantũ de possessione soli retinenda. ff. vti pos. l. 1. §. 2. & Insti. de interdi. § retinendæ. & §. sed interdicto. Sed interdictum vtrobi, de rebus mobilib. tantum locum habet, & proponitur pro retinenda possessione rei mobilis, cum possidens inquietat. ff. vtrobi. l. vnica. Insti. de interdi. §. retinendæ. & §. sed interdicto. Et componitur, Vtrobi, ex vtrum, & vbi. & vbi, ponit pro apud, & vtrum pro quẽ, quasi dicat, apud quem est res mobilis. Item licet dictum sit quòd possessori soli detur hoc interdictũ, Vti possidetis, datur etiam pro iuribus incorporalibus 3 & vsusfructus. ff. vti possidetis. l. vlt. ff. si serui. vendicetur. l. sicuti. §. Aristo. ff. de seruitut. quoties via. & hic. Lau.

a Debeamus.] imò debemus dicere, ecclesia Rauennas possidet, & commune Fauen. non inquietet, prout sequitur. & verba edicti pluralia, vti possidetis, &c. hoc casu resoluuntur in singulare. Bernardus.

b Potiores.] qui potiora iura habet, obtinere debet. C. de edic. diui Hadria. tollen. l. vlt. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, remittit & soluit.]

c Commune Fauen.] hic concipit sententia nomine cõis Fauentiæ, & non procuratoris 2: vnde signatur J. de relig. do. constitutus. & J. de cap. mon. dilectus. C. de senten. & int. iloc. l. 1. & J. de elect. querelam. Dic vt ibi dictum est. Vel potest dici quòd ecclesia non multũ curat de hac sollemnitate, quia inuenio quòd q̃nque condemnatur monasterium, & non procurator ipsius. J. de in integ. restit. suscitata. & J. de cens. si. sop. cæ. & J. de sepultu. nostra.

cere debeamus[a], Vti possidetis, ita possideatis: cum probationes ecclesiæ longè sint potiores[b], & ideo sit interdicto superior: commune Fauen.[c] sibi cõdemnamus, super iurisdictione, & honore, atque districtu, & aliis, ad hoc generaliter pertinẽtibus in locis prędictis quo ad possessoriũ iudicium, quo tãtummodo actum est, perpetuum silentium imponẽtes: & prohibentes eidem, vt neque per se, neque per alios super his præsumat Rauennat. ecclesiam, aut habitatores prædictorũ locorum aliquatenus molestare. †

¶ Idem.

¶ Si qui nominent aliquem filium, & ita communiter reputatur, nõ creditur postea alteri eorũ iurãti contrarium.

CAP. X.

PEr † tuas nobis literas intimasti, quòd cum T. Tiburtinus ciuis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuertẽs ab eo, ad ipsum non post multum temporis † redisset, filium quem reuersa, in domum ipsius, peperit, ex eo se asseruit suscepisse: & infra. ¶ Quia vero mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit: & idem T. præfatæ mulieris præcipuè deuictus instãtia, ipsum suũ filium publicè recognouit, & filius eius nominatus[d] communiter fuit, & habitus ab ambobus: eiusdem mulieris postmodũ iuramento in contrarium præstito non est stãdum †: cum nimis indignum sit (iuxta legitimas sanctiones) vt quod

PEr tuas.] Communis diuisio. Secunda ibi, Quia verò. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam ciuis Tiburtinus T. nomine quandã cõcubinam tenuit per septenniũ, nec interim prolem suscepit ex ea: postmodũ verò ab ipso recedens, ad ipsum non post multum tempus est reuersa, & in domo ipsius filium peperit, dicẽs se illum suscepisse ex eo: ipse tamen dicebat quòd filius eius non fuisset, cum per septennium stetisset cum eo, nec cõcepisset ex illo: tandem deuictus instantia mulieris, suum filium recognouit: Cum autem dictus filius R. nomine ad ætatem virilem peruenisset, subarrauit Sophiam neptem ipsius T. & carnaliter cognouit eandem: Postmodũ mater ipsius R. cœpit coram multis publicè cõfiteri, iurans quòd R. filius eius ad dictam Sophiam nulla consanguinitatis linea attinebat, affirmans per idem iuramẽtum, se illum de alio quã de prædicto T. suscepisse: quærebatur an dicto mulieris esset standum, vt sic idem R. Sophiam habere valeat in vxorem? Respondet Papa, quia mulier illa primò asseruit se dictum R. de præfato T. suscepisse, & idẽ T. ad instãtiam illius suum filium recognouit, & filius illius nominatus communiter fuit, & habitus ab vtroque, iuramento illius postmodum in contrarium præstito non est standum, quia nimis est indignum, vt quod quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare: vnde per consequens apparet, quòd prædictus R. Sophiã neptem dicti T. cuius prima facie præsumitur consobrinus, habere non potest aliquatenus in vxorem. Nota quòd primo dicto alicuius standum est, etiam si postea in contrarium velit iurare, & valet ad testes, si ex interuallo velint mutare dictum suum. Item quòd quisque propria voce confitetur, in eundem casum infirmare non potest.

d Nominatus.] benè dicit, nominatus, & habitus, nam sola nominatio 4 non facit eum filium. C. de probat. non epistolis. & C. de test. neque. & C. de hær. insti. si pater. & C. de proba. non nudis. & arg. J. de præsum. illud.

[Glo. seq. dupliciter obiicit, scilicet pro primo dicto patris, & pro secundo matris, & soluit.]

† Vide l. fin. C. de fidei comm. liber.

1 Cautelam aduocati in hoc casu circa possessionẽ apprehẽdendã: & aduersarii ea priuandũ § recitat hic Pet. & Abb. vide in Spec. de peti. & pos. §. 1. vers. nota. I. An.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cõp. Et de materia huius c. vide plenè p Petrũ Duenam, regula 341. & seq. scip. filiatio. & qualiter prob. tur filiatio, vide Alex. cõs. 91. lib. 1. & cons. 74. lib. 2.

2 Et propriè dicatur quasi vti possidetis, secundum Gof. Io. An.

3 Et cũ procurator fuerit contestatus litẽ: vt patet, J. de ... calũ causam. Io. And.

† temporis

† Vide l. generaliter. C. de non num. pecu.

4 Dicit ff. certè nec habitio facit filium, faciũt tñ hic præsumptionẽ sine probatione contra. ff. eo. l. et matris. cui statur donec probet contrarium, sed non præiudicat veritati, vt in cõ. cor. gl. & ff. eo. l. fi. Ioan. Andr.

sua quisque voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare[a]. Vnde apparet per cõsequens, ꝙ prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cuius prima facie præsumitur cõsobrinus[b], non potest habere aliquatenus in vxorem.

¶ Idem in Concilio generali.

¶ Iudex debet habere notarium vel duos viros idoneos qui scribãt acta iudicij: aliàs si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu: nisi in quantum per acta, vel aliàs per legitima documenta constabit.

CAP. XI.

QVoniam cõtra falsam assertionẽ iniqui iudicis innocens litigator quandoque nõ potest veram negationem probare: cum negantis factum per rerum naturã nulla sit directa[c] probatio: ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati. ¶ Statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quàm extraordinario[d], iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos † viros[e] idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant: videlicet, citationes[f], dilationes[g],

a Infirmare.] verba ista sumpta fuerunt ex illa l. C. de non nu. pec. generaliter. cum enim assertioni coniugum credat quòd aliquis non sit eorum filius. ĩ. qui fil. sint legi. trãsmissæ. multo fortius creditur eis quòd aliquis eorũ sit filius. ĩ. qui fil. sint leg. per tuas. & ff. de proba. etiam. Sed nonne potius præsumendũ est pro primo dicto patris, qui primò negauit illũ esse filiũ suum, vt patet in integra, q̃ pro secundo, cum non sit verisimile quòd in filiũ suum tã graue quid dixisset? Arg. ĩ. de præsumptio. litteras. vbi nõ statur secundo iuramẽto, quòd si fuisset filius illius, non potuissent viscera eius non fuisse mota super eo. ĩ. de præsump. afferte. & 23. q. 4. ca vindicta. sic & primo dicto testis credi debet, & non secundo in contrariũ prolato. ĩ. de testi. cum in tua. arg. Præterea paternus affectus omnem vincit affectum. C. de cura. fu. l. vlt. Sed videtur quòd potius secũdo dicto matris standũ est quam primo: quia potius iuramento quam simplici verbo creditur, maximè cum alia præsumptio præcedit quòd de alio sit genitus: sed fauore filiationis, potius statur communi opinioni & nominationi vtriusque parentis.

b Consobrinus.] sic patet quòd consanguinitas præsumptiue probata, dissoluit matrimonium. Item propter connexitatem causæ sententia lata pro vno præiudicat alijs. 3. q. 6. hoc quippe. & ĩ. de accu. ad petitionem. & 82. dist. taneis. Ber.

QVoniam contra falsam.] Istud capitulum est valde famosum, & hoc dicit, vt in rubro. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur constitutionis causa. In secunda constitutio, ibi, Statuimus. In tertia pœna, ibi, Iudex autem. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam iudices aliquando in præiudicium alterius partis aliqua asserebãt iniquè, & litigator veram negatiuam contra assertionem iudicis probare nõ poterat: ne ergo falsitas præiudicet veritati, & iniquitas æquitati, statuit Concilium, vt tam in ordinario iudicio, quam extraordinario, iudex habeat semper aut publicam personam si potest, aut duos idoneos viros, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, & omnia quæ in litera per ordinem explicantur: designando loca, & tempora, & personas, & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quòd originalia penes scriptores vel iudices remaneant, vt si super processu iudicij orta fuerit dubitatio, per acta possit veritas declarari, ita videlicet, vt sic honestis & discretis iudicibus deferatur, quòd per iniquos innocentium iustitia non lædatur. Iudex verò qui constitutionem istam neglexerit obseruare, si propter ipsius negligentiam aliquid difficultatis emerserit, per superiorem pœna debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis. Nota quicquid hic dicitur, notabiliter est notandum.

c Directa probatio.] directa ideo dicit, quia indirectè bene probatur negatiua. ĩ. de test. ex tenore. De hac tamen materia plenè dictum est ſ. de ele. bonæ. & quæ ibi dicta sunt hic possunt notari, & ideo hic non dicimus. Bernar.

d Extraordinario.] idest, delegato. 7. q. 3. c. induciæ. §. spatium. versi. et autem. & etiã extraordinarium vocat quũ non proceditur in figura iudicij, sed iudex procedit ex officio suo in modũ inquisitionis vel denũciationis. ĩ. de accus. inquisitionis. & cap. super his. & cap. qualiter & quando. & cap. olim. quia et tunc omnia conscribenda sunt.

e Duos viros.] sic ergo vr̃, ꝙ tabellio æquiualeat duob. ex quo loco tabellionis adhibentur duo idonei. alibi vr̃ ꝙ æquiualeat tribus. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. versi. is autem. Et sic vr̃ quòd plus creditur scripturæ tabellionis quã scripturæ epi, vel alterius iudicis: quia scripturæ iudicis non creditur nisi habeat testium subscriptionem. ĩ. de testib. cũ à nobis. & hoc iõ est, quia cum tabellio iuratus est, credendum est instrumento suo. ĩ. de præscri. ad audientiam. & ĩ. de præsum. illud. in fine. Sic etiã consuetudo regionis habet, vt credatur instrumento principis. ĩ. de fid. instr. cum dilectus. Et licet circa iudicia credatur scripturæ tabellionis, tamen circa contractus non creditur ei, nisi habeat testium subscriptionem. in Auth. de hered. & Fal. §. sancimus. coll. 1. ex quo enim scriptura inuenitur in actis publicis, licet non habeat testium subscriptionem, creditur ei. arg. 30. q. 1. §. 1. & C. de fi. instru. in Auth. ad hoc. & in Auth. de ijs qui ingred. ad appel. §. illud etiam. coll. 5. & hoc idem colligitur ex hac litera, quia videtur sufficere tabellio: vel si tabellio haberi non potest, duo idonei viri valent: nec hic dicitur quod in præsentia testium illud fiat, sed tutius est vt adhibeantur, si adhiberi possunt.

f Citationes.] vt per hoc appareat quod perpetuata sit iurisdictio si hoc negaretur, vel reuocaretur in dubium. ſ. de offi. deleg. gratum. & c. licet. & sic reus per conuentionem solam nõ posset postea declinare forum transferendo se ad alium locum. ſ. de fo. compe. proposuit. & ff. de iud. si quis postea. Sed videtur quòd de hoc credendum esset iudici cum nuncio credatur. ĩ. de appel. cum parati. ff. de reb. eor. qui sub tut. & cura. sunt, l. magis. §. illud. & 65. dist. si forte. in fi. Sed fortè † hodie non creditur soli nuncio, nisi esset publicus nuncius & iuratus, & talibus nuncijs creditur in foro ciuili secundùm consuetudinem Lombardorum. Iure isto videtur quòd non sit ei credendum, nisi constet aliàs legitimè.

g Dilationes.] quæ continere debent quantum spatium contineat vnaquaque dilatio, consideratis circumstantijs virorum & temporum. arg. ĩ. de appel. cum sit Romana. ff. de iudi. nonnunquam. nec prima dilatio debet peremptoria esse, nisi fieret hoc ex causa. ſ. de dilationi. dilecti. & vt dicatur quando, quia posset puniri vt contumax, quia excommunicari, vel etiam in

possess-

† Innocẽtius iiij. in concilio generali Laterañ. ca. 38. & cap. 3. eo. ti. in 4. cõpilat. Et de materia huius cap. vltra tradita hic per doctores, vide quę nolib. 3. cõmẽ. in Director. inquisitor. Schol. 22. Adde Angelũ in l. gesta. C. de re iud. & Franciscũ Curtium iuniorẽ tracta. feud. par. 7. q. 4. vbi multa de his duabus personis loco vnius notarij adhibendis.

Iudicium extraordinarium quod dicatur.

Tabellio an æquiualeat duobus.

† Adde quòd notarius dicitur publica persona. concor. l. 1. in fin. ff. rem pu. sal. so.

† Hoc dicebat Ioã. sub dubio tamẽ vel secundũ eũ si iste qui ad hoc creditur nũcio vt negãs cogatur iurare se nõ citatũ. ſ. de testi. in inte. ex literis. Io. And.

possessionem mitti non debet, nisi post trinam citationem, vel vnam peremptoriam. 24. q. 3. de illicita. & s. de senten. excomm. sacro. & ff. de re iud. contumacia. tamen si ad primam non veniat citationem, condemnabitur alteri parti in expensis in secunda citatione cum venerit. C. de iudi. sancimus. & s. de procuratoribus, querelam. vbi de hoc.

recusationes a, exceptiones, b petitiones, c responsiones, d & interrogationes, e confessiones, f testium depositiones, & instrumentorum g productiones, interlocutiones, h appellationes, i renunciationes, k conclusiones, & cętera, quæ occurrerint, † competenti ordine conscribenda: loca designando, tempora l & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur; ita quod originalia penes scriptores remaneant: vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus † hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quod per improuides & iniquos, innocentium iustitia nō lędatur. Iudex autem, qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, si pro-

† In cōcilio, & aliquot antiqs codicibus occursual.

† In concilio ita: hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestis, &c. q lectio clarior est, in Gregorianis tñ exēplarib. hr vt ē impressū.

a Recusationes.] & sic patet, q iudicis recusatio redigenda est in scriptis, arg. j. de appel. secūdò requiris. & ca. cum speciali. & recusatione iudicis proposita, nō dēt postea sup principali procedere, donec de ipsa constiterit. & si iudex non admittat iustam recusationem, cassabitur quicquid postea fecerit, si appellatum fuerit ɔ hoc. s. de offi. deleg. super quæstionū. in fi. qd iuris sit in recusatione, dicitur. s. de offi. de leg. suspicionis, & j. de app. cum speciali.

1 Dicit Ho. q exceptio de necessitate nō est porrigenda in scriptis: sed redigenda tñ tum. Io. An.

b Exceptiones.] exceptio enim dāda est in scriptis, 1 & redigenda in actis: & hic propriè appellat exceptiones, quæ proponuntur ɔ aduersariū, vel cōtra rescriptū: quia specialiter præmisit de recusatione iudicis, ꝓposita exceptione probabili, iudex non debet procedere in quæstione principali, donec de ipso constiterit. s. de off. dele. prudentiam. §. sexta. nec simul de exceptione & principali quæstione cognoscendū est: quia ordo iuris peruerteretur. s. de iudic. exhibita. Et ex ordine istorum verborum notatur qualiter exceptiones proponantur. Recusatio enim iudicis naturaliter præcedit, & ideo primo proponenda est & expedienda; & si illa non probetur, proponantur exceptiones postea, & illę coram delegato probari debent, & per ipsum examinari. s. de rescrip. super litteris. & s. de foro compe. ex parte B. si verò iudex statuat terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, quod & facere pōt, & debet. j. de excep. pastoralis. proponere debes omnes tam contra iudicem quàm contra alios, & eis propositis procedetur statim primo loco super iudicis recusatione, pēdētibus alijs quousque expedita sit quæstio recusationis, cū illa sit præiudicialis: quia ea probata aliæ postea locum non haberet.

c Petitiones.] ideo petitio siue libellus dari debet in scriptis, quia secundùm formam petitionis formari debet sententia. j. de sim. licet Hely. & si inepta fuerit, succumbit. s. de iud. examinata. & vt sciat reus an velit cedere vel contendere, deliberatione habita. 3. q. 3. offeratur. arg. s. de dila. præterea. Item nisi certa sit petitio, non citabit iudex reum, vt 5. q. 2. si primates. & 3. q. 9. iudicas. & sic est op arg. quod oblatio libelli sit de substantia 2 iudicij. arg. op. s. de lib. ob. cap. 1. vbi de hoc.

2 Ex hoc īter ... iudicis. q ... petitio ..., in quo ... sic actoris ... rei. not. in ... m. de ver. sig. sæpe. ... verū q. 2. ... gl. s. 2. Io. ... d.

d Responsiones.] quæ debent fieri ad petitionem actoris iudice interrogante, vel etiam actore, vt apparet lit. contest. quæ fit tantùm per petitionem & directam responsionem ad eam. s. de litis contest. ca. 1. & s. de elec. dudum 2. qua omissa, licet positiones factæ fuissent & responsiones, non tamen valebit iudicium, vt ibi.

e Interrogationes.] idest, positiones: quia actor ponere debet id super quo intendit habere confessionem rei, & sic ponit talis sylu. sicus hoc, dum tamen faciat ad instructionem causæ, & reus debet respondere, credo vel non credo, si iuratum est de calumnia, si iuratum est solummodo de veritate dicenda, debet simpliciter rñdere, sic. vel non, concedo, vel nego; & per positiones has & rñsiones non fit litis contestatio, vt dictum est. & sic differentia est inter rñsionē, q fit p litis ɔte. & q fit postea per positionē actoris, vt hic patet. Vl ponuntur propriè interrogationes quæ fiunt a iudice ex officio: quia quoties æquitas ipsum mouet, potest interrogare partes. ff. de inter. ac. vbicunque. & 30. q. vl. iudicātē. & etiā postq̄ ɔclusum est i causa. j. de fi. instr. cū Ioannes. & etiā pars pōt interrogare. & valet rñsio. s. de do. & contu. ꝑut. ff. de interro. act. si sine. §. 1. & aduocatus potest interrogare. ff. de adult. si postulauerit. §. qōni.

f Confessiones.] & taciturnitas etiā scribi debet, puta interrogatus noluit respondere. talis taciturnitas pro confessione habetur. ff. de interrogatoria actione. de ætate. §. nihil interest. & est arg. 65. di. & si forte. & 54. dist. si seruus. & huiusmodi confessiones factæ ad petitionem actoris vel iudicis, & etiam partis, possunt reuocari, quæ fiunt post litem contestatam, si quis probauerit se errasse. s. de confess. cap. vlt. vbi de hoc.

g Instrumentorum productiones.] s. vt sciatur vtrum exhibitum sit tempore competenti: nam postquam conclusum fuerit in causa, produci non poterit. j. de fide instru. cum dilectus. B.

ADDITIO. Contrarium sentiunt domini de Rota decisione 5.

h Interlocutiones.] licet sit scribenda sententia interlocutoria, nō tñ dicitur quòd ꝓferēda sit in scriptis: sed sufficit quòd scripta sit in actis. 3 Aliud consuetuit dici de sententia diffinitiua: quæ nisi sit lata in scriptis, nec nomē sententiæ habere meretur. 2. q. 1. in primis. ver. sed & de personis. An transeat interlocutoria in rem iudicatam, dicitur j. de appellationibus. cum cessante.

3 Concor. l. 3. & ibi B. C. de senten. ex bre re. i & c. fi. in gl. j. de re iud. lib. 6.

i Appellationes.] vt sciatur an infra x. dies sit appellatum, quia postea non valeret appellatio. 2. q. 6. anteriorum. §. biduum.

K Renunciationes.] postquam renunciatum est, & conclusum in causa, nulla admittitur 4 exceptio, vel allegatio, vel instrumentū. C. de compen. l. vlti. arg. l. ad hoc. j. de test. c. de testibus. & j. d fide instr. cū dilectus. & s. de cau. pos. pastoralis. nisi euidens ratio moueat iudicem, vt in decre. pastoralis.

4 Ante sententiā: post secus appellationis secus. j. de fi. instr. cū Ioannes. Io. And.

l Tempora.] in quo loco facta sint, & quo die, & mense, & quo anno domini: omnia ista debent scribi in omnibus supradictis, & huiusmodi instrumenta siue processus communia sunt, & vtrique parti cum di- & Con sule integraliter sunt edenda, vt j. dicitur, alioquin si non edantur ea quæ communia sunt, licitè appellatur. j. de fi. instru. G. perpetuus. & C. ut lit. pend. l. 1. C. de eden. is apud quem. & rescriptum Papę integrum debet edi. arg. s. de dila. præterea. & s. de rescrip. cam te. & c. constitutus. & j. de fi. instru. ex litteris. Idem est in omnibus communibus instrumentis, secus in proprijs priuilegijs. j. de fi. instrum. contingit. ff. de eden. l. 1. §. editiones. nisi aduersarius illud velle probare falsum. inf. de fi. instru. inter dilectus. C. de contrahen. & commit. stipu. optimam.

a Negli-

a Negligentiã.] si culpa vel negligentia iudicis pars aliqua damnũ incurrat, iudex totum resarciet. ĩ. de sen. exc. sacro. C. de test. si qñ. in fi. C. de iud. sancimus. in fi. & iudex q negligit iustitiã facere, litẽ facit suam. 23. q. 2. dñs noster. Itẽ & si p iniuriã iudicis facta ẽ, ĩ. d emp. & vendi. ca. vlt. & C. & eui. emptor fundi. {Glossas omnes pp qualitatem textus so leo textualiter recitare, excepta sequenti quæ quærit & ponit solu. Secundò etiam quærit & soluit. Tertiò contra primã solutionem ponit dictum Inno. quod reprobat. Ioan. And.} b Præsumat.] sed nunqd correcta sunt iura, quæ dicunt q semper præsumitur pro iis, quæ a iudice facta sunt. s. de elect. bonæ. & ĩ. de renun. in præsentia. & s. eo. l. post cessionem. & ĩ. de re iudic. sicut & institu. de fideiuss. §. ult. & 2. q. 6. hoc etiã placuit. argu. Dixit Io. super hoc, q semper creditũ sentẽtię iudicis, vbi cõstat de pcessu causæ, sed vbi reuocat in dubiũ de pcessu iudicis, nõ est præsumendũ pro iusto ordine, 1 nisi probetur per acta. nam & victores nõ aliter potientur sententiis, nisi eas ostenderint rectè latas. in Auth. de iis qui ingre. ad ap. §. si illud. coll. 5. si acta sunt perdita, probetur perditio, & sufficit; vel etiam processus probetur per testes. argum. ĩ. de priuileg. cum olim. & ĩ. de testibus. Albericum. & ĩ. de re iud. sicut. & C. de testamen. publicati, tñ si epũs denunciet aliquem excõicatum, standum est sententiæ suæ, licet non adsit subscriptio testium. 11. q. 3. curæ. & s. eod. post cessionẽ. vbi de hoc. Si tamen dicat se inordinatè vel iniustè excommunicatum, iudex aut etiam aduersarius debet ostendere, quòd debito modo excommunicatus est. ĩ. de sen. excom. sacro. i prin. Sed pone q personæ illę, quę debent acta conscribere, appareant subscripsisse omnibus actis: nunquid præsumitur in tñ pro eis, vt in contrarium probari non possit? Dico quòd admittetur probatio in cõtrium. s. eod. post cessionem. & ĩ. de testi. cum à nobis. quia etiam cõ instrumentum quantumcunque publicum sit, recipiuntur testes. C. de proba. cum precibus. & ĩ. de fi. instr. cũ Ioannes. nã & partes possunt cõdicere actis. C. de relat. l. 1. & 2. q. 6. §. biduum vero. veruntamen dura est, &c. & bene cõdicere possunt, quia quãque cõpertũ est eulogia ex mala fide scribi, vt ff. de cust. & exhi. re. l. diuus. at. ĩ. de accu. cum dilectus. & hoc verum est, dummodo per plures & meliores probetur contrarium. de hoc dictum est s. eo. Tertio ex ordine verborũ istius decre. debes colligere, qualiter iudex debeat procedere in negotio alicuius causæ à principio vsque ad finem, qa primo loco debet citare. & ita per ordinem vt lit. tradicit, procedere dẽt Inn. iiij. dicit, q si sententia lata est vtraque parte præsente, vel procuratoribus partium, à qua non est appellatum, & sententia in scriptis appareat, in tantũm præsumitur pro ipsa, quòd si aliqua partium vellet eam impugnare ratione processus, non debet audiri, quia præsumendum est quod omnia sint legitime acta, ex quo tempore sententiæ nihil dixit, nec appellauit: tamen credo, si sententia detur, quod taciturnitas partium, non possit facere sententiam aliquã, quę nulla est, vt lis si contestata nõ sit; aut si die feriata esset lis contestata. Ber.

¶ Londen. Lond. Ludeñ.

pter eius negligentiam[a] quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec p ipsius præsumatur[b] processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

¶ Honorius tertius archiepiscopo Londe. & eius suffraganeis.

¶ *Si probari potest reum deliquisse, eius probatio quod non deliquerit, non est admittenda.*

CAP. XII.

AD† nostram noueritis audientiam peruenisse, quod sacerdotes & clerici Daciæ, legi regni (per quam negatiua probatur) temere innitentes, à criminibus, quæ probari testib. fide dignis pñt legitime cõtra eos, reputantur insontes, si se sup his purgare valeãt quoquo modo:[c] & infra. ¶ Volentes igit vt hæc pestis contraria omni iuri[d] † penitus extirpetur à clero: Mandamus, quatenus in huiusmodi pbatione negatiuę (dũ tñ possit affirmatiua[e] ex aduerso pbari) neminem audiatis.

¶ Idem Aurelianeñ. & Lamaceñ. episcopis.

¶ *Fines diœcesum probantur per libros antiquos, admin. cula, & testes, & famam.*

CAP. XIII.

CVm † causã quæ iter Colubrieñ. & Egi-

† de materia huius c. vide Bar. Iasonẽ, & alios in l. i. illa sti pulatiõe. ff. de ver. obli. vbi late Iason. Inno. in c. super his. ĩ. de accu. copiosè Philipp. Porti. lib. 5. cõmu. op. cõcl. 36.

1 Concor l. sit expressũ. ff. de app. & l. 1. C. qñ p uo. nõ est necesse.

A D nostram.] Primò ponit prauam consuetudinem, quam secundò seruari prohibet, ibi, Volentes. Abbas Siculus.

CASVS. In regno Daciæ lex talis siue consuetudo seruabatur, q si aliqui de criminibus accusabantur, quæ p legitimos testes probari poterant contra ipsos, reputabantur immunes, dũmodo valeant se purgare quoquo modo: sacerdotes & clerici Daciæ, huic legi innitebant: peruenit hoc ad notitiã domini Papæ, ipse volens vt hæc mala cõsuetudo, quæ ẽ cõtraria omni iuri, extirpeẽ à clero, mãdat quatenus i probatione huiusmodi negatiuæ, nullus audiatur, dum tamẽ ex aduerso possit affirmatiua pbari. Nota consuetudinem non valere contra iuris ordinẽ. Item affirmatiuę pualet negatiuæ.

c Quoquo modo.] i. per viles & criminosos. & sibi similes: quod esse non debet, imò debent esse bonæ famæ & opinionis. ĩ. de purg. can. constitutus.

{Glossa sequens recitetur per quæstionem, in quo erat hæc consuetudo contraria iuri. & respondet dupliciter.}

d Omni iuri.] & verè, quia accusatoribus & testibus comparentibus audienda est accusatio, vt ĩ. de accu. licet. & c. veniens. & quasi per totũ. ergo contrarium erat iuri quod purgatio admittebatur super his quæ legitimè probari poterant contra illos, quæ tunc demum admitti debet cum aliquis infamatus est, 2 & nullus apparet accusator. ĩ. de simo. de hoc. & ĩ. de purg. canon. inter alia. & c. ex tuarum. & c. cum dilectus. & 15. q. 5. c. 4. & 2. q. 5. omnibus & ĩ. de accu. accedens. & quia lex illa est cõtraria omni iuri, est quàm latissimè extirpanda. 8. distin. mala consuetudo. lex autem dẽt esse honesta. 4. dist. erit autem. Item contraria erat iuri, quia negantis factum nulla est directa probatio. s. ca. proxi. & s. de elect. bonę. C. de prob. actor. & 6. q. vlti. cap. accusator. De hac negatiua dictum est s. de elec. bonę.

e Affirmatiua.] illa enim primò probari debet: quia ei qui dicit incumbit probatio. ff. de proba. l. 2. tamen si postea probato crimine vellet reus pbare negatiuã idirectè, audiretur. ĩ. de testi. ex tenore. & c. fertes. sed contra probationẽ testium non admittitur purgatio, vt hic patet. Bernar.

C Vm causam.] Communis diuisio. Secunda, ibi, Mandamus. Abb.

CASVS. Inter Colubrien. & Egitañ. episcopos vertebatur quæstio super limitatione suarum diœcesum. Papa commisit causam illam quibusdam iudicibus, mandans eisdem quatenus in negocio ipso procedant secundum diuisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo

† Vide l. oẽs populi. & ibi Bar. ff. de iust. & iur. & l. leges sacratissimæ. C. de epis. & cle.

† De materia huius decretalis, qualiter possint probari fines diœcesis, tradit notabiliter Aretinus consi. 41. incip. visso consilio. & Alexãder post Barto. in l. cum aliqs. C. de iure delib. ad de recentiores in l. 1. ff. si cer. pet.

2 Vide Nicolaũ Eymericũ in directorio Inqsit. par. 2. q. 57. & q ibi dixi.

3 Et ibi videto con. q tractãtur de probatione negatiuæ.

modo melius probabuntur, & per testes, & famã & per alia quæcunque adminicula. Not. qualiter fines ꝓbantur. Item quæ non prosunt singula, collecta prosunt.

[Glo. seq. no. quòd antiquorum librorum, & c. inducit tria similia.]

postmodum non solum probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quas induxit puella ad probandam virginitatem, verumetiam alias probationes hoc negotium contingentes, quas vtraque pars duxerit producendas: & quia dicit canon, quòd manus & oculus obstetricum sæpe fallitur, mãdat vt adhuc honestas matronas, & in hoc prudentes deputare procurent ad inquirendũ verũ dicta puella virginitatis priuilegio sit munita. Nota quòd iudex debet locum securũ prouidere partibus. Item omnes probationes quę tangunt negotium, sunt admittendæ. Itẽ mulier inspecta iterum inspicitur, sed illud fit propter periculũ animarum, ne decipiatur, & quia oculus & manus obstetricum sæpe fallitur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

tañ. episcopos, super suarum limitatione diœcesum vertitur, vobis duximus cõmittendã. ¶ Mandamus, quatenus secundùm diuisiones, quæ p libros[a] antiquos, vel alio modo melius probabuntur, necnon & testes,[b] famam, & quæcũque alia adminicula,[c] in negotio procedatis.

¶ Idem episcopo & archidia. Senonen.

¶ *Possunt reprobari matronæ per quas virginitas ꝓbatur.*

CAP. XIIII.

Cum † venisset ad Apostolicam sedẽ magister M. nobis exposuit, quod Lucius Papa prædecessor noster, causam quę inter ipsum & abbatẽ de Sicolañ. † vertebatur, cõmisit iudicibus fine debito terminandã, & infra. ¶ Mandamus, quatenus, si sñiam illorum noueritis canonicè promulgatam, eam auctoritate Apostolica cõfirmetis, [b] nec appellatio illam † impediat, quæ hic † interposita dicitur occasione mortis prædecessoris nostri, cum postea egerit [c] & responderit, testesq; duxerit producendos. † ¶ Quæstiones quoq; alias super quibus testes fuere pducti, & depositiones publicatæ eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc & inde, nullis alijs ab alterutra parte super eodẽ † receptis, secundũ tenorẽ ipsarum mediante iustitia [d] terminetis. ¶ Si quę [e] verò fuerint quæstiones, † super quibus vel testes nõ fuerint producti, vel renunciatum [f] eisdẽ, au...

[Glo.seq. alleg. c. concor. Secundo arg. quòd mortuo delegãte, &c. dicens quosdã hoc tenere, sed gl. tenet & probat cõtrarium, & ad hanc decre. respondet.]

c Egerit.] ī.de offic deleg. gratum. ff. de pec. tale. §.1. ff. ad Mace. si filius, C. de re iudi. l. ad solutionem, & ī. de re iudi. quòd ad consultationem. & ff. de mino. si filium. Arg. ex hoc loco quòd mortuo etiã mãdatore re integra possunt procedere iudices de cõsensu partium: & hoc concedunt quidam. Contra dico, quod partes non possunt aliquo modo eis dare iurisdictionem ex litteris illis, cũ iurisdictio iam sit finita per mortẽ mãdantis. arg. opp. ī. de offi. dele. significãtibus, quia actio semel extincta, amplius nõ reuiuiscit. de consec. distin. 4. q̃ris. & ff. de solu. l. quę res. §. arca. C. de remis. pig. cum ex causa. & priuatorum consensus eum non facit iudicem, qui nulli præest iudicio. C. de iurisd. o. iud. priuatorum. & hoc probatur ff. si cer. pet. l. eius qui in prouincia. ver. nam & si tibi in hos nũmos, &c. & quod dicit, postea egerit, s. post appellationem. ī. de offi. deleg. gratum. & intellige quòd citatio facta fuit ante mortem delegãtis, vt dicit illa decr. gratum. & sic perpetuata fuit iurisdictio, vt ibi dicitur. hęc decre. loquitur de eodem facto cum illa, gratum.

Dicit [1] magister G. ꝙ ipso iure non expirat mandatũ morte mandatoris, sed per exceptionẽ. vnde quæ per exceptionẽ expirãt, pñt à partibus relaxari: ideo potest iudex procedere, & valet si nihil opponatur. arg. ff. de bon. pos. l. 6. & l. gen. ī. de re iud. inter. arg. de hoc plura inuenies. ī. de rescrip. in c. ad audientiam. in vi. ge.

d Iustitia.] quæ tribuit vnicuiq; quod suum est. Inst. de iusti. & iu. in respon. & 12. q. 2. cum deuotissimam.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

e Si quæ.] cum dicit primo, quòd sententia cõfirmetur, quare dicit hoc? Dicas quod plura cap. & penitus diuersa erant, & super quibusdam fuit lata sententia, super quibusdam non. sic sup. eod. causam quæ.

f Renunciatum.] si renunciatum fuisset, licet nullos testes produxerit pars illa quæ renunciauit, non est vlterius ad hoc admittenda, [2] quia licitum est cuilibet renunciare iuri suo. 7. q. 1. quam periculosum. & C. de pac. l. si quis in conscribendo. Arg. ad hoc quòd nõ est licitum redire ad hoc quod semel renunciauerit. C. de re. cred. l. si quis iusiurandum. & remittentibus actiones suas non est amplius recursus dandus ad eas. ff. de ædil.

† Illa, in antiquis.

† Dictio, hęc deest in antiquis.

† Vide l. si ex hæredat. & l. si proponas. §. 1. ff. de inoff. testa. l. 2. C. de iur. do.

† al. super eodẽ negotio.

† Dictio, quæstiones, deest in pluribus antiquis.

Delegato mortuo mãdatore re integra nõ pôt procedere, et de partium consensu.

1 Dicit, &c. hæc ꝗ sequũtur, vsq; in fine glossulæ non habetur in antiquis exemplarib. est tñ additio ab hinc plusꝗ centũ annos facta.

2 Nisi esset talis cui cõpeteret restitutionis bñficiũ: vt minor, vel ecclesia. ī. de rest. in integ. audita, ... Tãc. ... Ar...

ædil. edi. quaritur §. si venditor.] vel etiam si aliqui recepti fuerint, & renúciant productioni, alios postea inducere non possunt. ĩ. eo. de testibus.

diatis si qua hincinde ꝓposita fuerint, finem illis debitum imponentes.

¶ Cle[...]s tertius.

¶ *Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius quod actor probauit. si publicatio attestationum non est facta, consuetudine contraria non obstante, h.d. secundum notabiliorem lecturam.*

CAP. XXVI.

¶ Cap. 3. eo ti. 2. compil.

SEries † tui rescripti nobis aperuit, ꝙ cum nuper inter filios quorũdam nobilium tuæ ciuitatis, coniugalis quæstio tractaretur, & infr. Pars quæ matrimoniũ accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter asserebant, in primo gradu [a] ponendo duas psonas, B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem, pars autẽ opposita id falsum esse dicebat, B. I. esse sororem I. ad corroborãdam assertionem suam, tam testes offerens, quã publicũ instrumentũ. [b] Vnde quia pars accusantium testes illos non esse recipiẽdos proponit, & tu non esse consuetudinem ecclesiæ, affirmas, vt post receptos testes, q consanguinitatem secũdum formam canonum computant, alij ex opposito admittantur. ¶ Præsenti pagina rñdemus, ꝙ si nõ est aliud canonicũ quod obsistat, nõ obstante illa consuetudine, vtpote iuri [c] cõtraria, testes recipere nõ omittas.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Carnalis copula probatur per conuenientes testimonium de visu. idem in testimonio auditus, quod adminicula & fama coadiuuant.*

SEries.] Legitur varijs modis, sed duobus modis summari pōt per Doctores secundum duos intellectus communiores. Et primò sic. Publicatis attestationibus potest falsitas primorũ testium cōprobari. hęc tamẽ lectura simpliciter non est vera, vt probat Panor. Secundò sic. In causa matrimoniali publicatis attestationib. potest falsitas primorũ testium etiam directè probari, si super directa vel indirecta probatione non potuit pars ante publicationem instrui. Panor. aũt summat, & tertio modo non ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali, tẽperando primũ summarium sic: Publicatis attestationibus, potest falsitas primorũ testiũ etiam directè probari, si super directa vel indirecta probatione non potuit pars ante publicationem instrui. Cōmunis diuisio. Secunda ibi, Præsenti. Abbas Siculus.

CASVS. Filij quorundam nobiliũ contraxerũt ad inuicem matrimonium: Tandem pars vna matrimonium accusauit, & testes produxit legitimos, q consanguinitatem inter prædictos firmiter asserebant, ponẽte duas personas in primo gradu, B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem: Pars aduersa dicebat id falsum esse, B. scilicet esse sororem I. & ad hoc probandum inducebat testes & publicum instrumentum: Sed pars illa quæ matrimonium accusabat, dicebat testes illos non esse recipiendos: & iudex etiam dicebat, quòd non erat consuetudo ecclesiæ suæ, vt post testes receptos & publicatos, qui consanguinitatem cōputant, alij ex opposito admittãtur. Iudex quæsiuit qd sibi esset agendum: Respōdet Papa, quòd si nõ est aliud quod impediat, non obstante illa consuetudine iuri cõtraria, testes illos admittat. Nota quòd testibus publicatis contra matrimonium, alij testes admittuntur ad probandum quòd primi falsum tulerunt testimoniũ, quia & post sententiam ẽt admitterentur, cum per illos ecclesia decepta fuisset, & ita sententia contra matrimoniũ lata non transit in rem iudicatam, quia semper audiatur volens probare contrarium.

a In primo gradu.] sufficit enim in computatione cõsanguinitatis incipere à primo gradu, licet de stipite nihil dicant. ĩ. de consangui. tua. & 35. q. 5. c. 1. & inf. de diuor. c. porro. & inf. eo. c. licet.

[Gl. seq. querit, & soluit.]

b Instrumentum.] sed qualiter per instrumentum poterat probari, quòd B. & I. non fuissent frater & soror, quia de consanguinitate non potest instrumentum fieri, vt videtur? Credo quòd instrumentum illud nō inducebatur directè super consanguinitate, sed indirectè forte in instrumento continebatur sic; super aliquo contractu B. & I. eius filia promiserunt aliquid facere, & sic dicebantur pater & filia, vel appellabantur in instrumento patruus & neptis: & sic inducebatur: [1] & instrumentũ benè poterat produci post aperturam testium semper antequam renunciatum sit vel conclusum in causa. infra de fide instru. capit. cum dilectus. Ber.

[Glossa sequens primò adiuuat textum & improbat consuetudinem. Secundò ponit opin. Vincen. contrariam. Tertiò illam reprobat, & dat huic decre. duos intellectus: vlti. signat, & soluit contrarium.]

c Iuri contraria.] bene dicit, iuri contraria, quia huic obijciebatur, quòd testes alterius partis falsum dixerant, vt supra dixi. & ad falsum probandum non solũ post publicationẽ testiũ; imò ẽt post sñiam testes sunt admittendi. ĩ. de probat. capit. licet. etiam vsque ad viginti annorum, infra de except. cum venerabilis. & infra eodem ex tenore. & supra eodem, sicut. & infra de te iud. ca. lator. & c. consanguinei, sic etiam instrumentum potest probari falsum. C. de contrahen. stip. optimam. Vinc. & alij dñt, quòd hæc consuetudo consonat iuri, quia post publicationem testium non sunt alij testes in contrariũ vel ad idem inducendi. arg. ĩ. eo. fraternitatis. Et Vinc. dixit, ꝙ hæc non erat decre. sed salua pace ipsius in hoc non bene dixit, quia in alio casu loqtur hic, quia agitur de falso, vt dictum est, nec propter hanc decre. offenditur regula illa, qua ipse dixit, ꝙ post publicationem testium non sunt vlterius testes admittendi, quia illud locum hẽt qñ super eodem capitulo inducunt super quo alij inducti fuerunt: quia illud nõ licet nec ei qui eos induxit, nec aduersario. supra eod. fraternitatis. & in auth. de testibus. §. quia verò. coll. 7. & illa regula generaliter vera est. Quidam [2] tamen dñt, quòd non obseruatur in causa matrimoniali: & ibi non possunt recipi etiam super eodem capitulo: & dicunt illud esse speciale in fauorẽ matrimonij. Arg. ad hoc. ĩ. de spon. sicut. in fi. ĩ. de cōsan. & affin. ex litteris, sed ibi testes non fuerant recepti. sup. de probatio. causam matrimonij. & quia post sententiam audiretur, ergò multò fortius ante sententiam. sententia. n. ꝯ matrimonium non transit in rem iudicatam. De hoc dr̃ etiã. ĩ. de prob. iterauit. Hic non poterat omitti illa probatio sine periculo animæ: ibi poterat omitti sine periculo, q2 nullum peccatum in non contrahẽdo, sed in separando periculum est, si non sunt consanguinei. Panorm.]

1 Vel secus de natalibus illi[us] I. facti fuerat instrumentum, in quo continebat qui & ex qua illam suscep[e]rat: & quo anno & die nata fuerat. sm Host. & leg. C. de [...] ge. l. pen. & [...] ꝯ met. cau[sa] l. isti quide[m] §. 2. Io. And.

2 Host. hic dicit, ꝙ qu[ia] qd alij an[...] bant, & q[...] quod fera[t] de quo in isto iudici[o] est curand[um] de elect[...] cũ cām. [...] mente [...] hoc est, ꝙ [...] cã matrimo[ni]ali publicatis attestationib. su[per] eisdẽ capitulis ẽt in ca[u]sa dẽ instantia licet testes [pro]ducere, [...] rõnẽ q[...] tur [...] hoc licet post publicationẽ, & post sñiam. Io. And.

PRæterea.] Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis accusatur quod ipse cognouit aliquam mulierem: quaeritur an testes, qui ad hoc probandum inducuntur, sint interrogandi de visu, vel si et sufficiat sola viciniæ fama, vel si iuratis sit credendum testibus, qui carnalis copulæ dicunt se esse conscios, sed de visu nihil dicunt: Consultus Papa rñdet, quod si testimonium conueniens reddat de visu vel etiam de auditu, & fama violenta præsumptionem subministret, & alia adminicula adsint, standum est testimonio iuratorum, quibus omnibus consideratis iudex cõfirmabit motũ animi sui ex argumentis & testimonijs, quod negotio aptiora pperit, & sic formabit sñiam. No. quod ex multis præsumptionib9, & ex fama fit probatio sufficiens: & quae non prosunt singula multa simul collecta valet, & probationem faciunt.

CAP. XXVII.

PRæterea † cum quis accusatur aliquã cognouisse: an sint testes interrogãdi de visu, aut sola viciniæ fama sufficiat, vel si iuratis testibus sit credendum, qui se carnalis copulæ cõscios [a] esse fatentur, sed de visu [b] nihil affirmant? † Respondemus, quòd si testimonium cõueniens de visu reddatur, vel et de auditu, [c] & præsumptionem violentiam fama cõsentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur, standũ est testimonio iuratorum. Etenim circũspectus iudex atque discretus, motum animi sui, ex argumentis & testimonijs, quod rei aptiora esse compererit, confirmabit.

¶ Innocentius tertius consulibus & populo Beneuentano.

¶ *Vnius iudicis verbo non creditur, scriptura verò eius per testes reprobari possunt. fallit hoc in Papa. ita communiter summatur.*

CAP. XXVIII.

CVm † à nobis, & infra. Et canonica [d] & ciuilia [e] iura sequentes, districtius inhibem9, ne vnius [f] iudicis, quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo creditur i causis: siue super testamẽtis, siue quibuslibet alijs cõtractibus quæstio agitetur. Nec scriptũ [g] eorum

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

a Conscios.] sed quomodo sunt conscij nisi viderunt: quia fort. ab eo audierunt: quia illud dicimur scire, quod ab alijs audimus. 22. q. 5. hoc videtur. Vel quia viderunt solum cum sola in lecto, vel nudum cũ nuda, sed non viderunt eos carnaliter commisceri. ∃. de præsump. tertio & ideo dicitur de visu nihil affirmant.

b De visu.] hoc est si vidissent illos carnaliter cõmisceri.

[Glo. seq. quærit an fama cum auditu, &c. alleg. ad negatiuam, & affirmatiuam soluit, dando tres lecturas huic capitulo.]

c De auditu.] quia forsitan testes distabãt tenui pariete à cõmiscentibus, audiendo eos simul cõmisceri, sed nõ videbant. Sed nunquid fama in tali testimonio de auditu sufficit, vt debeat separari? Non vr: quia testimonium de auditu non habet locum in casu, quia fama per se nihil probat, licet præsumptionẽ inducat. & argu. ∃. de eo qui cogn. consan. vxo. suæ super eo. ad hæc dr firmare, sed potius infirmare. 4. q. 2. c. si testes. §. item sæpe. Contra vr, quia violenta præsumptio loco probationis habetur, præcipuè in hoc casu. 32. q. 1. dixit dñs. Et arg. ad hoc ∃. de accu. repellitur. Sol. intelligũt quidam hanc decre. vbi agitur ad matrimonium impediendum, puta aliquis volebat contrahere: obijciebatur quod non poterat, quia ille cognouerat cõsanguineã illius cum qua cõtrahere volebat, quod in tali casu leuis probatio sufficit vnius testis vel etiam sola fama impedit. ∃. de spon. præterea. & ∃. de consan. super eo. & ∃. eo. super eo. in fin. & i. impropriè ponitur verbum illud, accusatur, in prin. & sic exponitur, accusatur. i. denunciatur: quia quod non est, non potest accusari, sed denunciari põt ad impediendum matrimonium. ∃. de despon. impu. ad dissoluendum. & secundum hoc planũ satis est. Vel potest intelligi cum maritus accusat vxorem de adulterio ad tori separationem, & ipsa excipiendo accusat cum aliquam cognouisse, ut cum à sua intentione repellat. ∃. de adult. c. pen. & vlt. 32. q. 6. nihil iniquius. Vel simpliciter potest intelligi cũ vxor accusat maritũ de adulterio ad tori separationem, dicẽs eũ aliquam cognouisse. & hoc vr verius, & vtroq; istorũ casuũ vr satis probari adulteriũ per huiõi testimoniũ de auditu quia audiebant eos commisceri iuxta tenuẽ parietẽ. Et si fama publica asserat, & alia adminicula suffragẽtur, prout sequitur in litera, satis intelligitur esse probatum: quia oia ista faciunt probationẽ sufficientem. ∃. de præsum. litteris. & cap. tertio. Ex his aũt oĩbus, iudex confirmabit motũ animi sui. ∃. de renunc. in psentia. & 4. q. 3. testes. & ff. de testi. l. ob carmẽ. §. si testes. Et est hic ar. quod quæ non prosunt singula, multa collecta simul iuuãt vt in prædictis decr. litteris. & c. tertio. & ∃. de proba. c. cũ causam. vbi de hoc. Ber.

CVm à nobis.] Sũt tres partes. Secũda ibi, Nec scriptum. Tertia ibi, Salua. Abb. Siculus.

CASVS. Quærebatur vtrũ dicto seu verbo iudicis credatur i causis? Cõsultus Papa rñdet, quòd sm iura canonica & ciuilia, nec vnius iudicis nõ est credendũ in cã, siue sup testamẽtis, siue quibuslibet alijs cõtractibus quæ agitatur: nec scriptũ illorũ eã obtinet firmitatẽ, quouis testiũ adminiculo fulciat, quin possit reprobari p testimonia duorũ uel trium testiũ bonorum, saluis in oibus auctoritate sedis Apostolicæ. No. quòd vni iudici non creditur in causa, ł iudicatũ alterius. Itẽ scriptura iudicis põt reprobari per testes.

d Canonica.] ut 6. q. 2. c. si tantum. & c. placuit. & de probatio. c. quoniam contra.

e Ciuilia.] C. de arb. l. ne in arbitris. §. fin aut. 3. & 4. q. 3. c. si testes. §. itẽ unius. & C. de testi. l. iurisiurandi. [?] do.

[Glossa sequens quærit, arg. affirmatiuè, soluit distinguendo.]

f Vnius.] sed quid si essent plures, nunquid credetur eis? Arg. quòd sic. ∃. de elect. cũ dilecti. & ∃. de accu. c. cum dilectus. In iudicio si dicant se aliquid fecisse in præiudicium alterius partis negantis, non creditur eis: nisi quatenus cõstiterit legitimis documẽtis. supra de probatio. c. quõ. in causa uerò appellationis. in defectum probationis, si super ijs, quæ corã eis acta sunt inducerentur tanquam testes & iurati, ut si dubitaretur de processu, satis possent admitti arg. prædictarum decre. cum dilecti, & cum dilectus. ibi creditur eis, sed super principali non. 2. q. 6. statuendum.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

g Scriptum.] hic dr quòd nõ statur scripturæ eius uel iudicis, quia possit probari contrariũ, nisi habeat testiũ subscriptionẽ. cõtraria signatur ∃. de proba. post cessionẽ. & 22. q. 5. hortamur. & ∃. de fide instr. c. 2. super hoc dicas ut dictum est sup. de proba. c. post cessionem. Ber.

g Scriptum.] factum non per manum tabellionis: quia potest reprobari per duos uel tres testes, quamuis adminiculo testiũ fulciatur, ut hic patet: secus esset de instru-

Marginalia: † Cap. 4. co. tit. in 3. cõp. & de intellectu audito notantur I. hic. Decret. — Sola fama carnalẽ copulã nõ probat. Concor. ... cum not. de testib. — † Cap. 1. eo. ti. i. 3. cõpil. Et de materia hui9 decretalis vide plene p Antonium de Butrio supr. de arbitris, c. non sine. — 3 Non creditur verbo arbitri, qui dicit iuratum. Ioan. And.

(nisi testiū adminiculo fulciatur) eam obtineat firmitatē, quin ei possint & debeant duorum vel trium testium bonorū testimonia[a] præualere: Salua ī omnibus sedis Apostolicæ auctoritate.[b]

¶ Idem Tyreñ. episcopo.

¶ *Testi super dilatoria inducto, non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus si super peremptoria: tunc enim cogi potest vt iurat deponere super toto.*

CAP. XXIX.

DE † testibus:[c] & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus quòd si testes sint iducti ad exceptionem dilatoriam solummodò probādam, cum super ea tantum iurauerint dicere veritatem, sup principali, nec debēt audiri, nec cogi testimonium perhibere, vtpote sup quo deponerent nō iurati.[d] ¶ Si verò cum ad probandā exceptionē peremptoriā, ab alterutra partiū iducūtur, reliqua pars super principali negotio, ēt eos deponere fortè petierit, & vt cogant super toto negotio dicere veritatē sacramento eos postulauerit obligari: ad id sunt sine dubitatione cogēdi:[e] nisi forsan sufficiens[f] pductio testiū super principali iā facta fuerit, vel renunciatum testibus, † vel depositiones testium fuerint publicatæ.[g]

instrumento per tabellionem publicum facto, ibi ad minus quatuor essent necessarij. prout no. ī. de proba. tertio. in glo. quæ incipit, Sic ergo. Vel dic, nisi testiū adminiculo, & c. quia si testium adminiculo fulciatur, tunc non poterit per duos vel tres testes reprobari, sed per quatuor vel plures: & sic æquiparatur instrumento tabellionis manu publica facto. ar. ī. d. fi. instr. c. 1.

[Glo. seq. argumētū à cōtrario, &c.]

a Testimonia.] sic scriptura iudicis potest reprobari per testes: sed si publica est, æqualem vim habet cū testibus. C. de fide instru. c. in exercēdis. Et sic vẽ ex eo quod dicit, nisi testiū adminiculo fulciat, q si scriptū iudicis habet testium subscriptionem, q non valet reprobari p testes, sed nō est verū: quia quantumcunq; authenticū sit instrumentū, potest reprobari, vt ī. de fi. instr. c. cū Ioannes. & C. de proba. l. cum precibus. & ī. de proba. tertio. vbi plenè de hoc not. Arg. contra. ī. de pscrip. c. ad audientiam. vbi potius statur priuilegio q̃ testibus. sed ibi ab eadem parte introducuntur priuilegia & testes: & expone, nisi, idest, quamuis.

b Sedis Apostolicæ auctoritate.] & ita videtur quòd non requiratur subscriptio in litteris domini Papæ, & quòd contra eas non admittatur probatio. arg. C. de testa. omnium, nisi essent falsæ. Sed contra videtur quòd ī litteris domini Papæ subscribunt Cardinales. 12. q. 2. cum redemptor. & 35. q. 9. quod quis, in priuilegio subscribunt, Cardinales, in alijs litteris non subscribunt.

DE testibus.] In prima decisa ponitur consultatio. In secunda: responsio ibi, Cōsultationi. Et responsio est bimembris. secundum membrum prosequitur ibi. Si verò. Abbas.

CASVS. Aliquis trahit aduersarium suum in causam, reus obijcit exceptionem dilatoriam, inducit testes ad causam probandam iuramento præstito: pars altera petit eos cōpelli vt deponāt super negotio principali; quæritur vtrùm sint ad hoc cogendi? Respondet Papa, quòd si testes inducti sint solummodo ad exceptionem dilatoriam probandam, cum super illa tātum iurauerint dicere veritatem, super negotio principali non debent audiri, nec compelli ad testimonium perhibendum: quia deponerent non iurati. Si verò inducuntur ad exceptionem peremptoriam probandam, & altera pars petat vt super negotio principali deponant, & vt iurent super illo dicere veritatem, sunt sine dubitatione ad hoc cogendi, nisi forte sufficiens productio super principali iam sit facta, vel nisi sit renunciatū productioni testium, vel nisi depositiones testiū sint publicatæ. Not. quòd nō valet dictum testis si deponat super quo non iurauit. Item testis iurare debet super toto negotio dicere veritatem, qui inducitur ad peremptoriam exceptionem probandā, si hoc fuerit petitum: nisi tribus casibus hic contentis. Item peremptoria exceptio potest opponi & probari postquam renūciatum est productioni testium super negotio principali. Item potest opponi post testium publicationem.

c De testibus.] inducti & iurati.

[Glo. seq. cōtinuat tex. quærit & soluit.]

d Non iurati.] hoc ideo dicit, quia cum producebantur ad probandā dilatoriā, iurauerunt super illa tm̃, vnde si postea petatur q deponat super principali, non debēt cogi ad idem, nec ēt sponte si vellent: quia nō iurauerūt super hoc vnde non valent dicta eorū super illo. ff. de peti. hære. l. si quis liber. §. vlt. C. q le. perso. l. vlt. & facit ad hoc. ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. vnde si testes inducti super possessione deponant super proprietate, non procedit per iura prædicta. hoc ē arg. ad hoc ī. de cau. pos. c. pastoralis. sed si peteret vt deponerent sup principali, q inducebantur ad probādam dilatoriā, nunquid sint compellēdi? Ad hoc dicas, q si inducuntur super exceptione dilatoria, quæ proponitur ante lit. cōtest. tunc nō debēt adstringi iurare super principali: quia lite non contest. testes recipi non debent. ī. vt lit. non contest. quoniam. & per totum.

ADDITIO. Si verò post exceptionem dilatoriam quæ proponitur post litem contestatam, tunc recipi debent.

e Cogendi.] quia ex quo pars aduersa approbat illos pro se, & cōtra se tenetur recipere illos. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. & propter connexitatē causæ. ī. de do. post diuor. resti. de prudentia.

f Sufficiens.] ex quo sufficiens productio testium facta est, non sunt alij admittēdi, vt hic patet. vñ & quarta dilatio tunc denegaretur. ī. de test. c. significauerunt.

[Glo. seq. not. peremptoriam probari, &c. & rationē reddit. Dicit etiam quod prius probari posset, sed illud reprehendit.]

g Publicatæ.] sic patet quòd attestationibus publicatis potest obijci exceptio peremptoria, & probari. C. de excep. l. si quidem. & C. de prob. exceptionē. nouus enim articulus est exceptio peremptoria, & ideo probari potest apertis attestationibus principalis causæ, & etiam in causa appellationis. ī. eod. ex tenore. & ī. de do. & contu. c. fin. ī. eod. fraternitatis. ī. de fide instru. c. cum Ioannes. & C. de temp. ap. per hanc. vt si obijciatur præscriptio vel pactum de non petendo, vel res iudicata, potest etiam probari ante apertas attestationes, vt hic patet. Istud tamen stultum reputo, quòd aliquis probet peremptoriam exceptionem antequam sciat si aduersarius probauit intentionem suam; quia si aduersarius non probauit, non indiget aliqua exceptione: si probat, tunc demum potest & debet vti sua exceptione, cum sit alius articulus. C. de except. l. si quidem. sicut vides in teste, qui reprobari debet & potest post publicationem: & illa est exceptio peremptoria. ī. eo. præsentium. & ī. eod. c. ex parte. A. Idem est & si vole probare

¶ Trieñ. Trieñ. Tureñ. Tireñ. archiepo. in vno vetustissimo.

† Cap. 2. eo. ti. i 3. cōpil. Et de materia vide Specul. tit. de teste. §. 1.

probare testes falsum dixisse, qa hoc possum post apertarum testium. ī. de proba. licet. & ī. eo. series. & ī. eo. ex tenore. Et no. hic tres casus, in quibus testes publicatis attestationibus non recipiuntur super eodem capitulo, si renunciatum est, si sufficiens productio 1 facta est: si publicatio sit facta: Et hoc intellige cum idem est modus agendi: qa secus est si alio modo agatur. ī. e. ti. c. venies. & ī. eo. cū in tua. Item in alio si inter alias personas agitur. ī. c. proxi. In trib. tamen casibus exceptio peremptoria lit. conte. impedit, si quis eam opponere voluerit, & pbare, videlicet si de ipso negotio sit iudicatū transactū, vel sit finitum: vt in concilio Lugdunen. de lit. contest. c. exceptionis.

Si intellitas. i. dilao. Adde martum, s. ffrenata multitudo in Goff. ī. o. c. cū cā m : c. significauerunt. Io. and.

Cap. 3. eo. tit. in 3. cōp.

COnstitutus.] Attestationum publicatio nō fit ad petitioné tertij, & pars apud quā depositæ sunt attestationes, non potest vlterius testes producere. Prima pars processum narrat. Secunda interloquitur, & interloquēdo committit. Secunda: ibi, Nos eas, & quia litera est multum inuoluta, pone casum in terminis sic vt sequitur Abb. Sic.

' Sub Alex. iij. a. l. hī ti. e cōcessio. præb. c. 2.

' al. prædictus magister R.

C A S V S. Vacante archidiaconatu Richemūdiæ, archieps Eboracen. ad quem pertinet collatio eiusdem, tunc absens contulit archidiaconatum illum magistro Ho. decanus & capitulum Eboracen. credentes potestatem conferendi deuolutā ad eos auctoritate Lateran. concilij, tum etiam auctoritate priuilegij sui, archidiaconatum ipsum contulerunt magistro Rogerio, & ipsum induxerunt i possessionem ipsius. Sed magister Honorius post appellationem spoliauit eūdem, propter quod magister R. ad dominum Papam accedens super restitutione sua ad iudices litteras impetrauit; Sed magister Hono. accessit ad curiam, & impetrauit litteras reuocatorias: vnde procurator R. ad dominum Papam accedens, prædicta ex parte R. proposuit: post prædicta postulauit Hono. vt dominus Papa quasdam attestationes faceret aperiri, quæ in causa eadem fuerant receptæ: Procurator R. respondit illas non esse aperiendas, cum testes nō fuissent inducti in hac causa, sed in causa illa, quæ inter archiepiscopum Eboracen. & eundem R. vertebatur: dominus Papa noluit eas aperire, sed causam commisit quibusdam iudicibus, ita scilicet quod si constiterit eis dictum Hono. testes pro se coram alijs iudicibus delegatis produxisse, sit contentus attestationibus illis depositis apud ipsum: alioquin si nullos produxit, eo non obstante quod testes illi quorum dicta Hono. petijt aperiri, producti fuerunt coram iudicibus illis, si pro dicto Hono. producti fuerint, ad testimonium admittantur. Nota quod eadem causa inter plures personas coram diuersis iudicibus potest tractari, & attestationes receptæ in vno iudicio non valent in alio, nisi partes consentirent, vt hic patet. Item alter qui causam agit, posset se opponere coram alijs iudicibus pro iure suo: & res inter alios acta, alijs non prodest nec nocet.

¶ Idem Helien. & Cistren. episcopis, & archidia. de Norhan.

¶ Dicta testium non sunt ad petitionem tertij publicāda. Et is qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eūdem effectum corā iudicibus alijs illos producere, sed illorum attestationibus debet esse contentus.

CAP. XXX.

COnstitutus[a] † in præsentia nostra procurator magistri R. proposuit, quod cum decanus, & capitulum Eboracen. ei tū auctoritate Lateranen. †concilij, tum priuilegij[b] proprij ratione, archidiaconatum Richemundiæ canonicè côtulissent, magister H. qui archidiacon⁹ Richemūdiæ nominat, ipsum eo post appellationé ad nos interpositam spoliauit. Cumque prædictu⁹† R. ad iudices sup restitutione sua cómissionis litteras impetrasset, memoratus H. litteras reuocatorias[c] impetrauit: & 10 infra. Inter alia postulabat prædictus[d] H. vt faceremus depositiones quorūdam testium aperiri: sed procurator prædict⁹ aperiédas eas nō esse dicebat: cum non in hac 20 causa fuissent inducti, sed in ea quæ iter Eboracé. archiepiscopū,[e] & eundem R. vertebatur: & infra. ¶ Nos eas aperire noluimus, sed causam duxim⁹ vestro examini 30 committendā, ita quod si vobis constiterit præfatum H. testes pro se coram episcopo & decano Lincó. & te filij archidiaco. delegatis[f] iudicibus pduxisse;[g] attestationibus apud eū depositis[h] 40 sit contentus: alioqn[i] eo non obstāte, quod testes illi coram iudicib. ipsis & te fili archid. fuere producti[k] pro dicto H. si producti

a Constitut⁹.] decre. ista loquitur de materia illa, de qua loquitur de concess. præben. post electionē. & ex illa potest colligi casus. Archiepiscopus Eboracen. absens cōcesserat archidiaconatū Richemūdiæ magistro Hono. Capitulum. Eboracē. magistro Rogerio.

b Priuilegij.] inf. de concess. præben. c. post electionem.

c Reuocatorias.] nō tamen recessit de curia.

d Prædictus H.] q litigabat cum procuratore magistri Rogerij in curia, vt sequitur statim in littera.

e Archiepiscopū.] inter 2 archiepm & magistrum R. causa super hoc eodé negotio agitata erat corā alijs iudicibus & testes fuerunt ibi recepti: archieps dicebat ad se pertinere collationem archidiaconatus. R. dicebat q pertinebat ad capitulū a quo fuerat institutus: attestationes istas petebat H. aperiri, & iō Papa noluit eas aperire, vt sequitur in ver. nos eas aperire. Et sic patet per hoc, q testes recepti in vno iudicio nō faciunt fidem in alio, 3 nisi inter easdē psonas, qnqtū testes recepti corā arbitro valent corā iudice. arg. C. de arbi. l. pen. sed illud inter easdem partes secundum distinctionem illius l. C. de testi. l. ulti.

2 Hic est casus huius decretalis, quē ponit Ber.

3 Siue si aliud rōne p sone, siue rei siue cāe fm Host. I. An.

f Delegatis.] a legato Apostolicæ sedis, qui causam illis commisit.

g Produxisse.] super eā q inter ipsū H. & archiepm, & magistrū R. vertebat. Ex hoc pbat, q si duo litigāt super aliquo, & tertius veniat dicés se habere ius in illa re, & petat se admitti, audiēdus est, cū sua intersit.

h Depositis.] eo ipso q attestationes fuerunt apud ipsum depositæ, nō potest ulterius alios producere: qa præsumitur didicisse testificata. 4 Si verò apud iudices remansissent, tunc posset alios testes producere, cum illorū attestationes non fuerunt publicatæ. ī. eo. cū causam. §. vlti. nec renunciauerat productioni testiū. quidam supplent hi, apud eum depositis & publicatis, & sic planum est: quod verius videtur.

4 Quod est verū, nisi attestatiões clausæ & sigillatę apud ipsū fuissēt depositæ, & ipse eas restituerit fm Ho. Io. And.

i Alioquin.] scilicet, si non fuerint ab ipso producti, & depositi apud ipsum & publicati.

K Producti.] non ab Honorio in hac causa, sed ab archiepo. quorum supra petijt Honorius publicationé, sed non obtinuit. Et est arg. hic, q res inter alios acta non nocet alijs. ī. de fi. instr. c. inter. & ī. de re iu. pen.

ductі fuerint, ad testimonium admittantur.

¶ Idem.

¶ *Publicatis attestationibus non opponitur in personas testium tres casus excipit, & ad secundum determinationem subdit.*

CAP. XXXI.

PRæsentium † auctoritate statuimus, vt si quis [a] post depositiones testium publicatas, obijcere voluerit ĩ psonas [b] eorum, ei tunc tandẽ id liceat, cum iuramento [c] firmauerit, quod ad hoc ex malitia non ꝓcedat; Nisi forsan ante publicationẽ id fuerit protestatus: Vel ostẽdere poterit, quod post publicationẽ didicerit, [d] quod obijcit in personas. ¶ Cæterum cum quis personas testiũ se velle post publicationẽ depositionũ repellere, fuerit protestatus, [e]

PRæsentium.] Ponit regulam, & tres casus excipit à regula, & ad secundã determinationem subdit. Secundus ibi, Nisi forsan. Tertius ibi, vel ostendere. Determinatio ibi, Cæterum. Regula est ista, ꝙ post publicationem attestationũ non potest obijci in personas testium, scilicet eorũ qui deposuerunt. Primus casus à regula except[9] est, ꝙ potest obijcere post publicationem, si iurat ꝙ malitiose ad hoc nõ procedit. secũdus & tertius sunt faciles I tex. Abb. Sic.

CASVS. Quia post publicatas attestationes frequenter obijciebatur in personas testiũ malitiose causa differendi negotiũ, statuit Papa, vt si aliqs post publicatas attestationes in personas testiũ obijcere voluerit, tũc demum id ei liceat, si iuramento firmauerit, ꝙ ad hoc ex malitia non procedat, nisi ante publicationem illud fuerit protestat[9], vel nisi ostẽdere potuerit ꝙ post publicationem didicerit quod obijcit in personas. Sed si aliquis fuerit protestatus se velle repellere personas testium post publicationes ipsorum, si quid pro ipso dixerint, de facili nõ credatur. Nõ ꝙ non creditur iuramento alicuius ꝙ malitiosè nõ procedat. Item ex eo quod quis impugnat, non debet commodum consequi.

[Gl. seq. tr. diat ꝙ producens, licet non reprobet personam, reprobat tamen dictum: & ponit diuersitatis rationem quare aliud in instrumento.]

a Si quis.] scilicet ꝯ quem producuntur testes, qui enim producit testes ꝯ personas eorũ dicere nõ potest, nec in sua causa nec in alia, nisi ex noua causa. sed in dicta eorum bene potest dicere: quia sibi ipsis in serie sui testimonij ꝯdicunt, siue pro se inducta sunt in causa, siue contra se in alia. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. Et est ratio: quia cum produco testem, personam eius approbo, & ideo ꝯ personam eius dicere non possum: & ideo si approbo illum pro me, & teneor recipere contra me. 19. dist. si Romanorum. & quid sit dicturus ignoro, & ideo in dicta dicere possum si video ꝙ ꝯdicit sibi ipsi, vel etiam alijs testibus meis, vel si facit pro aduersario meo. [1] est tamen arg. contra hoc in si. Sed quid si produxit instrumenta? Non potest aliquo dicere contra illa: quia diligenter debuit prouidere instrumentum an faceret pro se, vel ꝯ se, antequam produceret illud. sed in testibus istud prouideri non põt: qa frequenter mutant [2] ex eo quod dicunt se scire qđ nesciunt, & quandoque dicunt se nescire quod sciunt, & econuerso. & hæc est causa quare diuersæ scripturæ ab eadem parte prolatæ inuicem sibi derogant. C. de fid. instru. l. scripturæ. & hoc habes. ĩ. de fi. instru. imputari. potest tamen quis dicere se nolle uti instrumento producto si arguitur falsitatis. C. de fi. instru. l. 3.

[Glo. seq. ponit sex exempla. &c.]

b In personas.] obijcere potest quis in personam testis, ꝙ sit periurus, infamis, cõspirator, inimicus, quod sit corruptus, quod sit seruus, & multa alia posses super hoc inuenire exempla. sic hoc melius dicitur. ĩ. c. testimonium. Ber.

[Gl. seq. coadiuuat textum in hoc quod dicit, probationem fieri per iuramentum, per rationem, & tria similia. Dicit demum huic locum esse cum de calumnia non est iuratum, ponit opi. contrariam, tamen primam approbat, & probat.]

c Iuramento.] iuramentum est hic legitima probatio: nam quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus. ĩ. de seru. c. vnico. & ĩ. de præsumpt. cap. dudum. & C. qui milit. non possunt. super seruis. lib. 12. sic etiam conscientia vel fides probatur ꝑ iuramentũ. ĩ. de senten. excom. c. si verò aliquis. sic. ĩ. de excep. cap. pastoralis. Item per solum iuramentum probatur amicitio rerum. supra quod met. causa. ca. vl. Et quod hic dicit de iuramento isto ꝓstando, locum habet in causis, vbi de calumnia non iuratur, sed de veritate dicenda. Quod in his causis præstari debet. habes. s. de elec. c. dudũ. & ĩ. de iureiuran. c. ex litteris. & ita iuramentum de veritate dicenda non excludit sacramentum de calumn. super emergenti exceptione, vt hic patet. & s. de elect. c. cum dilectus. & s. de testit. spol. c. litteras. Si verò iuratum esset de calumnia, non est aliud iuramentum postea præstandum. C. de iura. calum. auth. in hoc sacramento. & in auth. de ijs qui ingre. ad appel. §. vlt. vbi hoc expressum est ad si. coll. 5. vnde sumpta fuit auth. Quidam dicunt [3] quod in qualibet causa hoc iuramentum est præstandum, siue iuratum sit de calumnia, siue de veritate dicenda, & est speciale: & surgit hoc ex quadam præsumptione: quia cum nihil dixerit contra testes, cum producebantur testes, & postea cum publicantur quodammodo videbantur approbare testes. vnde postea per sacramentum tollitur illa præsumptio. simile ĩ. eo. c. vlt. & ĩ. de excep. c. pastoralis. sed ita non credo, quod sufficeret præmittere protestationem, licet sufficiebat hic, sed quod prius dixi verius credo: vt dixerũt T. & G. & Vincen. olim. sed modo mutatur, vt dicitur & quod locum habeat tantum hæc decre. vbi de calumnia non iuratur. arg. opti. probatur. ff. de pœn. sanctio legum vbi dicitur: cũ noua lex statuitur, ad eas species pertinere non videtur, quibus ipsa lege pœna, specialiter addita est. nec verisimile est delictum vnum eadem lege varijs æstimationibus coerceri: & ex præsumptione prædicta statutum fuit, vt post publicationem iuretur quod ex malitia non procedat, cum protestatio nõ processerit. & hoc vbi de calumnia non fuit iuratum. [4]

d Didicerit.] hoc difficile est probare nisi per iuramentum. sic. ĩ. de excep. pastoralis. & sufficit hoc iuramentum, sicut in proxi. casu.

[Gl. seq. coadiuuat textum tribus rationibus, obijcit, & soluendo ponit duas lecturas illius ver. de facili. Quod approbo, non reprobat.]

e Protestatus.] per hãc protestationẽ vr quòd noluit fidem adhibere dictis illorum testium contra se. non ergo debet habere pro se. 19. dist. si Romanorum. & 3. q. 8. §. cuius in agendo. ĩ. de cen. cum olim. C. de solu. l. pen. sic C. ad leg. Cornel. de falsis. l. qui falsas. & ff. de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & C. de ijs quib. vt indi. alia & est absurdum redire ad hoc cui renunciatum est. C. de rebus credit. l. si quis iusiurandum. Sic èconuerso semel probatum reprobare nõ possum. 8. q. 2. dilectissimi. ff. de nego. gest. l. Pomponius. ff. de adult. si vxor. ĩ. de iureiuran. cap. quemadmodum. Sed non vr, ꝙ intellectus talis probabilis sit, quia licet reprobem personam, non ideo videor reprobare dicta sicut econuerso licet approbem personam, non tamen appro-

¶ Cap. 4. e. al. in 3. cõpi. Et de materia vide plenè per Antoniũ de But. i c. ex parte. ĩ. e. & p Lapũ alleg. 72.

1 Sic tenebo sniam iudicis, in quã ? sensit: cuius nõ reprobo psonam. de hoc de offi. dele. super q̃stionũ. §. verum. in vlti. glo. Io. An.

2 al. autem

3 Inno. & Hos. Nec obstabat in ip ios aut ꝑ al. leg. ꝙ fallit in casibus in quibus t[illegible]te exprimã ꝙ iuratu de malitia. [illegible] dic idẽ [illegible] expressis [illegible] iudici videbat illud ex gi dñ. de in cal. c. 1 infi. l. 6. Io. An.

4 Concord. in l. 3 [illegible] ff. de [illegible] Bal. [illegible] de in lit.

Facit in fi. ... cum te. & ibi Bal. in fi. ... q. ... met. causa. & l. si quis ex test.

approbo dicta. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. 1 & propter ea sola protestatio si amplius nõ fit processum, non obest: quia licitum est desistere quocunq; ante sententiam, vt dicũt iura prædicta scilicet l. qui falsis. & §. meminisse. l. alia. Et ita sola protestatio non nocet, si nõ fuit processum ad actum, quin credatur si pro ipso dixerint: & si processũ fuit ad reprobationẽ & non obtinuit, si dixit pro ipso, non prodest. Et expone de facili non credatur, id est, nullo modo credatur. simile 2. q. 6. biduum. ver. si aduersarius. vbi habes: difficile ẽ vt hoc audiatur, idest, nullo modo audiatur. C. ad legem Corne. de fal. l. imperator. & 47 dist. quantumlibet. & 1. q. 1. principatus. Vel intellige q̃ dicit de facili non credatur, q̃ñ ab initio antequam deponeret, protestatus fuit quod licitum esset in personas obijcere; tunc enim præsumptio est contra testem, q̃ criminum timore aliquid dixerit pro ipso, ne postea ol iceretur ei crimen. & tunc, si dicit aliquid pro ipso, de facili non credatur, nisi habito respectu ad qualitatem personæ ipsius testis, vt puta si est realis, & ita honestus q̃ propter hoc nulla suspicio est cõtra ipsum, q̃ aliquid diceret timore alicuius criminis: tunc creditur ei: si verò sit suspecta persona, vt timore illo præsumptio sit contra illum, tunc non creditur ei: vel de facili non credetur sine alijs adminiculis sed cum illis benè creditur: & sic dupliciter potest intelligi quod dicit, de facili non credatur. Ber.

Lingonien. & Eliensi. episcopis.

si quid ꝓ ipso dixerint, de facili non credatur.

¶ Idem London. † & Helien. episcopis.

¶ Si actoris & rei testes contraria deponunt, fidem sibi non derogant, sed præualent digniores, & verisimiliora deponentes: & si in cæteris est disparitas, præfertur numerus.

¶ N nostra.] Si testes à diuersis producti deponentes contraria, sint æqualis honestatis, statur maiori numero: alias præualere poterit paucorũ auctoritas. Præmittit factum, & diffinitionis causam. Secunda ibi, Mandamus. dat mandatum bimembre. Secundum ibi, Si verò. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam archidiaconus habet controuersiã cum quibusdam monachis, quæ cõmissa fuit quibusdã iudicibus, lit. contest. plures testes hinc & inde recepti fuerunt, quibus examinatis iudices dubitauerunt qualiter deberent ferre sententiam? Consuluerunt dominum Papam remittendo sibi attestatione, dominus Papa diligenter testibus examinatis rescribit iudicibus illis: cum plures testes tam ex parte archidiaconi quã ex parte monachorum sint producti, quos non solum diuersa, sed aduersa penitus constat testimonia reddidisse, non tamen ac multitudinem testium respicere oportet, sed potius ad qualitatem testium, & ad dicta ipsorum, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus iudex motum animi debet informare: mandat Papa iudicibus, quatenus si testes vtrinque producti sint eiusdem honestatis & existimationis, pro archidiacono sententiam proferant, cum plures testes produxerit quam monachi. Si verò testes monachorum tantæ præeminentiæ fuerint, quod auctoritas eorum aliorum sit multitudini meritò præferenda, absoluant monachos ab impetitione archidiaconi. Nota quod non semper debet iudex ad multitudinem testium se referre, sed potius ad honestatem & opinionem testium, qui verisimiliora negotia dicant, & ita non semper statur maiori parti. tem cum testes sint eiusdem existimationis, tunc standum est numero testium.

De intellectu & materia huius glos. vide glos. in finalẽ c. ecclesia 2. de elec. glossã plenissimam in nunc autẽ ... itur. 63. d. glossã in ... testes. 4. q. 3. verbo, ... ad glossam ... ego so... ult. p.

[Glo. 1. q. circa contrarietatem testium distinguit. deinum quærit, & soluit distinguendo. finis tect. per quæstionem.]

a Aduersa.] super cõtrarietate testiũ ita distinguitur. Si vnus testis cõdicit sibi expressè, non valet. 3. q. 9. puta. 83. q. 7. quod autem. j. de appe. sollicitudinem. C. de lib. causa. l. cum precum. & s. de proba. c. licet. nisi incontinenti hoc fecerit corrigendo dictum suum. j. tit. prox. præterea. Idem videtur si testis pro parte dicit falsum, vt in nullo valeat dictum suum. ... dist. ... ad scripturas. & 4. q. 3. c. si testes. §. qui falsò. vel variè. & s. de cau. possess. cum ecclesia & 3. q. 9. pura. Si verò vnus testis cõdicit pluribus, talis cõtrarietas nõ obstat: quia dictum vnius testis non probat aliquid. 11. q. 2. admonere. & s. eo. cap. veniens. & c. licet. nisi fortè cõdicat pluribus testib' cum quibus est scriptus in aliquo instrumento. ff. quemad. testa. aper. l. 1. in fin.

CAP. XXXII.

10 IN nostra præsentia: & infra. ¶ Cum igitur hinc plures, inde verò sint testes numero pauciores producti, quos non solũ diuersa, sed aduersa [a] penitus in quibusdã cõstat testimonia reddidisse: quia etiam ad multitudinem tantum respi

† Cap. 5. contra in 3. cõpil. & de materia vide Romanum in singul. 362. incip. duo testes. & Cor. secũ singul. 353. incip. duo testes verbo, testis

Si verò plures testes cõdicant pluribus, si sunt omnes ex eadem parte, dicunt quidam q̃ non valent. argu. j. de proba. c. licet. sicut contingit in diuersis temporis. j. de fid. instru. c. imputari. C. de fid. instru. l. diuersæ scripturæ. Si autem cõdicant testibus alterius partis, valet testimonium plurium. sed hoc nõ placet: licet enim testes in iudicio ex eadem parte cõdicant illis, non tã succumbunt talia testimonia, licet in fide l instrumentis: quia testes non potuerunt præuidere. vt dixi s. eo. cap. præsentium. Dicas quod si testes contradicant testibus siue ex eadẽ parte, siue ex aduersa, primo concordabit iudex contrarietatẽ illã si põt. arg. s. eo. cum tu. & de pœ. dist. 1. periculosa. j. de verb. sign. nihil obstat. & 11. q. 3. antecessor. & sup. de conuer. cum dilectus. nisi manifesta sit cõtrarietas. 1. q. 9. nihilominus. 35. q. 6. de parentela. & si manifesta sit cõtrarietas, valet testimonium pluriũ, nisi ex altera parte tanta sit dignitas, vt meritò debeat ꝓ iudicare numero, vt hic infert' dr, vel nisi verisimiliora loquant, & plura probent. 4. q. 3. si testes. & s. de probatio. cap. licet. versic. fin. Si verò testes ex vtraque parte omnino sint pares, pro reo fertur sñia. s. de proba. ca. ex litt. & j. de fi. instr. c. inter dilectos in fi. nisi in quatuor casibus, in cã matrimoniali, liberali, & dote, & testo. ff. de re iudic. l. inter pares. & j. de re iud. c. vlt. vbi habes illos quatuor casus. s. de prob. c. ex litteris. & 33. q. 1. si quis acceperit. & ff. de testa. tes. ad. l. ... pars. Si aũt neuter possideret, sed vterque petit rem ab alio, s. à tertio, si probationes sint hincinde omnino pares, res diuidatur, si potest ar. j. de præsum. afferte. si res est indiuisibilis, q iudex põt gratificari, cui vult, ar. j. de paro. c. si epũs. & j. de iure patro. cum aũt, & 63. dist. si fortè. vel diuidatur res forte. 26. q. 2. sors. & ff. de iudic. sed cũ ambo. Si uero testes contradicunt instrumento: aut cõdicũt instrumẽto in quo scripti sunt, aut alij i quo scripti non sunt: si cõtradicunt instrumento in quo scripti sunt, præualent testes instrumento. s. de proba. ... Et arg. ad hoc ff. quemad. testa. aper. l. 1. in fi. & in auth. de fid. instr. §. si uerò aliquid. Si uerò cõdicant instrumento in quo non sunt scripti, dic ut sup. de proba. ... Sed quid ubi duo petunt eandem vxorem, & æqualiter probant? vñ q̃ detur ei cui consentit C. de nup. l. viduæ. & 1. q. 3. ... sancimus. si aũt non vult consentire in aliquem, detur ditiori & meliori, si æque sint per oia pares, forte alteri detur, per iura prædicta. 31. di. clerosi. Si uerò testes inducti sunt iam ad probandum aliquem articulum, & alij post modum inducuntur in contrarium indirectè statur secundis. j. eo. c. ex tenore. & supra eo. ... & arg. C. de contrahen. stip. l. optimam: sed hoc intelligo uerum, qñ secundi sunt plures & meliores: & si æquales numero, recurratur ad dignitatem ut hic, alias statetur potius primis: quia potius præsumitur in ... in secundis, quam in primis. Ber.

3 Puta in ... cõi consonat & vide quod dicã de præsti. auditis. super verbo, exceptionẽ. Ioan. And.

4 Naturaliter vt æqu', vel iure prohibente, vt duo serui q̃ sunt vir & vxor. C. co. n. ... ver. iur. possessionũ, sm Vinc. q̃ dicebat, q̃ nisi talis sit casus quo iudex habeat gratificari, adiudicaret rẽ, vel coniuges vni: & in medietate ꝓ tij condemnaret illum alteri. inst. de act. §. quadam. Ioan. And.

a Motum.] supra de renun. cap. in præsentia, & 4. q. 3. si testes, & supra eo. c. præterea.

b Pro archidiacono.] ī. eo. cū tu. arg. ɔ̄ ibi psumit, q utraq; pars verū dixit: quia illa dicta simul poterant esse vera, hic verò non, ideoq; rectè statur maiori parti.

cere non oportet, sed ad testium qualitatē, & ad ipsorum deposita, quib. potius lux veritatis assistit, ex quibus motum [a] animi sui conuenit iudicem informare: Mandamus, quaten⁹ si testes vtrinque producti eiusdē honestatis & æstimationis †extiterint: cum constet testes monachorum esse testib. archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono [b] sententiā proferatis. ¶ Si verò testes ex parte monachorum producti, tātæ præminentiæ fuerint, quod eorum auctoritas aliorū sit merito multitudini præferenda, [c] ab impetitione archidiaconi absoluatis eosdem.

¶ Idem Priori sancti Fridiani Lucan. & magistro G. canonico Pisano.

¶ Ad probanda impedimenta electi laici & fœminæ admittuntur (adde) & testes de auditu, & fama sufficienter non probant.

CAP. XXXIII.

TAm†literis vestris, quā depositionibus testium intelleximus, nihil esse contra Lucanū electum sufficienter ostēsum, nisi de auditu [d] tantum & fama: cum super alijs, si qua forte videantur esse probata, [e] testes sint vel soli, [f] vel tales, [g] qui non potuerunt illa legitimè comprobare. ¶ Quia verò super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, [h] testes non fuere recepti propter appellationis obstaculum, ne laici vel fœminæ in

c Præferenda.] vel saltem coæquanda: quia tunc iudicabitur pro reo, vt dictū est in prima nomia. Qd hic dr recurrendum est ad dignitatē personarum, vt auctoritas pferatur multitudini, ex altera parte ītelligitur qñ numerus in modicum excedit. ī. de elect. cap. ecclesia vestra. si enim multū excederet, tūc præfertur numerus. Ar. ɔ̄ ī. de elec. c. dudum, simile 19. dist. in canonicis. Sed in qua quantitate præferemus, auctoritatem vel numerum? Istud erit in arbitrio iudicis discreti æquitate inspecta: quia declarari, vel regula de facili dari nō posset, ff. de diuer. & temp. pscript. de accessionibus.

TAm literis.] Primo ponit, q pbauerunt testes contra electum. Secūdò prosequitur articulū bigamiæ: ibi, Quia verò. Tertio ponit pœnam archipresbyteri & sacristæ: ibi, Archipresbyterum. Abb. Siculus.
d Personæ.] non intelligas graues appellari illos qui in dignitate sunt constituti: quia aliud est dignitas, quàm grauitas, vt 4. q. 3. placuit. §. itẽ in criminali versiculo. in secunda lege, sed graues dicuntur hic qui nõ sunt leues: puta homo bonæ famæ & opinionis, & antiquus homo: sicut bene meritus dicitur qui nondum demeruit. ff. de legatis 2. cum pater. §. rogo. & l. cum quidã. & j. de seru. cap. vnico. vel seniores hic appellantur graues, ad quos recurritur deficientibus testibus de parentela: 35. q. 6. cap. 1. & senibus in dubijs & antiquis factis maior fides adhibet. ff. de fide instru. l. vlti. & ff. famil. ercis. si q̃ sunt, & ff. de leg. 3. si thorus. §. 1.

e Motam.] secus esset si post motam: tunc enim non admitterentur.

f Suis.] qui etiam alijs præferuntur in consanguinitate computanda: quia ipsi melius sciunt suam genealogiam. j. qui maior. accusa. poss. vl. & 35. q. 6. c. 1. & 2. & non ab extraneis sciunt: quia illi non sciunt ita.

[Gloss. seq. primò reddit rationem textus. Secundò quærit ar. & soluit. secundò soluit aliud dubiũ. Tertiò argu. inducit simile: allegat contrarium, & soluit.]

g Ab vno.] q a ille non sufficeret: & omnes illi q causam habent ab vno, pro vno solo reputantur. ar. 3. q. 1. cito. ff. de ædil. & demon. cui fundus. in fin. sed 1 à duobus ad minus debent audiuisse. Sed quid si illi duo audiuissent ab vno? Non videtur quod valeat? & secundum hoc iudex ascenderet in infinitum. hæc quæstio non procederet: sufficit ergo quod audiuerint à seniorib⁹ suis de illa consanguinitate: & si vellent testificari de eo quod audiuerũt à quibuscunque alijs, locum haberet obiectio. 2 Item & si plures essent testes, & quilibet eorum audiuisset ab alio quam alter, non valebit testimonium, nisi quilibet illorum audiuisset à pluribus, à duobus ad minus, vel nisi omnes ipsi coniunctim audiuissent à duobus. & ita est argu. ꝙ ille non debet admitti, cuius auctor repellitur: sicut scripta illa non debent recipi cuius auctor reprobatur. j. de hæret. fraternitatis. Argum. contra, j. qui maior. accusare poss. cum in tua. sed illud locum habet in accusatore, hoc in teste.

h Auctores.] arg. ꝙ infamia non inducit purgationem, quæ ab inimico actore vel à leuibus personis processit. 11. q. 1. in cunctis. & j. de accusationibus, qualiter & quando 2.

i Actus legitimi.] quia personis vilibus & indignis portæ dignitatis non debent patere. infra de exces. prælato. inter dile ctos. & C. de dig. neque famosi li. 12. & C. de infamibus. l. vnica. lib. 10. & arg. 32. q. 5. præceptum.

a De

a Demonstratione.] sic s. eo. quotiens. & j. de consan. & affin. tua nos. & s. cum in tua.

[Glo. seq. quærit & soluit. Iterum quærit, ponit opinionem Ioannis, & contrarium soluit.]

b Gradus.] sed nunquid tenetur probare de stipite? Non quia de illo nō reperitur cautū, sed tātū de lateribus, vt s. eo. series. & canon ponit fratres pro stipite. 35. q. 5. c. 1. & c. parentelæ. sufficit ergo īcipere à fratrib. j. de consan. & affin. tua. Sed quid dices, si quidam testes probāt de vno latere, & alij probant de alio latere tantū: nunquid probata est hæc consanguinitas? Ioan. dixit, q̄ talis probatio sufficit: & hoc probat taliter. si probat de Martino, q̄ sit filius Ioannis, per consequens probatur q̄ Ioānes ē pater Martini. Itē si alij testes probāt, q̄ Bertha est filia Ioannis: per cōsequens probatur q̄ Ioānes est pater Berthæ. cū ergo iudici constat, q̄ Ioānes est pater Martini, item cōstat ei q̄ est pater Berthæ. ergo cōstat ei, quod Martinus & Bertha sunt frater & soror, & sic probata est cōsanguinitas illorum. hoc concedebat Ioann. & ita nō semper requiritur q̄ testes ab vtroque latere notam habeant consanguinitatem. Item si quis vult im probare consanguinitatē, sufficit quod interrūpat primum gradum. s. eo. series. sed hoc non credo, nec discedo ab hac litera, & ab illis iuribus, quæ dicunt. quod ab vtroq; latere testes debent computare consanguinitatem. arg. 35. q. 6. de parentela. & s. eod. quotiens. & j. de consang. & affinit. tua. & s. eo. cum in tua. Bern.

¶Testes autem huiusmodi proprio iuramēto firmantes, quod ad ferēdū testimoniū in causa ipsa odio, amore, timore, vel commodo nō procedāt, personas expressis nominibus, vel demonstratione, a vel circūlocutione sufficiēti designēt, & ab vtroq; latere singulos gradus b clara computatione distinguāt: & in suo nihilominus iuramēto concludant, se accepisse à suis maiorib. quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiāt, nisi iurati deponāt se vidisse personas, vel saltē in vno c prædictorū graduū constitutas pro consāguineis se habere. Tolerabilius est enim, aliquos cōtra statuta hominū dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè, cōtra statuta Domini separare.

¶Honorius tertius præposito Molisij Firman. diœcesis.

¶ Post publicationem ad petitionem producentis interrogari non debent testes, nisi quando dolo, vel negligentia examinatorum, super omnibus capitulis interrogati non fuerunt.

CAP. XLVIII.

PEr† tuas nobis litteras intimasti, q̄ cum causa, quæ super quibusdam terris vertitur inter canonicos s. Petri ex parte vna, & G. sācti† Simonis ex altera, tibi fuisset ab Apostolica sede commissa, dict⁹ G. trib. mēsibus post testium publicationē elapsis, testes suos iterrogari postulat iterato: & inf. ¶ Nos igitur respondemus, illum nō esse super hoc de cæterò audiendum, d nisi forsan à principio illos interrogari e super certis capitulis postulasset, idq; maliciosè, vel negligenter fuerit prætermissum.

¶ Idem Vall. Oleti & Sacramenia abbatibus Palentinæ & Segobien. diœcesis.

¶Testes probatorios & reprobatorios probatoriorū reprobare licet, sed reprobatorios reprobatoriorum non licet.

CAP. XLIX.

LIcet† dilectus fili⁹ noster L. tituli sanctæ Crucis p̄sbyter Cardinalis, quem procuratoribus Burgēsis episcopi,

[Glossa seq. ponit rationem dicti, & subdit verum intellectum, reprobans moram quorundam.]

d Audiendum.] cum attestationes sunt publicatæ, non sunt testes amplius interrogandi: quia timeretur subornatio testium. in Auth. eod. tit. §. quia verò. coll. 7. & suprà eod. fraternitatis. & ideo cū possint testes noui induci, nec interrogationes aliquæ sunt faciendæ, vt s. eo. cōstitutis 2. Ante aperturam testium benè potest testis iterū dicere, & etiam corrigere dictum suum, dum tamen incontinenti. j. ti. proximo. præter. rea. & iudex ex officio suo etiā post aperturam testium, si testis obscurè protulit testimoniū suū pōt interrogare iterum testem. j. eod. cum clamor. & ff. de interrogatoria actione. vbicunque. sed hic loquitur cū pars plura capitula dedit super quib. petijt ab initio testes interrogari: & si negligenter. vel malitiosè iudex omisit, non debet illi obesse malitia vel negligētia iudicis: vnde iterum debent deponere super illo articulo.

e Interrogari.] immo videtur quod de iure mero iterū sunt examinandi, nō obstante publicatione, cum sit aliud capitulum ab illis super quibus publicatio facta est, 1 supra eod. causam quæ. & cap. cum venisset. super illo verò articulo super quo testes recepti sunt, nullæ interrogationes eis publicatis sunt faciendæ: nisi iudex ex officio suo, vt dixi, illas viderit faciendas. 2 quidam hoc faciunt de consuetudine etiam ad petitionem partium: sed illa consuetudo contra ius est. Bernardus.

† De intellectu & exceptione huius tex. vide Paul. de Castro cōs. 369 incip. In casu de quo q̄ritur. & Io. And. in c. cū causam. quæ inter archiepiscopū. s. eo. quem sequitur Alex. cons. 104. incip. circa primum, vol. 5.

† Dictio, sancti, deest in omnib. manuscriptis.

1 Forte facta erat publicatio, qa aliqui fuerant interrogati, aliqui non. Ioann. And.

† Dispositio huius decretalis an habeat locum in causa summaria, vide per Butr. in c. veniens, 2. s. eod.

2 D. ho. s. eod. tit. in 4. gl. in Auth. e. tit. §. 1. in glos. immo videtur. Io. And.

c Vno.] siue propinquo, siue remoto.

PEr tuas.] Communis diuisio. Secunda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Inter canonicos S. Petri ex parte vna, & G. sancti Simonis ex altera, coram iudice delegato super quibusdam possessionib. quæstio vertebatur: dictus G. tribus mensib. post testium publicationem elapsis, petijt iterū interrogari testes suos, quæsiuit iudex quid sibi super hoc esset agendum? Respondet Pap. illum nō esse de cæterò audiendum, nisi forte super certis articulis a principio petijsset illos interrogari, & iudex id negligēter vel malitiosè prætermisisset. Nota negligentiam vel malitiā iudicis parti nō debere obesse, quominus post aperturam testium iterum interrogentur.

iij Licet dilectus.] Nouum est quod iudex in hac decret. prius nullo iure apertè prouisum, & hoc dicit in summa. Testes super principali productione probare licet, & reprobatorios iterum reprobare, & vlterius non est reprobationi locus. Vel summa clarius sic comprehendo verum iuris intellectum, vt in rubro. Diuiditur, in prima processus narratio. in secunda causæ commissio. Secunda ibi, Mandamus quatenus. Abbas.

CASVS. Inter Burgensem episcopum ex vna parte, & clericos sanctæ Mariæ de Castro Sorez ex altera, coram Cardinali Trecen. Sanctæ crucis quæstio vertebatur procurator episcopi proposuit se adhuc velle dicere contra personas testiū productorum, super negotio

principalis mandat Papa quibusdã iudicibus, quatenus recipiant testes, quos partes producere voluerint ɔ̃ personas testium productorũ super negotio principali & si rursus illos pars altera, vel vtraq; voluerit reprobare, contra illos probationes admittãt, ita quod vltra nõ liceat partib. ad reprobationem testiũ aspirare: ne diutius negotiũ protrahatur, si producendi quartes contra tertios. & sic deinceps partib. licentia tribuatur. Nota duas reprobationes testium [illegible] posse, & non vltra: [illegible] infinitum negotium prorogetur.

a Proponebat.] qd ei liceat secundum tenoré illius decr. [illegible] co. præfinitum. & secundum ea, quæ ibi dicuntur: nisi ei terminus statutus fuisset, infra quem hoc facere debuit. supra de probat. licet.

[Glo. seq. declarat, quod hic dicitur de duabus reprobationibus, vtraq; vel actore solo probante.]

b Quos.] scilicet illos, qui inducti fuerunt ab vtraque parte ad reprobandos testes super principali productos. ista litera sic intelligitur: vtraque pars produxerat testes super principali. dicitur, si vtraque pars vult improbare testes inductos contra se super principali, illud facere pót. & hæc est secunda productio testiũ, facta contra principales ab vtraque parte. Itẽ si pars altera, vel vtraq; vult reprobare testes istos secũdo inductos ad reprobationem principaliũ, illud potest. & sic est tertia productio ad reprobationem testium secundo loco inductorum. vltra verò ad quartam reprobationem aspirare non licet propter infinitatem vitandam: sicut vltra tertiam productionem quarta dilatio non est danda. contra eo. vltra. infinit. s. n. est vitanda, vt C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinum. & vt sit litium finis. ff. pro socio l. vlt. ff. de arbitr. non distinguemus. s. quæ: tum. & in; ra de do. finem. ff. de leg. 3. l. si. de commiss. [illegible] cum decem. & A. de iudic. ap. sufficit. Aliis: cum videtur quod possit intelligi quin alteri vincetur fieri iniuria, puta si actor tantum induxerit testes, & reus velit eos reprobare, contra reum debet audiri. & ita est secunda productio. Item & si actor vult reprobare testes rei, audiri debet. & hæc est tertia productio, & sic non licet reo vlterius producere. & sic remanet reus inferior [illegible] in reprobatione: & imputet sibi, quod non produxit testes in principali. Et hoc bene colligitur per quandam decre. extra compilationem, missam archiepiscopo Rothomagensi super

& clericorũ sanctæ Mariæ de Castro Soret, dedimus auditorem, ea quæ procuratores ipsi proponere voluerunt: audierit diligenter: quia tamẽ procurator dicti episcopi cõtra personas testium productorũ in principali ad huc se velle dicere † proponebat: a & infra. ¶ Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos cõtra personas productorũ super principali negotio partes duxerint producendos: quos b si rursus pars altera vel vtraq; voluerit reprobare, † cõtra illos probationes admittere procuretis, ita quod vltra nõ liceat partibus ad reprobationem testiũ aspirare: ne, si producendi quartos cõtra tertios, & sic deinceps partib. licentia tribuatur, negotiũ diutius protelari contingat.

¶ Idẽ præposito & magistro G. & R. Laudun. † canonicis.

¶ *Attestationes receptæ per arbitrum, fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sunt.*

quadam causa. quæ vertebatur inter abbatem & conuentum sancti Nicolai Andegauen. ex vna parte, & priorem & conuentum de Spaldig. Lin[illegible] ex altera: abbas qui fuit actor, produxit testes super principali negotio: Prior & conuentus admittuntur ad reprobandos testes abbatis productos super principali negotio & abbas admittitur ad reprobandos testes partis aduersæ inductos, ad reprobatione testium abbatis, & vltra non proceditur ad aliquam productionem, quæ decr. incipit, præterea. & ponitur in isto ti. [lib. 6.] Vnde quando actor & reus duas tantũ debet habere reprobationes, 3 & hoc cum vterque produxit testes super principali negotio: in quo casu loquitur hæc decretalis. Bern.

si viuunt, est in optione illius contra quem testes producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de nouo deponere: Et adde etiã si attestationes publicatæ sũt & hoc vltimum non est in l. fin. C. eod. vbi ponitur casus huius decretalis.

CAP. L.

PRæsẽtata † nobis Suessionen. archidiaconi petitio continebat, quod cum inter R. quondã prædecessorem suũ ex vna parte, & capitulũ sãcti Petri Suession. ex altera, super iurisdictione, quã idem archidiaconus se ĩ dicta ecclesia ratione archidiaconatus proponebat habere, quæstio verteretur: tandẽ cancellariũ Paris. e. & magistros R. Remen. & P. Briton. canonicos † super hoc arbitros elegerunt: qui cum suscepto arbitrio adeo ĩ negotio processissent, quod productis testibus, & depositionib. publicatis, receptisque allegationib. vtrorũque. & actis omnibus redactis ĩ scriptis,

PRæsentata.] Diuiditur, nã in prima ponit partis petitio. in secunda causæ cõmissio. ibi, Discretioni. Abb. Sicu.

CASVS. Inter archidiaconum Suession. ex parte vna, & capitulum sancti Petri Suession. ex altera, super iurisdictione quam idem archidiaconus se habere in dicta ecclesia ratione archidiaconat. dicebat quæstio vertebatur: tandem vt ad concordiã peruenirent, cancellarium Parisien. & magistros R. Remen. & B. Briton. clericos super quæstione illa arbitros elegerunt qui suscepto arbitrio vsque ad sententiã processerunt: & cum sententiam proferre deberent, vnus illorum decessit, & alius in archiepiscopum Ebredunen. est assumptus, qui distat per duodecim dietas ab ipsis: & sic arbitrium expirauit, cum alter solus in ipso procedere non valeret: vnde petijt archidiaco. vt super hoc prouideret: mandat Papa quibusdam, quatenus causam ipsam secundum acta coram arbitris habita, debeant terminare, reseruata capitulo optione, vel recipiant depositiones coram testium productorũ, qui super sunt contra eos. vel si eos admittere noluerint, consentiant, vt ijdem testes iterum admittantur, saluo iure, quod in vtroq; casu competit ipsi capitulo tam in personas testium, quam in dicta. Nota quod per mortem arbitrorum arbitrium est finitum. Item in optione est illius contra quem testes inducti sunt coram arbitris, si testes viuunt, admittere illorum attestationes, vel vt iterum inducantur coram iudice: & sic in casu isto testibus publicatis iterum ijdem testes inducuntur. Item contra personas testium coram arbitris productorum potest opponi.

† producere proponere.

† Vide l. nõ possunt. & ibi plenè Barto. ff. de legib.

† Londoñ.

3 Concor. l. si vt [illegible] dum. C. in. & ibi Barto. C. eod.

2 Idem in actore, vbi solus reprobauit per testes in principali. Ioan. And.

† Pro intellectu huius decretalis, vide Inn. in c. ex parte, s. de arbit.

3 Si verò actor solũ probauit in principali, quilibet habebit vnam tãtũ. & sic semp in numero erit æqualitas. Ioannes And.

† clericos. legitur in aliquot antiquis codicibus.

a In archiepiscopum.] vnde non debebat compelli sententiam dicere, ff. de arbit. non distinguemus. §. tacet doctio. 1 & l. licet. ff. de vacat. mune. l. prætor. 1 respõso. in fi.

[Gl. seq. reci. per q. cum hic dicatur, quòd vnus ex tribus solus. &c.]

b Solo.] nec etiã cũ altero, nisi ex forma cõpromissi hoc facere possent: nam cũ in tres cõpromittitur, nõ põt duo tertio mortuo vel absẽte iudicare, nisi hoc incontinenti, in compromisso sit actum. ff. de arbit. Pedius. in fi. & l. item si vnus. §. item si plures. & §. vlt. & l. sicuti. & l. non distinguemus, §. cũ in plures. & ĩ. de of. deleg. vno delegatorũ. & ĩ. de testi. Raynutius. & c. Raynaldus. sic ẽt in delegatis. ĩ. de offi. deleg. c. causam matrimonij. & c. vnico. & ff. de re iud. c. duo. Bern.

c Arbitrium.] id est, compromissum. compromissum n. p mortem alterutrius arbitrorum expirat. ĩ. de offi. deleg. vno. 2 arbitrium nõ posset expirare: quia nõ latum erat.

d Acta.] sic patet, quòd testes recepti coram arbitro, valẽt in iudicio. hoc est simpliciter verũ de ijs, q iam sunt mortui: de alijs, qui viuunt est in optione illius ꝯ quem inducuntur, vt depositiones eorũ admittat, vel eis repulsis ijdẽ testes iterum producantur, vt hic dicit, & C. de testi. l. vlt. saluo iure obijciendi tam in personas testium, quã in dicta: vel in vtroque casu, vt in dicta l. vnde sumptum est quod hic dicitur. & idem C. de arbit. l. pen. in fi. & sup. eo. causam, quæ inter archiepiscopum. arg. sed ibi alius articulus est.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

e Casu.] scilicet cum vult attestationes illorum qui supersunt ratas habere: vel si vult quòd iterum producãtur; vtroque istorum casuum potest obijcere in personas eorum, vel in dicta. Sed nunquid in personas eorũ qui mortui sunt? Credo quod possit obijcere, vt dixi ĩ. vt lit. non contest. quoniam. & est verum, sicut in dicta eorum. C. eo. tit. l. vlt. Ber.

sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberẽt, vnus ipsorum viam fuit vniuersæ carnis ingressus, & alius † in archiepiscopum [a] Ebredunen. † assumptus, qui distat per duodecim dietas & amplius ab eisdẽ. Vnde cũ prædicto R. solo, [b] minimè arbitrari valente, videatur arbitrium [c] expirasse: ¶ Discretioni vestræ mãdamus, quatenus causam iuxta hmôi acta [d] fine debito terminetis, optione capitulo reseruata, vt vel recipiat depositiones eorum, qui supersunt productorũ testiũ, cõtra eos vel eas respuẽtes consentiant, vt ijdẽ testes admittãtur iterũ, saluo iure qđ in vtroq; casu [e] eidem capitulo cõpetit, tam in personas testium, quàm in dicta.

¶ Idem Penn. episcopo.

¶ Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit.

CAP. LI.

NVper † nobis A. presbytero supplicante innotuit, vt cum ipse ordinem fratrum Minorũ causa probationis intrasset, Custos ad probandũ quòd idem presbyter ꝓfessionem fecisset: quosdam ordinis [f] sui testes induxit, qui deposuerũt super hoc (contradicente [g] dicto presbytero) nõ iurati: & infra. ¶ Respondemus, quod nullius testimonio, quantumcunque religiosus existat (nisi iuratus [h] deposuerit) in alterius præiudicium debet credi.

¶ Idem Corisopiten. † & Trecoren. episcopis.

¶ Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes, supple etiam si agitur de vita & miraculis alicuius canonizandi. Abb.

CAP. LII.

VEnerabili † fratri nostro epõ & Capitulo Corisopiten. † ac vniuersis abbatib. apud Cisterc. † in generali

lum ad obseruationem illius ordinis non teneri: coram episcopo Custos fratrũ ad probandũ, quòd idem presbyter professionem fecisset, quosdam testes de ordine suo induxit: qui deposuerunt sup. 2 hoc non iurati. contradicente supradicto presbytero: vnde presbyter illud significauit dño Papæ, & ipse respondet episcopo, quòd non est credẽdũ testimonio alicuius quãtũcunq; religiosus existat in præiudicium alterius: nisi iuratus deponat. Nota quod nulli credendum est in præiudicium alterius nisi sit iuratus.

f Ordinis sui.] qđ facere potuit. ĩ. eod. cum nuncius. & c. in sup. 1. & ĩ. de iuram. & si Christus. in fi. 14. q. 2. super prudẽtia. & illi præcipuè sunt admittendi: cũ talis professio in eorum præsentia fiat: quæ etiam per alios non posset ita bene probari, qui ad talia non vocantur. ĩ. eod. veniens. in fi.

g Contradicente.] secus si volente & cõsentiente: quia tunc benè valet testimonium. ĩ. eo. tuis.

(Gloss. seq. alleg. 3. co. tit. de iuramẽto. & §. si vero solo. ad vtrunque signat cõtrarium de sex canonibus. & soluit. & dat casum exceptum.)

h Nisi iuratus.] sic 3. 4. quæst. 3. si testes. §. item iurisiurandi. & C. eod. titu. iurisiurãdi. & 2. q. 9. hortamur; & vnius testi nõ credimus. ĩ. eo. veniens. & c. licet vniuersis, siue sit iuratus, siue non in alterius præiudicium, vt hic. in fi. & 33. q. 2. admonere. Argum. contra quod vni creditur etiam non iurato. 28. dist. de Syracusanæ. 86. dist. c. tanta. 18. q. 3. talia. & 9. dist. nobilissimus. & 74. quæst. 4. inter querelas. & 20. q. 3. præsens clericus. Sed in his non creditur nisi quo ad præsumptionem, sed ad plenam probationem non. Quandoque tamen benè creditur vni, quando non fit præiudicium alicui, puta vtrum aliquis sit baptizatus, vel vtrum esset ecclesia consecrata. de consecr. dist. 4. paruulos. & c. cum itaque. & ubi quis vult probare se egisse pœnitentiam per confessorem suum. 4 & infra de simo. nemo. & argu. ĩ. de pœnit. & remiss. omnis vtriusque. 5

NVper nobis.] Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Abb. Sic.

CASVS. Quidam presbyter A. nomine, ordinem fratrum Minorum intrauit causa probationis, & postmodum nulla facta professione exinde infra annũ exiuit: sed fratres ipsum super hoc molestabant: vnde petijt à Papa sibi super hoc misericorditer prouideri: mãdat Papa Pennen. epo, vt si ita taliter se haberet, denũciaret illum

VEnerabili.] In prima parte ponitur petitio. In secunda testium recipiendorum commissio: ibi, Discretioni. Abb. Sic.

CASVS. Multi episcopi, & abbates, & alij viri religiosi apud Cister. in generali Capitulo congregati, domino Papæ significauerunt, quòd meritis bonæ memoriæ M. quondam abbatis S. Martini ordinis Cistercien. Coniso. diœc. à domino multa miracula apparuerunt,

† Videte & alijs hic Guidonẽ Papæ, & de materia qđ non credat testi nisi iurato, vide Felinũ in c. litteris. de præsum. & Dec. cõs. 91. & cõs. 120.

† Corisopotoñ.

† De materia vide late p Cassanęũ in catalogo glor. mundi part. 3. consideratio. 47. 49. & 50.

† Crisopon.

† Cistersiũ.

3 De materia huius gl. qñ credatur vni testi, tractat Anton. Gabr. lib. 1. com. concl. tit. de testib. concl. 1.

4 De hoc ĩ. eo. testimonium.

5 Itẽ cõtra 11. q. 3. quicunq;. aliãs inci oẽs. dic q ponit priuilegiũ epõrũ qđ eis cõcessit Imperator i cãis q vertunt in iudicio sęculari nã de ecclesiastico, vel ecclesiasticis nullũ priuilegium dare posset, fm Inn. ad qđ alle. Ho. de reb. eccl. non alien. c. fin. de pęnis. Io. And.

p cit P. q ... per optionẽ ... arbitrium ... fic ... iudicem ... cõpelli non poterat ... hic ... erit ... de qua ... super ... solo. Io. And.

alter.

Ebrdũũ. Ebredũ.

Pacis l. itẽ vnus. §. itẽ plures. & l. si in tres. & l. sicut. ff. de arbitr.

runt, vnde supplicauerunt eidem, vt ipsum catalogo sanctorum faceret annumerari: Vnde mandauit quibusdam, vt diligēter veritatē inquirerent, super vita & miraculis dicti abbatis, & eam sibi significarent: ipsi receperunt multos testes, & eos domino Papæ remisserunt. dominus Papa inuenit ex relatione ipsorum inquisitorum, ꝙ testes illi nō erant recepti secreto & sigillatim, nec ea diligentia quæ solet in testibus adhiberi: vnde non adhibuit fidem eorum dictis: & ideo mandat episcopis præsentibus, quaten᷒ testes quos abbas & monachi sancti Martini Cister. sup vita & miraculis piæ memoriæ M. abbatis monasterij supradicti, duxerit producēdos, sigillatim & secretò examinare curet, cum ea diligentia quæ solet & debet in receptione testium adhiberi. Not. ꝙ testes sigillatim & secretò sunt examinādi aliàs non valent.

pliciter infamatus: vnde frequentibus clamoribus est citatus, dedit duobus episcopis in mandatis, vt super his diligenter inquirerent veritatem, & sibi quod inuenirent, rescriberent diligenter. ipsi sup simonia & alijs excessibus testes receperunt, & eorum attestationes remiserunt dño Papæ. apertis attestationibus L. & G. super simonia ita confuse deposuerunt, ꝙ ex dictis eorū veritas non poterat declarari: vñ iterum mandat Papa, quatenus testes illos examinent diligenter, & alios qui sup hoc sciuerint veritatem, & dicta illorum & aliorū quas receperint, sub sigillis suis dño Papæ remittāt. Not. ꝙ iudex qui ex officio inquirit, iterū potest examinare testes, qui obscure dixerunt, post ipsorum publicationem: secus credo in ordinario iudicio.

capitulo congregatis: & infra. ¶ Discretioni vestræ mādamus, quatenus testes, quos abbas & monachi † sācti Martini Cisterciē. ordinis super vita & miraculis [a] piæ memoriæ M. abbatis, monasterij supradicti duxerit producēdos, examinare sigillatim [b] curetis, cum ea diligentia, [c] quæ solet & debet in receptione † testium adhiberi.

¶ Gregorius nonus.

¶ Iterum examinandus est testis, qui obscurè deposuit: supple tu, ex iudicis officio.

CAP. LIII.

CVm † clamor validus cōtra Acherōtin. [d] archiepiscopū sup simonia, & alijs criminibus ascenderet, Melitē. & Rubeñ. episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. ¶ Verum quia apertis attestationibus L. & G. sup simonia ita deposuere confuse, [e] quod ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mādamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, & tam eorum, quàm aliorū quos receperitis testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

¶ Idem.

¶ Perseuerans in crimine, etiam in ciuili repellitur a testimonio. emendatus verò non infamis admittitur in ciuili, & etiam criminali mota ciuiliter: fallit in periuro, qui in criminali repellitur.

[Gloss. seq. tractat quare copulat hęc duo inquirenda de vita & miraculis.]

a Sup vita & miraculis.] non solū de miraculis, sed etiam de vita est inquirēdum: quia etiā miracula fiunt quandoque p malos. nā Petrus faciebat miracula, & Simon magus faciebat multa: & magis similia Moysi, vt 1. q. 1. te neamus. & ante necesse est vt sciamus illa impetrasse a Deo, quæ martyres mandant. 50. dist. si quis præpostera. & ỹ. de hære. cum ex iniuncto. & ad hoc vt aliquis pro sancto habeatur, prius ab ecclesia debet approbari. ỹ. de reli. & vener. sanct. c. 1. ne aliquis vanis figmentis decipi valeat, vt eo. tit. c. 2.

[Glo. seq. inducit exēplū & rationē. & dat duo similia: scilicet de electione, & confessione.]

b Examinare sigillatim.] secretò enim siue sigillatim testes examinandi sunt. arg. C. de testi. nullū. & ỹ. de acc. inquisitionis. sic etiam vota canonicorum in electionibus faciendis inquirenda sunt secretè. ỹ. de electio. quia propter. sicut Daniel secreto & separatim examinauit illos sacerdotes qui accusabant Susannam. Et ideo examinādi sunt secretò & separatim, ꝗa vnus instrueret alium, & sequeretur dictum alterius. & ita non posset falsitas eorum facilitè deprehendi. sic etiam in præsentia quis debet solus suo sacerdoti confiteri peccata. ỹ. de pœ. & remis. omnis vtriusque.

c Diligētia.] quæ solet adhiberi: immò etiā cū maiori quia circa maiora maius periculū vertit, & ideo cautius est agendū. 4. dist. in quibusdam. & 61. dist. miramur. & 7. q. 2. c. vlt. & ff. ad treb. l. 1. §. 2. ne aliqui vanis & falsis decipiantur figmentis, vt ỹ. de reliq. & vene. sanct. c. 1. Ber.

CVm clamor.] Diuiditur: quia in prima ponit querelam. in secunda mandatum ibi, Mandamus, quatenus. Ab. Sic.

CASVS. Archieps Acherontinus super simonia & alijs criminibus erat apud dominum Papam multipliciter infamatus.

d Acherontin.] de isto archiepō habes ỹ. de collusio. c. vlt.

[Glo. seq. dupliciter obij. it. cōtra obo alleg. & soluit.]

e Ita deposuere cō fuse.] sed quare hic pcipit Papa apertis attestationib. illos iterū examinari, cū debere fieri interpretatem ỹ illum, qui testes ipsos produxit. ỹ. de probat. in præsentia & obscuritas ei obesse potius debet, qui potuit eam apertius declarare. ff. de contrahenda emptio. Labeo & l. cum in lege. ff. de pact. veteribus. & verba interpretāda sunt ỹ stipulatorem. ff. de verb. obligationi. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. & præterea timeri potest subordinatio testium: & apertis attestationibus non sunt vlterius testes ijdem vel alij recipiendi super eodem capitulo, vt ỹ. eod. fraternitatis, in tex. & in glo. & c. constitutis 2. Argum. contra quod obesse curiositas non noceret, immo quod vtile est ei, accipiendum est. ff. de iud. si quis intentione. ‡ Dicas quod iudex ex officio suo hoc facere debet, & præcipuè hic, vbi agebatur ex officio iudicis per inquisitionem, non ad petitionem alicuius, sed ad clamorem & famam. ỹ. de collu. dete. cap. vltim. quod est pars istius, & maximè in crimine simoniæ, de quo fiebat inquisitio. Et ideo si obscure dixit, iterum examinetur testis & declaret, siue interpretetur dictum suum: quia in ambigua ratione spectatur sententia eius qui eam protulit. ff. de regulis iuris. in ambiguis orationibus. & qualitercunque potest iudex inquirere veritatem, inquirere debet. 30. q. 5. iudicantem. & ante publicationem, & post quandocunque visum fuerit iudici, potest interrogare. ff. de interro. act. vbicunque. & ỹ. de fide instrum. cum Ioannes. versic. si. & quia publicæ vtilitatis interest ne crimina maneant impunita. ỹ. de sententia excommuni. ut famę. circa fin. ne ad malitiam quicquam proficiat. C. de pœn. si operæ. & magna ratio suadet ob maleficia pœnas solui. ff. de fideiuss. si à reo. §. illud quod. unde talis confusio debuit declarari. ff. de test. hæredes palam. §. qui vero. Bernardus.

¶ In codice Barbatię ita: & monachi monasterij S. Mauri. Cisterc. &c.

† receptionibus.

† Vide Archidiaconū in c. ut officiū. §. verū. de hær. lib. 6. & Eymericū in directorio Inquisitorū, par. 3. q. 62. & quæ ibi dixi li. 3. adnotatio. Schol. 119.

1 De hoc articulo uide B. Thomā. 2. 2. q. 178. ar. 8.

2 Quot & qualia exigant i canonizatione Sāctoro. latè tradit Cassaneus in catalogo gloriæ mūdi. par. 3. cōsideratione 50.

3 Vide de testi. spol. c. ad idē. in glo. 2.

Testi-

TEstimonium eius cui ab aduersa parte.] Sunt due partes. Prima tractat de criminoso perseuerante. Secunda verò de emendato, ibi, Si verò. Secunda subdiuiditur. In prima tractat de emendato, qui producitur in ciuili vel in criminali mota ciuiliter. In secuda de illo qui producitur in criminali mota criminaliter, ibi, In criminali. Abbas.

De materia huius decreti vide Alterică tract. c. statutis, 22. 4. q. 71. 72. & plene per Arch. c. paruuli. 1. q. 5. hoc feras Burchardū lib. j. cc. 6. 164.

CASVS. Testis inductus est i aliqua cā ciuili vel criminali: ab aduersa parte opponitur crimē ipsi testi, vt a testimonio repellatur: probatum est crimen cōtra ipsum: quaritur an valeat testimoniū ei^a? Dicit Papa, si testis adhuc i crimine perseuerat, siue causa ciuilis sit, siue criminalis, testimonium eius non valet. Si verò sit emendatus de crimine, & eum non comitetur infamia, non dēt repelli à testimonio in causa ciuili, nec in criminali, cum ciuiliter de crimine agitur, præterquā pro reatu periurij: quia periurus nullo casu ad testimonium admittitur. In criminali verò causa si conuictus fuit de crimine in alio iudicio, instituta contra ipsū accusatione, vel modo ēt per exceptionē exinde conuincatur, vel si grauata sit opinio eius, pro eo q̄ qnq; fuit in tali modo repulsus: pōt remoueri à testimonio, licet egerit pœnitentiam: Sed in hoc casu vltimo cū sit grauata eius opinio, nō repellitur in causa ciuili. No. quòd testis qui crimine detinetur, secundū canones non admittitur ad testimonium in aliqua causa; si est emendatus, admittitur cum distinctione prædicta.

CAP. LIIII.

TEstimonium † eius cui ab aduersa parte opponitur crimen, meritò reprobatur in criminali causa, siue ciuili, si in ipso crimine perseuerit.[a] ¶ Si verò sit de crimine emendatus,[b] & eū non comitetur infamia, non est in causa ciuili, vel ēt cum de crimine ciuiliter agitur (præterquam pro reatu periurij[c]) repellendus. ¶ In criminali autē si in alio iudicio, instituta accusatione cōtra ipsum, de crimine conuictus extitit, vel cōfessus:[d] vel si nunc per exceptionem exinde cōuincatur: aut grauata sit eius opinio[e] pro eo q̄ quandoque fuit tali modo repulsus, quamuis in hoc casu[f] non excluderetur

a Crimine perseueret.] nota quòd testis, qui in crimine detinetur, siue in ciuili causa, siue in criminali repellitur, vt hic patet: quia non est credendum contra alios eis qui in criminalibus implicantur. 3. q. 11. neganda. & c. non est. & q. 7. qui sine peccato. & cap. postulatus. & quamdiu in culpa fuerit, testimonium ferre non potest. 32. q. 5. præceptum. Nec criminosus criminosum accusare potest, vt in prædictis iuribus: quia de quo minus videtur, &c. 3. q. 7. c. infames, § porro. in fi. & 1. q. 1. multi. circa prin.

[Gloss. seq. coadiuuat text. in eo quòd loquitur de emendato.]

b Emendatus.] vnde admitti debet, quia iam incipit esse quod non fuit. 50. dist. ferrum. & dicitur in canone, age pœnitentiā, & prima opera fac. 50. dist. quia tua. & c. dño sancto. & j. de simo. per tuas. & ff. de adilib. edict. quod ita. & hoc in cā ciuili & criminali cum ciuiliter agitur. vt hic. & c. per tuas, ita q̄ ex illo nō remanserit sub nota infamiæ acta pœnitentia: quia repellitur tunc propter infamiam. 1 j. tit. proxi. præterea. puta si esset condemnatus de furto suo nomine: quia non potest facere iudex quin condemnatū de furto suo nomine nō sequatur infamia. ff. de furt. non potest. Et alijs modis potest notari, vt 3. q. 7. cap. infames. § porrò. in fi. Quia licet per pœnitentiam animas saluare possimus. infamiam tamen abolere non possumus. 2. quæst. 3. Euphemium. § hinc colligitur. & sic pœnitentia nō prodest eis, quantū ad hoc quòd actus legitimi sint infamibus interdicti. sup eo. licet ex quadam. nisi prius fuerint in integrum restituti. 4. q. 3. c. si testes. § item lege Iulia. 2. q. 3. c. si quem. § prævaricatur. in fi. & infamibus portæ dignitatis non debent patere. j. de excess. præl. inter dilectos. C. de infa. l. vnica. libro. 10. & C. de digni. neque famosis. libro 12. & ferre testimonium dignitatis est. 32. q. 5. præceptum. Item potest assignari contrarium. j. de

1 Ciuili: licet secus sit de canonica, sm Ian. q̄ dicit prīca. intelligēdū de quo testis nō est cōdēnatus nec ipso iure infamis; qd-cūque: horū esset, repelleretur ēt post litem ēt in ciuili. Patet & quòd alij litt alit. & in hoc 6. q. j. §. Io. And.

simo. per tuas. ibi dr̄ q̄ in crimine cum ciuiliter agitur, viles testes, & non emendati recipiuntur, hic vr̄ à contrario sensu, quòd non recipiantur. Solue, vt ibi dictum.

c Periurij.] periurus enim post quantamcunque pœnitentiam ad testimonium amplius non recipitur, vt hic patet, & 6. q. 1. quicunque. & 22. q. 5. paruuli. & c. si quis. & ar. 2. q. 7. non pōt. & j. de præsump. litteras. 2 & qui sciēter venit cōtra iuratam transactionem, infamis eff. C. de transac. si quis maior.

d Confessus.] qui enim in iudicio condemnatus fuit de crimine, sufficit ad hoc vt à testimonio repellatur in causa criminali, licet egerit pœnitentiam, nec necesse est vt amplius cōuincatur vt hic patet. nec talis admittitur ad purgationem alicuius. j. de pur. can. constitutum. sic & j. de excep. denique, §. 1. vbi repellitur à testimonio qui conuictus fuerit de crimine, vel confessus. Et intellige §. illum secundum istam decre. vt repellatur in criminali causa, si egit pœnitentiam: si non egit, repellatur etiam in ciuili, si in crimine perseuerat, vt s. diximus.

[Gl. seq. no. cum eius opi. & c. probat, & dat simile, demum arg. obijciendo, & soluit.]

e Opinio.] sic patet quòd si opinio alicuius grauata est, ad testimonium admitti non debet in causa criminali, cum sine omni infamia debeat esse testis. j. de excep. denique. & 2. q. 7. testes. & præcipuè in causa criminali, vt hic. nec ēt tales admittendi sunt ad honores. 81. dist. tantis, & int. de accus. omnipotens, & j. eo. c. vlt. in nullo enim debet vacillare opinio ordinandi. 33. dist. Laici. & argum. ad hoc. C. de procu. reum criminis. & ff. de decu. eos. Et est arg. ex hac litera, & res siue sententia inter alios acta facit fidem in alio iudicio. sic 24. q. 1. subdiaconus. Sed hoc solum quòd in alio iudicio repulsus fuit, nō sufficit vt in alio repellatur, sed infamia inde orta ipsum repellit, alias iterum oporteret crimē probari ad hoc vt repelleretur.

[Gl. seq. querit & soluit. Iterum querit affirmatiuè per duo iura, & soluit negatiuè. solutioni signat contrariam. solutionem coadiuuat, & remittit]

f In hoc casu.] s. qñ grauata sit eius opinio 3 tunc enim propter hoc non repellitur in causa ciuili, & idē in duobus casib. præmissis. & idem est si de crimine ciuiliter agitur, dummodo emendatus sit de crimine, vt superius patet. Sed qualiter probabitur quòd sit emendatus de crimine? Satis pōt probari per sacerdotē suū qui de ipso dēt testimonium perhibere. 50. dist. in capite. & 2. q. 1. si peccauerit in fi. de simo. nemo. Sed nunquid testis, cui obijcitur crimen, potest obijcere quòd obijciens sit criminosus? Arg. quòd sic. 2. q. 7. si hæreticus, quia tales litigatores digni sunt talibus testibus. C. de hære. l. pen. Dico quòd non pōt: quia iste comiam suū prosequitur, & nemo prohibetur à prosecutione iuris sui, licet sit criminosus, vt 4. q. 6. omnibus. Nisi esset excommunicatus, vel talis cui esset forum interdictū, vel infamis cui actus legitimi sunt interdicti. j. eod. licet. a. nō excōicatus vel infamis non repellitur, cum sit reus: quia quælibet legitima defensio sibi reseruatur. j. de excep. cum inter. & quia contra testem directè non agitur, sed potius cōtra aduersarium, quia in teste actio non dirigitur, j. de ord. cog. cum dil. & ius. in fi. pari rōne nec aduersarius meus potest mihi obijcere crimen propter hoc. Vnde si iterum vult pbare, se contraxisse cū aliquo

2 Adde ratione: quia efficitur infamis. l. si quis maior. C. de transa. & l. quoties. C. de dig. li. 12.

3 Alij exponunt in hoc casu. s. qñ per exceptionē fuit pbatū in alio iudicio, & est de crimine emēdatus, nec infamis est de iure. Io. And.

in causa ciuili,[a] potest à testimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri.

desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit.[g]

¶ Idem.

¶ *Quarta productio non est danda sine solennitate legali, de qua hic.*

CAP. LV.

VLtra † tertiam productionem[b] nõ debent testes † produci in causa. † Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento, quòd neque per se, neque per alium, testificata[d] subtraxerit, vel fuerit percontatus:[e] nec per dolum[f] aut arte aliqua, quartam productionem expostcat: sed quia quos

¶ Idem.

¶ *Accusatus criminaliter non admittitur in testem contra alium causa in criminali sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminalibus.*

CAP. LVI.

NOn † debet quis in criminib. (Nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendente accusatione[h] de crimine contra ipsum: cũ etiã accusati (nisi prius se probauerint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellãtur.

aliqua libera sciente eum seruũ esse, cum in hoc casu habeat personam standi in iudicio, potest excipere cõtra testes aduersarij, quòd ipsi sunt serui, licet ipse laboret simili impedimento. Arg. ext. e. personas. & 3. q. 7. iudicet. & 25. dist. primum. nam si seruus accusatur eadem sibi competit defensio quæ & libero. ff. de accus. hos accusare. §. si seruus. Quã crimina obijcienda sunt testibus, dicit ext. e. præterentium. Ber.

a Ciuili.] Idem si est de crimine, ciuiliter agatur.

VLtra tertiã.] Primò ponit regula, secũdo exceptionem, ibi, Nisi. Abb.

CASVS. Aliquis tertiã habuit productionẽ testiũ, adhuc petit quartã: quæritur vtrũ debeat audiri? Rñdet Papa quòd non nisi præstito iuramento, quòd neq. per se, neq. per aliũ testificata didicerit, nec per dolũ aliquem aut aliquã machinationẽ quartã petit, sed quia illos habere non potuit, quos nũc producere intẽdit. No. quod præter iuramentum calumniæ, aliud iuramentũ præstatur lite contest.

b Productionem.] id est, dilationem. de hoc dictũ est. ext. eo. in causis. & eo. recurre.

c Iuramento.] hoc quod hic dicitur, sumptum est de auth. de test. §. qui vero. coll. 7. Sed quare iuratur iterum maximè vbi iuratum est de calumnia, cum iuramentum illud extendatur ad omnia, quæ postea occurrunt in causa. C. de iur. cal. authen. hoc iuramentum. & in auth. de ijs qui ingre. ad ap. §. vlt. coll. 5. quia iterũ non est iurandũ, vt ibi dicitur. 2 Dicas quòd illud iuramentum est aliud iuramentum quàm sit iuramentũ de calumnia: & ideo vnũ aliud non excludit. Illud iuramentum est de veritate dicẽda, quod patet ex ipsa littera, quia debet iurare, quòd neque per se neque per alios didicit testificata, nec per aliquẽ dolum hoc facit. Iuramentum de calumnia est de eo quod credit & æstimat. C. de iur. cal. l. 2. §. 1. & ideo istud iuramentum præstatur. idẽ etiã est si cã talis sit vbi iuratur tãtum de veritate dicenda, quia istud iuramentum de veritate dicenda, non extenditur ad hoc, sed ad principale negotium tantùm. Vnde quarta dilatio 3 dari non debet sine isto iuramento, qualiscunque sit etiam causa, & præsumptio est contra eũ, ex eo quòd tertio producit: & propterea speciale est vt exigatur hoc iuramentum in hoc casu.

d Testificata.] siue 4 sua, siue alterius partis.

e Percontatus.] i. 4 perfectè scrutatus.

f Per dolum.] puta 4 expectat, quod aliquis interim moriatur vel se absentet.

g Nequiuit.] simile ext. de exce. pastoralis. & sup. e. præsentiũ. sed si habere nequiuerit illos, ei obesse non debet si per eum non steterit. arg. sup. de rescrip. si autem. & c. plerunque. & sup. vt lit. nõ cõtest. quõ. 2. rñ. & 2. q. 6. anterior. §. ad hoc. & ita videtur, quòd etiã sine iuramento deberet admitti. quod non est verũ, quia sine iuramẽto hoc concedi non debet. maximè cum ante tertiam productionẽ hoc non fuerit protestatus, vnde iurare tenetur 4 ut hic cõtinetur. Præterea hæc quarta productio dari non debet, vbi sufficiẽs productio testium facta fuerit sup. eo. signisicauerunt. imò nec secunda dilatio, nec tertia danda esset, si sufficiens productio facta sit, 5 nã in pecuniarijs causis vltra vnã dilationem dari non debet secunda dilatio. ff. de fer. l. vlt. nisi causa cognita vt ibi.

NOn debet.] Primò ponit regula & exceptionẽ ibi, Nisi forsan. Secũdò probatur regula per duo similitudines. Cõ etiam Abb. Sicu.

CASVS. Aliquis est accusatus de crimine, pendẽte accusatione contra ipsũ, petitur in testimonium in alia causa criminali: quæritur vtrũ debeat admitti? Rñdet quòd pendente accusatione contra ipsum nõ debet admitti, nisi forsitan in exceptis: quia etiã accusati ab accusatione & ordinũ susceptione repelluntur, nisi prius se probauerint innocentes. No. quòd accusatus de crimine pendente accusatione sua, non potest testis esse in criminali, nec accusare alium, nec ordinari.

[Glo. seq. no. quod hæc tria, & ... & addit quartũ. reliqua pars text. per tres quæstiones prima, quid in ciuili. secunda, quid de exceptis criminibus. tertia, quid de cõdemnato qui appellauit.]

h Pendente accusatione.] nota ergo, quòd cum aliquis accusatus est de crimine, statim grauata est eius opinio: vnde non potest in criminibus ad testimonium admitti, vt hic patet. & ext. eo. testimonium quia testes sine omni suspicione esse debent, & infamia 3. q. 7. testes. & ext. de excep. denique. Nec etiam potest promoueri ad ordines, vt hic dicitur in fine. & 81. dist. tantis Dani. l. & ext. de accus. omnipotens. & 33. dist. laici. & ff. de secur. cor. Item nec potest alium accusare: quia non relatione criminis, sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iudic. is qui. & hic in fi. Item nec põt constitui procurator, C. de procurat. l. reum. Item nec accusare. Ex hac enim decr. patet, quòd testimoniũ in criminali actione, accusatio & ordinũ susceptio pari passu incedũt, ex eo quòd accusatus pendente sua accusatione repellit à testimonio, ab accusatione & ordinum susceptione. Præterea ex eo quod dicit in principio, in criminibus, patet quòd secus est in ciuili, quia tunc non obstante accusatione, videtur quòd interim possit admitti in testem in causa ciuili. ext. eo. testimoniũ. & est verum si sit emendatus de crimine, & cum non committatur infamia, vt ibi ar. ext. de simo. per tuas. quia licet accusetur, non statim reus est. 15. q. vlt. c. vlt. quia pendente accusatione remanet in officio suo. & interim subditi eius ei obedire tenetur. ext. de acc. olim. & 8. q. 4. nonne. Itẽ patet hic, quòd minus idonei testes, quorum opinio vacillare videtur, admittuntur in exceptis criminib. ex eo quod dicit: nisi forsan in exceptis criminibus. (sed hoc forte est intelligendum secundũ distinctionẽ illius c. 3. q. 1. in primis. vtrum 6 s. malæ famæ vel malæ opinionis: & tunc cum est malæ opinionis, admittatur: licet c. illud loquatur in accusatione) aliter admitti non debẽt, cum etiam si ciuiliter ageretur, non essent admittendi, nisi essent emendati, & cum alijs ad ministr. ulis. ext. de simo. per tuas. sed licet accusetur, nõ tamen statim reus est, vt ext. dicitur. & ideo potest admitti in crimine excepto, cum adhuc remaneat in statu suo.

Item

n Hæc glossula non habetur in antiquioribus codicib.

† Vide Bal. & Imo. in l. 2. §. inspectio. ff. quẽad. te. aper. & Geminianũ in c. accedẽs. 29. distin. adde Bal. in l. incivilem. ff. de legib.

† In oĩb. manusc. ac cæteris vetustioribus exẽplaribus ita: non debẽt testes in cã producẽdã dicto, Vlterius, quòd circumfertur in vulgatis perperã est adiecta.

† Vide tex. in auth. qui semel. C. de proba.

2 Secundũ Host. deficit ratio: quia iuramentũ calũniæ nõ defendit, quin dilationem petit superfluã. vnde dic quòd exigitur ad tollendũ iuris præsumptionẽ quæ est, quòd quis sit iuratum de calũnia, malitiosè petatur hæc dilatio. Io. And.

3 Adde quod dẽt peti, & ext. quæ tẽpora, per l. 1. C. de dila. & 3. q. 3. canducæ §. spatiũ.

4 Hæ tres glossulæ nõ sunt Ber. nec hñr in vetustis exemplaribus.

5 Denegatur & secũda & tertia etiam potest, si prius contentum esset dictam statum, quòd tenuit Gof. sed qua vero Inno. & Hosti. Io. And.

† Vide Burchardũ lib. 3. decretorũ, c. 164.

6 Scilicet si ille accusatus de crimine excepto. Io. And.

Item ex hoc c.& ī.eo. testimonium, patet solutio quæstionis, quæ fieri consueuit si aliquis cõdemnatus sit de crimine & appellet, vtrum recipiendus sit in testem, si pendente appellatione producatur. Et [illegible] patet ex his duobus c. p. [illegible] iunctis sit, quod in criminali [illegible] quis, in ciuili vero bene potest admitti: quia pendēte appellatione non dicitur condemnatus. ff. de pœ. l. 2. §. vlti. & integer est status eius: vt interim fungatur honoribus. ff. ad mu. [illegible] nouati ap. interp. l. vni. § integer. & melius in §. si qs depor tatus. quia licet sit damnatus, adhuc nō habetur infamis, ex quo appellatione suam prosequitur. ff. de ijs qui no. infam. [illegible]

TITVLVS XXI.

De testibus cogēdis, [vel non †]

¶ Alexan. iij Papien. electo.

¶ *In causa ciuili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum, & si se subtrahant odio, gratia, &c. compelluntur.*

DE TESTIBVS cogendis, vel non.

¶ Quia officium testium quasi publicū est, & ad illud interdū inuiti coguntur, ideo post tractatum de testibus, &c. sic continuat. Io. And.

Ego continuo sic: Visum est s. de testibus. se [illegible] qa posset dubitari vtrū [illegible] ad testificandum possint cōpelli merito subditur ista. Abb. Sic. De hac materia habetur 2. q. 6. statuendum.

CAP. I.

CAusam † matrimonij, quæ inter M. mulierem, & filium [illegible] vert[itur], commi simus [illegible] dic[endam] terminandā. ¶ [I]deoque mādamus, quatenus testes ab alteru tra partium in suæ assertionis testimoniū inuocatos, ne veritatē occultēt[a] a diligētius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore,[b] se subtrahant, eos ad ferendum testimoniū coram præfatis iudicibus, vel eorum † nuncio,[c] quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione cōpellas.

CAusam matrimonij, quæ inter.] In causa matrimoniali cogendi sunt testes ferre testimonium. Ita communiter sum [illegible] non placet in quantum ponit specialitatem in matrimonio: quia sic loqui videntur iura in alia materia ciuili. In prima parte ponit causæ commissionem. In secunda prouidet partibus, ibi, Ideoque. Abb. Siculus.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter mulierem, & virum suum [illegible] commissa fuit [illegible] Mandat Papa Papien. electo, quatenus moneat testes ad ferendum testimonium, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si vero odio, amore, vel timore, se subtraxerint, quo ad ferendum testimonium coram prædictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc miserint, compellat eos per ecclesiasticam censuram. No. testes compellendos, sed prius monendos.

[Gl. seq. ponit duplicē causam cōpulsionis testium.]

a Occultēt.] sic 24. q. 2. quamquā. hæc. n. est causa quare testes cōpelluntur, ne veritas occultet, & ne malus vt bonus æstimet, vt in c. quāquā. & q. veritatē occultat, peccatū cōmittit mortal. [illegible] 11. q. 3. §. q. squis. ideoq; cōpellit.

b Timore.] tunc enim testes sunt compellendi, alias non videtur quòd cōpelli debeant. [illegible] s. super eod. [illegible] enim quòd non vult ferre testimoniū, præsumitur contra ipsum: vnde dico illū statim cōpellendum, nisi constaret per alium, quòd bene posset veritas comprobari,

[Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

c Eorum nuncio.] puta, si fuerint debiles, vel infirmi, vel egregia persona. s. ti. proxi. si qui testium, & ff. de in testes [illegible] p. [illegible] arg. contra. [illegible] q. [illegible] testes [illegible] quod præsentes debent esse test. sed illud intellige de illis personis quæ ad iudiciū venire possunt. Vel intellige aliud in criminali, vbi testes debent esse in præsentia iudicis: hoc [illegible] in ciuili. & hoc bene distinguitur. C. de [illegible] instr. auth. apud eloquentissimū. exigit enim vt in criminali sint coram iudice, & non solum ex dictis, sed etiā ex gestis iudex informet motu animi sui. ff. de testi. l. 3. §. item diuus.

¶ Idem presbyteris Pontiæ. †

¶ Illi † verò, qui iurant nõ loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium nõ exhibere: absoluẽdi [a] sunt ab illius obseruãtia iuramenti, cum illicitum sit, & cõtrarium rationi: iniuncta tamen eis de hoc quod male iurauerant, [b] pęnitentia competenti.

¶ Idem.

¶ Non valet iuramentum monachi claustrum abiurantis: & sibi de hoc grauis pœnitentia imponitur.

CAP. XIII.

Sicut † ex litteris tuæ discretionis cognouimus, R. Prior monasterij tui, iracundiæ calore succensus, iuramento firmauit, quod in claustro eiusdem monasterij, quo se vinculo professionis adstrinxit, nõ esset cum G. monacho vlterius moraturus: [c] & infra. ¶ Rñdemus, quod nõ licuit monacho supradicto temerariũ † [d] iuramentũ facere, maximè cũ fidẽ professionis frãgeret, [e] & stabilitatis suæ propositum euacuaret. Ideoque circa eũ tua solicitudo prouideat, quod talis ei pęnitẽtia iniugatur, vt alius quilibet exẽplo eius deterritus, simile aliquid facere pertimescat: [f] ipse verò in claustro, quod licitè abiurare nõ potuit, cum stabilitate perpetua, suam pęnitentiam [g] exequatur.

10 20 30 40

¶ Clemens tertius.

¶ Vasallus, qui iurauit prelato, successoribus iurare non cogitur.

CAP. XIIII.

Veritatis † amica simplicitas: [h] & infra.

c Moraturus.] vbi verò se deuouit, semper debet manere. 16. q. 1. qui verò. & ideo malè iurauit.

d Temerarium.] imò nec licitũ, sine licentia superioris. 22. q. 1. non dicatis. 20. q. 4. monacho, ĩ. de iur. calum. c. 1. in fin. & ĩ. de postu. ex parte. & 16. q. 1. monachi. Et clericus nõ debet abiurare ecclesiam sine licentia superioris. ĩ. de renunciatione. admonet. & ĩ. de regu. licet.

e Frangeret.] seruando iuramentum.

f Pertimescat.] quia pœna vnius debet esse metus alterius. 2. q. 7. quapropter. C. ad l. Iul. re. l. 4. & ff. de pœ. l. capitalium. §. famosos. & sup. de transa. c. 1. in fi.

g Pœnitentiam.] de illicito & temerario iuramento pęnitẽtia debet imponi. ĩ. c. prox. & cõtra tale iuramentum salubriter veniẽdum est. 13. dist. ca. 1. & 2. 22. q. 4. per totum.

Veritatis amica.] In prima decisũ consultatio. In secunda responsio ibi, Respondemus. Abbas Siculus.

¶ Vide beat. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. & S[...] tũ li. 8. de i[...] sti. & iu. q. 1 ar. 7. & [...] tiũ. [...] rit, & [...] iuramẽtum [...] obliget.

¶ Cap. [...] titat [...] Et de [...] lectu[...] Cou[...] in c. [...] 1. par[...] §. 5. de [...] lib. 4. 1 Hac [...] Bern. [...] in [...] exempl[...] reper[...]

¶ ILLI VERO. Quidam iurauerunt non loqui patri, vel matri, sorori, vel fratri, nec aliquod subsidium impartiri eisdem. Dicitur quòd isti ab isto illicito iuramẽto sunt absoluendi, iniuncta eis pęnitentia, pro eo quod male iurarũt. No. quòd plus debent puniri maiores, quã minores. Item factum maiorum trahitur à minoribus in exemplum. Item iuramentum illicitum nõ obligat, & ad cautelam à tali iuramento quis absoluitur.

a Absoluendi.] ad cautelam. sic 22. q. 4. inter cætera cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis, vt ibi, & ĩ. eo. quanto. & c. Quintauallis.

b Pęnitentia.] vnius anni 22. q. 4. qui sacramenta.

Sicut ex litteris.] Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Abbas Siculus.

CASVS. Prior cuiusdam monasterij iracundiæ calore commotus, iurauit quòd in claustro eiusdem monasterij, in quo professionem fecit, de cætero cum G. monacho non moraretur: Abbas suus dubitauit super hoc, consuluit Papam. Et ipse respondet, quòd non licuit illi monacho temerarium facere iuramentum cõtra fidem suæ professionis, & suæ stabilitatis propositum: Vnde mandat eidem abbati, vt talem pœnitentiam sibi iniungat, quòd alij illius exẽplo deterriti similia pertimescant: & in claustro quod abiurare non potuit, stabilitate perpetua suam pœnitentiam agat. Nota, quòd temerarium iuramentum non est seruandum. Item iuramentum contra professionem & stabilitatem promissum, non tenet. Item pœna vnius, debet esse metus multorum.

CASVS. 1 Clemens Papa iij indulsit Guilelmo regi Siciliæ, vt ipse non teneretur sibi præstare iuramentum fidelitatis pro regno Siciliæ, ita tñ quòd ex hoc nõ fieret sibi vel successoribus suis pręiudiciũ, quo minus hæredes sui sibi & successoribus suis fidelitatem facere tenerentur: super ista indulgentia quæstio mota fuit in præsentia regis, verũ singuli hæredes regis singulis successoribus Clementis præstare deberent fidelitatẽ: tunc duo Cardinales, qui erant ibi legati Apostolicæ sedis, illam indulgentiam sic fuerunt interpretati, quòd hæredes ipsius regis tenebãtur iurare fidelitatem domino Papæ Clementi, & successoribus suis: quo præstito alij postmodum iurare minimè compellũtur, postmodum consultus fuit Papa super illa interpretatione & ipse respondet, quòd non vult recedere ab illa interpretatione, vt hæredes sui postquam sic iurauerant, successoribus iurare non compellantur: tamen ita tenentur eis seruare fidelitatem ac si iurassent. Hanc formam iurandi habuisti. ĩ. eo. ego N. & colligitur ex antiqua decre. Bern. Not. quòd iuramentum fidelitatis transit ad successores: quia hoc actum fuit expressè. Item licet vasallus non iuret fidelitatem successoribus domini, tenetur tamen eis esse fidelis ac si iurasset.

h Simplicitas.] fides enim veritatis, verborum adminicula non requirit. C. vt se ab hæredi. ab. l. 1. sic ergo commendatur simplicitas. 2 ĩ. de sum. Trini. cap. 1. in prin. & 3. q. 9. puta. & ĩ. de iud. pastoralis.

50 60

2 Q[...] igas, vt [...] 16. q. 1. [...] in. 10. A[...]

[Glo.

[Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

a Compellantur.] sed contra vt: libertus ecclesiæ cuilibet successori tenetur professionem facere infra annum. 12. q. 2. sæpè. & cap. longinquitate. & feudatarius inuestituram petere debet à dño infra annum, vt in cõstit. Friderici de feu. §. præterea. Potest dici, quòd hic fuit specialis indulgentia. Vel dicas verius, qd iurare successoribus potest si vult, sed nõ debet compelli si iurauit sub hac forma. Ego iuro tibi fidelitatem & successoribus tuis catholicis: ex quo semel iuratũ est sub hac forma, non debet amplius iurare, quia istud iuramẽtum perpetuum est quo ad illum qui iurauit, & ita tenetur successoribus sicut illi cui iurauit.

ipso iure non tenebantur, si iusto metu iurarunt. Nos verò propriè intelligimus, vt dictum est ĩ. eod. si verò. & ĩ. quod met. cau. c. abbas.

f Non seruent.] idest, quòd ad ea obseruãda non sunt adstricti, qa teneñ illa seruare, dummodo sine interitu salutis æternæ seruari possunt. ĩ. eo. si verò. veruntñ si illa nõ seruant, non sunt puniendi tanquam pro directo periurio, & ita metus culpam attenuat, si iuramentum non seruant.

g Mortali.] argu. est hic, quòd iuramẽtũ metu extortũ parum obligat. ĩ. quod met. cau. perlatũ. & c. abbas. vt. plenè de hoc. & ĩ. de rest. spo. solicitè. & de hoc dicitur ĩ. eo. si verò.

¶ Respondemus, vt hæredes tui, qui nobis vel alicui successorũ nostrorũ iurauerunt, alijs iurare minimè compellantur: [a] catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, & homagij & fidelitatis puritatem nihilominus ac si iurassent, omni tempore teneantur absque tergiuersatione aliqua fideliter obseruare.

¶ Cælestinus tertius.

¶ A iuramento per metum extorto ecclesia solet absoluere: & eius transgressores vt peccantes mortaliter non puniuntur.

CAP. XV.

VErum † in ea quæstione, quæ quinto loco ponitur, an à sacramenti vinculo absoluantur, [b] qui illud inuiti [c] pro vita & rebus seruãdis fecerunt: nihil aliud arbitramur, quàm quod antecessores [d] nostri Romani Põtifices arbitrati fuisse noscuntur: qui tales à iuramenti nexibus absoluerunt. [e] ¶ Cæterum vt agatur cõsultius, & auferatur materia detrahẽdi, † nõ eis ita expressè dicatur, vt iuramenta nõ seruent: [f] sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali [g] crimine puniendi.

¶ Innocentius tertius G. & S. & M. ciuibus Venetis.

¶ Si is cuius mandato stare iuraui, aliquid mihi præcipit contra iuramẽtum per me prius licitè factum, illud seruare non teneor, hoc dicit inhærendo verbis literæ.

CAP. XVI.

VEniens † ad præsentiam nostram A. nobis exposuit, quòd olim eum M. Maurieñ. † alternatim conuitia inferẽdo certauit: propter quod cum graues inimicitias incurrisset, quidam qui partis vtriusque amatores extiterant, suggesserunt prædicto A. vt in satisfactione iniuriarũ vestro iuraret obedire mandato. [h] Cumque † idem non crederet se tale quid cõmisisse, propter quod

VErũ in ea.] Prima pars ponit quæstionem, & ipsius solutionem. Secunda rationis illationẽ ibi, Cæterum. Abb. Sic. CASVS. Quidam iurauerunt inuiti & compulsi pro vita & rebus suis seruandis: quærebatur an isti indigeãt absolutione, an ipso iure sint absoluti? Rñdet Papa, quòd nihil dicit hic aliud q̃ antecessores sui dixerint, qui taliter iurantes absoluerunt. veruntñ vt auferatur materia peiẽrãdi, nõ est eis dicendũ, vt iuramenta nõ seruent: sed si ea non seruauerint, nõ sunt propter hoc tanquam pro mortali crimine puniendi tanquam pro directo periurio. Nota quòd iuramentum metu extortum est obligatoriũ, ex quo aliqui à tali absoluuntur. Item si quis tale iuramentum non seruat, debet puniri non tanquam pro directo periurio & voluntario. Item transgressio huius iuramenti non dicitur simpliciter mortale peccatum. Item metus iustus pœnam attenuat. Ber.

b Absoluantur.] idest, absolutione indigeant an ipso iure sint absoluti.

c Inuiti.] per talem, scilicet metum, qui possit cadere in constantem virum. sup. q. ff. met. cau. ad audientiã. & ff. quod met. cau. metus aũt. alias si spontè iurassent vel per vanum metum, non absoluerentur à iuramento, imò illud necesse haberent seruare. sup. de resti. spol. accepta. & cap. solicitè. & ff. quod met. cau. metus autem: quia contra vanum metum non auditur aliquis.

d Antecessores.] scilicet, Gelasius, Gregorius, & Vrbanus. 15. q. 6. alius. & in cap. nos sanctorum iuratos. Et ideo sup. eod. si verò.

[Glo. seq. ponit duas lecturas.]

e Absoluerunt.] quidam exponunt, de facto: quia

VEniens.] In prima parte ponit querelam impetrantis. In secunda prouisio ibi, Verum. Abbas. CASVS. Quidam Venetus noĩe A. lanus habuit verba cũ M. Mauriceñ. cõuitia inter se inferendo, propter quod ille A. graues inimicitias dñ incurrisse. Quidam amici vtriusq; partis volentes eos reducere ad concordiam, suggesserunt illi A. vt in satisfactione iniuriarũ iuraret stare mandatis H. & S. & M. consanguineorum ipsius M. ille nõ credens se tale quid fecisse propter quod aliquod graue dẽret sibi imponi, iurauit stare mandatis illorum. ipsi præceperunt ei sub debito iuramenti, vt nunquam curiã Ducis intraret, nisi quã omnes generaliter vocarentur: Iste recepto tam iniquo mandato, accessit ad Papã, exponens sibi prædicta: adijciens, quòd erat consiliarius Ducis, & pluribus ecclesijs: quarum erat aduocatus, iuramento tenebatur in iure suo adesse, & nullo modo taliter iurasset si mandatum contrarium sibi præsciuisset: Vnde super hoc scribit Papa illis tribus ciuibus Venetis, dicens, quòd ipse super hoc scribit patriarchæ Gradeñ. vt si mandatum illud priori iuramento licitè facto repugnet: ipsum auctoritate Papæ denunciet non seruandum. Nota quòd cum aliquis alicui simpliciter iurat, mandatum debet esse idoneum, non iniquum, vt hic patet, aliàs relaxatur mandatum. Item iuramentum contrarium alij iuramento licitè facto, seruandum non est.

[Glo. seq. exponit, obijcit, & soluit.]

h Mandato.] idoneo, sic suis exaudiendum. ĩ. de elec. causam quæ. & sup. de rescr. cum adeo. & ff. de op. liber. si libertus. J. eo. Quintauallis. Iniquæ tamen sunt arbitri statutũ est. ff. de arbi. l. 3. & l. diẽ. §. stati. dum tũ de illis abit. C. de arbit. l. 3. ff. de arbit. nõ distinguentem. & ctum

† periurandi.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp.

† Mauriceñ.

† In aliquot antiqs ita: Cũq; idem A. non credens se tale quid cõmisisse, &c.

Extrauag. Baldum. C. de iru. Except. Il. l. C. Val. qd. ꝑ Pie. Calcõs. & §. 370

p. 6. eo. 1. 2. cõp.

Ita: homagij & fidelitatis puritatem, &c.

cum quidam.& Insti.mandati.§.illud. Quare ergo non statur huic mandato? Rñdeo, ibi non fuerunt arbitri, sed fuerunt arbitratores, siue amicabiles compositores, vt boni viri, vnde si male arbitrentur, siue inique componant, eorum dictum reducendum est ad arbitrium boni viri. ff. pro soc. si societatem.

ADDITIO. Vel dic quòd isti fuerunt arbitri in re sua, quod eis nō licuit. ff. de arb. l. pe. sicut nec iudex de iudi. l. Iulianus, & C. ne quis in sua causa iudicet, l. vnica.

[Glo. seq. arguit. signat contrarium, & r. itter, quærit, & soluit.]

a Præstitisset.] arg. iuramenta sm intentionē iurantis sunt interpretanda. 22. q. 5. humanæ aures. arg. ē. 22. q. 5. quacunque arte. & ē. eo. de hoc. di. ē. d. sponsa. ex litteris. Sed nunquid potuit ei præcipere, vt cederet, bonis vel vt cederet ... sua? Non, quia iuramentum non extenditur ad illa de quibus nō est cogitatum. ē. eo. Quintaualis. ē. de deci. ex multiplici. arg. ē. d. e. est. pol. au dita. 22. q. 2. ne quis arbitret. ff. de transa. cum Aquiliana. ff. de pig. nobligatione. ff. de pec. peculij. & C. quę res pig. ob. pos. l. i. Et ciuili modo intelligendum fuit iuramentū, vt dictum est in prima notula. ff. de seruitu. si cui. ff. de ri. nu. postquam. Sic & libera si iurauit non nubere, de illicitis nuptijs intelligendū est. ff. de iure patr. adigere. §. vlt.

b Repugnet.] & sic vt quòd si mandatū non repugnet priori iuramento, iuramentum sit seruandum, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ. ē. eo. si verò, quod verum est, tñ si enormem læsioné in rebus tēporalibus pateretur, obtinebit relaxationem iuramenti. sup. qd mec. cau. abbas. & 22. q. 4. cap. innocens. §. illicitum. vltra medium. vers. quis ergo, & cætera.

---

ei aliquod graue deberet imponi, iuramentumq; † illud sub tali confidentia præstitisset, ipsi sub iuramēti debito præcepistis, vt nunquam curiam ducis intraret, nisi cum omnes per edictum ipsius generaliter ad curiā vocarentur, & infra. ¶ Verum quia idem A. qui dicti Ducis est cōsiliarius, & in iure suo multis ecclesijs, quarum est aduocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iurauisset, si mandatum illud sibi contrarium præsciuisset: [a] noueritis nos patriarchæ Grāden. mandasse, vt si mandatum priori iuramento licitè facto repugnet, [b] ipsum auctoritate nostra denunciet non seruandum. †

¶ Idem magistro Apollinari.

¶ *Qui iurauit ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, periurus est, nec eum defendit appellatio.*

CAP. XVII.

BReui † sciscitatus es quæstione, vtrum ille, qui iura alicuius ecclesiæ seruare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus duxerit appellādū, periurij reatum incurrat. ¶ Respondemus, quòd in hoc articulo appellātem a periurio talis appellatio non excusat, imò (nisi difficultas [c] existat propter quā requisitus [d] non possit ecclesiæ subuenire) culpa periurij potius irretitur.

BReui.] Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Aliquis iurauit defendere ac seruare pro posse suo, iura alicuius ecclesiæ: ecclesia requirit ipsum necessitate imminente sub debito iuramenti: & ipse appellat: quæritur vtrum incurrat periurium, si ecclesiam non defendat, an prætextu appellationis a periurio excusetur? Respondet Papa, quòd in hoc articulo appellatio non excusat illum a periurio, imò periurij reatum incurrit: nisi difficultas, siue necessitas ipsum excuset, propter quam non possit ecclesiæ subuenire. No. quòd appellatio frustratoria nō excusat aliquem ab eo quod facere tenetur. Item necessitas, siue impossibilitas excusat a periurio.

c Difficultas.] & ita difficultas excusat à periurio, vt ē. eo. ergo N. sic & necessitas. ē. eo. querelā. ff. qui satisd. cogantur. l. vlt. ar. ff. de ope. libe. si libertus. ff. quarū rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. licet non excuset à pœna conuentionali. ff. de verb. oblig. l. continuus. actus. §. illud quoque.

[Glo. seq quærit, arg. pro & contra ponit tres casus quibus aduocatus non iuuat ecclesiam.]

d Requisitus.] sed nunquid tenetur ecclesiam iuuare non requisitus? Vt quod sic, 93. dist. si inimicus. Argu. contra. ff. quorum lega. l. 1. §. j. & arg. huius litteræ. Si verò ecclesia non seruauit ei fidem in suis necessitatib. nec ipse tenetur ipsam iuuare. 22. q. 5. de forma. ē. eo. peruenit. 2. vel si ecclesia subtraxit ei salarium suum consuetum. ff. loca. quæro. §. inter locatorem. vel si remordet eum conscientia quòd habeat malam causam. 11. q. 3. qui dicitur. nam & tunc aduocatus non tenetur iuuare clientulū suum. C. de iudi. rem non nouam. §. patroni causarum. Sed ipse licet teneatur sequi cōscientiā suam, ecclesia tamen habebit eum pro periuro. sup. de rest. spol. litteras. & ē. de sent. ex com. requisitioni.

¶ Idem illustri regi † Aragoniæ.

¶ *Iurans scienter illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non obseruare. Si verò iurauit ignoranter, debet illud obseruare, si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum quod putabat illicitum, debet obseruare iuramentum: sed de animo deprauato aget pœnitentiam.*

CAP. XVIII.

QVantò † personam tuam: & infra. ¶ Quidam Cōsiliarij tui (imò potius deceptores) tuum animum induxerunt ...

QVanto.] Primo ... qui iurauit ... seruare monetam: si sciebat illam legitimo pondere fraudatam, pœnitere debet de iuramento, quod fuit illicitum: & ideo non seruandum. Si verò ignorabat, tunc iuramentum ... si illam facit restaurari, sic communiter ... tur. Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, Super quo. In qua tria membra distinguit. Secundum ibi, Si verò. Tertium ibi, Veruntamen. Abbas.

CASVS. Quidam consiliarij regis Aragonum imò potius deceptores, induxerunt ipsum vt iuraret irrequisito assensu populi, vsque ad certum tempus, patris sui conseruare monetam, quæ circa mortem eius legitimo pondere fuerat diminuta, ita quòd graue scandalum in populo ortum erat: Hoc intellecto rex quod indiscrete iurerat reuocare volebat, & satisfacere populo: vnde petijt absolui ab huiusmodi iuramento: Papa scribit eidem dicens, quod in casu isto non tam est absolutio necessaria, quam interpretatio adhibenda:

† De multis clausulis ... in iure ..., vide ... Ro ... l. vlt. ... & per bald. ... C. de ... Auth. ... Initium ex septuo.

† obseruandum.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp. Et de materia, videlicet qualiter difficultas excuset a piurio, vide Felin. in c. quæ in ecclesiarū. ē. de consti. & Alex. cōs. 192. in ip. per ipsius in 1. vol.

† De hoc Spec. de aduocato ... vers. ... quid ... † ... Petrus ... Dei ... Vlti ... Tarq ... 2 Hoc ... modo ... pius.

† Cap. 4 ... tit. in ... Et de ... tia ... tione ... de Felin ... in c. ... spondet ... adde ... ment ... nos ... iurem ... B. ... q. ...

da̅num enim iuramentū illud fecit, aut credebat monetam illam falsam esse, aut legitimam: si falsam, iuramentum fuit illicitum, & ideo non seruandum, & pro eo debet illi pœnitentia indici: si verò credebat legitimam, iuramentum licitum fuit, & ideo seruandum, & Papa consuluit illi, vt moneta illa reprobata, q̄ diminuta fuerat à legitimo pōdere, alia moneta cudatur nomine patris sui, & illam reducat ad legitimum statū, quem habuit tempore pr̄is sui meliorē: & sic iuramentū seruabit; veruntamen si credebat monetā diminutam quādo iuramentum illud pręstitit, & sua eū conscientia remordet, cōfiteaẗ peccatū suum, & pro illicito iuramento pœnitentiam agat. Nota quod iuramentum aliquando recipit interpretationem, ut hic patet, & quod aliquando requirit absolutionem. Item iuramētū non est vinculū iniquitatis, & ad licita & honesta semper debet referri. Item iuramentum illicitum non est seruandum.

illud cōmutare in aliud quod magis sit Deo acceptū,]. de voto, magnæ. & c. quod super his. & c. ex multa. & in iuramento etiam ex eisdem causis pōt dispensare. V. si verò aliquis vouet vel iurat, & illa licitè, vel honestè seruari possunt, nec subest causa, Papa illa immutare non potest, & sic intelligebat H. & in hoc alij nō dissentiunt. Et sic etiam intelliguntur illa verba, vouete, & reddite Domino iuramenta vestra. & est argu. ad prædic. 23. q. 1. § vlt. ver. ipsi namq; soli. &c. & ff. de vulga. & pupil. substitutio. ex facto. Hic verò non fuit necessaria absolutio, sed interpretatio, secundum quod sequitur in litera, & secundum interpretationem debet seruari: quia fuit legitimum iuramentum.

c Iniquitatis uinculum.] 22. q. 4. inter cætera.

runt, vt iurares irrequisito assensu populi, vsq; ad certum tēpus patris tui conseruare monetā, quæ tñ circa mortē eius fuerat legitimo pondere defraudata.[a] Cum āt adeo sit diminuta, & minoris valoris effecta, quod graue propter hoc scandalū in populo generatur, tu quod egeras indiscretè cupiens reuocare, ac necessitati populi satisfacere, & obseruatione iuramenti prædicti, postulasti suppliciter a nobis absolui.[b] ¶ Super quo diligens indagator potuisset facilè intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quàm interpretatio requirenda: quoniam cum iuram̄ fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum fuisset illicitum, & nullatenus obseruandum, & pro eo esset tibi pœnitentia iniungenda, cum iuramentum non vt esset iniquitatis vinculum, fuerit institutum. ¶ Si verò legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit, & vsquequaq; seruandum. Et ut irreprehensibiliter obseruetur, consulimus, & mandamus, vt reprobata moneta: quæ a legitimo pōdere fuerat defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cudatur, quā ad legitimum pōdus reducas, secundum eū statum, quem tpe patris[d] tui habuit meliorem: ita quod antiqua moneta, q̄ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & iuramētum seruari.[e] ¶ Veruntamen si monetam ipsam in præstatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, & tua super hoc consciētia te remordeat: tuum humiliter confitere peccatum, & satisfactionem[f] iniunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

[Glos. seq. tractat de triplici falsario monetæ, & ponit circa illud crimen tria specialia.]

a De fraudata.] q. i. enim falsat monetā principis, exuritur. C. de fal. mone. l. 2. Qui autē falsat monetam ciuitatis, punitur capite. C. e. l. 1. Sed ille q. nummos radit, vel tingit, si liber est, datur ad bestias: si seruus vltimo supplicio punitur. ff. ad l. Corn. de fal. quicunque. & sunt hæc tria specialia: quia quilibet tenetur ad accusationem huius criminis. Item qui condemnatus non appellat. Itē quod punitur ille in cuius domo falsa moneta cuditur, licet illud ignoret. C. de fal. mone. l. 1.

[Glo. seq. reci. per q. an Papa possit absoluere a iuramento. ponit opin. Hu. item Lau. & Tanc.]

b Absolui.] Absoluere potest Papa quemlibet à sacramento ex iusta causa: puta propter scandalum intolerabile, vt si malum exemplum prorogetur in multos, claue tamen discretionis præcedente. H. tamen hoc negabat. & omnia iura quæ dicunt uel innuunt Papam posse absoluere a iuramento, intelligebat de illicito. quia in his quæ sunt de iure naturali, ut in uoto & iuramento, Papa non dispensat. arg. ad hanc opi.]. eod. c. & si Christus vbi dicitur redde Domino iuramēta tua. quasi similem interpretationem habes inf. eod. petitio. &]. de vo. magnæ. vbi dicitur: vouete & reddite.]. de sta. re. cum ad monasteriū. in fi. Lau. contradicebat. T. dicit quod ex causa iusta potest quemlibet absoluere. 16. q. 6. authoritatem. & dispensare potest in uoto, &

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

d Patris.] hoc ideò quia in forma iuramēti fuit hoc expressum. Sed nonne tunc mētitetur inscriptio monetæ? immo videtur q; rex ipse falsarius esset, ff. ad l. Cor nel. de fal. l. i. nomi nis, & inf. de his quæ fi. a præla. sine consensu Capituli. quanto. In moneta enim tria exiguntur, quantitas, ponderis materia, & publica forma. ff. de contrahen. empt. l. 1. Respōdeo, quòd non semper inscriptioni monetæ fides adhibetur, sicut nec inscriptioni sepulchri. C. de relig. & sump. fun. l. monumentorum. immo pictura est, quæ largam habet licentiam semper enim fas fuit pictoribus, & poetis nouitates inuenire. licet sit arg. contra. 24. quæst. secunda, sanè. in princip. Ioannes. Item si fur ex auro, uel argento monetam publicam falsam facit, illo punito pecunia in thesauro publico conseruatur. 1. quæstio. prima, quod quidam. circa medium. versi. si enim aliquid furtum, &c.

e Seruari.] & 3 sic si non possit expressè seruari in omni, seruatur tamen in illa quæ fuerat defraudata. & est arg. ad quæstionem propositam & solutam. inf. de spō. ex literis 2. in gl. isti erant.

f Satisfactionem.] pro temerario iuramento imponitur pœnitentia unius anni. 22. quæstio. quarta, qui sacramento. sed pro directo periurio imponitur pœnitentia septem annorum. 6. quæstione prima, quicunque. & 22. quæstione prima, capitu. vltimo. immo qui scienter deierat, secundum canones infamis est, ut 6. quæstione prima, infames. & qui contra transactionem iuratam venerit scienter, infamis est, C. de transactio. si quis maior.

2 Gof. dicebat obiectio nē ꝓcedere si fecisset cudi monetam sub noīe patris: sed hoc nō faciebat, sed solū utebatur veteri. Hos. dicit q̄ iura ꝯtia nō in moneta, sed in instr̄is locū hñt, nā dūmodo nō falsetur moneta, nec alteri præiudicet, ñ refert an cudat sub noīe patris, & filij. nec q̄ figura ponatur, ut hic patet. Io. And.

3 Hæc glossula non est Ber. nec hr in antiquis codicibus.

n codice atq; ita: d egeras iscretè, di ta cupiēs

De falsan moneti, verū pœ. unde exigitem Papæ V. cipit Cū til magis. Iulij Cla li. 5. sent. falsam. & uatuuij ra, de col ione actenumisma a. c. 8.

VEnientes.] Iudices, qui iurant infra certum tps sententias exequi, hoc non obstante appellationib. ab eis interiectas deferre tenentur. h. d. Diuiditur in quattuor part. s. In prima reprehensio consulum. In secunda ibi, Verum, ipsorum excusatio. In tertia ibi, Quia verò, ipsorum excusationis reprobatio, & generale mandatum. In quarta ibi, Cum ergo mandatum speciale, & cominatio nō parentis: Abbas.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōp. Et de intellectu text. & glossarū vid. præ alijs hic Guidonē Papæ.

CASVS. Quidam Ciuis Tudertinus S. nomine, conuentus fuit ab aduersario suo coram iudice ciuitatis, super quibusdam possessionibus: Iudex auditis meritis causæ, condemnauit ipsum ad restitutionem rerum petitarum: ab illa sñia appellauit ad dñm Papam: consules ciuitatis nō obstāte appellatione, iniam illam executioni mādarūt, inducentes actorē in possessionē rerum de quibus quæstio erat: super hoc appellans conquestus fuit dño Papæ, cui subest ciuitas illa quo ad tēporalem iurisdictionē. Vnde ipse consulib. & populo Tudertino mandauit, ut possessionem ipsam restituant appellāti, alioquin nouerint, q ipse mandauit N. electo nō spō, ut eos ad id ecclesiastica censura compellat: cuius negotij occasione præmittit Papa q̄ præcedant, dicens q ipsi tenentur humiliter & deuotè appellationibus ad sedem Apost. interpositis deferre: quia etiam leges sæculares post sententiam beneficium appellationis non denegant aggrauatis, sed ipsi sententias appellatione suspensas exequuntur. Consules Tudertini se super hoc excusabant in presentia Papæ dicentes, quod cum aliqui eorum uocantur ad officium consulatus, iurant q super mutuis & plagiarijs iudicabunt secundum consuetudinem ciuitatis, & infra 28. dies sententias exequentur: unde saluo huiusmodi iuramento non poterant deferre appellationibus. Sed contra istam excusationem dicit Papa, quod iudices iurant iudicare sm leges, sicut cōsules isti iurant iudicare sm consuetudinem ciuitatis suæ. & idō sicut iudices possunt grauare subditos contra leges, sic & consules isti pūt contra consuetudinē suos subditos aggrauare. Vnde præcipit eis, quatenus appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis deferant humiliter & deuotè, cum iuramentum illud, eos excusare nō possit, in quo ius superioris intelligitur exceptum. No. decre. istam ad plura argumenta. Primò ad illud, Sententia diffinitiua à qua est appellatum, non dēt executioni mādari, quod si fiat executio, dēt reuocari, vt hic patet: & ideo deferend... appellationi, & nihil innouare ea pendente. Item in iuramento semper ius superioris intelligitur exceptum: & cuiuscunque alterius: quia iuramentum factum in præiudicium alterius nō valet: cum illud obseruare non possit. Item iuramētum personale est.

¶ Idem consulibus & populo Tudertino.

¶ *Non ualet iuramentum præstitum in præiudicium iuris superioris.*

CAP. XIX.

VEnientes † ad sedē Apostolicam cōsules vestros, super his, quę ad nos de vobis sæpius referuntur, & commonere curauimus, & aliquātulum asperè conuenire: Cum enim appellationibus interpositis ad Apostolicam sedem teneamini humiliter & deuotè deferre: cum & leges[a] etiam sæculares post sententiam, beneficium appellationis non denegēt aggrauatis, uos sentētias appellatione suspensas, executioni mandatis.

¶ Verum ijdem consules nobis exponere curauerūt, quod cum aliqui vestrum uocantur ad officium consulatus, firmāt proprio iuramento, q super mutuis & plagiarijs[b] secundum vestræ ciuitatis consuetudinē iudicabunt: & infra uiginti octo dies quę iudicauerunt, exequentur: Vnde saluo huiusmodi iuro, vos non posse super his appellationib. deferre dicebant. Quia verò non minus iudices secūdum leges, quam cōsules vestri secundum consuetudinē vestræ ciuitatis iudicare iurarunt,[c] & iō sicut iudices contra leges, sic & consules vestri contra cōsuetudinem,[d] possent † subditos aggrauare: Mādamus, quatenus appellationib. ad nos interpositis[e] deferatis: cum pdictum iurm uos excusare non possit, in quo dēt intelligi ius[f] superioris[g] exceptū.[h] Cū ergo postq̄ S. lator præsentium ad Sedē Apostolicam à sententia G. iudicis appellauit, sentētiam ipsam duxeritis executioni mandandam,[i] in possessionē rerum de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducentes: Volumus & manda

a Leges.] 2. quæst. 6. anteriorum. & c. non ita.

b Plagiarijs.] idest fideiussoribus. vulgare est illius terræ.

c Iurarunt.] in authent. de iud. §. quia vero. coll. 6. C. de iudicem nō nouam. & 3. q. 7. iudicet.

d Consuetudinem.] licitā: ergo iudicatur secundum cōsuetudinē loci. ī. de eo. qui mit. in pos. causa rei seruandæ, cum venissent, quia consuetudo pīudicat iuri. ī. de consue. c. pen.

e Interpositis.] ista Ciuitas Tudertina subest dño Papæ quo ad iurisdictionē temporalē, & ideo tenēt appellationes ad Papam factæ, aliàs nō. ī. de app. si duobus.

f Ius.] Vnde 3 ponetur aliquis ē receptus in canonicū, & in fratrem, iurat se seruare laudabilem cōsuetudinem ecclesiæ suæ: & talis est cōsuetudo in ecclesia, q qui ibi habet præbēdam, debet residere per sex menses, sed antequā faciat quod iurauit, accedit ad sedē Apostolicā, & supplicat dño Papæ, vt ipsum absoluat: Quęro vtrū iste sit periurus? Et respondetur q non: arg. istius literæ: quia vr quod qñ iurauit, quod debuit intelligi, nisi dominus Papa remitteret ei iurm. Sed probo, quod sit periurus. C. de transa. si quis maior. vbi dicitur, quod aliquis uenit contra iuramentum tribus modis: iudicem interpellando, iudici supplicando, quod promisit non faciendo: Vnde vr, quod iste sit periurus supplicando Rom. Pont. vt absoluat, sed si petione non pręmissa ipsum absoluisset, non esset periurus.

g Ius superioris.] no. quòd in iurō excipitur auctoritas maioris, ut hic patet. & ī. eo. c. eam te. & ī. de rescrip. constitutus. arg. a contrario sensu. ff. ad muni. imperatores. & in const. 4 Friderici de feud. §. vlt. & est ius canonicum. ī. eo. ad nostram 2. Io.

[Gio. seq. recitetur per contrarium.]

h Exceptum.] sed 5 nonne possunt super hoc condere legem municipalem contra ius cōe? Respondeo, pūt condere legem contra ius commune, quæ tamen nō fit in præiudicium alterius, ut hic dicit. & ī. de consti. quæ in ecclesiarum specialiter tū non contendo legem, benè possunt litigantes renunciare appellationi. C. de tē. ap. l. illud. §. vlt.

i Executioni mandandam.] quod fieri non deb...

c

tum quia beneficio appellationis extinguitur pronunciatum. ff. ad Turpil. l. 1. §. vlt. tum quia interposita appellatione nihil innouari oportet. 2. q. 6. appellatione. & ff. nil non. appel. pend. l. vnica. Bern.

a Possessionem ipsam.] cum appellatur à sententia diffinitiua, si appellatione pendente fuit mandata executioni, iudex appellationis debet reuocare in irritū qui quid factū est post appellationē, & antequā cognoscat an appellatio sit iusta vel iniusta: sed secus ē cū appellat à grauamine, quia prius debet cognosci de meritis appellationis, q̃ reuocati q̄d facta est post appellationē. ī. de ofic. leg. cum si. qa ibi dicitur est ita, reuocato, &c. Iudex ordinarius non pōt exequi sui sententiā, ex qua altera pars appellauit: sed iudex delegatus potest nō obstante appellatione alterius partis. ī. de offi. dele. super eo, in fi. & c. pastoralis, §. preterea. certe istę due vltime cōcordantie contrarium dicunt.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

b Restituatis.] ar. ff. de appel. cum ex causa. vbi expectāt talis restitutio vsque ad euentū confirmationis, vel cassationis sententiæ. Sed non est contrariū quia non dicitur ibi, quòd non debeat expectari, sed ibi recitatur facto prout contingit. vnde patet quod pendēte appellatione executio non debet fieri: & si fiat, inuito possessore restitui debet in pristinum statum ante quam appellationis causa examinetur. a arg. ī. de off. d. leg. pastoralis, § preterea & hoc notabile.

mus, vt possessionem ipsam [a] restituatis [b] eidē: alioquin noueritis nos ep̄o Nucerino † mandasse, vt uos ad id ecclesiastica censura compellat.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Iurans vsuras non repetere, potest iuramento non obstante ex noua causa repetere h. d. secundum intellectum notabiliorem.

CAP. XX.

ij AD † nostram noueris audientiam peruenisse, [c] quòd cum I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramento firmauerunt, quod nec per se, nec per alium prædictas vsuras repeterent: [d] vel apud ecclesiasticum iudicem, seu etiā sæcularem super his deponerent quæstionem. Cumq; creditor cōdiderit testamentum, suis p̄cepit hæredibus, vt omnibus, qui probarent [e] se dedisse vsuras eidem, ipsas eis restituere procurarent. Vnde cū prędicti I. & G. vsuras repetere nō audēant propter huiusmodi iuramētū, & heredes prædicti P. eis negligāt satisfacere de vsuris: Mādamus, quatenus sub pœna excōmunicationis, publicè in ecclesia proponi facias, vel proponas, vt q super hoc nouerint veritatem, procedant ad testimonium [f] proferendū: & si per dicta testiū, vel alia documenta tibi cōstiterit [g] de præmissis, hæredes illius vt vsuras, quas à prædictis pater eorum accepit, restituāt vniuersas, ecclesiastica censura compellas.

ij AD nostram.] Per iudicis officium subuenitur illi qui propter iurām vsuras repetere non potest, ita summat Io. And. Et quidem procedit hoc summarium secundum vnum intellectum satis clarum. Primò narrat factum. Secundo prouidet ibi, mandamus. Abbas.

CASVS. Quidam ciues Pisani I. & G. cuidam vsurario P. nomine multas persoluerunt vsuras, iuro interposito, quòd nec per se, nec per aliū prædictas vsuras repeterent, vel apud ecclesiasticum iudicē, vel etiam sęcularē super his deponerent quæstionem. Creditor postmodum condidit testām, in quo præcepit hæredib. suis, vt omnibus qui probarent se dedisse vsuras eidem, ipsas eis restituerent: Sed dicti I. & G. non audebant repetere vsuras p̄p huiusmodi iurām. & hęredes non satisfaciebant eisdem. peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde mandat Pisano archiep̄o, quatenus sub pœna excōmunicationis publicè in ecclesia proponat, vt qui super hoc veritatem nouerint, procedant ad testimonium proferendum: & si constiterit de præmissis, compellat hæredes illius per censuram ecclesiasticam vt vsuras quas pater illorum a prædictis recepit, restituant vniuersas. No. q̄ hic recipiuntur testes lite non contes. quia procedebatur in modum inquisitionis siue denunciationis, & ex officio iudicis. Item qui non potest agere propter iuramentum, potest denunciare. Item aliquid conceditur vna via, & alia denegatur. Item vltimæ voluntatis executio spectat ad ecclesiam si hæredes exequi noluerint.

c Peruenisse.] non dicit per quem, vel à quo.

ADDITIO. Fortè fuit fideicommissum testatoris vel animi exoneratoris, vel ipse debitor, vel hoc forte fuit ratione propter opinionē vulgatam, quia per id affirmasset illū periurū. & est simile ī. eo. intellectū ī. de arbit. per venit. Ioan. And.

[Gl. seq. soluit tres quæstiones.]

d Repeterent.] si iurauit nō repetere, denūciet illud ecclesiæ. Quid si iurauit non denunciare? Respondeo, iuramentū fuit illicitū, & ideo nō seruandum: cum quilibet ad hoc teneatur. ī. de cogn. spir. tua nos. & ī. de hære. cum ex iniuncto, ī. eo. cū quidam. i. ff. & 22. q. 4. si pecca uerit. sed si iurauerit soluere, nec repetere, nec recipere, & illud denūciet ecclesię, vt dictum est. Vinc.

[Gl. seq. reci. per q. an iure legati, &c.]

e Probarent.] vr iuramentū istud remissum esse ex testamento: nisi velles ita interpretari hæc verba, vt. filii de iure repetere non possint, qui iurauerunt nō repetere. Sed tamen largius interpretabimur vltimas voluntates. ī. de donat. cū dilecti. ff. de trit. vi. & oleo. legato l. 1. Sic ergo iure legati possunt isti repetere vsuras, quasi ex noua causa superueniente. Si enim aliquis abiurat beneficium, potest postea ipsum repetere ex noua causa superueniente. ī. de renunc. cum inter P. & ff. de success. edic. l. 1. § quod dicimus. alias, § sed vt leudum. & arg. ī. quod met. cau. ad audientiam. Item cum iuro soluere aliquid, solutū possum repetere. ī. eo. debitores. non enim est cogitandum de nouo iure. ff. de transac. cum Aquiliana. Si verò ius nouum non est mihi acquisitum, possum agere vt remittatur iuramentum. ī. eod. c. 1. & primo agēdum est vt iuramentum remittatur, & tunc potest repetere securè. Bern.

[Glos. ista dicit per obiec. quòd lite non contest. &c. & dupliciter soluit.]

f Ad testimonium.] nota testimonium ferri lite non contest. sed hoc ideo contingit, quia hic procedebatur in modum inquisitionis siue denunciationis, vt patet per prin. cap. vlt. 4 vel Papa hic voluit extra ordinem procedi, & sine accusatore per denunciationem. Item quia ad ecclesiam, vel episcopum spectat exequi voluntates defunctorum. ī. de testib. si hæredes. & c. pen. & C. de epis. & cler. nulli. & l. si quis ad declinandam. & ff. de petit. hære. si hæreditas, §. vlt. & sic seruant isti iuramentum suum hac via. Io.

g Constiterit.] p inquisitionem. ī. de test. cog. preterea.

1 Supple ē obiectas: dicet Hostiē. q; etiā nō nolo iurans vellet hoc iuramētū seruare, non tū creditor pecuniā illā sic ipsa faciet, sed fiet sic eleemosyna. vt. id. vin. Cum tu. Io. And.

4 Sed hodie in causis vsurarū sine lit. cōte. proceditur, per clem. de iud. dispēdiosam. & de verb. sig. sæpe. Io. And.

iij AD nostram.] Iudex qui iurauit in omni causa iudiciariũ ordinem obseruare, in notorijs subtilitatem ordinis iudiciarij non seruabit. h.d. Diuiditur. nam in prima parte recitat tenorem iuramenti. in secunda, ibi, Nos illud dupliciter interpretatur. Et secunda interpretatio: ibi, Quamqua. Et vt clarius habeas intellectum, pone sic casum. Archiep̃s Neapolitan⁹ quasi p extorsionẽ, forte ad instãtiam sui capituli vel populi, p̃stitit generale iuramẽtũ, vt in omni causa ad seruaret ordinẽ iudiciarium: processu temporis cũ occurrerent facta notoria, dubitauit an deberet in eis iudiciarium ordinẽ obseruare: Papa super hoc cõsultus interpretatus ẽ hoc iuramentũ dupliciter: primo vt non extendatur ad causas notorias, sed intelligatur s̃m subiectã materiam, s. vt in causis nõ notorijs obseruetur ordo iudiciari⁹: in notorijs verò non seruetur per omnia: q̃a ordo in notorijs est, vt per omnia nõ seruetur, iuxta illud vulgatũ: In extraordinarijs ordo est, ordinem non seruare. Secundo dicit posse intelligi, vt referat ad causas, in quibus ordo iudiciarius est seruãdus: dicit enim quòd si iste archiep̃i scopus habuit in animo vt ordinem iudiciariũ in omni causa pariter seruaret, & sic cesset prædicta interpretatio: tale iuramentum cum sit contra canonicas sanctiones, potius est dicendum periurium, nec aliqua ratione seruandum. Abbas. No. quòd iuramentum contra canones præstitum non tenet. Item iurare contra ius, non iuramentum, sed potius periurium est. Item iuramentum directè seruari potest, vel per interpretationem seruandum est. Item in dubijs benigna debet fieri interpretatio. In notorijs per omnia ordo iudiciarius non est seruandus. Item arg. quòd verbum generale non est generaliter intelligendum.

¶ Idem Neapolitano archiepiscopo.

¶ Iuramentum generale debet ita intelligi si fieri potest, vt non obuiet iuri, aliàs tanquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiã.

CAP. XXI.

iij AD nostram noueris audientiã peruenisse, q̃ à te quasi p extorsionem[a] tale fuit præstitum iuramentum, quòd in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verùm quoniam secundùm traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent: † nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus,[b] qui debet in alijs obseruari: nec tu quando sub premisso tenore iurasti, habebas in mente,[c] vt propterea venires cõtra canonicas sanctiones: alioquin non iuramentum, sed periurium[d] potius extitisset: nec esset aliqua ratione seruandum. ¶ Nos iuramẽtum tuũ benignius[e] interpretari volentes, ita quòd consonet canonicis institutis, fraternitati tuæ auctoritate præsentium intimamus, quòd in manifestis et notorijs, ratione iuramenti præmissi, non credimus te teneri seruare[f] subtilitatem ordinis iudiciarij, quam in his non seruari per omnia, ipsa iuris ratio postulat[g] & requirit.[h] vnde videbitur sub tiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur. ¶ Quanquam † & secundùm approbatum intellectũ rectè potuit intelligi quòd iurasti, vt i omnibus causis ordinem iudiciarum obseruares, in illis videlicet,[i] in quibus ẽ ordo iudiciarius obseruandus.[k] Sic ergo faciens, & iura-

iudex: potest enim suspendere infamatum vsque ad purgationem. 2. q. 5. presbyter. vel inquisitionem facere ex officio suo. 2. q. 1. Deus omnipotens.

c In mente.] arg. iuramenta & promissa non extendi, nisi ad ea de quibus cogitatum est. argum. 22. quæst. 5. ne qs. ff. de transact. cum Aquiliana. & ff. de pact. tres fratres.

d Periurium.] j. eod. tua & j. de ijs, q̃ fi. à ma. par. cap. c. 1. & j. eo. licet. 2

e Benignius.] sic supra de testib. cum tu. nam promptum est leges legib. concordare. C. de inoff. donat. l. 1.

f Seruare.] iuxta illud.

Est i amore modũ nõ habuisse modũ.

g Postulat.] j. de verborũ signifi. cum olim. & j. de vita. cũ i tua. j. de coha. cle ri. & mul. vestra.

[Glos. seq. obijcit, & soluit, & vni contrario respondet.]

h Requirit.] sed nonne ordo iudiciarius potest seruari si ne peccato in notorijs? Argũ. quòd sic j. de elect. bonæ. & Aug. probat id quod notorium est, licet cet ecclesiam nõ esse nulla. 24. q. 1. pudenda. in fi. & ita videtur licitum sacramentum, vt in notorijs seruetur. Sed certè hoc iurare, q̃ in omni notorio seruetur ordo iuris, est illicitum, & multum læderetur ius actoris, cum ei incumberet onus probãdi. & disciplina iudicialis læderetur, si iudex non posset punire nisi prius probaretur. 3 sed hoc fieri nõn debet: quia nullæ, sunt validiores probationes quàm per euidentiam facti. in illa decret. bonæ. factum fuit ob scandalum ad cautelam, vt ibi dicitur, vel forsitan non erat notorium iudici. Laur.

[Glossa sequens ar. alleg. quatuor iura pro, & quatuor contra.]

i In illis videlicet.] arg. quòd verbum generale non est generaliter intelligendum, vt 1. q. 1. iudices. versi. omnia bona Damasi. & ff. de serui. si cui. & ff de pig. obligatione. & de consecr. dist. 2. reuera. ver. de operibus totius mundi. circa finem arg. contra. 19. dist. nec si Romanorum. 32. q. 1. quòd si dormierit. & 1. q. 1. sunt nonnulli. & j. de priuile. quia circa & j. de maior. & obed. cap. solitæ.

k Obseruandus.] hic 4 est arg. ad illam quæstionem, quæ quæritur. Pone aliquis iurat, quòd de cætero nõ cognoscet cõcubinam suam: modo vult eam ducere in vxorem: nunquid potest nõ obstante iuramẽto? Dicas q̃ sic: q̃a intelligi iurasse de fornicario coitu, & nõ de licito & debito. vnde potest cum ea contrahere non obstante iuramento.

a Per extorsionem.] vnde videbatur non teneri.

[Glos. seq. tractat de duplici processu notorij.]

b Obseruandus.] ex toto, alias citari debet. 2. q. 1. Deus omnipotens & sententia serri. j. de diuort. porrò. & j. de appel. cum sit Romana. in fi. & hæc vera sunt in prouincia in qua sunt notoria & iudici & alijs. Si verò non sunt notoria in hac prouincia, sunt tamen notoria in alia, vel sunt hic notoria, & iudex nescit: tunc potest duobus modis procedere. s. ordine iudiciario ac si esset occultum argum. j. de elec. bonæ. & 24. q. 1. pudenda. & 2. q. 1. Deus. vel cognoscere an sit notorium: & facta sibi fide super hoc procedet contra reum quasi crimen esset notorium. & in similibus duas vias habet

¶ Cap. 7. cotit in 3. compilat. Et de materia, videlicet, quòd in notorijs nõ sit ordo iuris seruandus, vide Iulium Clarũ in pract. crim. §. fi. q. 9. ad. de Salicet. & doctores in l. ea quidẽ. C. de accusat. & Antoniũ Gomezũ tomo 3. varia. resol. cap. 1.

† Vide l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan. & l. 2. & ibi Bart. ff. de furt.

1 Idem not. de pur. can. cum dilecti. in glos. quia nec, & idem hic Inn. & in decre. sacro. in prin. j. de sen. excom. vbi de monitione loquitur. lo. And.

2 Con... [illegible]

† d. Q... [illegible]

3 Es... [illegible]

4 Ex... [illegible]

EA te.] Qui iurauit ei cui non debuit, cui debet iurare compelli-tur. Primò ponit exordium. Secundò narrationem, ibi; Sane. Tertiò conclusionem: ibi. Cum igitur. De materia huius cap. habetur in c. si diligenti. ȷ. de præscrip. Abbas.

CASVS. Dñs Papa mãdauit archiepõ Turritano, quatenus iuramētũ fidelitatis exigeret & reciperet a iudice Carolitano noie Romanę ecclesię, p ipso iudicatu: Iudex ille nolebat iuramētũ illud exhibere, asserens q illud pstiterat Pisano archiepõ saluo ecclesię Romanę honore, Papa hoc intelligēs scribit sup hoc iudici supradicto dicēs, q nõ remittitur debitũ sed auget, cũ alicui soluitur quod alij est præstãdum: sed cũ iuramentũ illud ecclesię Romanę dict' iudex pstare teneatur, si iuramentũ iã præstitũ ↄ̃riũ reputet, illi qđ dño Papę prestare tenet, primũ illicitum est: & illo non obstãte illud præstare debet q ab eo petitur. Si verò primum iuramentum nõ est ↄ̃trium præstando iuramento, illud sine mora pstare debet. No. q nõ releuatur à debito qui alij soluit qđ debet. Ite cũ duo iuramenta contraria sunt, vidēdũ est quod magis sit licitum, vt altero reiecto illud seruetur.

menti tenorē seruabis, & instituta canonica nó omittes.

¶ Idem iudici Carolitano.†

¶ *Si vnum iuramentũ vni debitum alteri præstatur: illicitum est, & eo non obstante cui debetur præstandum est.*

CAP. XXII.

EA † te credimus discretione vigere, vt intelligas p te ipsum q onus nó remittitur, sed augetur,[a] cum cuiquam improuide soluitur, qđ alij [b] ex debito est præstandum. Sane cum archiepiscopus Turritan' à te nomine† nostro iuramētũ fidelitatis (sicut à nobis mãdatum acceperat) exegisset, illud exhibere in eius manib. distulisti, asserens quod Pisano archiepiscopo [c] saluo Apostolicæ sedis honore huiusmodi pstiteras iuramentum.

¶ Cũ igitur nobis & ecclesię Romanæ fidelitatem facere tenearis, si prestitum[d] iuramentum ei quod a te nobis tamquam debitum est præstandum contrarium[e] reputes, illud [f] illicitum iudicabis: & illicito non obstante, quod licitè, immo ex debito petitur, exhibebis: vel si præstitum præstando contrariũ nó existit, illud sine difficultate præstabis.

¶ Idem Alatrino † episcopo.

¶ *Qui iurauit stare mandato alicuius non tenetur parere si præcipit illicita: vt q filium exhæredet, vel vxorem abiuret.*

CAP. XXIII.

QVitauallis† nostris auribus intimauit, quod pro offensa quam filiæ ipsius, alijs mulieribus irrogarant, qđ earum mandato pareret, prestitit iuramentũ:[g] quæ tale illi sub debito iuramenti dedere mandatũ, quod si quando filij† aut vxor illius aliquod factum, vel verbum cótumaliosũ mulierib. illis obijcerent, idē filias & filios exhæredet, [h] & a se propriam remoueret vxorem.

a Augetur.] quoniam gratuito solui potest vero creditori quod alteri est solutum, & tamen non liberatur à debitore. de constit. pecu. si vero mihi. ff. de sol. vero procuratori. §. 1. & ȷ. de homi. sicut dignum. §. eos in fi.

b Quod alij.] sic ff. de condi. inde. in summa. in fi. vnde si alij solueris quod alij debes, non liberaberis, & ille furtũ committit. ff. de fur. falsus. §. 1. nisi ille ratum habeat. ff. e. si vendidero. §. si Titius. vnde patet, quod peius est siue grauius latroni, qui partitur spolia cum socio, quam si non patitur. 22. q. 4. si quē ad peccatum. Io. & expone quod dicit alij tantum scilicet: & sic non obstat quod soluitur vni ex pluribus quorum cuilibet in solidum quid debebantur. ff. de duo re. consti. l. 3.

c Archiepiscopo.] de hac materia tractatur ȷ. de præscri. si diligenti.

d Præstitum.] Pisano archiepiscopo.

e Contrarium.] quia si vnum contrariorum est bonum, reliquum est malum. 8. q. 1. sciendum. & 32. dist. hospitiolum.

f Illud.] scilicet quod præstitisti archiepiscopo.

QVintauallis.] Istud est valdè famosum cap. propter materiam arbitrorũ, quæ hic tractatur. Communis diuisio. Secunda ibi Quocirca. Abbas.

CASVS. Filiæ Quintauallis venerunt ad verba cum quibusdam mulieribus alijs, & eis multas iniurias irrogarunt, propter q dictus Quintauallis iurauit stare mandatis illarum: & q tale fecerũt illi sub debito iuramenti, q si aliqñ filij, aut filiæ, aut vxor illi', aliqđ factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis obijcerent, idem Quintauallis filios & filias exhæredaret, & vxorē a se remoueret: Quitauallis recepto tãliquo mandato, significauit hoc dño Papæ, vnde mandat epõ Alatrino, quatenus prædictis mulieribus iniungat, vt mandatũ illud reuocent, cum licitũ fuerit iuramentum, & mãdatũ illicitũ: alioquin denunciet illũ non teneri ad obseruandũ hmôi mandatũ. Not. q cũ aliquis simpliciter iurat parere mãdato alicuius, licitũ debet esse mãdatum: alioquin mãdatum non ligat.

g Iuramentum.] qđ simili modo fuit intelligendum. ff. de seruitu. si cui. & s. eod. veniens. vbi de hoc.

a Dummodo hæc.] sed nunquid possit in causa appellationis proponere aliam causam, quam non expressit in appellatiõe? Videtur quod sic, supra eodem constitutus 2. Item & noua causa potest opponi in causa appellationis: & noua instrumenta, & allegationes, supra de fide instrumentor. cum Ioannes. ff. de appel. si quis. supra de test. ita te͂nicatis, & C. de te͂po. appel. per hanc. & supra vt lit. non contesta. accedens. Sed contra videtur expressum, supra eodem vt debitus. vbi dicitur, quod qui appellat, causam appellationis ꝓpter quam appellat, debet allegare coram iudice. & hic expresse idem dicit littera ista, dummodò hæc in appellationis causa expressa fuerint. & infra capit. proximo. Super hoc ita distingue: aut appellatur a grauamine ante sententiam diffinitiuam, aut a sententia diffinitiua. Si a grauamine ante sententiam: tunc necesse est allegare coram iudice appellationis causam sui grauaminis, talem quæ si esset probata, esset legitima, vel quæ esset expressa in iure: & tunc in causa appellationis non potest aliam allegare, ut hic dicit, & supra eodem vt debitus. Et est ratio, quia non appellatur nisi a grauamine, sed propter hanc causam, quam vult de nouo proponere coram iudice appellationis, non grauabatur, nec propter hoc appellauit: & iudex appellationis cognoscere debet tantum super eo pro quo appellauit. & Papa semper ita rescribit in appellationibus ante sententiam, si est ita. Si verò 2 aliquis appellat à diffinitiua, tunc non est necesse aliquam causam allegare cum appellat, sed sufficit dicere appello ab iniqua sententia. 2 & tunc in causa appellationis potest opponere nouam causam, & noua instrumen-

post appellationẽ eorum factum est (dummodo[a] hæc in appellatione ipsa expressa fuerint) nuncietis irritum, & inane.

¶ Idem Decano, & Thesaurario, & P. sancti Petri Canonico Zamoreñ.

¶ Non sufficit appellanti docere quod exceptionem legitimam & veram opposuit, & appellauit, nisi doceat propter exceptionem non admissam appellasse, hoc dicit, & est casus notabilis, & quotidianus.

CAP. LXIII.

Dilecto filio G. capellano nostro D. presbytero, & L. Capituli Salamantini procuratori a nobis auditore concesso, procurator Capituli proposuit coram eo, quod cum dictus presbyter super receptione sua in Salamantina ecclesia executorias a nobis ad archidiaconum Ciuitateñ. & collegas eius, litteras impetrasset, coram eis fuit ex parte Capituli allegatum, quod cum in ipsa sit ecclesia certus numerus Canonicorũ, iuramento firmatus, de quo in litteris ad eos directis mentio non fiebant, per eas non debebant contra ipsos procedere: & ne aliter facerent, fuit ad nostram audientiam appellatũ: & infra. Quoniam igitur & si per confessionem presbyteri factam coram auditore prædicto, constiterit, Salamantinam ecclesiam habere certum numerum Canonicorum, iuramento firmatum: & huiusmodi exceptionem coram executorib. fuisse propositam, & quod appellatum extiterit ab eisdem: quia tamen non constitit, quod propter exceptionẽ huiusmodi non admissam, aliamve legitimam fuerit appellatum; Mandamus, quatenus si vobis constiterit

ta & sic loquitur supra de fide instru. cum Ioannes. & 1. tio. & per hanc decre. illa supra eo. constitutis. specialiter intelligitur in causa electionis, vt ibi dicitur. Et de cet. illam, accedens. intellige vt ibi dicitur. Item in alijs appellationibus extra iudicium 3 faciendis exprimenda est causa propter quam appellatur, j. de ijs quæ fiũt a ma. par. cap. c. 1. & supra eod. Ionæ. & sup. de electio. cum nobis. & supra eod. dilectis. & in scriptis proponenda est: alias reputabitur nõ appellans, in decre. Innoc. 4. cordi nobis est. eo. ti. [lib. 6.]

Dilecto.] Primò ponit factum coram auditore narratum. Secundò cõmittit causam, & ꝓmittit quare, ibi, quoniam. Ablas. CASVS. D. presbyter obtinuit litteras a domino Papa super receptione sua in Salamantina ecclesia ad quosdam executores: coram quibus fuit ex parte capituli Salamantini propositum, quòd cum in Salamantina ecclesia certus esset canonicorum numerus iuramẽto firmatus, de quo in litteris directis ad eos mentio non fiebat, non debebãt per eas procedere contra Capitulum Salamantinum, & ne secus facerent, sedem Apost. appellauit, sed executores huiusmodi appellatione contẽpta tulerunt excommunicationis sententiam in episcopum, & Capitulum Salamantinum: vnde tam procurator capituli, quam dictus sacerdos coram auditore confessus fuit, quod in ecclesia Salamantina certus erat canonicorum numerus institutus. Sed quia licet per confessionem presbyteri constiterit Salamantinam ecclesiam centum canonicorum numerum habuisse iuramento firmatũ, & huiusmodi exceptionem coram executoribus fuisse propositam, & quod appellatum extiterit ab eisdem, tamen non constitit Papæ, quod per huiusmodi exceptionem non admissam, vel aliam legitimam fuerit appellatum: Mandat Papa quibusdam iudicibus quatenus si constiterit exceptionem præfatam de certo numero canonicorum iuramento firmatam, vel alias exceptiones legitimas fuisse propositas coram executoribus prædictis, nec admissas, & ideò partem capituli appellasse, processum ipsorum executorũm denunciẽt irritum & inanem. Nota exceptionem de certo canonicorum numero iuramento firmato legitimam esse. Itẽ nõ sufficit ꝓponere exceptionem legitimam, nisi propter eam non admissam fuerit appellatum.

[Glo. seq. iustificat appellationis causam. secundo, circa textum repetit tria.]

3 De appellationib. extraiudicialibus in causis electionum, dic ut j. de elec. vt circa lib. 6. & clẽ. eo. ti. constõnem. Io. An.

a Propositas coram ipsis.] sic patet, quod cã propter quã appellatur, proponenda est coram iudice à quo appellatur: & sic fuit causa ista legitima: quia non est verisimile, quod Papa ex certa scientia mandasset illum recipi contra iuramenta canonicorum: immò vt Papa circumuentus, sup. de rescri. constitutus, in parte decisa. Idē esset etiam si statutũ canonicorum cõfirmatum fuisset solũmodo per sedem Apost. sine iuram. & de cõsti. cum accessissent. & arg. de priui. ex parte. & s. de rescri. cum ordinem. Item patet hic, quod licet exceptio et legitima proposita nõ admittatur: si nõ sit appellatum p. p. ipsam, licet appellatũ sit, nõ det retractari prætextu illius exceptionis quod factum est: quia sola contra ius litigatoris bene tenet, a qua nõ ẽ appellatũ, licet non teneat contra ius cõstõnis lata s. ut. prox. cum inter vos. & 2. q. 6. c. et qui. §. diffinitiua. versi. item si sñia C. quæ prouoca. non est necess. l. 2. & ff. quæ senten. sine app. rescin. l. 1. §. 1. Item ex hoc patet, quod si quis appellat a grauamine, non tñ exprimit eũm illã in appone p. p. quod appellauit, sed aliã, illã proseq. nõ pot: quia propter illã non appellauit. de hoc dictũ est s. c. prox. Itẽ vt quòd in cã appellationis sufficiat probare causam probabilem fuisse propositam coram iudice a quo appellauit, & non admissam: sed hoc intelligẽdum est secundum quod dicitur eo. interposita.

Immò vt idẽ in numero statuto, licet iuratum nõ sit cõfirmatus, & de hoc in pall. decre. constitutus. in fin. gl. Io. Andr.

prætatam exceptionem huiusmodi de certo canonicorum numero iuramento firmato, vel alias legitimas exceptiones fuisse propositas corã ipsis[a] executorib. nec admissas, ac ideo partem Capituli appellasse: ipsorum executorum processum denũcietis irritum & inanem.

al. Melden.

¶ Idem sancti Andreę Archidiacono, & magistro I. canonico de Melteñ. †

¶ *Appellans, qui terminum appellationi præfigit, si mittit procuratorem ad impetrandum & contradicendũ tantum, & appellatio fuit recepta à iudice, vel approbata à parte: aduersario legitimè prosequente, condemnatur in expensis. hoc dicit secundum communem intellectum, licet glossa aliud senserit.*

CAP. LXIIII.

Nicolao † militi ac † fratri E. monacho monasterij S. Mariæ, sancti Adriani diaconum Cardinalem concessimus auditorem: in cuius præsẽtia cũ dictus monachus, non nisi ad impetrandũ & contradicendum procurator fuerit institutus, supplicauit humiliter idem miles, vt contra ipsos tanquam † contumaces procedere deberemus: & infra. ¶ Mandamus quatenus si uobis constiterit, dictos abbatẽ & conuentum appellationi[b] suæ terminum præfixisse: cum ad prosequendam eandẽ sufficiẽtem procuratorẽ nõ miserint: memorato milite ipsam personaliter prosequente, ipsos ad restituendas expensas a tpe[c] appellationis factas eidẽ militi condemnetis.

† De materia huius decretalis, quatenus agit de insufficienti procuratore, vide notata per Bal. in l. fi. C. de ędil. action. adde c. his q. de procurat. lib. 6.

† al. ita, ac fratri G. monacho monasterij sanctæ Marię. Sancti Adriani, &c.

¶ Idem episcopo Mantiñ. & P. Canonico Tuscañ.

¶ *Ab eadem sententia ab eo de terrio appellare non licet.*

Nicolao militi.] Diuiditur. Primò ponit dationem auditoris, & petitionem appellantis. Secundò dat iudices ibi, Mandamus. Abb. Siculus.

CASVS. Abbas & conuentus monasterij S. Mariæ, litigabant cum Nicolao milite super quibusdam qõnibus Monachi appellauerunt ad sedem Apost. & appellationi suę terminũ præfixerunt, propter quod tam miles, quàm procurator monachorum ad curiã accesserunt: datus fuit eis auditor, in cuius præsentia proposuit idem miles, quod cũ procurator monachorũ non nisi ad impetrandũ, & contradicendum fuerit institutus, sufficienter ad causã tractandã non miserunt, eo ipsam personaliter prosequente: vnde petebat eos sibi condemnari in expensis, tanquam contumaces, vnde mandat Papa, quatenus si cõstiterit abbatẽ & monachos appellationi suæ terminũ præfixisse quia sufficientem procuratorem ad prosequendam eidem cãm non miserunt, ipso milite causam personaliter prosequente, monachos condemnet ad restituendas expensas a tpe appellationis factas militi memorato. No. quod ille qui appellat, si terminum præfixit suæ appellationi, & a iudice vel aduersario appellatio fuerit approbata, tenetur mittere procuratorem sufficientem ad totã causam, alias in expensis condemnabitur altera parte causam personaliter prosequente, vt hic dicitur.

[Glo. seq. distinguit an fuerit vel non, terminus appellationi præfixus ab homine, & remittit.]

b Appellationi.] potest enim quis appellationi suæ statuere terminum ad ipsam prosequendam. s. eo. personas. & c. oblatę. & si talis appellatio a iudice, vel aduersario fuerit probata: tunc appellans tenetur prosequi cãm per sufficientem procuratorẽ ad cãm, parte altera eã prosequente: aliàs in expensis appellator condemnabitur, vt hic dicit; & idem intellige in diffinitiua, vt cum appellans statuit terminum ad prosequendã appellationẽ suam, tenetur appellãs mittere sufficienter ad cãm tuiñ defendendã: aliàs procedetur ad cõfirmandã, vel infirmandam sñiam, etiam altera parte non prosequente, vt s. de renon. veniens.[2] Si verò appellans non præfixit terminum appellationi suæ prosequẽdæ: nec a iudice, nec ab aduersario appellatio fuit approbata, tunc sufficit appellanti mittere procuratorẽ ad impetrandum, & contradicendum, altera parte et prosequente. eo. tit. interposita. §. 1. ad hoc facit eo. ti. cordi. [li. 6.] vbi dicit si appellatus voluerit prosequi, quia approbat appellationem. & sic idem vterque tenetur mittere sufficientem, vt ibi dicit. Sed si appellatus noluerit prosequi appellationem, qui eam non approbat, tunc sufficit appellanti mittere simplicem nuncium ad impetrandum & contradicendum à contrario sensu horum verborum, si appellatus voluerit. & ita hęc decret. & illa interposita. §. primo, loquuntur diuerso casu, & non contrarię. Et nota, quòd terminus statutus ad prosequendam appellationem a iudice, vel ab aduersario, vicem obtinet peremptorij. s. eodem sæpè. De hac materia plenè not. sup. de renun. veniens. in glo. quæ incipit, sed non videtur. Ber.

ADDITIO. Miles iste approbauit appellationem, vel etiam iudex, quod patet ex eo quod eam lait personaliter prosecutus, alias stabitur illi decre. eod. interposita. & sic corrigitur ista in hoc. si verò appellatio nec a iudice, nec ab aduersario fuerit approbata: tunc appellans potest simpliciter constituere procuratorem ad impetrandum & contradicendum, licet pars altera eam sufficienter prosequi sit parata. eod. interposita. §. primo.

c A tempore appellationis factas.] quia ex tunc fuit contumax, ex quo non misit sufficientem procuratorẽ, quia extunc uidetur citatus ad causam. simile sup. de eo lo & contumacia, cum dilecti, & sup. eod. reprehensibilis. & cap. sæpè.

2 Sed glossa...

† al. ...

Sua nobis.] Diuiditur. Primò ponit querelam appellati. Secundò sententiam auditoris, ibi, Cumque. Tertiò inhibitionem factã iudicibus appellationis: ibi, Nos. Abbas.

CASVS. Inter R. tutorem filiorũ B. ciuis Tuscañ. ex vna parte, & F. pro se, & P. tutorem quõdam filij B. ex altera, sup quadam summa pecuniæ corã iudice Tuscañ. q̃ vertebatur. idem iudex ꝓ eodẽ R. diffinitiuã tulit sniam, à qua sñtẽtia fuit appellatũ, q̃ bis ꝑ iudices delegatos fuit ꝯfirmata, & iterum tertio fuit appellatũ, & cõmissio facta: tandem ad Papam delata est q̃stio, auditor sup hoc interlocutus fuit par tẽ alterã non potuisse tertio appellare. mandat Papa tertio iudici appellationis, q̃d in causa illa vlterius nõ procedat. Nota quòd tertiò nõ est appellandum à diffinitiua sententia.

CAP. LXV.

Sua † nobis R. tutor filiorum quondam B. ciuis Tuscã. † petitione mõstrauit, ꝙ cum inter ipsũ ex vna parte, & F. ꝓ se ac P. tutorẽ quondam filij B. ex altera, super quadam summa pecuniæ corã iudice Tuscañ. † quæstio verteretur, idem diffinitiuam pro eodem R. sententiam promulgauit: quæ bis fuit per iudices delegatos à sede Apostolica confirmata: † & infra. Sed pars altera, quæ semel & iterũ [a] appellauerat, tertiò vocem appellationis ad nos emittens P. & eius collegæ cognitionem ipsius sententiæ à nobis obtinuit delegari, & infra. ¶ Cumque R. sanctæ Mariæ in Cosmed. diaconus Cardinalis super appellatione tertiò ad nos emissa, vtrique parti à nobis datus auditor, interlocutus fuerit, illos non potuisse de iure tertiò appellare, [b] Nos prędicto P. & eius collegę dedimus in mandatis, vt in negotio ipso nequaquam procedere attentarent.

¶ Idem magistro O. archi. & offi. Lemoñ.

¶ *Appellatio omisso medio iudice interposita, causam non deuoluit exceptione opposita. h. d. secundum communem intellectum.*

CAP. LXVI.

iij Dilecti filij Prior & conuentus de Latu Rubeo † transmissa nobis petitione mõstrarũt, [c] & infr. † Ex parte dictorũ Prioris & conuentus fuit excipiendo propositum, quod cum omisso diœcesano episcopo, fuisset ad archiepiscopum † appellatum, ad quã gradatim fuerat appellandum, in causa ipsa de iure procedere nõ debebat. Sed quia officialis archiepiscopi huiusmodi exceptionem admittere denegabat, ipsi ad nostram audientiam appellarunt, & infra. Quocirca mandamus, quatenus, sententia post huiusmodi [d]

a Iterũ.] hæc vox, iterũ duas res significat: & exponitur iterum, i. quoties opus erit. ff. d. cdẽ. veluti. 2.

[Gloss. seq. signat cõtrarium, & soluit. Item aliud contrarium, & soluit.]

b Tertiò appellare.] bene interlocutus fuit, vt 2. q. 6. si quis in quacunq;. & C. ne li. in vna eadẽque cã ter. appell. l. vnica. Ex hoc & in ꝑdictis iuribus patet, ꝙ nõ licet ter appellare. Sed cõtra vr 2. q. 6. quoties. vbi dr: quoties putauerint se grauari, ad Romanam Sedem appellent. vt 3. quæst. 6. pulsatus. Sed hic quoties, i. secundò, & non vltra in diffinitiua sententia, siue super eo. cap. sic sup. eod. directæ. vbi de hoc: & sic illud quoties restringitur: verbum enim generale sæpè restringitur. 18. dist. placuit. 75. distin. quod die. in fi. & 12. q. 2. sine exceptione, in prin. & sup. de rescrip. sedes. Item arg. cõtra. 31. q. 2. Lotharius. vbi dicitur, quòd Teberga ter appellauit. sed exponi cõsueuit, ter appellauit, i. ter vocem appellationis emisit dicendo, ter appello. Ber.

iij Dilecti filij.] De subdito uel delegato episcopi ad archiepiscopum appellare nõ licet. h. d. Primo ponit querelam appellantis, qui secundo dat iudicem: ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. Inter priorem & conuentũ de Lacu Rubeo, & F. militem coram magistro A. ex delegatione ordinarij q̃õ vertebatur. idẽ miles Bituriceñ. archiepm appellauit: Tandem partes comparuerunt in ꝑsentia officialis archiepi Bituriceñ. corã quo ex parte Prioris fuit excipiendo propositum, ꝙ cum omisso diœcesano epõ fuisset ad archiepm appellatum, ad quem gradatim debebat appellari, in causa ipsa procedere nõ debebat: Sed quia hanc exceptionem admittere denegauit, Prior ad sedem Apostolicam appellauit: sed officialis non obstante appellatione tulit sniam suspensionis, & interdicti in priorem & conuentum ꝑdictus: Mandat Papa quibusdam, quatenus snias illas post hmõi appellationẽ promulgatas denunciẽt nullas esse. Nota ꝙ gradatim est appellãdũ nullo medio omisso: nisi q̃s ad Papã voluerit appellare. Itẽ snia lata post appellationẽ nõ tenet.

c Monstrarunt.] ex vna parte, & quendam militem Clarmonteñ. diœcesis ex altera, super quodã nemore.

[Glos. seq. alleg. 4. concor. in contrariũ alleg. duas decre. & vnam l. Ad decre. dupliciter respõdet. Ad l. aliter. Demum ponit ius nouũ, & quidam falsam opi. circa appellationes interponendas ab officialibus, ꝑ quod iterũ obijcit, & soluit.]

d Post huiusmodi appellationem.] ex hoc patet, ꝙ gradatim est appellandũ. arg. 2. q. 7. metropolitano. & q. 6 anteriorũ. § illo videlicet. & j. de offi. de leg. super quõnum, §. porrò. & ff. de app. Imperatores. C. de app. ꝑcipimus. ff. q̃s & à q̃bus appel. l. 1. r. rñ. Sed s̃ j. de ꝑben. referente. vbi appellatũ fuit ad archiepm omisso epõ. & ff. quis & à quo ap. l. j. §. 1. & j. de no. ope. nũ. significãtibus, vbi omittitur medius: & melius, dicas ꝙ gradatim est appellandum de iure: secundum canones tñ si omittatur medius, & non opponatur exceptio corã isto superiore, bene valet [a] quod per ipsum fit. sic intelliguntur prædictæ decr. referente. & significantib. Vel forte illud obtinet de cõsuetudine ꝑscripta, vt ad illos archiepos appelletur omissis medijs. Si verò opponat exceptio, non ualet quod postea fit, si ꝑꝑ hoc appellet, si consuetudo non obstat. & ita intellige quod hic dr. Sed lex ista, ff. quis & a quo. l. 1. §. 1. multũ contradicit: quia dr ꝙ generaliter dẽt appellari ad primum delegantẽ, & non ad illum qui delegauit. Sed intellige legem illam in subdelegatis, ut si appellat ab aliquo subdelegato cui commissa fuit tota causa: à delegato ad uniuersitatem causarũ appellari debet ad primum delegantẽ, & sic intellige legem illam secundum illam decret. sup quæstionum. §. porrò. Sed si appelletur a delegato tantum, siue sit delegatus ad uniuersitatem causarũ, siue sit delegatus ad unam causam tantum, semper de iure appellandum est ad suum delegantem, & sic intellige quod dicit hic. & in l. prædi. ff. quis & à quo appel. l. 1. alia

Marginalia: quid si de diffi. omissis in... ; a Cũ glossa sentiunt Innoc. & Host. vt bene adnotauit hic Io. And. ꝙquid dicat archidiaconus in c. si delegatus. de off. de legati, lib. 6.; † Rubeo; † De hac materia vide Zanchinum trac. de her. c. 29.

illæ verò leges loquuntur in ordinarijs, & c. metropolitanum. illud generale est, q ad Papam potest appellari, omisso medio propter plenitudinem potestatis. 2. q. 6. quoties ad Romanam. & in pluribus alijs cap. illidem: quia per simplicem querelam potest Papa adiri, cum ipse sit iudex ordinarius singulorũ. 9. q. 3. cuncta. & c. principalem, nisi in casu illius decr. sup quæstionum, § porro. Et sic omnia plana sunt. De appellationib. interpositis ab officialib. episcoporum vel archidiaconorum, vel aliorũ inferiorum dicas, q cum idem sit auditorium, siue curia eporum, & eorũ officialiũ: si appellatur ab officialib. episcoporum, appellandũ est ad archiepiscopũ de iure non ad epm: & si appellatur ab archidiacono vel eius officiali, appellandũ est ad epm & nõ ad archiepiscopum. tñ si est consuetudo, q appelletur ab archidiacono, vel eius officiali ad archiepiscopũ omisso epo valet appellatio. & hoc totum hab. s in quadam decr. Innoc. iiij. eod. tit. quæ incipit, Romana. (lib. 6.) Et idem credo, q si consuetudo sit q appelletur ab officiali epi ad epm, q teneat appellatio, non obstante quod dr in illa decre. Romana. ne a seipsis ad eosdem videatur appellatum. 19. dist. multis. vbi appellatur ab aliquo ad seipsum cum alijs, i. ab archiepiscopo ad Synodum, ubi ipse est tanquam caput. & est simile ff. qñ appell. sit, l. 1. § solet. vbi appellatur ab ordine & præside ad ipsum præsidem. ɪ Et decret. prædic. referente. & significantibus. loquuntur de consuetudine, cum illa decret. Romana. quia ibi admittitur appellatio ab archidiacono ad archiepm omisso epo, & hic non tenet. Sed hæc decretalis vr ɔtra prædictis tribus decret. vbi tenet appellatio omisso epo, & hic non tenet. Sed tu dicas, quòd debuit hic appellari ad epm, & non ad archiepm: quia hic non fuit appellatũ ab officiali epi, sed à quodam magistro R. canonico Claremontis, cui eps specialiter cãm commiserat, qui non erat de curia diœcesani epi: & ideo ad epm q cõmisit cãm, gradatim fuerat appellandum: & hæc hñr in antiqua decretali in parte decisa. Bern.

ADDITIO. Et dicas contra opinio. Bern. q consuetudo non valet, q appelletur de officiali episcopi ad ipsum episcopum, cum sit idem auditorium vtriusq; patet in c. non putamus. de consuet. lib. 6.

EX parte M.) diuiditur, quia in prima parte ponitur appellantis querela, in secunda dat iudices: ibi, Ideoque mandamus. Abb. Sicu.

CASVS. Quędam mulier noie filiorum suorum impetrauit litteras cõtra quandã aliam mulierẽ M. noie, sup quibusdam terris ad quosdam iudices delegatos: coram quibus dicta M. excipiendo ɸposuit, q cum res de quibus in iudicio agebatur, & pdcti filij sub suo potestate ac tutela ipsius non essent, cum iam ad secunda vota transisset, sup his rñdere nullatenus tenebatur eidẽ in nomine filiorum suorum, quorum desierat esse tutrix: & quia iudices hanc exceptionem non admittebant, sed respondere compellebant eandem, ipsa sedem Apostolicã appellauit: vnde mandat Papa, quatenus si est ita, reuocato in irritũ quicquid post appellationẽ iudices inuenerint attentatũ, auditis postmodũ hincinde propositis. Not. q q̃ cito mater tutrix filiorũ suorum ad secunda vota transit, finitur tutela, nec potest postea pro filijs conueniri. Item quicquid fit post legitimã appellationem, in irritum debet reuocari.

appellationem latas (in eos †) denuncietis penitus non tenere.

¶ Gregorius ix. magistro † scholarium H. & G. de Rupe, canonicis sancti Audoniani, Morinen. diœcesis.

¶ Si is qui desiit esse tutor, nomine pupilli conuenitur inuitus, poterit appellare.

CAP. LXVII.

ij EX † parte M. dominę de Colb. † nobis fuit oblata querela, q cũ nobilis mulier domina de Bellebron. † super quibusdã terris ipsam noie filiorum suorum corã iudicibus auctoritate nostra traxisset in causam, eadem in iudicium ipsorum excipi fecit præsentia, quòd cum res de quibus in iudicio agebatur, & prædicti filij eius sub ptãte, a & tutela ipsius minimè permanerent, cum iam ad secunda vota transisset: f super his ei nõ tenebatur ipsorum nomine, quorũ tutrix esse desierat, respõdere. Sed quia dicti iudices hac exceptione neglecta, nihilo minus ad hoc cõpellebãt eandẽ, ipsa sentiens se grauari, nostram audientiam appellauit. Ideoque mandamus, quatenus si ita est, reuocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inueneritis attentatũ, auditis hincinde proposita, & cętera.

¶ Idem magistro, & fratribus domus Morinen.

¶ Si iudex de iure dubitans vult consulere superiorem, debet consultationis copiã partibus edere, aliàs eius verbis consultationis fides non adhibetur.

a Sub potestate, & tutela.] Filius nõ dr esse in potestate matris, sed patris quãtũ ad ius patriæ potestatis. Insti. de pat. potestate. §. ius aũt. quia filius familiæ patris sequitur, & nõ matris. Insti. de l. agn. tut. § j. &] de excusatione in fidel. col. sed per officium tutelæ bene residet filius in potestatẽ matris. Illud tñ regulariter est verum, q fœmina tutrix esse non põt: q virile officium est. C. quando mulier tutoris officio fungi potest, l. 1. & ff. de reg. iuris. l. 2. & ff. de arbit. dilecti. nisi a principe tutelam impetraret, vt ff. de tute. l. ult. tamen si mater maior est. & nullus tutor legitimus sit, uel datus non sit impuberi in testamento, vel si sit excusatus, potest repetere tutelam filij. Et ipsa iurabit quòd ipsa non transibit ad secundas nuptias, & renunciet Velleiano sub hypotheca rerum suarum. C. quando mulier tutoris officio fungi potest. l. 2. & 3. olim sic obseruabatur. Hodie tamen per Authen. præfertur mater omnibus tutoribus legitimis & datiuis, sed non testamentarijs, renunciando simplici verbo secundis nuptijs, & non per iuramentum, & Velleiano, & omni alio auxilio, vt si obligauerit se pro pupillo, non iuuetur. C. quando mulier tutoris officio fungi potest. Authen. ma. & auiæ. & in Authen. de hæred. ab intestato veni. § et his. coll. 9. & in Authen. vt matres sine prohibitione tute. gerant. § quia verò. coll. 7. & C. quando mulier tutoris officio. Authentica sacramentum. & quàm cito ad secundum matrimonium a cõuolauerit, soluta est 3 tutela, quasi mortua esset, vt dicto § quia verò. Et ita patet, quod mulier ista bene excipiebat, quia tutrix esse desierat transeundo ad secundas nuptias. Item si transeat ad secundas nuptias non reddita ratione tutelæ, omnia bona sua & mariti secundi, tacitè sunt filijs obligata, C. in quibus causis tacitè pignus contraha. l. si mater. & in Authen. de nuptijs. coll. 4. §. si ante tutelam. Item in principio debet facere inuentarium & satisdare rem pupilli saluam fore, vt in Authen. vt mat. sine prohi. §. ule. colla. 7. Bern.

† Hæc duo verba: si eos, desunt in aliquot antiqs.

† In codice Barbatiæ ita: magistro scholarũ H. & G. de Rupe canonico S. Adriani Morinen. diœc.

† De materia vide luculenter per Bal. § nos autem. Inst. de Attil. tutor.

† Colester.

† Bremion.

ɪ Simile inf. eo. c. pen. lib. 6. dicebat l. de offic. ord. irrefragabili, legem illam intelligendam, qñ præses sedet cum ordine, non quasi vnus ex ordine præsid. cõcilium & auctoritatẽ præbendo facto ordinis, uel qñ præses nõ concor. cum ordine. hæc decisio parũ valet, sed totũ intellige iuxta distin. pdi. decret. pe. Ioan.

Inuitus

INtimasti.] Exemplū relationis debet partibus edi antequā fiat relatio. Et facit hoc c. ad secundā partem rubricæ. Et pro intellectu præmitte, quòd licet ex multis causis Papa impugnaret relationem factā per iudices, inter alias adiecit istā causam, de qua in tex. ideò dicit in tex Prę terea. Abbas.

CAP. LXVIII.

INtimasti: † & infra. ¶ Præterea, hospitalarijs ignorātibus, & non facta eis copia de inquisitionis[a] processu, ad nos relationem transmisisse noscuntur: cum iuxta legitimas sanctiones, quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exemplum edere teneatur.

¶ Idem archiepiscopo, archidiacono, & G. canonico Turonen.

¶ Si autē litem contestatam circa principale negotiū iudex aliquid innouat, vel diē assignatam sine causa præuenit, licitè appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione non seruauit formam mandati, auditur appellās etiam post annum.

CAP. LXIX.

SIgnificante † Aurelian. episcopo, nos noueritis accepisse, ꝙ cum decanus & Capitulum Magdunen. ipsum, super eo ꝙ dicebant, alibi quàm in stallis decani & Capituli prædictorū, carnifices carnes vendere non debere, † coram iudicib. auctoritate Apostolica conuenissent: petētibus tandē decano & capitulo nominatis † iudicum officium implorando, vt cum idē episcopus post citationem[b] carnes in stallis alijs vēdi fecisset: quod per eū super hoc factum fuerat, in statum pristinū reuocarēt; pro parte ipsius fuit propositum, quod cum lis præsertim[c] non fuisset super negotio cōtestata, locū imploratio huiusmodi nō habebat; adijciens quod cum de consensu partium coram dictis iudicibus ad litigandum super eo negotio certus

CASVS. Dñs Papa mādauit inquisitionem fieri ꝯ quosdā hospitalarios; facta inquisitione Inquisitores ignorantibus hospitalarijs trāsmiserunt relationē ad dnm Papā, nulla eis copia facta de inquisitionis processu: dicit Papa, ꝙ nō rectè processerut, cū s̄m leges quoties iudex dicit se velle referre negotiū ad superiori, statim tenet̄ dare litigatoribus exemplum cōsultationis. Not. ꝙ relatio non debet fieri ad superiorē partibus ignorantibus, sed debet eis dari exemplum consultationis.

[Glo. seq. reci. per q. an liceat iudici indifferēter referre solūit distinguendo dubium iuris & facti.]

a De inquisitionis.] hic processū fuit super excessibus istorū prælatorum puniendis in modum inquisitionis, & ideò siue causa sit criminalis, siue ciuilis, potest iudex referre causā superiori, si iudex dubitat qualiter in eā debeat iudicare: talis relatio approbatur. Si verò vult euitare onus iudicandi, tunc nō debet admitti relatio. in Auth. de iudi. §. vlt. colla. 6. ff. de iudi. eum quem temere. §. 1. de iure quæri debet, & nō de facto, vt ibi dicit: quia non crimina, sed vindicta potius ad nos debuit peruenire. C. de offic. præfect. ori. l. j in fi. & 17. q. 1. si custos. & c. si homo. si verò iudex dubitat de iure, & vult referre negotium superiori, exemplum consultationis illico tenetur edere partibus, vt si fortè minus plenè referat, vel ꝯrium q̃ debeat, vel in præiudicium alterius partis, partes contradicere possunt & appellare. 1 C. de rela. l. 1. & 2. & hic. Si autē tunc non appellauerit, postea cum princeps rescripserit, non poterit appellare. 2. q. 6. c. biduum. in fi. quia approbasse videtur relationem, vt ibi, & ff. quando app. sit. l. 1. §. 1. respon. & quia hospitalarijs ignorantibus relatio facta fuit, non tenuit relatio: quia exemplum relationis ostendi debet litigatoribus, vt dicunt leges prædictæ, de quibus hic fit mentio. Ber.

SIgnificante.] Primo ponitur appellantis narratio. In secunda causæ commissio: ibi, Ideóque, Abbas.

CASVS. Decanus & Capitulum Magdun. impetrauerunt litteras contra episcopū Aurelian. ad quosdam iudices, super eo ꝙ dicebat capitulū, carnifices non debere vendere carnes alibi q̃ in stallis decani & capituli Magdunen. super quo iure episcopus molestabat capitulum prædictum: partibus in præsentia iudicum constitutis, datus fuit terminus de consensu partium ad litigandum super ipso negotio pendente dilatione petebant decanus & capitulū implorando iudicū officium, vt cum idem eps post citationem carnes vendi fecisset in stallis alijs, qd ꝑ ipsum episcopum factum erat in statū pristinum reuocarent: Ex parte episcopi fuit ꝓpositum, quòd cū lis nō fuerit contestata super negotio principali, iudicum imploratio locum non habeat: adijciebat insuper quòd cū de consensu partium ad litigādū terminus certus datus esset, & quantum ad diē illam solutum fuisset iudicium eorūdem, iudices diem datā poterant præuenire, nisi id fieret de consensu partium, nec audire partē aduersam in tali imploratione: & quia super his nō audiebit episcopum, sedem Apostolicā appellauit: & dictus episcopus infra annum nūcium procuratorem suum ad appellationē ꝓsequādā destinauit, & contra inhibitionem ipsius epi dict⁹ procurator sup hoc ad quosdam iudices sibi certa rōne suspectos litteras ipetrauit, sed noluit vti litteris sic obtentis, & sic annus elapsus fuit: vnde eps Aurelian. hæc omnia significauit dño Papæ, petens ab ipso non obstante lapsu anni, se ad prosecutionem appellationis admitti: vnde mandat Papa iudicibus quatenus si de huiusmodi prohibitione & de appellatione ex causis præmissis vel earum altera constiterit, reuocato in statum pristinum quicquid post appellationem huiusmodi fuerit attentatum, procedat in negotio iuxta priorum continentiam litterarum. Nota quòd pendente dilatione lite non contestata officium iudicis delegati locum non habet. Item pendente dilatione iudicis officium conquiescit, vt interim nihil facere possit sine cōsensu partium. Item procurator, qui excedit fines mandati, non præiudicat domino & ideo non obstat lapsus anni.

† Vide l. e. & ibi Cyn. C. q̄ sit longa cōsuet.

† innouetur.

b Post citationem.] certe nec ante citationem, nec post debuit eps molestari super possessione carnificij lite pendente, si ipse possidebat, cum capitulum super hoc conueniret episcopum, vnde patet quod erat in possess. de qua nō debuit eijci lite pen. supra, vt lit. pen. c. p. 1. & 2. 16. q. volumus. vndè malè petebat capitulum: vel si capitulum possidebat agens contra episcopum, ne inquietaretur, adhuc non poterat implorare officiū iudi. lite nō contest. vt ĩ. sequitur: quod magis videtur. Ber.

c Præsertim.] idest, & maximè, quia nec post lit. cōtest. debuit ei auferri possessio, si ipse possidebat, sed verius videtur quod capitulum possidebat, vt dixi.

a al. ita supple, maximè.

a Præuenire.] quod facere non poterant: quia pendente dilatione, iudicis officium conquiescit: nisi partes consentiant. C. de dilat. siue pars. ex causa tñ mutatur dilatio quãque ff. de arb. dicere aut. in fi. & arg. de re iudi. qđ tullit. & ĩ. eod cum cessante. arg. & est notabile, quod iudex data dilatione nihil facere possit ante terminum altera parte inuita.

ADDITIO. An parte absenti possit statuere præsente & resistenti terminum ad probandum, & quid de termino lapso, vide in Spec. de dila. §. nunc videamus. ver. sed pone ecce. & duobus versi. seq. Ioan. And.

[Glos. seq. signat contrarium & dupliciter soluit.

b Super his.] nota quod iudices lite non contest. reducere volebant capitulum in pristinum statum vt carnifices non venderent carnes alibi quàm in stallis capituli, quod facere nõ debebant, cum adhuc possent recusari lit. non cõtesta. 3. q. 3. c. induciæ. §. offerat. & ita ante lit. cõtest. iudex delegatus circa principale negotium nihil facere põt. arg. ĩ. de rescr. super litteris. & super eo quod pendente dilatione procedere volebant: qđ facere nõ poterãt: vnde valuit appellatio. arg. contra. ĩ. de offic. iudi. c. 1. in fine. Potest dici quòd illa loquitur in ordinario, cuius iurisdictio fundata est, cuius etiã officium ante litem contestatam & post implorari potest tempore competenti, sed non dilatione pendente aduersario contradicente: vt hic dicit, & C. de dilationibus, siue hic loquitur de delegato, cuius iurisdictio non est firma ante litem contestatam: quare eius officium implorare non potest ante litem contestatam, & maximè dilatione pendente, vt hic patet. Vel verius dicas, quod illa loquitur de alio officio iudicis, quod petitur incidenter ratione minoris vel alterius qui vtitur iure minoris, hic de alio, quod quasi respicit principale factum, quod immutatum est ab aduersario, & quod etiam competeret maiori post litem contestatam coram delegato, sed non ante, nec pendente dilatione, vt dictum est.

1 In hunc locũ vide præ cæteris Ioã. And. quod Hostiensem refellit.

ADDITIO. Vel dic, quòd hic imploratur iudicis officium eo die quo solutum erat iudicium: quia datus erat terminus in quo partes comparere debebant; & interim iudicis officium conquiescit, vt dictum est. C. de dilationibus. si verò. Sed non negatur quin possit implorari officium in termino constituto, quamuis implorari non possit pendente dilatione: sed in contrario petitur officium iudicis, in termino constituto, ad procedendum.

[Glo. seq. obijcit, & soluit dupliciter.]

c De inhibitione.] & sic patet, quod procurator non potest excedere fines mandati, aliàs non nocet dño. C. de procu. si procurator. & ĩ. de offi. dele. cum olim. Si verò simpliciter constitutus fuisset, nulla forma data lite de iudicibus impetrãdis, non posset eos recusare, quos procurator impetrasset. ĩ. de cau. poss. cum olim. & hoc à cõtrario sensu, est de hoc. Sed vt quod non sit amplius audiendus post annũ, & sibi imputet quod talis committit negotia sua, ff. de mino. cum mandato. in fi. agat ergo eps contra procuratorem, vel contra eum quem conuenit procuratorem ipsum. ff. de do. & eleganter. §. sed dolo. hic procurator circumuentor forte non erat soluendo. & ita restituat contra aduersarium. ff. de eo quod fact. erit. l. vlti. & vel auditus fuit ex generali clausula: & qua ex causa est mihi videtur, quod in integrũ restituat. ff quod ... can. mali ... in fi. arg. ĩ. de ... gr. restit. ex litteris: arg. ĩ. de pig. significãte. quatenus circa ipso fuit, bene prosecutus fuit appellationem, & sic auxit episcopus impletis tione. Quod auditur post annum, hoc fuit propter factum procuratoris: quod fuit iusta cã, quare indulgetur beneficium, vt ĩ. eo. cum sit Romana. ex alijs causis præmissis ... nuit appellatio, aut ex altera earum. Et est arg. quod bene plura mandantur coniunctim; quorum alterum per se sufficit, alterum sufficit probare. De hoc dictum est de rescrip. ex parte. Ber.

dies statutus fuisset, & quantum ad illam diem solutũ fuisset iudicium eorundem, præuenire[a] diem ipsum, ac audire partem aduersam in tali imploratione absque cõsensu partiũ non debebant; & quia super his[b] non audiebant eũdem, nostram appellauit audientiam, & licet procuratorem suum infra annum ad huiusmodi appellationem miserit prosequendam: quia tamen dictus procurator (vt creditur) circumuentus, contra inhibitionem ipsius episcopi, nostras super hoc ad quosdã iudices, certa ratione suspectos, litteras impetrauit, dictus episcop⁹ vti noluit litteris sic obtẽtis, petẽs non obstãte lapsu anni, ad prosecutionem appellationis admitti. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si de inhibitione[c] huiusmodi & pmissis causis appellationis, vel earum altera cõstiterit, reuocato in irritum, & cętera. Vsq; ad † attẽtatum in † iam dicto negotio, iuxta priorum continentiam litterarũ, & cætera.

¶ Idem.

¶ *Capitulum famosum, & multũ allegabile & hoc dicit. Ad iustificandam appellationem ex causa interpositam, probare oportet causæ veritatem coram iudice ad quem, nisi fuerit coram iudice à quo oblata probatio & reiecta. hoc dicit singulariter vsque ad §. eidem.*

CAP. LXX.

INterposita † appellatione ex causa pbabili,[d] non sufficit appellãti pbare, qđ ex causa huiusmodi prouocauit, si eã non doceat esse veram[e],

INterposita appellatione.] CASVS. Aliquis coram iudice constitutus, causa probabili assignata, propter quam non tenebatur respondere: quia iudex eam non admisit, appellauit: quæritur vtrum coram iudice appellationis sufficiat hoc probare, scilicet, quod causam probabilem allegauit, coram iudice à quo appellauit, nec fuit admissus? Respondet Papa, quòd non sufficit, nisi causam illam doceat esse veram, nisi coram inferiore obtulerit probaturum, & non fuisset admissus: quia tunc non habet necesse probare causam veram fuisse, sed tantũ probare quod causam probabilem allegauit, quam obtulit se probaturum, nec fuit admissus, & propter hoc appellauit.

d Probabili.] tali, quæ si foret probata, reputaretur legitima. supra eod. vt debitus. & ca. cum speciali. §. 1.

[Glossa sequens alleg. duo similia, & tria contraria.]

e Esse veram.] sim. ĩ. eo. de testi. ex parte Adæ & ĩ. eo. tit. proxi. cum I. & A. 1 At. cõtra. ĩ. de offi. deleg. cum causa. ĩ. eod. vt debitus. & ca. dilecto.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

f Nisi

a Nisi hoc se offerens.] huic verbo signatur contra ĩ. de test. ex parte Adæ. quia ille Adam obtulit se probaturum, nec fuit admissus ante sententiam. & tamen in causa appellationis debet probare causam appellationis veram fuisse. Solue hoc sm quod ibi dixi. ex hoc. n. apparet apertum grauamen, ꝙ oppono causam ꝓbabilem, & eã offero me probaturum, si non admittor. & ideò sufficit hoc ꝓbare in causa appellationis quia hoc ꝓbato, satis probatur grauamen: quia perinde habetur, ac si causa allegata, quã volo probare, esset vera, & me repellerer, secus est cũ simpliciter causam allegat: quia tunc videtur i. quasi malitio sè fecisse: vnde illã causam tenetur probare verã fuisse. arg. §. eo. super eo. §. si autem aduersa. De hac materia plenè dictũ est in decret. ex parte Adæ. & ĩ. de exceptionib. oĩm. B.

EIDEM QVOQVE. Dicitur hic, ꝙ si appellatio non recipiatur à iudice, nec ab aduersario approbatur: licitum est appellanti prosequi causam per procuratorem cõstitutum ad impetrandum & contradicendũ tantũ, licet pars aduersa per se vel per procuratorem idoneũ apud sedem Apostolicam iudicium recipere sit parata.

nisi hoc se offerens a ꝓbaturum non fuisset admissus.

¶ *Si appellatio non fuit recepta à iudice, vel approbata à parte sufficit appellãti mittere procuratorem ad impetrandũ & contradicendum: licet pars appellata sit parata in curia prosequi. hoc dicit vsque ad §. ille denique. Abbas Siculus.*

¶ Eidem b quoq; permittitur, si nõ recipiatur appellatio ei9 à iudice, nec ab aduersario approbet, super ꝓsecutione appellationis per procuratorẽ ad impetrãdum & contradicendum constitutum, litteras impetrare: licet pars altera per se, vel per procuratorẽ idoneum, iudiciũ super hoc apud sedẽ Apostolicam recipere sit parata. c

¶ *Ante inchoatam prosecutionem appellationis appellans potest si vult inuito appellato petere vt remittatur ad iudicem à quo: sed condemnabitur in expensis factis per partem aduersam in illa appellatione. h. d. vsq; ad § sanè. Abbas Siculus.*

¶ Ille † deniquè, qui vocẽ appellationis emisit, cuius nondũ est alij cognitio delegata, ad petitionem d eiusdẽ, ad eum à quo ꝓuocauit, de iure remittitur: contradictione e partis alteri9 nõ obstante: † [est tamen †] in legitimis expensis ad uersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnandus.

¶ *Articulus appellationis interposita à grauamine, discutitur per iudicem ad quem, parte absente per contumaciam, etiam lite non contestata in appellatione vel principali causa. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ Sanè parato aliquo ꝓbare grauamen, propter quod duxerat appellandum, & parte aduersa se contumaciter absentan-

b Eidem.] scilicet appellanti.

c Recipere sit parata.] sibi imputet, quòd non approbauit appellationem, ex quo eam apud Sedem Apost. prosequi voluit. & si appellationem approbasset ipse, vel index: tunc enim tenetur sufficiẽter prosequi; aliàs punitur in expẽsis. suprà eod. Nicolao. Sit ergo cautus qui appellat circa duo: primo, ꝙ cũ appellat ex causa probabili, quòd offerat eam se probaturum: quia in appellatione releuabitur: quia nõ oportet eum probare causam esse veram. Itẽ in alio quòd cum recipitur appellatio à iudice, vel ab aduersario suo, prosequatur causam suam per sufficientem procuratorem ad totam causam, ne condemnetur alteri parti eam prosequenti in expensis.

ADDITIO. Item præfigat terminum appellationi suæ, ne appellatio possit supplantari. supra eod. oblatæ. Item constituat fidelem procuratorem, supra c. proxi. in fi. & j. de pignor. significante. secundum Host. & de his cautelis plenius in Spec. de appell. §. qualiter. vers. in summa. & sequentibus.

ILLE DENIQVE. Aliquis appellauit ad superiorem, coram illo ad quem appellauit, petijt remitti ad eum à quo appellauit, pars altera contradicit: quæritur an debeat remitti; & dicitur quòd sic, non obstante contradictione alterius partis, sed debet condemnari in expensis legitimis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit.

d Ad petitionem eiusdem.] sic supra eod. accepta. aliàs enim non debet causa remitti ad eum à quo est appellatum. C. de appell. eo. & 2. q. 6. c ei qui. §. ab eo. & ĩ. de sent. excom. per tuas.

[Glossa sequens reci. per q. quare non potest resistere appellatus.

e Contradictione partis alterius.] pars appellata cõtradicere non potest: quia non habet iudicem suspectum, qui pro ea tulit sententiam, cum ipsum per hoc approbauerit: vnde ipsum reprobare nõ pot. 4. q. 3. si testes. §. si quis testibus. & in fauorem tantum appellantis statutũ fuit, ꝙ ad eum non remittatur à quo appellauit huic fauori, qui pro eo introducitur, potest renũciare: cum hoc licitum sit cuicunque. C. de pactis, si quis in cõscribendo. ĩ. de regul. ad Apostolicam. condemnatur tamẽ alteri parti in expensis tanq contumax: quia malitiose ipsum traxit in appellãdo ipsum ad Papã: quia perinde est, ac si ipse nõ fuisset prosecutus altero prosequente. ĩ. e. c. reprehensibilis.

SANE. Aliquis appellauit à grauamine coram iudice appellationis paratus est probare grauamen propter quod duxerat appellandum: pars aduersa citata contumaciter se absentat: quæritur quid sit iudici faciendum? Respondet Papa, quòd iudex potest super hoc procedere lite nõ contestata, licet litis contestatio nõdum facta fuerit in articulo appellationis, vel in ipso negotio principali: quia cum in casu illo iniquitas prioris iudicis arguat principaliter, non est rigor iuris requirẽdus, ex quo causæ perplexitas possit sequi. No. in primo responso, quod qui appellat a grauamine, semper adijciat in assignatione causæ, quòd offerat se causam illam probaturum: & sic de veritate causæ quam exposuit, non habebit necesse probare. quod si non fecerit, causam veram probare debebit. Item in secundo responso nota, quòd qui appellat, & eius appellatio a iudice vel ab aduersario approbetur sufficienter, ad totam causam procuratorem mittere debet: alioquin alteri parti eam prosequenti personaliter condemnabitur in expensis. Item in tertio responso no. ꝙ potest quis remitti ad eum à quo appellauit contradicente parte aduersa: sed illi aduersario condemnabitur in expensis. Item in quarto responso no. ꝙ altera parte absente per contumaciam, iudex appellationis potest cognoscere de grauamine. Item vtraque parte præsente, contestatio litis fieri debet huiusmodi exceptionibus.

† Vide Abbatẽ in c. dilectus, il 3. ĩ. de præbẽ. & Angelum in l. si quis libelos, C. eod. tit.

† Vide l. si qs libellos. C. eod. tit.

† Hæc duo verba: est tamen, desunt in antiquis, & in recentioribus magis emendatis.

a Lite non contestata.] hic habes nouum casum, in quo pōt procedi lite non contest. alia habes ī. de offi. iud. c. 2. alij notantur ī. vt lite non conte. quā frequēter. ratio redditur in littera: quia agitur de iniquitate iudicis, non de negotio principali, vel de facto aduersarij: vnde æquū fuit vt de hoc cognoscatur nō obstāte absentia aduersarij. 1 Et ita colligit ex hac lra à 𝔠. rio si iusti esset ī sēs, ꝙ super exceptione deberet lis cōtestari, qđ verum credo, et not. ī. de off. d. leg. prudentiam. §. sexta.

[Glo. seq. arguit, & declarat]

b Rigor iuris.] argumētū ꝙ in negotijs ecclesiasticis rigor iuris non sit seruandus, sed potius æquitas. sic ī. de dolo & contu. c. 1. & ī. de restit. spol. sępe. & ī. de iud. dilecti. Rigor est vt nō procedatur lite non cōtest. talis rigor in hoc casu nō est seruādus, cū principaliter agat de iniquitate iudicis, sed ī alijs causis, vbi agiī pricipaliter de iniquitate aduersarij, ꝑꝑ ipsius contumaciam ponēdus est actor in possessionē causa rei seruandæ, vel excommunicandus. hoc nō debet fieri in hoc casu: quia de iniquitate iudicis agitur, sed propter hoc pars puniri non debet, vnde si non posset cognosci de hoc grauamine lit. non contest. esset quasi quædam perplexitas: quia cum non constet adhuc vtrum appellatio sit legitima, non potest se intromittere de principali quæstione: in quo casu tantum & non ante habet iurisdictionē super principali. quare non potest procedere in principali, nec pœnam imponere aduersario, cum ipse non peccauerit: & si puniret illum, faceret contra conscientiam: sed propter contumaciam videtur puniendus. Et ideò vt hæc perplexitas euitetur, potest iudex cognoscere de hoc grauamine lite non contesta. i. de iniquitate iudicis: probato verò grauamine, reuocabitur grauamen, & postea iudex citabit absentem: & si citatus non venerit, propter ipsius contumaciā procedetur contra ipsum. 2 & sic nulla perplexitas est. Si verò appellatio non valuit: remittatur ad illum a quo appellauit.

1 Concor. Auth. et qui, & ibi Barto. C. de temp. appel.

¶ Vide tradita per Iasonem & alios in l. si idem, § si. ff. de iurisd. om. iud. & in l. j. C. de lib. praete. & per Paulum de Castro. & Socinum in §. penu. ff. de reb. dub.

¶ Adde quòd hæc clausula app. remota solius ē principis. l. 1. §. a. ff. a quib. appel. non lic.

2 Vt not. ī. c. sepe. in gl. ver. lis. Io. And.

te, potest super hoc lite non contestata[a] procedi: licet nondum litis contestatio facta fuerit in ipso appellationis articulo, vel negotio principali; quia cum in hoc casu iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur, non est rigor iuris[b] (ex quo sequi posset causæ perplexitas) requirēdus.

¶ Idem.

¶ Clausula appellatione remota, in medio litterarum posita, respicit præmissa quibus annectitur, non sequentia, nisi repetatur in fine litterarum. Et hoc si negotia sunt separata.

CAP. LXXI.

INquisitioni † tuæ taliter respōdemus, quod quoties clausula per quā tollitur appellationis remediū, † in medio litterarū ponitur: si sunt plura negotia se minime cōtingentia, præmissa tantum cōplectitur: nisi fortè in fine litterarū prædicta clausula iteretur.

INquisitioni.] non diuiditur. Abbas Siculus.

CASVS. Cum plura negotia in vna cōmissione ponuntur, minimè se contingentia, & clausula illa, remota appellatione, ponitur in medio litterarum, respicit tantū præcedentia, nisi in fine constitutionis clausula illa reiteretur. No. hic argumentum, quòd determinationes respiciunt tantū præcedentia, & non sequentia.

{Glos. seq. signat contrarium, & remittit. Secundò arguit, & allegat duo contraria.}

c Præmissa.] arg. contra ī. eod. secundò requiris. 2. respon. vbi dr̄ quòd non refert an ponatur in medio, principio, vel fine remotio appellationis: quia ad oīa refertur. Sol. est ibi, quia hic sunt diuersa negotia non se tangentia: ibi vnum negotium, licet habeat plures articulos. 3 Itē est argumentū quòd determinationes respiciunt tm̄ præcedentia, & nō sequentia. arg. contra. ff. de leg. 3. l. si seruum plurium. § vl. & 32. q. 7. Apostolus. Bernard.

¶ Idem.

¶ Breue est, sed per alia verba sic summatur: Appellatio vnius prodest alteri, si communi iure iuuētur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnati: alias secus.

CAP. LXXII.

VNa † sententia[d] pluribus cōdemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, illius victoria iure communi cæteris suffragatur, si communi iure iuuentur, idemque negotium, & eadē causa[e] defensionis existat.

VNa sententia.] CASVS. Plures super aliqua causa communi conuēti sunt: condemnati sunt omnes: vnus illorum appellauit, & obtinuit: quæritur, an victoria ipsius cæteris prosit? Respondet Papa, ꝙ victoria vnius iure communi cęteris prodest, si cōmuni iure iuuentur, & idem sit negotiū, & eadē sit causa defensionis. No. ꝙ res inter alios acta alijs prodest, & sententia vnius prodest alijs.

[Glossa sequēs distinguit inter corporalem & incorporalem. In primo membro subdistinguit, an iure cōmuni an speciali iuuetur.]

d Vna sententia.] sniam huius decre. habes 2. q. 6. c. ei qui. §. sunt quorum. & §. quandoque. & C. si vnus ex plurib. app. l. 1. & 2. Vnde vt intelligas, qđ hic dr̄, nota, quòd si res cōis sit pluribus & corporalis, nec diuersitas facti separationem recipit, vt in duobus correis debendi: si omnes condemnati sint, & vnus appellauit, victoria vnius omnib. prodest, vt hic dicit, & 2. q. 6. c. ei qui. §. quandoque. & C. si vnus ex plurib. app. l. 2. & sint tales qui nō iuuētur beneficio restitutionis. Si vero vnus fauore minoris ætatis impetraret contra sententiā beneficiū restitutionis, hoc non prodest alijs, vt in l. prędict. C. si vnus ex plurib. l. 2. & 2. q. 6. §. quod & si ætatis. & ideo dicit hic, si iure communi iuuentur. Si verò res sit incorporalis, & communis, & indiuidua, tunc victoria minoris prodest maiori. ff. quemadmodū ser. amitt. l. communem. primo responso. vt seruitus indiuidua sit, tamen vsusfructus licet seruitus sit, diuidi potest. ff. ad legem Falcid. l. 1. §. si vsusfructus.

e Eadem causa.] pone exemplum: tres erant tutores habētes administrationē eāq; indiuisā gerētes, condēnati sunt: vnus appellauit & obtinuit, cæteris prodest: quia idem est negotium cōe, & eadem causa defensionis. Si autem vnus gessit, & alter non, si ille qui nō gessit, appellauit, iniquum esset vt eius appellatio prodesset ei qui gessit, vt ff. de appell. si qui. §. pen. ex quo sumitur versiculus iste. & C. si vnus ex plurib. app. l. 1. & 2. quæst. 6. §. quandoque. & idem est si habent diuersas administrationes: quia tunc non prodest vnius appellatio alteri. argum. ad hoc, C. de diuer. rescrip. l. 2. & 3. ...

SI iustus.] Primò ponitur thema. Secūdò decisio, ibi, Ad appellationis. Tertiò moderatio ibi, Dummodo. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis condemnatus est per solam diffinitiuam, vel &t interlocutoria, contra eum lata est, ante sententiam, ille non audet appellare: quaeritur quid sit ei faciendum? Respondet Papa, si iustus metus excusat illum, ita ꝙ appellare nō possit, hoc ipso ad appellationis beneficiū conuolasse reputatur, dummodo ī. decem dies exprimat causas appellationis coram iudice a quo appellare volebat: vel si eius copiam habere non potest, in praesentia bonorum virorū idem faciat, super hoc ꝓtestatione praemissa, quod iusto metu appellare non audet: & sic non currunt tempora ī. quae debuit appellare.

No. quòd iustus metus excusat, ne tēpus currat, ī. quod quilibet appellare tenetur protestatione super hoc facta. aliàs si [illegible] protestatione nō sufficeret metus. Itē argum. si per me nō stat quo minus faciā quod debeo, mihi non imputatur praemissa protestatione. Item per protestationem interrumpitur praescriptio decem dierum in hoc casu.

CAP. LXXIII.

SI iustus † metus quo minus appellaueris te excusat, a Ad appellationis reputaris beneficium conuolasse: Dummodò infra tempus, quo licitè prouocatur, coram iudice[b] a quo appellasse volueras, vel si habere ipsius copiam nequiuisti, in praesentia bonorum virorum protestatione † super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimendas.[c]

TITVL. XXIX.

De † Clericis peregrinantibus.

¶ Celestinus III. Ambian. † Episcopo.

¶ Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam non est aliquid innouandum.

a Excusat.] arg. quòd ea, quae per metum fiunt, nō obligant. de hoc dixi ī. quod met. cau. abbas. Et ita pro appellante hī. sed illud non sufficit, nisi & illud protestetur, C. de ijs qui per met. iud. non app. l. 2. ff. de app. cum quidam. de quibus legibus sumpta est haec decreta. & ita currit tempus ei, qui agere non potest, nisi illud protestetur. sim. ī. de o. ord. pastoralis in fi. & 16. q. 3. c. placuit §. pe. versi. is autem. & ī. de ele. c. vlt. & C. de an. except. vt perfectius. & C. de epi. au. l. l. vlt. & ita interrumpitur praescriptio per protestationem.

[Glo. seq. tria notat, & de primò remittit.]

b Coram iudice a quo.] nota quod si potest habere copiam iudicis à quo debet prouocare, non debet coram alio protestari, sed tunc demum cum iudicem illum habere non potest, vt hic dicit: & sic ex ordine verborum argumentandum est. argum. 43. distin. si rector. in fine.

[Glo. seq. obijciendo quaerit, & tripliciter respōdet.]

c Exprimendas.] sed quare compellitur exprimere causas appellationis cum sufficiat dicere, appello. 2. q. 6. cap. post appellationem. §. forma? Hoc intelligo quando appellatur ante sententiam ab aliquo grauamine, quia tunc causa appellationis debet exprimi. supra eodem vt debitus. & cap. cum causam. vbi dicitur quando sit exprimenda causa appellationis, & quādo non. Vel dic, quod idem est in diffinitiua. C. de ijs qui per me. iudi. non appel. l. secunda. & supple, maximè quia nō est necesse causas appellationis exprimere nisi velit. ff. de appell. l. si quaesitum. Vel quòd dicit [illegible], intellige in genere, sic: iniqua sententia lata est contra me, nec audeo appellare, & hoc protestor coram vobis. Bernard.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

¶ Supra visum est de appellationibus: sed quia peregrinantes in multis gaudēt priuilegio appellantium, merito subijcitur haec rubrica de clericis peregrinantibus. Abb. Sicul.

De hac materia habetur 24. q. 3. si quis Romipetas. & c. paternarum. de poen. dist. 6. sacerdos. de cōsec. dist. 5. non oportet.

† Vide c. 1. & 2. in 2. cōpi.

CAP. I.

COnquerēte † I. presbytero intelleximus: & infra. ¶ Licet presbyter idem res suas, & ecclesiae suae, in protectione nostra non posuerit[d] quando ad nos accessit; tamen cum hi qui accedunt ad praesentiam[e] nostram, cum rebus eorum debeant esse sub Apostolica protectione securi: Mandamus quatenus quicquid eidē presbytero post iter arreptū ad nos veniendi subtractū est, vel ablatum, sibi restitui faciatis.[f] †

COnquerēte.] Hoc dicit in summa: Peregrinantes ad Papam maximè clerici cum omnibus rebus suis debent esse sub protectione Apostolica securi. Vel sic, & melius cōprehendendo verumque intellectum ut in rubro. Primò ponitur querela. Secundò prouisio, ibi, Licet. Abb. Sic.

CASVS. Quidam presbyter I. nomine, dum vellet ire ad curiam domini Papae causa peregrinationis, res suas & ecclesię suae non posuit sub protectione domini Papae: Post iter arreptum, quidam aduersarij sui res suas sibi & ecclesiae abstulerunt: vnde ille conquestus fuit domino Papae: dicit Papa, licet presbyter ille non posuerit res suas, & ecclesiae sub protectione ipsius, tamen hi, qui ad ipsum accedunt cum rebus suis sub Apostolica protectione debent esse securi: vnde mādat quibusdam, quatenus quicquid eidem presbytero post iter arreptum ad Papam, subtractum est, vel ablatum, faciant sibi restitui. Nota, quod plus est facto exprimere, quam verbo. Item qui ad Papam accedunt causa peregrinationis, sub eius protectione consistunt. Itē argumentum quod possessio absentis turbata restitui debet.

† Faciatis, legitur in oibus manuscriptis, vnde constat nō solo episcopo Ambian. directam hanc decretalem, sed alijs, vt variae lectio nes ostendunt.

d Non posuerit, expressa voce: sed expressit ipso facto, quod plus est. ī. tit. proxi. dilecti. & c. vt nostri ipso facto, audientiam, 2.

[Gloss. seq. recitetur per quaestionem de quo accemn &cet.]

e Ad praesentiam nostram.] causa peregrinationis supple, vt faciant ad hunc titulum: quia interim sub Apostolica protectione consistunt. 24. q. 3. si quis Romipetas paternarum. illi canones qui ad hunc titulum pertinent. §. si per vim, vel alio modo absentis pos. turbata est. l. 1. & C. de eman. liber. l. iubemus. ff. de tutori. & cura. da. ab his, l. vlt.

f Faciatis.] in hoc casu quando possessio absentis taliter turbatur, seruus, amicus, proximus, colonus, petere possunt vt possessio restituatur, vt in l. praedict. C. si per vim, vel alio modo, l. 1. Ber.

DE CONFIRMATIONE vtili, vel inutili.

¶ Supra visum est de suspensione sententiæ, seu iurisdictionis iudicatæ sit remedio appellationis, nunc petentibus ... sæpe ... suis iudicialis quandoque confirmatur per superiorē, & posset dubitari de validitate, vel inualiditate confirmationis, merito subijcitur hæc rubrica de confirmatione vtili. Ab.

TITVLVS XXX.

De Confirmatione vtili vel inutili.

¶ Alexander Tertius Exonien. Episcopo.

¶ *De re scienter confirmata per Papam inferior iudex cognoscere nō potest, nisi confirmatio non tenuerit, vt quia surreptitia, vel de re litigiosa. hoc dicit cum cap. sequenti.*

CAP. I.

SI† quis rei litigiosæ[a] cōfirmationē[b] impetrauit ab Apostolica sede, non minus potest iudex de causa cognoscere, & eam fine debito terminare.

¶Sed si rem tunc pacificè possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est licitum iudici de quæstione postea exorta[c] decernere: aut eam diffinire, absque sedis Apostolicæ mandato.

¶ Idem Vigorien.† episcopo.

¶ *Idem dicit.*

CAP. II.

DE† confirmationib. autem Rom. Pontificis, volumus te tenere, quòd contra illas (nisi nonum Apostolicę sedis procedat mādatum, aut certum sit, quod fuit per falsi suggestionē elicitæ†) non est aliquatenus iudicandum.[d]

†Post Con. Lateran. sub Alex. 3. par. 44. c. ... & c. ... compil.

Si quis.] CASVS. Aliquis mouit quæstionem contra aliquem impetrante aliquo re, vel lite pendente impetrauit à sede Apostolica confirmationem rei litigiosę: quæritur, an super hoc iudex superior debeat causæ cognitionem? Et respondet, quod sic, non obstante, de causa cognoscere debet, & eam fine debito terminare: sed si rē pacificè possidebat, quando confirmationem obtinuit: non licet iudici postea de quæstione suborta cognoscere, vel diffinire sine mandato Apostolicæ sedis. Nota quod lite pēdente non ualet confirmatio, vel priuilegium obtentu super re litigiosa, tacito quod res fuerit in iudicium deducta.

[Glo. seq. reci. per q. quæ res dicatur litigiosa.]

a Litigiosæ.] res litigiosa est, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem, & possessorem iudiciaria contentione, ut traditur C. de lit. Authen. litigiosa res. Et sic controuersia super possessione orta non facit rem litigiosam: quod verum est: & super res litigiosas nouū priuilegium impetrari non potest. s. de testi. causam quæ. & s. vt lit. penden. c. 1. & vlt. & j. eodem bonę. Nec ad aliam potest transferri personam. 11. q. 1. quia res. & sup. ut lit. penden. ecclesia sanctę. & in Auth. in medio litigatus iussio. non fieri §. si verò nondum. coll. 8. & non obstante priuilegio tali siue indulgentia, iudex procedere debet.

†Vide vt lit. pen. c. si. sup. a glo. lear.

[Glo. seq. tractat de confirmatione in forma communi obijcit, quærit & soluit.]

b Confirmationem.] nota, quod confirmatio impetrata sub forma communi, siue etiam innouatio nihil noui iuris tribuit. sed solummodo vetus conseruat. 12. dist. præceptis. argum. 13. q. 3. c. vlt. & in eod. cum dilecta. & c. sequentibus. & infra de priui. quia intentionis. vnde per talem confirmationem, uel innouationē non impeditur petitio alterius, uel iudicis cognitio. inf. de conces. preben. quia diuersitatem. infra eod. bonæ. argu. 9. q. 3. conquestus. nunc verò. & s. de offic. ordin. licet. & ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis a principe. quia hoc facit Papa sine præiudicio alicuius, ut patet per iura prædicta. Quid ergo ualent huiusmodi confirmationes? parum ualent, nisi quia solet plus timeri quod specialiter, &c. 23. dist. quamquam.

[Glo. seq. reci. per q. quomodo intelligatur quod hic dicitur, iudicem inferiorem, &c. ponit tres opi. Vincen. Lau. & Tan. & hanc approbat.]

c De quæstione postea exorta.] quia dicit hic, non esse licitū iudici cognoscere de quæstione exorta sine mandato Papæ, dicit Vincen. quod si post confirmationem moueatur quæstio, an licitè obtineat beneficium an non, non est licitum iudici de hoc cognoscere sine mādato Papæ: sed si ei obijcitur crimen, non impeditur propter confirmationem iudicis cognitio. Sed certè non est verū: si confirmatio sit facta in forma cōmuni, sine causæ cognitione, si autē cū causæ cognitione confirmatio sit facta, tunc verum est quod dicit Vinc. & idem dicit, quod Tan. & Lauren. dicit, quod si moueatur quęstio, an talis confirmatio valeat vel nō, de hoc non pōt cognoscere iudex inferior, quod verum est. T. distinguit, & melius. Aut enim cōfirmatio facta fuit sine causę cognitione i forma cōmuni, & tunc non impeditur petitio alicuius, vel cognitio: in quo casu loquuntur iura superius assignata: Si vero confirmatio fiat de beneficio alicuius, vel de aliqua sententia cum causæ cognitione, & hoc cognito Papa ex certa scientia confirmat tibi beneficium tuū, vel sententiam latam de quæstione illa, si post modum quæstio suboriatur, nullus poterit iudicare sine speciali mandato Papæ: Et hoc intelligitur ex ipsa confirmatione quæ tunc simpliciter confirmat nulla conditione apposita. De tali confirmatione habes supra de offic. deleg. quoniam abbas. & s. de transact. cap. primo, & sup. de pac. quoties. & sup. de testi. veniens. & sup. de offic. deleg. coram. in fi. & j. de testam. Raynutius. & c. Raynaldus. & j. de insti. ex frequentibus. & j. eod. c. pen. & in alijs cōfirmationibus cum dicitur: Confirmamus sicut iustè possides, sicut exponitur, in 6. j. de conceß. preben. quia diuersitatem. Et istas duas decret. intelligebat Tanc. de confirmatione, quę fit cum causæ cognitione ex certa scientia Papę: tamen si certum esset, quod per falsi suggestionem confirmatio sit obtenta, non ualebit huiusmodi confirmatio. j. c. prox. & sic possent intelligi illæ duæ decret. Bern.

†Vigorien. ... Vrgel.

DE confirmationibus.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd de confirmationibus sedis Apostolicę non licet alicui iudicare, nisi ad hoc habeat mandatum, aut certum sit quod per falsi suggestionem sint elicitę. Nota quòd de confirmationibus Papę sine eius mandato nullus debet iudicare nisi per falsi suggestionem fuerint obtentę.

d Iudicandum.] nisi per eum, qui concessit, vel successorem, vt notatum est in glossa precedentis decretalis.

Bonæ memoriæ.] Potest legi multis modis, sed hic non insistendum: quia non continet vtilitatem magnam. Et primò ponitur consultatio. Secundò responsio bimembris: ibi, Respondemus. Secundum membrum: ibi, Verum. Abb. Siculus.

CASVS. Lata fuit sententia diffinitiua pro ecclesia cōtra aduersarium ecclesiæ, ille ꝰ. decem dies appellauit: iudices nihilominus mandauerunt sententiam executioni: appellās litteras impetrauit de reuocanda sententia: et ecclesia pro qua lata erat sententia, cautè præueniens appellantē, litteras confirmationis sententiæ in forma cōi impetrauit, nulla de appellatione habita mentione: quęsitū fuit quæ litteræ præualerent? Respondet Papa, ꝙ litteræ posteriores debent prioribus præiudicium generare, & iudices debent cognoscere de appellatione non obstante cōfirmatione obtenta veritate tacita super re litigiosa; sed si diceretur in litteris appellationis secundò impetratis; nullis veritati & iustitiæ præiudicantibus: vel etiam sub alia forma verborū, dummodo de litteris cōfirmationis nihil expressè diceret, rńdet Papa, ꝙ tunc tamdiu litteræ confirmationis suum debent habere vigorem, donec de iniqua sńia plenius cognoscatur per secundas litteras, & in suspenso confirmatio remaneat. No quod lite pendente de re litigiosa, confirmatio impetrata non valet, siue sit obtenta in principali causa, siue in causa appellationis. Item confirmatio est in pendenti donec confirmetur uel infirmetur sententia. Item litteræ generales non reuocant speciales. Ber.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Littera confirmationis super sententia a qua erat appellatum, non valent. si appellatus malitiosè præuenit appellantem: aliàs pendēt donec de appellatione cognoscatur.*

CAP. III.

Bonæ † memoriæ A canonicus vester proposuit sententiam à delegatis iudicibus prolatā fuisse: & infra decē dies ille contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellauit: iudices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt.[a] Cęterum appellās itinere statim ad Apostolicam sedem arrepto, litteras de retractando sententiam impetrauit: aduersarius autem ipsum cautè[b] præueniēs, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptū fuerat assecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio[c] habebatur: Ideoque requisisti, quæ quibus litteris præiudicium faciant: Respondemus igitur, quòd posteriores debent prioribus præiudicium generare.[d] ¶ Verum si dicatur,[e] nullis litteris[f] veritati & iustitiæ præiudicantibus: vel sub alia forma[g] verborum, dummodo nil diceretur[h] de litteris confirmationis, expreſsè dicimus, ꝙ primæ tādiu[i] suum debēt habere vigorem donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur.

¶ Innocentius tertius decano Padeburēś. †

¶ *Innouatio priuilegij nouū ius non tribuit, nec antiquū confirmat: sed si quod competebat, conseruat. Breuius sic potest summari: Innouatio priuilegij non inducit confirmationem iuris sin eo contenti.*

a Mandarunt.] quod facere non debuerunt: quia appellatione interposita nihil est innouandum. 2. q. 6. appellatione. & ff nihil inno. appellatione pēdente. l. vnica. imò reuocari debet executio antequam de appellatione cognoscatur. s ꝰ. de iureiurando. veniens. & sup. de appellationib. dilecti.

b Cautè præueniens.] quod facere præmaturè non debet, vt appellantem in commissione impetrata supplātet. sup. de appella. oblatæ. Secus si non præuenit diligentiam appellantis. ꝰ. eod. c. §. verùm. quia tunc ualent primæ, vt ibi.

c Mentio habebatur.] & ideo non valuerunt. sup. de rescrip. ex parte. quia tacita veritate. sim. supra de appe. sæpè, in fin. Et ita patet, quòd si quis non faciat mentionem de appellatione aduersæ partis, non valent litteræ: quod est notabile. fi. supra de rescri. ex parte. ubi de hoc.

d Generare.] In hoc scilicet, quòd non obstantibus primis litteris confirmationis iudices dati ad appellationem, cognoscent de ea. i. eo. c. 1. arg. ꝰ. eo ca. proxi. ad fi. Argum. ff. ꝰ. de testi. ex parte Adæ. & cap. causam quæ. & inf. de priuile. dudum. Ber.

e Si dicatur.] in secundis litteris impetratis ab appellante, & quod dicit, si dicatur supple, maxime.

f Nullis litteris.] per hanc generalitatem nihil reuocatur. ꝰ. de do. & contu. ex litteris. & ff. ad leg. Corn. de fal. diuus. nec valet legatū vel stipulatio fundi in genere facta, nullo fundo demonstrato. ff. de iu. do. cum post diuortium. § gener à socero. & ff. de iure fisci, ita fidei, expressam enim debent facere mentionem de primis, ad hoc vt primæ reuocentur. supra de offic. deleg. ex litteris.

g Forma.] idest a in forma communi.

h Nil diceretur.] quod a eas reuocaret.

[Gl. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

i Tamdiu.] ista litera multum videtur cōtradicere priori, quæ dicit quòd posteriores debent præiudicare prioribus. & hic innuitur ꝙ ualēt litteræ confirmationis primæ, ergo non est opus ut in prioribus fiat mentio de appellatione, & ita non refert utrum in secundis fiat mentio de primis, vel non. Vnde debet intelligi ꝗ iste in eo casu cum primæ valent, cum appellatus non præuenit diligentiā appellantis, sed expectauit legitimo tpe, & sunt litteræ sine aliquo vitio, & ff. procedent primi iudices ad confirmandam vel infirmandam sententiam, ut ꝰ. de app. oblatæ. ad fi. quia per talem generalitatem non reuocantur primæ legitimè impetratæ, ut dicitur in proxima notula. In primo casu non valent primæ litteræ: quia appellatus præuenit diligentiam appellantis, nec fecit mentionem de appellatione, vt patet ex ipsa litera. Vel dic quòd iudices dati super appellatione, debent cognoscere de iniquitate sententiæ, & litteræ confirmationis tamdiu ualebunt, quousque constet de iniqua sententia: & si sententia confirmetur, remanebit confirmatio in statu suo. Si verò cassetur, confirmatio non valebit. argu. supra de fid. instrum. accepimus. §. interim. & infra cap. proxi. in fi. ar. ad hunc sensum litera ista competentius adaptatur. Et ista fuit simplex confirmatio sententiæ, quam fecit Papa in forma cōi cōmissa impetrantis: sed quare fuisset posita hæc dec. in tit. isto? potius debuisset poni in tit. de appel. si deberet intelligi secundum illā decre. oblatæ. Et ex litera vtriusque decre. patet intellectus iste. In illa oblatæ, dicitur quòd Plebanus de Sancto super obseruatione sententiæ litteras ad iudices impetrauit commissionis sicut rationabiliter lata erat: & hic

a Hæc duæ glossulæ non sunt Bern. nec hīc in veustis codicibus.

† Exodus.
† Padebūnēś.

hic dicitur quòd rescriptum confirmationis fuerat affecutus: quia Papa eam confirmauit in forma cõi. & sic non intelligitur ista secundum illam, & litteræ confirmationis non mittuntur hic iudicibus, sed illis qui cõfirmationem impetrant. Bernar.

nem nullum ius de nouo monasterio acquiratur, sed antiquum conseruetur: Sed quia prædictum monasterium ad ius & proprietatem ecclesiæ Romanæ per priuilegium prædecessorum suorũ noscitur pertinere, abbatissam prædictã, noĩe Romanæ ecclesiæ constituit procuratricem: vt cum aduersus iura Romanæ eccle non nisi centenaria currat præscriptio, sup his & alijs procuret quæ in iudicio fuerint procuranda. Ne ergo de statu monasterij diutiꝰ dubitetur, mandat iudici, quatenus recipiat testes, quos Hildesemeñ. ecclesia induxerit ad ꝓbandam interruptionem: & si præscriptio legitima probata fuerit, adiudicet subiectionẽ ipsius monasterij epõ prædicto, cum cõstet ipsum in sua diœcesi cõstitutum, contempendo priuilegiũ innouatum, nisi ex aduerso probata fuerit interruptio: quæ si ꝓbata fuerit, epõ super hoc silentiũ imponatur: & pronunciet monasteriũ perpetua libertate gaudere, priuilegio innouato eidẽ. Not. ꝙ priuilegiũ & instrumenta quæ sunt vetustate quasi ꝯsumpta, debent innouari. Id. sicut testes ex cã lite non contest. recipiũtur, sic & priuilegia & instrumẽta ex eadem causa innouantur. Item vbi est eadem ratio, & idem ius dẽt esse. Item ꝑ innouationem nullum ius acquiritur, sed antiquum cõseruatur. Item mulier potest esse procuratrix. Item cõtra Romanam ecclesiam non currit præscriptio nisi centũ annorum. Item ad officium iudicis pertinere tutum locum partibus assignare. Item eo ipso quo ecclesia sita est in diœcesi alicuius, præsumitur sibi subesse. Item priuilegium innouatum in pendenti est in hoc casu, sicut confirmatio. supra eod. bonæ.

Cum dilecta.] Diuiditur in septem partes. Primò ponitur sororũ petitio, & Papæ commissio. In secunda, ibi, Nos autem. Inquisitorũ relatio, & canonicorũ obiectio. In tertia ibi, Vnde, iudicum datio, & ab ipsis appellatio. In quarta, ibi, Nuper autem, sororum iterata petitio, & earum contradictio. In quinta, ibi, Nos igitur, Papæ interlocutio, & priuilegij innouatio. In sexta, ibi, Quia vero, Papa abbatissam constituit procuratricem. In septima, ibi, Nolentes, committit principale diffiniendum. Abbas Siculus.

CASVS. Abbatissa & moniales cuiusdã monasterij volebant priuilegia sua innouare: vnde cum propter viarum discrimina non possent illa præsentare domino Papæ, supplicauerunt eidem, quatenus aliquibus ꝑsonis discretis mãdaret, vt eorum tenorem inspicerẽt diligenter, & ipsum sub sigillis suis ad sedem Apostolicam destinarent: vnde Papa scripsit quibusdam episcopis & abbatibus, vt illa priuilegia inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum sub sigillis suis fideliter destinarent, quod & factum fuit: Papa viso priuilegiorum tenore, dum vellet illa priuilegia facere innouari, quidam canonici proposuerunt id fieri non debere, cum Hildesemeñ. ecclesia in possessione subiectionis ipsius monasterij per centum annos & amplius extitisset: vnde ipse tunc priuilegia noluit innouare, sed mandauit quibusdam, vt ad locum idoneũ accedentes, vocatis qui fuerunt euocandi, inquirerent veritatem, à quibus pars Hildesemeñ. ecclesiæ sedem Apostolicam appellauit: vnde postmodũ abbatissa prædicta petijt iterato dicta priuilegia innouari. Ex aduerso fuit petitum, vt causam ipsam dñs Papa cõmitteret aliquibus, qui testes reciperent, quos producere intendebant contra priuilegia, & ad probandam præscriptionẽ legitimã: dñs Papa considerans ꝙ iure ciuili cautum est, ut qñ periculum testium timetur, etiã lite non contestata testes valetudinarij, & alij de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, recipiantur, eadem æquitate prouocatus, priuilegia illa quasi nimia vetustate consumpta fecit innouari, ita tñ ꝙ per talem innouatio-

CAP. IIII.

Cvm † dilecta i Christo filia abbatissa & sorores ecclesiæ de Gardeueñ. † sua cuperent priuilegia innouari: propter † viarũ discrimina; quatuor episcopis, & abbatibus totidẽ, vt ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transcribentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus iniungendum: & infra. ¶ Nos autem tam legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quàm inquisitorib. ipsis fidem debitã adhibentes: licet non videremus [a] quare non deberẽt eadem priuilegia innouari: † quia tamen C. maioris ecclesiæ, & I. sanctæ crucis canonici proposuerunt Hildesemeñ. ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterij ꝑ cẽtũ annos & amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus inouanda. Vnde iudicibus dedimus in mãdatis, vt ad locum idoneum accedentes (citatis qui fuerint euocandi) inquirerent super his diligentius veritatem: à q. bus pars Hildesemeñ. ecclesiæ ad Apostolicam sedem appellauit. Nuper autẽ iterato prædicta petijt abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ ecclesiæ renouare. Ex aduerso verò fuit postulatũ, ut causã ipsã discretis uiris committere dignaremur, qui testes, reciperent, quos contra priuilegia monasterij, & ad probandum † præscriptionem legitimam, inducere proponebant.

¶ Nos igitur attẽdentes, ꝙ iure sit ciuili [b] statutum, vt quãdo periculũ testiũ formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarij & alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimoniũ admittantur: eiusdem æquitatis simili

† Cap. 1. eo. dt. in 3. cõp.

† Gudieñ. Gardeuenseñ.

† al. ita pp viarum distãtiam, & discrimina.

† Adde ꝙ est sicut ut sollẽniter transcri bat. Cõ ur. l. unum testamentum, ff. de testa.

† proba

[a] Non videremus.] nec poterat uideri quod nõ erat, vt 35. q. 5. ad sedem vltra unam columnam. vers. alio, his ergo euigilent, &c. & hoc, ideo non poterant uidere quia innouatio nihil noui iuris tribuit. inf. de priuilegijs ex parte, & c. quia intentionis. Et si orginale cassatur, similiter & innouatio siue confirmatio. vt sup. de fide instrumentorum, inter dilectos. & sup. de re iudicata, cum inter uos.

[b] Iure sit ciuili.] in auth. de testibus, §. quoniam multa. & § hæc verò. coll. 7. & ff. ad leg. Aquil. in lege Aquilia. 1 ff. de restit. in integrum, diuus. 2 & C. de visis pupillari. l. vlt. 3 & iure canonico. ĩ. ut lite non cõtestata, quoniam 1. responso. & ĩ. de testibus. significauit & c. cum olim.

a Simi-

a Similitudine prouocati.] similis enim æquitatis ratio, similia iura suadere videtur. arg. ī. de constitutionibus, nam concupiscentiam. & C. ad legem Falcidiam. lege vltima. ff. ad legē Aquiliam, illud. & ī. de translationib. inter corporalia. & C. de constituta pecunia, lege vltim. Item argum. eādem esse rationem in testibus & instrumentis. C. de fide instrumentorum, in exercendis. & sup. de testibus cogēdis, capitulo, peruenit.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

b Duximus innouanda.] ne si vetustate consumantur nulla fides eis adhibeatur. arg. ī. de fid. instru. inter dilectos arg. contra quod instrumentis vetustate cōrruptis, vel à muribus rosis, sit adhibēda fides. ff. de bo. pos. secūdum tab. l. 1. §. si rosæ. & ī. de fi de instr. capitulo vltimo.

c Nouum ius.] simile 12. dist. c. præceptis.

[Glo. seq. dat tria similia, alī. tria iura in contrarium, & triplicitèr soluit. Demum quærit, & soluit tripliciter.]

d Procuratricem.] sic ergo fœmina potest esse procuratrix, sic & arbiter, sup. de arb. dilecti. similiter & iudex, 12. q. 2. cum deuotissimam: Nam & monachus de mādato ā abbatis pōt esse procurator. 16. q. 1. monachi. Vel dic, quod ratione administrationis potest esse procuratrix, sicut & abbas. ī. de transact. contingit. & infra de censi. sopitæ. Vel ideò potuit esse procuratrix ecclesiæ suæ, sicut miles in causa cōmuneri sui. ff. de procura. sitius sam. §. veterani. Vel dic, quod verius est, qđ Papa ex certa scientia cōstituit eā procuratricem, vnde de hoc nō est disputandum. 16. q. 4. §. quæ autem. & C. đ cri. sa cri. l. 2. & ff. de re iu. quidam consulebant. & supra de offi. dele. cum vigesimum. aliās fœmina non potest esse procuratrix. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & C. de procu. alienam. ff. de reg. iur. l. 2. Sed si Papa in sua persona vellet agere, coram quo agere deberet? Debet super hoc arbitros eligere, vel delegare causam alij, arg. ff. de iurisd. om. iu. qui iurisdictioni 4 Vel posset esse iudex in causa ecclesiæ suæ. De hoc dictum est ī. de iudicijs, cum venissent.

4 Vide de eff lect. querela. super gl. Io. And.

tudine prouocati[a] prædicta priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta, cum fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta, †duximus innouanda:[b] nolentes quod ex innouatione huiusmodi nouum[c] ius monasterio acquiratur, sed antiquum (si qđ habet) per innouationem priuilegij conseruetur. ¶ Quia verò præfatum monasterium ad ius & ꝓprietatem Apostolicæ sedis ꝑ priuilegium prædecessoris nostri pertinere monstrasine ius ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eādem abbatissam procuratricē[d] ipsius duximus statuēdam: vt cū aduersus Romanæ ecclesiæ possessiones & iura, non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc & alijs vice nostra procuret, quæ coram te in iudicio fuerit procuranda. ¶ Nolentes igitur quod de statu eiusdē monasterij diutius dubitet, Mandamus, quaten⁹ locum tutum & commodum eligens, recipias testes, quos ad præscriptionem probandā Hildesemeñ. ecclesia, vel ad interruptionem[e] ostendendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam[f] præscriptionē probauerit, vt intendit: nisi ꝓbata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionē ipsius monasterij adiudices episcopo memorato, cū constet ipsum in sua diœcesi[g] constitutū, priuilegium q̄ monasterio innouari fecimus corrūpendo: alioquin eidē super hoc perpetuū imponens silentiū, monasteriū pronuncies perpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

¶ Idem episcopo, & præposito Vticeū.

¶ Non valet confirmatio, quam religiosus impetrauit à Papa super temporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem: si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum: quia Papa non consueuit concedere. h. d. cum seq.

CAP. V.

AD† nostram audientiam præposito †Nemaneñ.† ecclesiæ significante peruenit, quod quidā canonici Nemaneñ.† ecclesiæ à nobis literas confirmationis super administrationib. suis obtinere laborāt religionis suæ cōditione suppressa. ¶ Cum igitur regularib. personis non cōsueuerit Apostolica sedes aliqua personaliter[h] cōfirmare, Mādamus, quatenus cōfirmationes, quas ab ipsis canonicis (cum regulares existant) noueritis taliter impetratas, denūcietis irritas & inanes.

†Ca. 2. e. tit. in 3. compil.

† Neumañ.

† Neumateñ. sed ego Nemauieñ. scriberem cui lectioni aliquot vetères codices adstipulanī.

¶ Idem.

¶ Idem dicit quod supra, ca. proxi.

e Ad interruptionem.] sic ī. de resc. illud. & ca. auditis. vbi de hoc.

f Legitimam.] scilicet, centum annorum, quæ sola currit cōtra Romanam ecclesiā. ī. de præscriptionibus, cum nobis.

g Diœcesi.] vt 16. q. 7. omnes basilicæ. & 17. q. 2. monasteria. & ī. de religiosis domibus, cōstitutus.

AD nostrā.] Communis diuisio. Secūda pars. ibi, Cum igitur. Abbas Sicu.

CASVS. Quidam canonici regulares impetrabāt literas ꝯfirmationis sup ad ministrationib. suis, tacito quod essēt regulares: Significatū fuit hoc domino Papæ ex parte præpositi illorum regulariū: dicit Papa, quod regularib. ꝑsonis Apostolica sedes aliqua non cōsueuit cōfirmare: vnde mandat Papa, quibusdā, quatenus confirmationes à prædictis regularibus taliter impetratas, denuncient irritas & inanes. Nota quod regularib. sua beneficia siue administrationes non cōfirmantur personaliter. Item confirmatio tacita veritate impetrata non valet.

h Personaliter.] scilicet, tacita veritate quod sit regularis: & si exprimeretur, sunt falsæ literæ: quia in talibus personis administratio non cōfirmatur. infra cap. proximo. Secus si esset, si realiter aliqua cōcedantur seu confirmētur, quia tunc valent 5 fauore enim religionis multa eis cōceduntur. infra de priuilegijs, ex parte. & capitulo, pastoralis & c. dudum. & summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religiosis &, sumptibus funerum. l. sunt personæ.

5 Simile ī. de priui. ne aliqui. libel. Ioan. And.

Porro

Porrecta nobis.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Cum igitur. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam regulares, qui prioratibus suis præsunt, impetrabant litteras confirmationis super prioratibus suis quo ad vixerint possidendis: peruenit hoc ad Papam: dicit Papa, quod non credit huiusmodi litteras à cancellaria sua emanasse: vnde mandat illos q huiusmodi litteras ostenderunt in quibus administrationes prioratuum confirmantur, puniri tamquã falsarios. Si verò nõ fiat mentio de religione ipsorum, illas denunciet non valere tamquam veritate tacita impetratas. Nota quod monachis prioratus & administrationes non confirmantur. Item rescriptum vel cõfirmatio veritate tacita impetrata, non valet.

† Ca. 1. e. ti. de resc. in 3. cõpil. & qua tenus ex hoc textu colligi ob præsumptionẽ puniri aliquẽ de crimine falsi, vide Ioannẽ Ananiã in Rub. de cri. fal. & Alex. cõsil. 77. 1. c. in cã accusationis. vol. 1.

a Impetrasse.] tacita veritate: quia tales prioratus non cõfirmantur. supra c. prox.

b Nõ credamus.] quia omnium habere memoriam, & in nullo peccare, potius est diuinitatis, quàm humanitatis. C. de vete. iure enu. l. 2. §. si quid autem.

c Confirmantur.] licet enim prioratus aliquando perpetui sint. infra de statu regu. monachi, nec possunt remoueri sine ordine iuris, vt ibi, non tamen confirmantur, vt hic, & supra capitulo proximo. similiter nec episcopatus confirmari consueuerunt, licet sint perpetui. Est enim ratio quare non confirmantur: quia regulariter verum est, quod non sint perpetui. infra de statu regu. cum ad monasterium. §. tales. vnde remouentur pro voluntate abbatis, vt ibi dicitur: quia de facili huiusmodi regulares etiã si sint perpetui, remouentur, infra de simonia, per tuas. in fine. Sed si administratio ex certa scientia, & cum causæ cognitione esset alicui confirmata, non posset remoueri sine mandato Papæ, vt supra eod. c. 1. & 2. & 16. q. 1. peruenit. Sed si confirmetur, & in litteris fiat mentio de ipsis prioratibus, non valent litteræ, immo sunt falsæ, vt hic dicit, & sunt puniendi tamquam falsarij, nisi euidenter appareat, quod ex certa scientia domini Papæ hoc processerit. si verò non fiat mentio de prioratibus, tacita veritate sunt impetratæ, & ita vtroque casu non prosunt, vt hic patet.

d Falsitatis.] qualiter falsarij puniendi sunt, habebis j. de falsarijs, ad falsariorum.

CAP. VI.

Porrecta † nobis ex parte tua petitio cõtinebat, quod plures ex religiosis, qui Prioratib. vel alijs administrationibus præsunt, à nobis super ipsis quoad vixerint possidendis, cõfirmationis litteras se asserũt impetrasse:[a] & infra. ¶ Cũ igitur à Cancellaria nostra huiusmodi litteras emanasse nõ credam⁹:[b] Mandamus, quatenus illos, q tales litteras exhibuerint, in quibus prioratus vel administrationes tãquã religiosis confirmantur,[c] eosdem puniatis tãquam falsitatis[d] auctores. † Si verò in eis non fit mẽtio religionis ipsorum, illas tamquam tacita veritate surreptas, denuncies non valere.

† alias c. 1.

¶ Idem nobili viro Mattheo de Riuarijs. †

¶ *Sententia seu laudum contra formam iuris vel cõpromissi latũ per arbitros, licet per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.*

CAP. VII.

Examinata † causa, quæ vertitur inter te & milites Campanicos super ecclesia sancti Angeli: perpendimus arbitriũ q vicedominus Sabinen. dicebat super eodem negotio promulgasse, cõtra formam iuris & cõpromissi[e] fuisse dictatum. Vnde non obstãte confirmatione[f] C. Papæ prædecessoris nostri, qui cõfirmauerat illud sicut prouidè[g] latum fuerat, & ab vtraque parte receptum, decernimus ipsũ irritum & inane.

Examinata.] Primo ponit causam decreti. Secundo decernit ibi, Vnde. Abbas Sicu.

CASVS. Inter nobilem virum Matthæum de Riuarijs, & quosdam alios milites de Cãpania vertebatur quæstio super iure patronatus ecclesiæ sancti Angeli de qua sub certa forma compromissum fuit in vicedominũ Sabinẽ. qui tulit arbitrium super quæstione prædicta, quod ab vtraque parte fuit approbatum & confirmatio obtenta fuit in forma communi à C. Papa. Tandem orta quæstione super ipso arbitrio, delata est causa ad dominum Papam Inno. ipse diligenter examinato negotio, inuenit arbitrium promulgatum fuisse cõtra formam iuris, & cõpromissi: vnde ipse arbitrium decernit irritum & inane, non obstante confirmatione C. Papæ, qui cõfirmauerat illud sicut prouidè latum erat, & ab vtraque parte receptum. No. quod non tenet sententia arb. tri lata cõtra formam iuris. Item nec contra formam mandati. quia fines mandati diligenter seruandi sunt. Item sententia, quæ non tenet, confirmari nõ potest per confirmationem in forma cõmuni obtentam. Item quod non est, vel non tenet, ratum non potest haberi per consensum partium.

e Iuris & compromissi.] duplici ergo ratione nõ valuit arbitrium: Primo quia contra ius fuit latum arbitriũ, forte p. fortes, vel p gratiam, & ideo nullũ. C. de arb. l. 3. 1 sic etiã obtinet in alijs ingressis si ferant sentiam j. in scriptum. non tenet. 3. q. 6. c. qui. §. diffinitiua. ver. item si contra ius. sed l. ta bene tenet sententia, à qua non est appellatũ, vt ibidem dicitur, & supra de re indica. cum inter uos in fine. Et idem intellige in arbitrio: quia cõtra formam compromissi nihil potest facere arbiter. j. de arb. cum dilectus. ff. de arb. l. P. diis. in fi. & l. non distinguemus. §. de officio.

f Non obstante confirmatione.] & ita patet quod confirmatio nihil vel modicum operatur: quia aliquid inuenit, confirmat illud: alias nihil operatur. infra de concess. præben. quia diuersitatem. 2. & supra eod. quod confirmatio sub forma communi non impedit petitionem alterius, nec cognitionem iudicis. De hoc dictum est supra eod. c. 1. arg. quod si principale cassatur, & accessoriũ, supra de fide instr. & supra, de re iudi. cum inter vos.

Glossa sequens recitetur per duplex contrariũ, scilicet, infra capit. prox. & infra de uerborum significatione, al. hate.]

g Sicut prouide.] hec enim verba, sicut prouide, in confirmationibus posita, conditionaliter intelliguntur, vt hic patet. & infra de concess. præbend. quia diuersitatem. Argum. contra infra capitu. prox. secus si ponuntur in priuilegio: quia cum priuilegium sit lex priuata, certum debet ibi poni, vt aliquid contulat priuilegium infra de verbo. signifi. ad hate. alias esset inutile. infra de priuile. in his. argum. supra de offic. deleg. quoniam abbas. & supra de electio. cum monasterium. Ioan.

Veneti-

VEnerabilis.] Communis diuisio. Secunda, ibi, Mandamus Abb. Siculus.

CASVS. Inter archiepiscopum Nicosien. & suffraganeos eius ex vna parte, & regẽ, barones & alios nobiles regni Cypri, super quibusdam decimis quæstio exorta fuit: sed mediãte Albañ. episcopo tunc legato, inter eos amicabilis compositio interuenit, hoc adiecto in cõpositione, quod quam cito per sedẽ Apostolicam fuerit confirmata, statum debeat executioni mãdari: Postmodũ Papa illam confirmauit: & ad maiorẽ securitatem tenor compositionis insertus fuit in ipsa confirmatione: ipsi tamen nobiles ipsam compositionẽ seruare nolebant, sumentes occasionem ex eo videlicet, quod verbum cõfirmationis secundũ stylum ecclesiæ Romanæ præcedit tenorem compositionis, idest in litteris confirmationis pmisit Papa verba illa; cõpositionem per legatum factam confirmamus: sicut sine prauitate facta est: & ex eo videlicet eã seruare nolebãt: quia clausula illa consueta, sicut sine prauitate facta est, i litteris confirmationis continentur: cum p hoc nõ videbatur simpliciter cõfirmata, sed sub conditione, vnde licet si iustè esset lata: ppter quod archiepiscopus & suffraganei eius significauerunt hoc domino Papę: vnde ipse mandat prædictis nobilibus, quatenus si prædicta vera sunt, compositionem illam adimplere procurent. No. quod compositio amicabilis potest fieri inter ecclesiam & laicos super decimis, dum tñ auctoritas Papę interueniat, vt hic patet, alias non credo quod valeat citra confirmationem Papæ, inter ecclesiam & laicos. sed hoc actum fuit inter partes: alias non valeret, nisi Papa confirmaret compositionem. Not. quod ex quo Papa ex certa scientia compositionem vel transactionem confirmat, tenet & valet, etiam si alias non valeret.

¶ Honorius tertius illustri Regi, Baronibus & militibus, & alijs hominibus Cypri.

¶ *In confirmatione ex certa scientia, dictio, sicut, ponitur causatiuè, nec nocet si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.*

CAP. VIII

VEnerabilis frater N. archiepiscopus Nicosien. & suffraganei eius, transmissa nobis petitione mõstrarũt, quod inter ipsos & vos super quibusdam decimis, mediante † Albanen. episcopo tunc Apostolicæ sedis legato, amicabilis compositio[a] interuenit: expressè adiecto, quod quã totyus† eam auctoritate Apostolica cõfirmari cõtingeret, statim deberet executioni mandari: verum licet sit per nos confirmata, & ad maiorem rei euidentiã litteris confirmationis tenor cõpositionis insertus,[b] ipsam tamen renuitis obseruare: occasionem friuolã prætendentes, tum ex eo quod in litteris verbum confirmationis, (tenorem † compositionis) iuxta stylum ecclesiæ Romanæ præcedit: tum quia clausula consueta, scilicet, (sicut sine prauitate[c] prouidè facta est,) in eisdem litteris continetur: & infra. Mãdamus, quatenus si præmissis[d] veritas suffragatur, compositionem eãdem adimplere curetis.

¶ Idem vniuersis Abbatibus & Prælatis, ac conuentibus & clericis in Constantinopolitana diœcesi constitutis.

¶ *Collatio ecclesiæ alteri facta per legatum, & per Papam confirmata, ius diœcesani non lædit.*

CAP. IX.

SVa † nobis patriarcha Constantinopolitan⁹

a Amicabilis compositio.] benè dicit, amicabilis compositio: quia transactio super decimis vt aliquid temporale detur pro decimis, non valet. j. de rerum permu. c. vlti. nec super alio spirituali. supra de transact. constitutus. sed compositio bene interuenit in decimis & alijs spiritualibus supra de transact. statuimus. & c. de cętero. & j. de decimis. ex multiplici.

[Glo. seq. quærit, arg. pro, & solut.]

b Tenor cõpositionis insertus.] vt p hoc appareat, q cõpositio legitima fuerit, & nõ possit de ea dubitari, arg. s. eod. c. 1. & 2. vnde non posset alius iudex vlteri⁹ de qõne suborta cognoscere, vt ibi dicitur: quia Papa ex certa scientia cũ eam vidisset, confirmauit. immo si cõpositio alias non valeret. ex quo Papa ex certa scientia confirmat, valet. supra de translat. c. 1. & capit. veniens. Si vero tenor compositionis non esset ibi insertus, nec ipse vidisset compositionem, & eam confirmasset, sicut quidẽ facta est, nihil operaretur, vt supra c. pro xi. & vt dictũ est, supra eod. c. 1. Sed nunquid necessariũ erit de cętero ostendere instrumentum compositionis, postquã ostenditur cõfirmatio Papæ, in qua continetur tenor cõpositionis: argu. quod sic, supra de fide instrumento. c. 1. C. de edendo. authen. si quis in aliquo, sed nõ credo q̃d de cętero expediat ostendere instrumẽtum compositionis de necessitate, cum auctoritate Papæ transcriptum sit & redactũ in publicam confirmationem. C. de testa. publicati. & infra de priuilegiis. cum olim esse[t]. ius. & ar. s. de fide instr. c. vl. De hoc no. j. de ver. sig. abbate.

[Gloss. seq. recitetur per obiectionẽ, & solutionem.

c Sicut sine prauitate.] per illa verba quæ in cõfirmationibus conditionaliter intelliguntur, vt dictum est supra ca. proxi. dubitabatur, an teneret compositio; quia nõ videbat eam cõfirmasse simpliciter, vnde eã seruare timebant; sed errabant; quia illud intelligi caue. Papa confirmat ea, quę non valet: & ideo dicit, in confirmationib. sicut sine prauitate. sed quando cognoscit de compositione, & videt ea quæ confirmat: tunc licet illa verba ponantur in confirmatione, non intelliguntur cõditionaliter, sed causatiue, & sic intelligitur; sicut sine prauitate facta fuit compositio. i. quia sine prauitate. Ber.

d Si præmissis veritas suffragatur.] idest, si compositio taliter fuit facta & confirmata tenore compositionis inserto: quia per hoc apparet quod ipsam approbauit: vnde mandat eum seruari.

SVa nobis.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Cum igitur. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam Cardinalis legatus Apostolicæ sedis in partibus Constantinopolitanis, contulit quędam monasteria quibusdam alijs ecclesijs in temporalibus & spiritualibus? super illis collationibus confirmatio Apostolicæ sedis obtenta fuit in forma communi: isti prælati quorum ecclesiæ alijs collatæ fuerant, sumentes occasionem ex collationibus prædicti legati, & confirmationibus, patriarchæ Constantinopolitano obedire recusant, & ei de iuribus parochialibus respondere: Vnde patriarcha Cõstantinopolitanus conquestus fuit domino Papæ: Super hoc scribit Papa

† De virtute clausulæ ex certa sciẽtia, vide latè per Antoniũ Gabrielium lib. 6. com. conclusion. titu. de clausulis, cõclusione 1.

† Hæc duo verba: [tenorem compositionis.] in omnibus impressis codicibus quos ego viderim vno satis vetusto excepto, deficerãt, & malè, quia sine illis nullus cõstat sensus, ea tamẽ nos ex omnibus manuscriptis suppleuimus.

† Vide Archidiaconũ in c. de ecclesiasticis. 23 q. 2.

conquestione monstrauit, quod cum quidam vestrum sumentes occasionem ex eo quod I. presbyter Cardinalis tūc Apostolicæ sedis legatus, quibusdā alijs ecclesijs & clericis in spiritualibus & temporalibus cōtulit monasteria eorundem, † ipsi Patriarchæ obedire recusant, & ei d iuribus Patriarchalibus respondere; in suæ præsumptionis adiutorium inducentes, confirmationes huiusmodi collationum à sede Apostolica impetratas. ¶ Cum igitur nolumus iura, quæ diœcesanis debentur, p collationes seu confirmationes prędictas minui[a] seu lędi: Mādamus, quaten[9] occasione huiusmodi non obstante, ipsi patriarchæ reuerentiā & obediētiam exhibere curetis, eiq; de iustitijs suis integrè respondere.

† al. earundem.

Papa vniuersis prælatis diœcesis. Constantinopolitanæ, dicens, quod ipse non vult iura, quæ diœcesanis debentur, per huiusmodi collationes, seu etiam confirmationes minui siue lędi: vndè mandat prędictis prælatis, quatenus huiusmodi friuola occasione non obstante, ipsi patriarchæ obedientiam & reuerentiam exhibere procurēt, & ei de suis iustitijs semper respondere. Nota, q legatus non potest subijcere vnam ecclesiam alteri in prę iudicium diœcesani episcopi: nec Papa per huiusmodi confirmationes sup hoc obtentas intelligit iuribus episcopalib. præiudicium generare. Item per confirmationem ius alterius non tollitur.

a Minui.] quia non debet inde procedere iniuriarū occasio, vnde iura nascuntur. C. vndè vi. meminerint. infra de accusa. qualiter, & quando. & quia si sua iura vnicuiq; episcopo non seruantur, quid aliud est quā vt ordo ecclesiasticus confundatur? vt 11. q. 1. peruenit nec fuit intentio domini Papæ per confirmationem huiusmodi aliqd subtrahere episcopo diœcesano, nec etiam per collationem Cardinalis, immo remanet ius saluum diœcesano episcopo, infra de relig. domi. c. 2. & dicit Papa: nec honorē meum reputo i quo fratres meos honorem suū perdere cognosco, vt 99. distinct. ecce. Et sic patet, quod per confirmationem huiusmodi ius alterius nō tollitur. sic etiā licet Papa recipiat aliquem sub sua protectione, non propterea eximitur à iurisdictione sui episcopi. infra de priuileg. ex parte, sic licet aliqui assumant in confraternitatem Hospitalariorum, siue Templariorum, non eximuntur a iurisdictione suorum episcoporum. infra de priuileg. cum & plantare. §. penult. cap. ex tuarum. & cap. penultimo, Bernardus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ Quia T. visum est de iudicijs, & iudices maxime clerici nō debēt eē i peccato, maximè cū iudicant. 3.q.7.iudicet.ideò post tractatū iudiciorū subijcitur qualiter clerici debeant se habere in vita & honestate, vt sic vitent omnē maculā peccati. Itē potest cōtinuari vt Ī.i proœmio continuatur. Nam in primo libro dixit de psonis, & officijs earum. In secundo de actibus hominū i iudicio: restat videre de actib⁹ hominum extra iudiciū tā respectu clericorū q̄ laicorū. Et quia clerici sunt digniores laicis, primo hic tractat i tertio d' actibus clericorū: In quarto verò de actib⁹ laicorū. Tractatur⁹ igit auctor in hoc tertio lib. de actib⁹ clericorum, voluit pmittere istam rubricam de vita & honestate clericorū: qa p omnib⁹ debēt clerici vita & honestate fulgere. Et dic q͂ verbum. vita. concernit necessaria ad victum clericorum: verbum autē, honestate, cōcernit ipsos respectu morum, & sic nihil superfluit.

De hac materia habetur 12.q.1.& 23. q.4. & 23.dist c. clerici comam. vsque ad finem dist.& cap. his lene ergo.& 35.& 41.& 43.& 44.& 86.& 91.& 92 dist p totum.& de consecra.dist.5. nunquam, vsque ad capitulum de spiritu.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De Vita & honestate clericorum.

¶ Ex concilio Magontino. †

¶ *Cum celebratur, diuersus esse debet clericus à populo.*

CAP. I.

VT laici [a] sec⁹ altare [b] quādo sacra mysteria celebrantur, stare vel sedere iter clericos nō præsumāt. Sed pars [c] illa quæ † cancellis ab altari diuiditur, tantum psallentibus pateat cleri- 10 cis. Ad orandum verò & communicandum laicis & [d] fœminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum. [e]

¶ Ex concilio Pictauien. †

CAP. II.

20 CLerici † arma [f] portantes, & vsurarij [g] excommunicentur.

¶ Ex concilio Maticen. †

¶ *Presbyter habens populum debet habere clericum, qui secum cantet, & in alijs hic 30 expressis, eum iuuet.*

CAP. III.
n Liceat.] si scriberetur ipsi ordinatori, ipse non posset aliqd objicere, nisi hoc lřis cõtineret: quia quos idoneos reputauit ad ordines, dẽt reputare idoneos ad bñficiũ, s. de æta. & qual. c. accepimus. sed successor põt. & ita semel approbatus iterum probaĩ & reprobaĩ, sicut medicus. 3 ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. & virgo semel probata iterum probaĩ. 4 27. q. 1. nec aliqua & melius s. de prob. c. pe. & ul. & 2. q. 5. hẽt hoc pprιũ. & c. Mẽnã. sed hoc totum gratia est. quia de facto vnius sæpius quæri non dẽt. ff. de nau. cap. stabu. l. licet in fi. Sed nonne psumi dẽt pro ordinato? Sic arg. s. de prob. post cessionẽ nisi pbet cõtrariũ. Item qualiter cognoscit postea de eius idoneitate: cum sñia epi, qua pronunciauit ipsum idoneum, trãsiuit in rem iudicatam, à qua non fuit appellatum. s. de elec. cum dilecti. in fi. Rñdeo totum fit de gratia. Vel dicas, quòd tantum quęrẽ de noua causa postea emergente. arg. s. de æta. & qual. ordi. c. 1.

3 Quod est ipsũ pp hominum lautatem. Ioã. And.

4 Quia sæpè mens fallitur, & c. vt ibi.

a De altari.] 12. q. 1. ex his.

b Repelli.] ad quem spectat onus, & emolumentum. & 11. q. charitatem, & c. quicunq; & c. ecclesiasticis. 1 & e cõuerso nõ est ferendus is qui lucrũ amplectit, onus autẽ subire recusat. C. de ca. toll. l. vnica. §. pro secundo. ADDITIO. Vnde versus.

Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

c Obseqnio.] non tibi, sed dño grauis est cui seruit egestas. arg. 93. dist. diaconi versi. mendicat. Lau.

d Nominis ratio.] 21. dist. cleros. & clericos. & 16. q. 1. si cupis, & nomina debent esse consonantia rebus. insti. de do. §. est & aliud.

e Sors.] 12. q. 1. cui portio.

f Assumuntur.] vt qui ordinantur sine beneficio, vel assumuntur, vt habeant hæreditatem Domini.

g Assequuntur.] si qui ad beneficium recipiuntur,

[Glo.

ria cōgrue subministres, donec^a p te in Zamoreñ. ecclesia, vel alia fuerit cō petens beneficium ecclesiasticum assecutus, scituтus pro certo, quod si p examinationem eorũ † fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatũ nostrum neglexeris p-uidere, cum hoc nobis per litteras eorum innotuerit, ad id exequendũ te per districtionem ecclesiasticā cōpellemus.

¶ Idem episcopo Senoñ.

¶ Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta. aliam quam potest, conferre tenetur. h. d. & est singularis dispositio.

CAP. XVII.

INter † cætera: & inf. ¶ Facta resignatione à G. † quondam canonico Lauduñ. † de præbenda eiusdem ecclesiæ, quę per commutationem p̄bendarum H. tunc Siclunen. † canonico auctoritate Apostolica assignari ^b debebat: magister P. per Lauduñ. † episcopũ de præbenda fuit inuestitus eadẽ. Super quo cum 10 inter magistrum ipsum & dictum H. cōtrouersia suborta fuisset, per C. Papam prædecessorem nostrũ omnia retractata fuerant: & infra.

¶ Supradicto ep̄o dedimus in præceptis, † vt 20 donec idẽ magister in eadẽ ecclesia fuerit præbẽdale beneficiũ assecutus, nulli alij præbendā assignare præsumat: quod si forte presumpserit, id irritum ^c decernimus & 30 inane. decet enim, vt qa præbendam ei, quam de iure non potuit, assignauit, ^d eam quam de iure potest, assignet: ne præbendam ei fraudulenter visus sit assignasse.

40 ¶ Idem episcopo & cãtori Tornaceñ.

¶ Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates, atque præbendas, & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.

60 ## CAP. XVIII.

CVm † iam dudũ: & infra. ¶ Verũ quo-

[Gl. seq. quærit, soluit, alleg. pro & contra. ponit opi. Vin. demum soluit.]

a Donec per te.] quid si ep̄s ordinauit eũ ad aliquem titulũ, & ille est euictus ab eo, nunquid ep̄s tenet̃ de euictione? Arg. q non: quia donator non tenetur de euictione ff. de ædi. edi. l. ad res donatas, arg. contra. 7. q. 1. p̄stitiũ. & j. eo. inter cætera. Dixit Vin. q ep̄s sp̄aliter nõ tenet̃ si dedit ei bñficium sufficiens, & factum sit insufficiens & exinanitum: sufficit enim minori ab initio adire locupletem hæreditatẽ. ff. de mi. verum. §. si locupleti. tenetur tñ generali obligatione, qua tenet̃ puidere & ordinaт ecclesias oẽs sui ep̄atus. de conse. dist. 1. oẽs. Tu dicas melius cũ T. si fraudulẽter cõtulit ei beneficiũ alterius quo alius non fuit iustẽ priuatus, siue alij debitum, & ipse cui cõtulit, hoc ignorauit, tũc sp̄aliter tenet̃ ep̄s ei prouidere in æquiualẽti beneficio. arg. 7. q. 1. p̄stitiũ. & j. eo. inter cætera. & j. de iure pat. c. pasto ralis.

INter cætera.] Narrat primo factũ. Scđo mãdat decerni. & cãm exprimit: ibi. Supradicto episcopo. Abbas.

CASVS. H. & G. a. permutationẽ suarum p̄bẽdarum affectantes, eas in manu Papæ renunciauerunt: postmodũ mãdauit Papa decano Remẽ. vt de præbenda G. inuestiret H. sed ep̄s loci hoc intelligẽs contulit eã magistro P. vñ orta lite inter magistrũ P. & H. dñs Papa reuocauit præfatã renunciationẽ, & vtriq; restituit bñficiũ suum: & ne magister P. remaneret frustratus spe sua. Mandat Papa ep̄o ut præbẽdã alicui nõ cõferat, donec assignauerit magistro P. bñficiũ præbẽdale I ecclesia: & si cõtra fecerit, illud cassat: ne fraudulenter visus sit illi cõtulisse præbendã. Ber. No. q vbi ponit clausula q si cõtra factum fuerit, decernimus irritũ & inane: quod fit postea, ipso iure nõ tenet. Item qui dat beneficium quod dare non põt, tenet̃ ad beneficium quod dare potest: ne fraudulenter visus sit beneficium contulisse.

[Gl. seq. reci. per obie. vlt. alle. concor. remittit, signat contrarium, soluit, & distinguit.

d Assignari debebat.] ex quo G. resignauit tali modo, vt daretur H. & non fuit ei data, sed magistro P. non videbatur ei renunciasse: ne vñ eam perdidisse, sicut non admittit possessionem qui eam sub modo alij tradidit, nisi modus existat. j. vñ. a. sub conditione eam tradidisse j. de resti. spo. olim. 1. & ff. de acq. poss. qui absenti. §. si quis. & qui sub conditione tradit possessionem, & recedit à possessione, non pdit eam. ff. eo. si cum me. vnde iste non videbatur amisisse possessionẽ bñficij sui: certè verum est quòd amiserat per renunciationem, sed Papa postea ex officio suo vtrinq; restituit propter discordiam suscitatam.

c Irritũ.] simile C. de legi. nõ dubiũ. & C. de reb. eccl. nõ alie. l. sancimus. & 10. dis. c. vides. si hoc verbũ nõ contineretur in litteris, & ipse conferret, vñ q cessio teneret, licet esset facta cõtra mãdatũ Papæ. j. e. dilectus fili⁹, G. vbi de hoc.

d Assignauit.] hic expresse hẽs, quòd si ep̄s pcessit bñficium q cõcedere nõ potuit, tenet̃ mihi ad aliud cõsimile. 7. q. 1. præstitium. de hoc dr̃ j. e. c. prox. sim. j. de si. presby. veniẽs. arg. ff. de pig. act. l. eleganter. §. q reprobos. ff. ad Velleia. quinis. §. si cõuenerit. & ff. q satisd. cog. quoties. ff. de le. 1. l. si filiusfam. §. si q alicui. & ff. de leg. 3. l. nos. uo. § Labeo. quia adiuuari beneficijs nos oportet. nõ decipi. ff. commodati. l. in commodato. §. sicuti si. & j. de cõmo. c. vn. in si. Et sic est cõtra 1. 3. q. & dicit lex, q donator non tenetur de euictione. ff. de ædi. edi. l. ad res donatas. sed hic in veritate nõ dr̃ donare, quia necesse hẽt eam donare, & in necessitate nemo liberalis existit. ff. de adi men. leg. l. rem legata. in si. & de hoc dictum est j. eo. c. regulam. & hoc intellige quando episcopus sciuit quòd eam donare 50 non poterat, & ille qui recepit ignorauit, vt supra. proxi. si enim recipiens hoc sciebat, non credo, quòd haberet petitionem contra episcopum ad aliam præbendam, instar illius qui sciens emit liberum hominum, quia emptio nulla fuit: secus si ignoranter emit. ff. de contrahen. emp. l. liberi hominis. Ioan.

CVm iamdudum.] Opponenti plura contra electum, sufficit alterum probare quod ad cassationem eius sufficiat. h. d. Primò ponit sex, quę opponebantur contra electum. Secundo diffinitionem quæstionis conditionalem. Tertio respondet tacitę quęstioni vel obiectioni. Secunda ibi, Mandamus. Tertia ibi, cum multa. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante præpositura Siclunen. à quibusdã canonicis ecclesiæ Siclunen. electus fuit quidam nomine Ioannes de Bychinia maiore parte capituli prius appel-

¶ illorum

a Ad hoc j. eo. si beneficia. li. 6. Io. And.

† Cap. j. eo. ti. in j. cõpi.

† V v.

† Laudensi

† Sidon.

† Laudeñ.

b Hic casus Bern. est, & in antiquis exemplarib. reperitur.

† Text. est in j. verba. ff. de cond. inst. & l. actus. ff. de reg. iu.

4 Facit pro lege hic in initio. Io. And.

† mandat

† Cap. 4 eo. ti. in j. cõ. Et de materia vid. C. cõs. 3. & C. tradã. cõ. 67.

appellan te, & quibusdã canonicis absentib. & nõ voca tis ad petitionẽ ipsius Ioannis cõmissa fuit causa quibusdã iudicibus: iudices illi confirmauerunt electionẽ ipsius Ioannis: tandem causa cõmissa fuit alijs iudicibus ad petitionẽ partis aduersę, & illi cassauerunt confirmationẽ priorũ iudicum: demum Papa cassauit processus primorũ & secũdorum iudicũ, reducens causam in eũ statum in quo erat ante primã cõmissionẽ, istis omnib. sic peractis R. Siclunen. canonicus opposuit se isti Ioanni. proponẽs multa contra ipsum, s. pluralitatẽ dignitatũ & beneficiorũ, contra cõcilium Lateran. & quod die intrusionis suę ante cõfirmationẽ, admi nistrare præsumpsit, & post cassatione cõfir mationis electionis suæ min istrauit. his & alijs auditis; Mandat dñs Papa quibusdam iudicibus, quod si inuenerint prædictũ Ioanne habere plures dignitates atque præbendas, aut aliqd aliud de pmissis (qd sufficiat) inueneriint esse verũ, eidẽ Ioanni super ipsa præposi tura silentium impo nant, ab impetitione ipsius Siclunẽ. ecclesiã absoluentes. In fine respondet Papa quasi tacitæ quæstioni: posset quis opponere dño Papæ, quare vos istum repellitis? multi sunt qui habent pluralitatem dignitatum & beneficiorum? Rñdet. Multa per patientiã tolerantur, quæ si in iudicium deducerentur, exigente iustitia cassarentur. No. quod qui habet plures dignitates seu personatus, sine dispensatione Papæ ineligibilis est. Item ante confirmationem nemo debet administrare. quod si fecerit, debet eius electio cassari. Item per patientiam multa tolerantur, quia non denunciantur uel accusantur: quæ si in iudiciũ deducerentur, secundum iustitiam cassarentur.

uit post cassationem confirmationis: quia Papa etiam totum cassauit quicquid factum fuit per iudices priores & posteriores.

[Glo. seq. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. rõ iura, & soluit.]

niam ab R. Siclnñ. canonico, I. de Bythinia† quędam obiecta fuere: multitudo[a] videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis & auaritiæ[b] vitium: cui nõdum finem imponens, cõtra diffinitionis nostræ[c] tenorẽ, & Lateranẽ.[d] statuta concilij† ad obtinendam pręposituram Siclunen.† se ingerit & ingessit: & quod die intrusionis suæ ante cõfirmationem[e] † præsum pserit ministrare: sicut & post cõfirmationẽ cassatam. ¶ Mãdamus, quatenus si inueneritis prædictum I. habere plures alias dignitates, atque pręben das,[f] aut† aliquid aliud[g] præmissorũ quod ad cassationem eius suffi ciat, inueneritis esse verũ: ei super iã dicta pręposi tura silentiũ imponatis, ab impetitione ipsius, Siclunen.† ecclesiã[h] absoluentes. Cum multa p patientiam[i] tolerẽtur,† quę si deducta fuerint in iudiciũ, exigente iustitia ñ debeant † tolerari.†

¶ Idem archiepiscopo, & archidiacono Senonen.

¶ *Recepto in canonicũ quam cito facultas se obtulerit debetur præbenda, & interim habebit quotidianas distributiones.*

CAP. XIX.

Dilectus † filius T. canonicus Linconien.† proposuit, quod cum de mandato C. Papæ prædecessoris nostri Linconien.† episcopus quãdã præbendã assignauit eidẽ in ecclesia Linconien.† quia capitulũ ipsum ad eãdem recipere contemnebat; & inf. ¶ Ad instantiã Remen.

a Multitudo.] quæ est canonibus inimica. supra eo. quia intantum.

b Auaritiæ.] quæ à promotione repellit. 85. distin. c. Florentinum. quam etiam dixit lex legitimis testibus sententiam. C. de inoffi. testa. l. si quis suo. & est seruitus idolorum. ii. 8. eo. c. auaritiæ. Bern.

c Diffinitionis nostræ.] quam non habes in compilatione, quæ olim erat de institut. cap. tua nuper.

d Lateranẽ. statuta concilij.] s. eo quia intantum.

e Confirmationem.] hoc ita intellige, quod sup hac electione fuit causa cõmissa ad petitionem illius electi, & iudices illi electionem confirmauerunt, & postea alij iudices, quibus eadem causa fuit commissa, confirmationem illam cassauerunt, sicut hoc totum habetur in compilatione Innoc. 3. de re iudic. c. 1. de quibus hic fit mentio.

f Præbendas.] de hoc dictũ est s. de elect. c. dudum, 2.

g Aliud præmissorum.] scilicet quod ante cõfirmatio nem ministrauit. s. de elect. qualiter. vel quod ministrauit post cassationem confirmationis: quia Papa etiam totum cassauit quicquid factum fuit per iudices priores & posteriores.

h Ecclesiam.] & ita vr quod ecclesia, quę ipsum elegit, sciens ipsum habere plures dignitates atq; præbendas, nõ possit ipsum repellere. arg. s. eo. cum non ignores. ar. cõ s. de excep. cum ecclesiasticæ. & melius s. de elec. cũ inter canonicos 8. q. 1. c. dilectissimi. & 32. q. 5. horrendus. j. de cõcess. præb. cũ super. & s. de cler. coniug. c. diuersis fallacijs. & j. de don. c. inter dilectos. Sed hęc forte nõ habent: quia iste non fuit electus ab ecclesia: immo ecclesia se sibi opponebat, & electus fuit à quinque tãtũmodo, alijs appellantib. primo, & quibusdã absentibus, vt hic patet, in decret. quæ olim erat in cõpilatione Inno. de re iu. c. 1. hæc decr. de illa electione loquit. Ber.

i Per patientiam.] hic rñdet tacitæ quæstioni dicenti aliquis, multi sunt hãc & plura beneficia, quare ipsũ reprobatis dñe Papa? & ipse rñdet: multa per patientiã, &c. & tamen per talem patientiam non fit dispensatio. argu. j. de cognat. spir. super eo. & s. de iureiur. mulieri. arg. talis patientia voluntatem requirit. ff. de tribu. l. j. 1

Dilectus filius.] Continet quattuor dicta. Primo mãdatũ Apostolicum. Secundò ibi, Ad instantiam, iustu & iniustu præceptũ legati. Tertiò ibi, Cũ ergo, iusti processus confirmationem, & iniusti reprobationem. Quartò ibi, Facientes, Papalem subiunctionem. Abbas.

CASVS. Eps Linconẽ. de mandato dñi Celestini Papæ, cuidã clerico G. nomine, quandam præbendam in ecclesia Linconẽ. assignauit: sed capitulum Linconẽ. noluit ipsum recipere ad eãdem: tandem ad instantiam Remeñ. archiepiscopi, tunc episcopi Prænestini, Apostolicæ sedis legati, talis compositio inter capitulum & G. intercessit, quod receptus fuit in canonicum & in fratrem, concesso sibi stallo in choro, & loco in capitulo, & participatione diuinorum, ita tamen quod fructus prębendæ recipere non deberet, nisi loco proximo uacaturæ: sed quia plures prębendæ postmodum vacauerunt, nec eidem G. aliquã assignauerunt, accessit ad Papam, proponens eidem omnia supradicta: scribit Papa iudicibus dicens, dictũ G. in canonicũ recipi canonicis non obuiare institutis, sed vacaturã expectare prębendam, esse contra Lateranẽ. concilium: vnde Papa factum legati in eo quod dictum G. recipi fecit in canonicũ & in fratrẽ, approbauit: sed quod nihil reciperet nisi loco proximo vacaturæ, reprobauit: quia verò indignum est, vt receptus in canonicum beneficio careat; Mandat iudicibus, vt epm & capitulum compellant, ut ei præben-

Marginalia: Bithinia. Bitumia. | lib Alex. cap. 1. 3. & | Siclẽ. | ministrare cõ firmatione. | vitia aut quod præ fatis, &c. | † Sidcñ. | † In antiquis: tolerantur. | † deberent. | † Vide l. 1. §. pen. ff. de his, qui not. infa. & l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. | † Cap. 5. eo. tit. in 3. compilat. | † Lingon. | † Lingoñ. | † Lingoñ. | 1 Dñs sciens scutũ mercari in reputetur tributoria, nõ tamen requirit quod uelit, sed satis est; quod noluit, ex quo sciuit. Ioan. And.

dam (cum se facultas obtulerit) assignent: & portiones quotidianas, quæ fiũt in ecclesia, faciant assignari eidẽ. No. quod aliquis potest recipi in canonicũ sine assignatione præbendæ, dummodo aliquid sibi assignetur tanquã canonico: & si additur quod nihil percipiet nisi cũ vacauerit prębenda, hoc non licet, sed sic potest recipi: Recipimus te in fratrem, & prouidebimus tibi cũ facultas se obtulerit, istud non est contra conciliũ. Item sententia pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item vtile non vitiatur per inutile, nec licitum per illicitum.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & soluit.]

a Percipere nõ deberet.] istud fuit contra conciliũ. j. de cõcess. præben. nulla. Sed cõtrariũ videtur s. eo. relatũ. vbi tenet promissio vacaturæ præbendæ. Sol. hic nihil percipiebat, sed ibi sic, vt patet, ex illo verbo; integritate præbendæ gauderet: & ex eo quod dicit; quotũ cõis est vsus: & hic hoc solũ additur quod percipiat ea quæ de cõi conferuntur, & ita nõ cõtradicit, sed concordat: & hic vitium fuit expressum.

[Glos. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

b Illicito.] arg. contra s. de consti. cũ M. ver. quatuor recepe-runt ad vacaturas, &c. Sed Papa illud reprobauit. vnde præcepit quod eis prouideatur ex superexcrescentibus, &c. & ita concordat cum ista. uel ibi recepti fuerunt simpliciter, vt ibi nota.

ADDITIO. Vel non reprobatur receptio in ius canoniæ, sed receptio ad vacaturas.

[Glos. seq. arg. instruit, quærit, opin. ponit, & soluit.]

c Approbantes.] ar. quod sententia siue donatio tenet pro parte, & pro parte non. sic s. de arbi. cum tempore. 12 q. 2. si quos. & 17 q. 4. questi. & 22. q. 4. inter cætera. [1] & j. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. Caueas tamen qualiter fiat electio. si dicatur: eligimus te ad proximã vacaturam, nulla est electio. j. de concess. præb. c. nulla. & c. relatum. & c. ex tenore. Si verò dicatur: eligimus te in fratrem & socium, & promittimus tibi conferre beneficium cum primum vacauerit, tenet electio talis. s. eo. relatum. & j. de concess. præb. cum inter. assignando eidem quotidianas distributiones. alias compellẽtur ad hoc, vt dicitur hic in fi. & ille intelligitur electus ad quoddam ius de nouo creatum. j. eo. dilecto. & illud ius petit quam cito assignatur beneficium vacans. non enim diu posset manere tale ius sine re corporali. 1. q. 3. si quis obiecerit. & talis canonia auget numerum canonicorum, sed non præbendarum. Sed nunquid plures possent taliter eligi, si duo possunt eligi, eadem ratione & plures, scilicet tres & quattuor, & quotcunque? Dicit Io. quod secundum numerum præbendarum possunt plures vel pauciores eligi. Sed certe non uidetur quod tot possunt eligi quot sunt ibi canonici, propter diutinam expectationem: sed sufficit quod pauci eligantur, saltem duo vel tres, vel quinque. s. de consti. cum M. Ferrarien.

d Destraudetur.] sic s. eo. relatum.

e Cum se facultas.] hoc idem erat ei promissum in illa cõpositione: sed archiepiscopus auctoritatẽ præstare non potuit, immo illud solũ cassatur quod nihil percipere deberet. Lau. Itẽ ex eo quod dicit hic, patet quod legatus non potest dispensare contra conciliũ. [2] j. de cõcess. præb. nulla. sed solus Papa. Itẽ aliud est dicere, cum facultas se obtulerit, & aliud cum beneficium vacauerit, vt hic patet. & j. de concess. præben. accedens.

[Glos. seq. recitatur per obiectionem & solutionem.]

f Assignare.] hoc idẽ poterat consequi ex illa cõpositione, vt vĩ. dicit Io. quod non quia tẽpore compositionis vacabant ibi beneficia, & volebant ipsum expectare proximam vacaturam. Item aliud additur cõpositioni: quod ipse habeat quotidianas distributiones siue victualia, quæ de cõi conferuntur: quæ tancũ præsentibus dantur. s. de cler. nõ resid. de cætero. & j. eo. licet. Perceptio. n. talium præbendarũ non facit canonicum, quia sola salarij perceptio non facit decurionem. ff. de decur. sola. [3] & infra eod. dilecto.

archiepiscopi, tunc episcopi Prænestin. Apostolicæ sedis legati, & auctoritate ipsius, talis inter eũ & episcopum & canonicos Linconien. † compositio intercessit: quod ipso ab eis recepto in canonicũ, & concesso sibi stallo in choro, & participatione qualibet diuinorũ idẽ fructus præbendæ percipere nõ deberet, [a] nisi loco proximo † vacaturę: & infra. ¶ Cum ergo dictum T. in canonicũ recipi, canonicis non obuiet institutis, & vacaturam expectare præbẽdã Lateranen. concilio † nõ sit dubium obuiare: Nos facto eiusdem legati illicito [b] reprobato, quod est licitum approbantes: [c] † quia uidetur indignũ, ut receptus in canonicũ præbẽdę beneficio destraudetur: [d] Mandamus, quatenus dictos episcopum et canonicos, vt ei præbendam (cũ se facultas [e] obtulerit) non differant assignare, [f] appellatione postposita cõpellatis: Facientes eidẽ portiones quotidianas, quæ fiunt in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

¶ Idem episcopo Brixien. †

¶ Non tenet electio cum ad vnam præbendam duo simpliciter eliguntur.

CAP. XX.

TVę † fraternitatis deuotio: & infra. ¶ Cum sæpè contingat, quod ad vnam prębendam duo clerici propter importunitatem [g] petentium eligantur; Nos attẽdentes, quod si duo vnã præbendam tenerent, illud esset cõtra cõcilium Turonen. [h] quod præbendarum inhibet sectionẽ; [i]

TVæ fraternitatis.] Primò ponitur decisa facti narratio, & consultatio. Sedo responsio: ibi, Nos. Albas. CASVS. Al. quando contingit quod ad vnam præbendam uacantem, duo eliguntur propter importunitatẽ petentiũ: quæsitum fuit a Papa an talis electio de iure teneat. Papa considerans, quod si duo vnam præbendam tenerent, esset contra concilium Turonen. quod præbendarum inhibet sectionem: & si vnus illorum prębendam haberet, alter illorum sub expectatione contra Lateranen. concilium remaneret. Respondet quod talis electio de rigore iuris est cassanda. Nota, quod quæ per importunitatem fiunt, ualere non debent. Item præbenda diuidi non debet. Item electiones contra iura factæ non ualent, & ipso iure nullę sunt.

g Importunitatem.] electio facta ad importunum clamorem non ualet. s. de elec. Oñus. 61. dis. miramur. & per importunitatem non concedenda sępè concedimus, dicit Imperator. C. de petit. bon. sub. l. 1. lib. 10.

h Concilium Turonen.] s. eo. maioribus. & j. vt eccl. bene. vt nostrum. & 1. q. 1. c. si quis præbendas.

[Glos. seq. duas obiectiones soluit.]

i Sectionem.] sed cum vna parochia possit diuidi in duas. 16. q. 1. præcipimus. & 10. q. 3. cap. vnio. de consec. dist. 1. omnes. j. de eccl. ædi. ad audientiam. quare vna præbenda non potest diuidi in duas? Respondeo, duæ parochiæ licitè fiunt ex una, iusta causa interueniente quod utra-

† Lingoñ.
† proximò
† sub Alex. iij. c. 8. & habetur j. de concess. pb. cap. nulla.
† Vide l. si conuenerit. cum glo. ff. de pign. act. melius in l. necnon. §. 2. cum gl. non prohibeat. ff. ex qui. cau. maio.
1 Regulariter enim nõ vitiatur utile p inutile. j. de reg. iu. utile. lib. 6.
2 Concor... do... cæt... tũ... re... j. de... cũ dile... de offi... 3 & 4 l... Ioan. At...
† Brixiẽ
† Cap. 6... pale.
3 al. H... nim. & ... in C... super ... Ioan. A...

&† si vnus illorum ipsã obtineret præbendã, sub expectatione aliuscõtra Lateraň.† concilij [a] statuta remaneret. Inquisitioni† tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore [b] iuris penitus est cassanda.

¶Idem

¶Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudices, poterit iudex alterũ confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentib. prouisionẽ facere. Ista est pulcherrima dispositio, & in toto corpore iuris non habes consimilem.

CAP XXI.

Nisi† essent viri prouidi & honesti, [c] tã q ordinationem fecerunt, quàm illi circa quos est facta ordinatio in ecclesia vestra, super negotio Prioratus, ordinationẽ illam valde suspectam, ꝓpter exempli perniciem haberemus. ¶Quod ergo post concertationem diutinã ordinatum est circa vnum de duob. electis, vt ipse habeat Prioratũ, hoc ex iurisdictione delegata, secundũ iustitiam videtur esse statutum. quod autẽ ordinatum est circa reliquum, vt ipse viginti† libras de reditib. capituli, & quadraginta de prouẽtibus Prioratus percipiat† annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria [d] potestate: cum in delegatos† fuerit compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo cõmissam, se pro bono pacis & vtilitatis hoc ordinasse fatentur. ¶Quia igitur hæc ordinatio ab

ꝙ vtraq; sit parochia per se, & habeat propriã limitationem: sed ꝙ duæ fiet sub vna limitatione, non potest. 16. q. 1. plures, & eodẽ mõ vna præbenda põt diuidi in duas, ita quòd sint ibi perpetuo duo canonici, dũ mõ facultates illius præbendę sufficiant competenter duob. j. eo. c. vacãte sicut vna dom⁹ põt diuidi, & de cætero erunt duæ dom⁹: & vnus fundus si diuidatur, erũt duo fundi. ff. cõia prædiorũ. l. si qs duas. §. 1. sed præbenda diuidi nõ dẽt, vt sub nomine vnius præbendæ cẽseatur vterq; quasi dimidius canonic⁹. q a vnitas non recipit diuisionẽ. 24. q. 1. loqũ. nulla. n. seruitus diuidit, licet vsusfructus diuidat. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. si vsusfruct⁹, & ff. de vsu & habi ta. l. v sus pars. Sed nonne hoc mõ põt diuidi præbenda, ꝙ idem ius apud vtrumq; remaneat, quia & iura incorporalia apud plures põt in solidũ residere. j. de iur. pat. c. 1. & ff. de serui. l. viæ. & ff. de bo. liber. l. libertus. in fi. in præbẽda hoc esse non potest, vt dictũ est j. e. dilecto licet. n. dicatur idem ius esse apud plures, re vera tñ quilibet speciale & separatũ i⁹ habet. ff. quemad. serui. amit. l. aq̃. Et not. quòd sicut de vna præbenda possunt duæ fieri, si facultates sufficiant: sic ex causa necessaria possunt & debent diminui præbendæ. 1 infra. de ver. sig. c. vlt.

a Lateraneñ. concilij] infra de concel. præb. nulla.

b De rigore iuris.] innuit quòd de patiẽtia possit tolerari & confirmari, quasi dispensando, quod satis potest concedi: quia talis dispensatio non est perpetua, sed ad tempus: nec proprie dicitur facere contra concilium. Ad quid ergo diceret, de rigore iuris? aliàs simpliciter respondisset dicendo, quòd talis est cassanda, & multæ tales electiones tolerantur, & ex causa posset iuris rigor relaxari. arg. op. infra eo. c. vacante, & c. cum causam. vbi tenetur integrare præbẽdam tali modo collatam, nec mandatur cassari.

Nisi essent viri prouidi.] Primo recusat suspectam ordinationem, & ipsius duo membra declarat. Secundo præmissis motiuis sub certa moderatione illam approbat. secunda ibi, Quia igitur. Abb. Sic.

CASVS. Vacante quodã Prioratu duo fuerunt electi ad ipsum, cã cõmissa fuit super his duabus electionib. vt negotium posset facilius expediri, partes compromiserunt super istis duabus electionibus in iudices delegatos: retenta sibi iurisdictione delegata: iudices isti sue arbitri, pro bono pacis & concordiæ ordinauerunt, quòd vnus electus prioratum haberet, alter, verò viginti libras perciperet annuatim de redditibus capituli, & 40. libras perciperet annuatim de prouentib. prioratus: & hæc ordinatio ab omnibus recepta est & approbata: tandem petiuerunt illam ordinationẽ per sedem Apostolicam cõfirmari: Super hoc scribit Papa, dicens, quòd illã ordinationem haberet valde suspectã ꝓp malum exemplum, nisi tã illi qui eã fecerũt, q illi circa quos facta fuit, essent viri prouidi & honesti: quod. n. factũ fuit per illos, vt vnus de duob. electis habeat prioratum, hoc factum fuit secundum iustitiam ex delegata iurisdictione: quod de altero factum est, vt ipse habeat vigintĩ libras de redditib. capituli, & xl. de prouentibus prioratus percipiat annuatim: hoc secundum prouidentiam fuit ordinatum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit cõpromissum què retenta iurisdictione delegata, ꝓ bono pacis & concordiæ confessi sunt se hoc fecisse: quia ergo ordinatio ista ab omnib. est recepta, & Prior & capitulum prouisionem istam sine grauami ne possint exhibere, quæ facta fuit nõ ex actione partium, sed ex iudicum prouisione ꝓ bono pacis: Papa eam tolerat hoc mõ, vt videlicet dignitas prioratus non remaneat onerata, ita quòd defuncto Priore, successor ei⁹ ad prestationem quadraginta librarum nullatenus teneatur, ne circa prouentus prioratus aliqua sectio fieri videatũ. No. propter honestatẽ pſonę præsumitur ꝓ ipso. Item aliquis põt vti simul delegata & arbitraria potestate. Item pro bono pacis aliqua sunt tolerãda, q aliàs reprobarentur. Item quæ fiunt ex pactione partium circa spiritualia, illicita præsumuntur. Itẽ promissio ista fuit personalis. non ergo transit ad successorem.

c Honesti.] ex qualitate personę præsumitur licitum quod aliàs esset illicitum. arg. 9. q. 2. Lugduneñ.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. Secundo quærit. arg. affirmatiuè, & contrarium soluit.]

d Ex arbitraria.] & ita põt aliquis simul vti arbitraria & delegata potestate. sic s. de præsum. cap. lras. sed istud non videtur posse cõstare, quia rõne delegatæ potestatis adiudicauerunt alteri prioratum, sm hoc ꝙ constabat eum canonicè electum, qualiter per arbitriũ poterunt ipsum condemnare ad soluendum alteri parti indebitum, cũ alij solui nõ possit quod est alij debitum. s. de iureiur. cã te. quia si prioratus fuit isti debitus, constat quòd solutio pecuniæ est indebita? Põt dici, quòd isti non fuerunt arbitri, sed arbitratores, quorum arbitrium si iniquum sit, auctoritate superioris retractatur. supra de arbi. non sine. vel reducitur ad arbitrium boni viri. ff. pro socio. si societatem. Sed nunqd ratione talis arbitrij possent ipsi adiudicare alteri prioratum? Arg. quòd sic, supra. de trãsa. c. de cętero. sed nõ est verum: quia talia spiritualia possideri non possunt. nisi ex iusta institutione canonica. 2. q. 1. legum. sic & in matrimonio non potest interuenire arbitrium. s. de transa. c. vlt. & supra de in integ. resti. c. pe. in fin. & hic ver. hoc ex iurisdictione delegata. B.

† al. trigint̃a

† recipiat

† In iudice delegatũ potest compromitti. Doct. in c. cum tẽpore. supra de arbit. Specu. tit. de arbit. §. 1. adde Lãfrancum trac. de arb.

. l. itaq̃ & si ... ipsorũ, &c.

sub Alexã. ... 3. c. 8.

al. ita: sup ... respõ.

... in compr. Et ... quod p ... ca. dicit ... in c. 1. §. ... partes. ... Cõ... in vsib. ... dor.

... lest, ... præ... vt ... preuent ... hoc ... dolo. ... de.

a Ex iussione.] ex pactione partium nõ liceret, nec il lam tolerasset Papa, vt s. de pac. cũ pridem sed qa iudi cis auctoritate factũ fuit, & ad tps sustinetur. s. de tran sa. de cætero. sic. n. excusat ab infamia qa iussu iudicis paciscitur de furto. ff. de his q no. infa. l. furti. §. q iussu.

Et qp Papa hic tolerauit huiusmodi cõpositionem, hoc fecit pp cas pdictas, s. p bono pacis & vtilitatis, quia placuit oib. & si Papa compositionem non tolerasset, auctoritas iudicis non sufficiebat quia de iure hoc facere non poterat: vnde dicit Papa; Nos eã hoc adhibito moderamine toleram[a], & ad tempus tm, vt sequit, & occasione huiusmodi prouisionis assumunt qñque aliqui causam male faciendi.

b Prioratus.] nisi hoc esset appositũ, confirmatio talis sine tolerantia fuisset realis, argu. supra de transact. veniens. & infra de instit. cum venissent.

c Prouentus.] qm sicut ius diuidi non potest, sic nec fruct[9] vt 1. q. 3. c. vlt. & infra vt eccle. bene. vt nostrum. & 16. q. 1. c. si monachus.

PRo illorum.] In prima ponitur facti narratio. In secũda causę commissio: ibi, Quia. Abbas.

CASVS. Dñs Papa mandauit archiepiscopo Burdegalen. vt in aliqua ecclesiarum suarum magistro P. competens beneficium faceret assignari; contradictores per cẽsuram ecclesiasticã cõpescendo: recepto isto mãdato, mandauit decano & capitulo Xanton. vt dictum magistrum reciperent in canonicum & in fratrẽ. Canonici Xantonen. ex aduerso dicebant, quòd habebãt certum numerum canonicorum, & iõ ipsum recipere non tenebantur. Archiepiscopus intelligens quòd ipsi abusi fuerant indulgentia de certo numero canonicorũ. dictum magistrum de prębenda & canonica Xanton ecclesię inuestiuit, & contradictores excõmunicauit: & quia canonici non recipiebant eundem, iterũ accessit ad Papã petens super hoc sibi prouideri. Scribit Papa quibusdam dicens, quòd quia quod de prędicto magistro per dictum archiepiscopum prouisũ factũ fuit, auctoritate sua vult ratum haberi: mandat quatenus si cõstiterit prędictos canonicos indulgentiam de certo canonicorum numero non seruasse, & auctoritate ppria aliquem vltra constitutum numerum in canonicum recepisse, sententiam excommunicationis, quam tulit archiepiscopus in eosdem, tandiu faciant obseruari, donec dictum magistrum recipiant in canonicum & in fratrem, & ea quæ ad canonicatum pertinent, ducerint assignanda; cum legem domino Papæ imponere non possint, quam ipsi negligunt obseruare. Nec quòd si scribit Papa archiepõ vt det alicui in aliqua ecclesiarum suarum prębendam, potest dare prębendam in qualibet ecclesia sui suffraganei. Item per hanc decretalem probatur, qp ex vi huiusmodi mandati nõ possit executor mittere in possessionem corporalem: licet sit arg. cõ ex eo quod dicit; de Xantoñ. ecclesię prębenda inuestiuit: sed hoc soluitur in glossa, quæ incipit, per talem. Itẽ qui auctoritate propria venit contra indulgentiã in hoc casu amittit eam. Itẽ excommunicati recipiunt aliquem in fratrem, & valet receptio: & sic est arg. quòd excommunicati possunt eligere, sed non est verum.

omnib. est recepta, possuntq; licite Prior & capitulum de prouentib. suis pp causas pdictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione,[a] iudicum prouisionẽ huiusmodi exhibere: Nos eam hoc adhibito moderamine toleram[9], vt ad præstantionẽ quadraginta librarum non dignitas Prioratus,[b] sed persona Prioris maneat onerata: ne forte circa p[c]uentus aliqua videatur facta lectio Prioratus: ita quod ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur.

¶ Idem Valden.† episcopo. & abbati Vatian.†

¶ Canonici priuilegiati a Papa, super certo numero, si spõte receperunt aliquem supra numerum, contra impetrantes à Papa, exceptione numeri vti non possunt.

CAP. XXII.

PRo illorũ prouisione; & infra. ¶ Burdegalen. archiepõ mandauimus, vt magistro P. in aliqua ecclesiarũ[d] suarũ vbi ei expedire cognosceret, cõpetẽs faceret beneficium assignari cõtradictores[e] ecclesiastica districtione cõpescens: q decano & capitulo Xantonen.† auctoritate nostra mandauit, vt ipsum admitterẽt in canonicũ & in fratrẽ. Cumq; idẽ reluctarent canonici, ac indulgentiã de quadragenario† canonicorũ numero ei opponerent: qa archiepiscopus cognouit illos† in elusionem[f] mandati nostri indulgẽtia eis concessa irreuerenter abuti, prędictum magistrum[g] de prębenda & canonia† Xantonen.† ecclesiæ inuestiuit,[h] cõtradictores vinculo excõmunicationis

d Ecclesiarum suarum.] sub hoc termino cõprehenduntur oẽs ecclesię ipsius puincię, et epales, 2 vt hic patet & s. de vi. pal. c. 1. siue habeant ius conferendi siue nõ: sed i aliqua prælatura per hanc formã prouidere nõ possit; s. eo. c. vlt. & in . . . quibus ius hẽt, ie. ius in aliqua . . . si diceret . . . in aliqua ecclesiarum tuæ prouinciæ, quia tunc nõ . . . verum ius habeat vel nõ. sine ordinariæ potestatis, cum auctoritas . . . g . . . tamen Papa in hoc non reprobat factum archiepiscopi. Et sic large sumitur quod dicit, suarum.

e Contradictores.] hac sententia non comprehenduntur nisi partes, & alij etiam qui de facto contradicunt, & non de iure.

f Elusionem.] multæ enim viæ sunt hominibus ad malitiam, in auth. de nup. §. minores. in fine coll. 4.

g Prædictum magistrum.] Innocentius 3 dicit, quòd in registro sic habetur post ista verba; Cum consensu & voluntate tua frater episcope de prębenda & canonicatu Xantonen. ecclesiæ. &c.

[G]. seq. recit. per quæstionem, an executor datus p hæc verba; facias prouideri vel assignari, possit inuestire: ponit opi. quòd possit, soluit contrarium, ad hanc decr. respondet, & remittit, allegat contrariũ, & soluit.

h Inuestiuit.] per talem inuestituram non adipiscitur quis possessionem, nisi corporaliter in possessionẽ mittatur. infra de do. per tuas. De tali inuestitura hẽs supra de re iu. cum olim, & infra de his quæ fiũt a ma. par. ca. ex ore. & hoc probatur per hoc quod Papa mandat, quod solummodo sententia lata in eos obseruetur donec dictũ magistrum recipiant in fratrem. Si enim in possessionem missus fuisset, Papa mandasset; vt in possessionem inductus defenderetur. Et sic per hanc decr. non probatur, quod per hanc formam; Mandamus, vt talem facias recipi in canonicum & in fratrem, talis ecclesiæ, contradictores per censuram ecclesiasticam

Margin: val. compromissionis. † Vaden. Vadenen. † Vatien. † C. 8. coll. in quamp. † Sãtonen. 2 De hoc vide Joã. And. in c. quod . . . † quadragenario † eos † canonia † Sanctonen. 3 Hæc glossa nec . . . Bernardo . . . in vet. . . .

10 20 30 40 50 60

ocenti nguit nter for n, facias aden, & nam, fa . assigna- nasi pri- forma ? cat quòd ias in cō ri: secun- quòd nu rat & fa- factū af tari. Sed hic reli per Ioā. b.

siasticatū, &c. vel, facias cōpetens beneficiū assignari. s q possit mitti in possessionē ipsius ecclesiæ, nec inuestiri, cum hoc ei non mandetur, cum certa forma sm q̄ procedere debet, sit præfixa. Quidā tñ dicunt p hanc decr. q per talem formam potest mittere in possessio. sue inuestire, quod ego nō credo, put not. ī. de concess. pb. cum nostris. Arg. ꝯ. ī. de except. cum ecclesiasticæ. Non est ꝯ quia ille iā fuit p Papam inuestit[a], & in corporalem possessionem de mādato ipsius inductus, vt patet in integra. Et qđ dixit hic; inuestiuit, fecit vltra formam sibi datā: quod patet p rñsionem Papę, q de inuestitura nullā fecit mētionē, vel excōicatione, q̄ præcepit obseruari quousque ipsum reciperent, & ideo dicit, prouide.

a Prouide.] a excusauit eum Papa, sed reuera nō benè processit inuestiēdo: sed refert verum mādetur; facias prouideri vel, facias beneficiū assignari. In primo casu delegatus non potest inuestire: qa prouisio non est sibi demādata, sed faciat prouideri. In secundo potest inuestire, & faciet beneficium assignari: quia modo sibi est prouisio reseruata, & illi sic inuestito fructus postea debebuntur. s. eo. dilectus. & c. relatum. & ho.: quia forma rescripti seruanda est. supra de rescript. cum dilecta, cum similibus.

[Glos. seq. arg. alleg. duo iura, & remittit alle. 4. in contrarium, quærit, & soluit.]

b Auctoritate ppria recepisse.] & ita qui semel facit contra priuilegium suum, sibi præiudicat in illo. ī. de rescr. constitutus, & ī. de const. cum M. & c. cum accessissent. vbi de hoc arg. ī. de priuileg. accedentib. & c. si de terra. §. 1. & C. de excus. tut. l. voluntariæ. Et hoc attēde, quòd dicit; auctoritate propria, quia si hoc auctoritate Papæ fecissent, non intelligerentur venisse contra priuilegium suum, etiam si esset iuro firmatū: qa auctoritas Papæ semper intelligitur excepta. ī. de iure iur. venientes, & suprà de elec. significasti. Sed quid si venissent contra indulgentiam auctoritate Cardinalis legati Apostolicæ sedis, nunquid excusarentur? Non credo: quia non posset illos compellere ad hoc vt contra indulgentiam Papæ aliquem reciperent.

[Gl. seq. not. quòd excommunicati canonicos recipere possunt. alle. duas rationes, & duo similia: ponit sextam contrariam, quam non approbat.]

c In canonicum.] & ita ea quæ faciunt excōicati in eorum præiudicium, bene valent. & ita excōicati recipiunt aliquē in canonicū, & valet talis receptio: & ea quæ faciunt excōicati in eorum præiudicium bene valent. ī. de excep. cū inter. cum suis similibus ex. ōicatur quis vt in causa procedat. s. de off. ord. significauit. & quia isti non debent absolui nisi satisfaciant, vt suprà de offi. deleg. ex litteris. sed satisfacere non possunt nisi ipsum recipiant, nec per talem participationem erit excōicatus. sic excōicati admittuntur ad iustitiā qñq; antequā absoluantur. ī. de sent. excō. ex tenore, & ī. de rescri. c. capitulum sanctæ crucis. Vel expone, donec dictum magistrum recipiant, id est, donec cautionem præstent quòd iuri parebunt in hoc, vbi habent causam defensionis, sed in hac decr. non habebant iustam causam defensionis, imò salsam, vt littera dicit.

nis astringens: & infrà. ¶ Quia verò quod per dictum archiepiscopū, de memorato magistro auctoritate nostra puide[a] factum est, firmitatē volumus obtinere: Mandam[us], quatenus si vobis cōstiterit prędictos canonicos, indulgentiā q̄ habēt de certo canonicorū numero, non seruasse, & aliquem vltra constitutum numerū in canonicū auctoritate ppria recepisse:[b] cū nobis legē imponere non debeant, quam ipsi negligūt obseruare, latam in ipsos excōicationis sententiam à prædicto archiepiscopo, tādiu denuncietis sublato appellationis obstaculo seruandam, †donec sæpè dictum magistrū recipiāt in canonicū,[c] & ea quæ ad canonicatum[d] pertinent, cum stallo chori, & loco capituli, ei studeant assignare.

¶ Idem Bisuntino archiepiscopo.

¶ *Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitimè promouetur.*

CAP. XXIII.

TVis† qōnib. respondemus, q clericos in minorib. ordinib. constitutos, de patrimonialibus[e] bonis habentes vnde possint congruè sustētari,[f] & si nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assecuti: (Dummodo aliud canonicum non obsistat) ad superiores poteris ordines promouere.

[Gl. seq. no. quòd fracto numero canonicorum, &c.]

d Ad canonicatū.] mādat hic Papa dari huic illa q pertinent ad canonicatū & nō pbendā, & sic dabunt ei quotidianas distributiones quousq; vacabit pbenda, vel quousq; fructus fuerint augmentati. Et sic patet hic, q licet canonici aliquē recipiāt vltra numerū, ēt sua auctoritate, non augent numerū pręběndarū, licet augeant numerum canonicorum. supra de cōst. cū M. habuisti idē supra eo. dilectus. & infra eo. tit. dilecto.

†Ca. 9. eo. tit. in 3. compil. lat. huius verò decretalis decisionē hodie accipere debem[us] iuxta ordinationem concilij Tridētini sessio. 21. de reform. cap. 2.

TVis qōnib.] Ponit dictū, cuius vnam determinationē interię ibi, Dūmodo. Abb. Sicul[o].

CASVS. Quidā clerici in minorib. cōstituti, nondū fuerāt beneficiū ecclesiasticū assecuti: habebāt de bonis patrimonialib. vñ poterant cōmodè sustentari: volebant pro moueri ad sacros ordines: Rñdet Papa consultus, q bene possunt ad superiores ordines pmoueri, dū aliud canonicū non obsistat: & intelligitur ordinatus ad titulū sibi patrimonii. Not q qs pōt ordinari ad titulum sui patrimonij.

[Glos. seq. quærit, & soluit.]

e De patrimonialib.] habent ergo isti patrimoniū pro titulo sic, ī. eo. c. episcopus si aliquē. nec debent ab episcopo beneficiū petere, ex quo tali mū intitulati sunt: & iudicio suo mādūcāt & bibunt, q de suo habent, & alienum recipiunt. 16. q. 1. qm quicqd. & 12. q. 2. ca. & si illi. & 1. q. 2. clericos. Sed quid si patrimoniū istorū periret chasmate vel alluuione, nunquid tenebit illis prouidere? Dominicalis 3 qō consueuit esse, tamen satis videtur quòd episcopus debeat eis prouidere in beneficio ecclesiastico: quia cum isti ad sæculum redire non possint, redundaret in opprobrium ordinis clericalis. arg. 93. dist. diaconi. & arg. supra de cle. coniug. Ioānes, & supra de renun. ad supplicationem.

3 Dñicalem qōnē vocat quam olim tores canonici Doctores diebus Dñicis sol haut tractare, extra cursum legendi ordinariū: sicut Sabbathinū qōnē appellant Legistæ, quā in sabbathis, ab ordinarijs lectionibus cessātes, auditoribus discipulis explicabant.

[Gl. seq. soluit dubium. Secundo qrit. arg. pro, & ꝯ. ponit opinionem Vin. ꝯ q̄ alleg. decr. tua. ponit opin. Tanc. & soluit. Tertio quęrit, & soluit. Quarto qrit, ponit primo opi. Vin. secundo opi. Tan. quam approbat.]

f Cōgruè sustentari.] alias non debet ipsum promouere: quod si fecerit, tenetur ei ad supplementum. supra eo. c. 2. & c. cum sm Apostolum. Sed nunquid tenetur soluere decimas de tali patrimonio ad quod est promotus, quasi ad titulum? Argu. quòd non. 16 q. 1. similiter. & ī. de deci. nouum genus. Arg. contra. 16. q. 1. si quis laicus. Dixit Vinc. quòd tenetur soluere decimas. arg. illius. c. si quis laicus. Arg. contra, quòd non debeat

dēat soluere, vt ī. de simon. tua. T. dixit, q si ab alijs clericis recipit diuinum officium, & alia sacra, debet eis soluere decimas, alioquin ꝯ quia de beneficio suo non tenetur soluere decimas, credo q pp clericatū istius, licet sit ordinatus ad patrimoniū suū, ecclesia quę pri mū decimas percipiebat ōdiales iure suo nō debeat defraudari quia res semp remanet cū sua cā, & sine culpa sua priuari non debet, nec est ēt iusta cā quare priuari debeat. Item q̄ritur, an iste possit trāsire ad aliā ecclesiā sine licentia epi? Dicas q non, 71. dist. primatus. Sed nunquid pōt renūciare patrimoniū tale? Vr q sic quia inde viuere dēt & ecclesiasticū onus sustinere, quod cōsitet Vinc. sed Tanc. dixit, q pōt vēdere: q qui ptio fruit, rē habere vr. ff. de viu. fr. quia q pretio. & pōt illud donare, q & bn̄ficio ecclastico posset renūciare, quod credo verius.

¶ Idem episcopo Zamoreñ.†

¶ *Absenti potest conferri beneficium alio mediante: nec refert vtrū absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente. h. d. coniungendo vtrunque intellectum. Et est casus notabilis, & quotidie practicatur.*

CAP. XXIV.

ACcedens ad Apostolicam sedē: & infra. ¶ Inquisitioni tuę taliter rñdemus, q clericus absens p aliū, vel alius a magis p ipso, potest de bn̄ficio ecclesiastico inuestiri.

¶ Idem Treceñ. epis. opo.

¶ *Si ad vnum canonicatū & ad prębendam duo sunt rece*

Accedens.] Absens pōt inuestiri de beneficio alio mediante. Vel si potest summari. Pōt quis inuestiri de beneficio pro absente. Communis diuisio. Secūda ibi, Inquisitioni. Abbas Siculus.

CASVS. Quærebatur hic, vtrū aliquis absens de beneficio ecclesię possit inuestiri? Rūdet quòd aliquis nōmine ac vice absentis de beneficio ecclesię potest inuestiri quia ille dicitur inuestiri, cuius nomine alius inuestitur. No. quòd absens potest per alium inuestiri.

[Glo. ista quærit, & tñ ipsa soluit. secundo obiicit, & soluit.]

a Vel alius.] sicut vnus noīe alterius possidet. ff. de acq poss. quicquid vterq; enim possidet. ff. eo. tit. quod meo. & ī. vt lit. nō cont. q̄m frequenter. alijs. & ī. de test. ipsi cū venissent. & ī. de præsc. si diligenti. ita & vterque potest dici inuestiri. Sed quæ fuit dubitatio? Forte iste episcopus dubitabat, an carnale matrimoniū inter absentes ꝯhatur, & ideo dubitauit an & spirituale. Prima q̄ō expeditur 32. q. 2. honoratur. & ī. de conuer. coniu. ex parte & ff. de ritu nupt. deniq;. Secunda dubitatio hic explicatur, vtrū clericus absens possit inuestiri per aliū. vel dubitatio fuit illa, an inuestiret quis p absente & ignorante, & certe bene, & acquirit ei poss. ssionem: & cū iste sciuerit, habebit causam vsucapiendi. C. de acq. poss. l. 1. Vinc. Vel ideo dubitauit: quia sicut hæreditas temporalis per procuratorem acquiri non pōt. ff. de acq. hær. per procuratorem. ita videbatur quòd hæreditas spiritualis acquiri non posset, sed non vr quòd dominium sit quæsitum per traditionem absenti. ff. de acquir. do. res ex mandato. Item nec possessio vr acquiri per inuestituram. ī. de his q̄ fi. a ma. par. cap. ex ore. & infra de do. per tuas. Dicas, quòd si vel dans, sīcl accipiens intēdit acquirere dominium absenti, tunc est ei quęsitum: & sic loquitur. ff. de acq. re. do. si procurator. ff. de do. q mihi donatum. Sed si neuter hoc intendit, non statim acquiritur dominium. & sic loquitur. ff. de acquir. re. do. res dominium tamen vel possessio non acquiritur per gestorem negotij. ff. de neg. gest. si ego. Io.

DIlecto.] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur factum, & allegatio pro celerario: sec undo al legatio contra eum ibi, Procurator. Tertio diffinitio: ibi, Vnde. Quarto protestatio: ibi, Ita quòd. Abbas.

CASVS. Archieps Remeñ. qui in Francia legationis officio fungeretur, intēdebat puidere vnicam nepoti suo G. noie in Treceñ. ecclesia: celleratus Treceñ. vt gratiā legati sibi acquireret, in manib. legati renūciauit pręben dā, q̄ in Treceñ. ecclesia obtinebat: dictus legatus nepotē suū & dictū cellerariū instituit in canonicos Treceñ. & Archieps & capl̄m cōiter assignauerūt vtriq; stal lū in choro, & locū in capitulo, vt fructus illius prębendę diuiderēt inter se, donec idem G. integraliter esset beneficiū assecutus: & pcurator generalis episcopi tūc absentis ista oia cōprobauit, & dictus cellerarius lectionē & Euangeliū legit in sua septimana, & alia fecit, q̄ alij canonici consueuerunt defuncto episcopo eo cuius hæc facta fuerunt, alter successit: & dum accederet ad ecclesiā cōsecratus, dictum Cellerarium recepit ad osculū pacis, & tunc non recipiebantur ad osculum nisi canonici: & per biennium sine quæstione sic permansit: Postmodum episcopus excitatus a somno, cœpit mouere quæstionem ꝯ ipsū Cellerarium super præbenda prædicta, & sic q̄ō inter Episcopum & Cellerarium ad sedem Apostolicā est delata: datus fuit quidam Cardinalis vtriq; parti auditor, coram quo Cellerarius proposuit omnia supradicta, petens dictum episcopum à sua molestatione compesci: procurator episcopi proposuit ex aduerso, quòd ad vnicum beneficium quod vacabat in ecclesia Treceñ. non licuit ipsi legato duos instituere, allegando ad hoc concilium Turoñ. quod præbendarū inhibet sectionem, & concilium Lateraneñ quod prębendarū p hibet expectationem. Præterea in ecclesia vbi non est certus numerus præbendarum, nulla ēt præbenda vacāte, potest aliquis in canonicū assumi: quia intelligitur eligi ad quoddā ius, quod de nouo creatur, & cū electo nascitur: sed vbi est certus numerus præbendarū, duo ad vnam præbendam eligi nō possunt cū illud ius spirituale diuidi nō possit: propter qd dictus procurator asserebat institutionem prætatā non valere, cū in Treceñ. ecclesia certus sit numerus præbendarum, quē capitulū vel legatus augmentare non intendebant, vel ius aliquod create de nouo. His & alijs auditis, Papa dictū Cellerarium condemnauit ad restitutionem eorum, q̄ tenebat ratione prædictæ institutionis, imponēdo silentiū eidem super dicta præbenda, vel parte ipsius, ita tñ quòd per hoc prædicto G. nepoti legati, nullum præiudiciū generetur q a res inter alios acta, aliis obesse nō debet. No. quòd legatus nō pōt instituere duos ad vnā prębēdam contra concilium Turoñ. Item beneficii spūalis perceptio non dat ius, sed sola canonica institutio. Item res inter alios acta, alijs obesse non debet.

b Resignauit.] purè sine aliqua conditione & mō, aliàs simoniacus fuisset. quę. a. quibus pro. & supra de pact. pactiones.

[Glo. seq. obiicit, & soluit.]

pti simpliciter, receptis nō tenet etiā interueniente Apostolica auctoritate hoc dicit. & est notabile capitulū, quare tene semp menti, & nota ipsū.

CAP. XXV.

ne monstrauit, quod cum promiseritis vos prouisuros eidem in ecclesiastico beneficio cum posseritis; sicut per litteras iudicum delegatorum inde confectas liquidò apparebat: & infra. ¶ Nos autem considerantes, quod aliud est prælatum promittere beneficij collationem, cum poterit, aliud cum vacabit: cum in multis casib.[a] se facultas offerre posset, in quib. collatio non esset in expectatione vacaturi beneficij differenda: Mandamus, quatenus memorato R. (cum poteritis) ecclesiasticum beneficium assignetis.

¶ Idem.

¶ Si ad capitulum & prælatum vt prælatum potestas conferendi pertinet, de vno ad alterum lapsu temporis non transit. secus si prælatus intersit vt canonicus: quia tunc de capitulo transit ad prælatum, nisi dolum committat. h. d. & est textus multum allegabilis.

CAP. XV.

POstulastis † per sedem Apostolicam edoceri, vt cum ad vos & archiepiscopum vestrum simul donatio præbendarum ecclesiæ vestræ pertineat, vtrum præbendæ vacantis donatio penes archiepiscopum ipsum remaneat si eam infra semestre tempus neglexeritis ordinare ¶ Ad quod breuiter respondemus, quod si vos & idem archiepiscopus infra tempus præscriptum circa hoc negligentes extiteritis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec à vobis ad illum potestas deuoluitur conferendi: sed secundum statuta Lateranen. concilij † ad superiorem transit donatio: Nisi [b] forte archiepiscopus, non vt prælatus, sed vt canonicus [c] † vobiscum ius habeat conferendi. Et in hoc casu cum

R. nomine prouidere in ecclesiastico beneficio quam possent: hoc cum obtulerit se facultas: sed quia non prouidebant eidem, impetrauit litteras contra ipsos ad quosdam iudices delegatos, coram quib. petebat monachos compelli, vt prouiderent eidem secundum quod promiserant: respondebant monachi, quod non tenebantur ei prouidere per illam promissionem, cum sit facta contra concilium Lateranen. Iudices super hoc dubitantes, significauerunt hoc domino Papæ: & ipse super hoc rescribit monachis illis dicens quod aliud est prælatum promittere collationem beneficij cum poterit, & aliud cum vacabit: cum in multis casib. facultas se possit siue posset offerre, in quib. collatio non esset sub expectatione vacaturi beneficij differenda: vnde mandat illis, vt præfato clerico cum potuerint beneficium ecclesiasticum debeant assignare. Nota, quod promissio de non vacante non valet. Item aliud est promittere beneficium cum vacauerit (quod non licet) & aliud cum facultas se obtulerit: quod licet: vnde patet promissionem non vacantis factam in genere, non valere.

a Casib.] generalior est enim ista concessio, cum potero, quam ista, cum vacabit: nec etiam in ea contingit expectare mortem alterius; sicut in alienam possunt aliqui priuari ecclesiis. supra de præb. referente. Item quandoque aliqui renunciant. Item quia possunt aliqui adiungi aliis tanquam socij in ecclesia. Item possunt fieri de vna præbenda duæ. supra de præbend. vacante. Item quia possunt augeri facultates ex testamento alicuius vel donatione: & sic non semper timetur quòd aliquis desideret mortem alterius, quæ fuit causa huius prohibitionis, vt supra eo. capit. 2. sæpe enim permittitur aliquid in genere, quod non permittitur in specie. 13. quæstio. 2. non æstimemus. 23. quæst. 4. non potest. ff. de quæstionibus. l. 1. §. quæstionem. & supra de offic. ordinarii, si sacerdos. Et eodem modo videtur quòd huiusmodi promissio valeat; promitto tibi beneficium ecclesiasticum: cum sit generalis.

POstulastis.] In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, Ad quod à quo vsque casum excipit: ibi, Nisi. quem determinat, ibi, Et in hoc. Abbas.

CASVS. In quadam archiepiscopali ecclesia collatio præbendarum siue beneficiorum pertinet communiter ad archiepiscopum & capitulum; quærebatur si infra sex menses præbendam vacantem neglexerint ordinare, vtrum collatio ipsius præbendæ penes archiepiscopum remaneat? Respondet Papa, si capitulum & archiepiscopus infra prædictum tempus circa hoc fuerint negligentes, nec ab archiepiscopo ad capitulum, nec a capitulo ad archiepiscopum potestas deuoluitur conferendi; sed ad superiorem, secundum Lateran. concilium transit collatio: nisi forte archiepiscopus non tanquam prælatus, sed tanquam canonicus cum capitulo ius habet conferendi: in eo casu si archiepiscopus dolose impedierit collationem, dolus ei prodesse non debet. Nota casum in quo metropolitanus non potest purgare negligentiam capituli. Item istud est 1. commune, quòd collatio beneficiorum simul ad capitulum & episcopum pertinet: & tunc per negligentiam transfertur ad superiorem proximum. Item quandoque archiepiscopus residet in capitulo vt prælatus, quandoque vt simplex canonicus. Item dolus nemini debet suffragari.

b Nisi.] mutat casum, quando scilicet non pertinet simul ad episcopum & ad capitulum ius eligendi. sim. supra de offic. dele. consultationibus.

[Glos. seq. quærit obiiciendo, & sol. Iterum obiicit, ponit dictum Ioan. & solut.]

c Sed vt canonicus.] hic patet, quòd vbi eligendi ius communiter pertinet ad archiepiscopum & capitulum, huiusmodi ius eligendi non deuoluitur de vno ad alium. de hoc est dictum fuit supra de offic. ord. irrefragabili. Sed qualiter episcopus potest stare in capitulo quasi canonicus: quia quam cito fuit consecratus in episcopum, vacant priora beneficia sua. supra de elect. cum in cunctis. & municeps esse desijt senatoriam dignitatem adeptus. ff. ad munic. l. municeps. nec potest dici, quòd eligi possit postea in canonicum: quia secundum hoc oportet ipsum confirmare suam propriam electionem quod esse non debet. supra de iudi. cum ad nostram? Potest dici, quod licet dignitates priores perdat, ius tamen canonici retinet: non quod prius habebat, 1 sed quod episcopus prius consueuit habere per vicarium, eo ipso quòd quis eligitur in episcopum, eligitur ad tale ius canonici de consuetudine loci. & ex causa intelligo hanc consuetudinem introduct am iustæ. argum. supra eod. cum nostris. Sed obiicio fortius: si episcopus eligitur quasi canonicus de nouo electus, ergo in eligendo nõ habet primam vocem: quia sic eligeret seipsum, quod esse non debet. supra de insti. cum ad nostram. Dixit Ioan. quòd illud ius canonici ad quod electus est episcopus, est priuilegiatum, & excedit alia iura, & hoc ideo, quia illud ius annexum episcopali est dignitati, & ratione connexitatis sæpe sortitur aliquis priuilegium, vt 18. quæst. 4. §. quis contumax, ff. de rei ven. quæ religiosis. & supra de iud. quanto. Quod prius dictum est, verius est, quia simul eligitur ad vtrunque, eo ipso quòd eligitur in episcopum, eligitur in canonicum, & de speciali consuetudine hoc obtinet.

† C. 2. eo. tit. in 4. comp.

† sub Alex. iij. c. 8.

† Vide quæ per hunc te. scribit hic Panormitanus de munerib. quæ dantur legatis.

1 Facit clemen. de præben. si iuxta. Ioan. And.

dolose impedierit, dol[b] ei suffragari non debet.

¶ Honorius iij. episcopo & præposito capituli † Cameracen.

¶ Sicut non potest patronus promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem præsentandi antequam beneficium vacet.

CAP. XVI.

Cum † dilecta in Christo filia comitissa Flandren. † fecerit promissiones[c] de non vacantibus beneficijs ecclesiarum, in quibus ius obtinet patronatus: & donationes[d] eorum in manibus posuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne† similia de cætero attentare præsumat.

a Cum dolose impedierit.] vt quia fecit quod propositus qui hēt congregare capitulum differret, ei promittens quod ad placitum suum conferret. Et expone, cū, pro si.

[Gl. seq. ponit duas lecturas, & secundam approbat.]

b Dolus.] si ergo capitulum non eligat intra tps statutū procurante epō nō deuoluit pro hoc eligendi potestas ad epm: & dol[9] eius nō oberit capitulo: quia illud tps restituendū est capitulo. ff. ex q. cau. ma. ait prætor. §. vlti. & l. sed. & si. §. hoc quoq;. & ī. de in integ. resti. ex lris. Secus si dolo alteri[9] factū esset: quia tūc ageret ꝯ illū, qui dolū fecit. ff. de dol. l. arbitrio. § pe. si esset soluēdo. Sed in casu illo dolosus nō est soluēdo, & idō restit capitulo pristinū ius. ff. de eo per quē factū erit l. vlt. & ff. de dolo. & eleganter. § pe. Io. contrā credo, quia & i putent illa, quia nō elegerunt īfra tepus quia sic .n. aliās vbi eligere ñ pōt, tñ currit tepus. ī. de elec. c. vlt. & potestas eligendi nō deuoluitur ad epm propter dolū suum, sed ad superiorem, vt in littera dr. Ber.

Cum dilecta.] Directa vel indirecta promissio facta à patrono de beneficio vacaturo non tenet. Primò narrat factum quod secundo irritat, & fieri prohibet, ibi, Mandamus. Abb.

CASVS. Comitissa Flandren. habet ius patronatus in quibusdam ecclesijs, in quibus habet præsentationem: quasdam promissiones facit de non vacantibus beneficijs, & donationes illorum beneficiorum posuit in manibus quorundā, vt cōferrent illa cū vacauerint: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ, vnde mandat quibusdam, quatenus huiusmodi donationes denuncient irritas & inanes præcipiendo illi Comitissæ, ne de cætero similia attentare præsumat. Not. quod promissio vel collatio de beneficio non vacante, non tenet.

c Promissiones.] huiusmodi promissiones irritæ sunt. supra eod. nulla. & c. relatum. & c. ex tenore. & c. constitutus.

[Glo. seq. obijcit. & dupliciter soluit.]

d Donationes.] talis donatio non tenuit facta de re non vacante, vnde ea non obstante potuit comitissa præsentare vacantibus ecclesijs illis. infra de iur. patr. illud & præterea talis donatio fieret in fraudem canonicæ sanctionis supra eod. constitutus. vnde non teneret nisi confirmaretur à Papa, vt ibi. Sed videtur quod comitissa non poterat hoc allegare: quia turpitudinem suam in hoc proponebat. supra eod. cū super quæstione. & ī. de donatio inter dilectos. C. de transa. l. transactione huiusmodi & C. de reuoca. don. cum profiteris. & quia in legē commisit, frustra legis implorat auxilium. infra de vsu. quia frustra. ff. de min. l. auxilium. Sed dicas quod in casu isto bene audiretur comitissa, cum nullum ius adhuc sit acquisitum donatarijs, vt supra e. c. ex tenore. De hoc dictum est supra eo. cum super quæstione. vel forte comitissa hic non agebat, sed factum ipsius, quod erat cōtra ius, innotuit domino Papæ, vnde Papa illud decernit irritum, & mandat, vt de cætero talia non debeat attentare, cum illud sit contrarium iuri. Ber.

TITVLVS IX.

Ne sede vacante aliquid innouetur.

¶ Innocentius iij. Priori & conuentui Glaston. †

¶ Vacante sede, status eius mutari non debet.

CAP. I.

Nouit† ille qui scrutator[e] est cordium quòd licet C.† prædecessor noster, ecclesiam vestrā erexerit cathedralem, ipsam Bathonien. ecclesiæ vniendo,[f] vt idē esset episcopus vtriusq;:

NE SEDE VACANTE.

¶ Supra visum est de institutionib. & collationib. beneficiorum. sed quia posset dubitari, nunquid sede vacante capitulum succedat in ipsorum collatione, merito hanc sumpta occasione subijcitur hæc rubrica generalis. Ne sede vacante. Et pondera, quia rubrica loquitur negatiue, & ponit orationem perfectā, & ex ea potest argui quòd nihil potest innouari sede vacante in præiudiciū ipsius sedis, nisi iure expresse caueatur. valet enim arg. ex rubro, iuxta not. supra in proœmio, & C. ēt ob chyro. pec. pig. te. po. sup. rubri. & in l. 1. eo. ti. Abb. Sicul.

De hac materia hr 12. q. 2. hæc huius placiti & in multis cap. seq.

Nouit.] In prima ponitur petitio cum facti narratione. In secunda petitionis repulsio cum quadam protestatione. Secunda ibi, Attendentes. Abb.

CASVS. Cælestinus Papa monasterium Glastonien. erexit in ecclesiam cathedralem, vniendo illud ecclesiæ Bathonien. vt idē esset episcopus vtriusque: post hæc monachi conquerebantur domino Innocentio dicentes, quòd illa vnio vergebat in graue præiudicium monasterij sui: cum per illā vnionem solueretur religio, eleemosyna fraudaretur, hospitalitas tolleretur vnde petebant sibi & monasterio prouideri super his: propter quod mandauit Papa quibusdam, vt monasterium ipsum sub Prioris regimine facerent gubernari, & episcopus certis redditibus esset cōtentus vnione manente, & quòd episcopus res monasterij non expenderet; & ad petitionem Bathonien. episcopi confirmauit Innocentius hanc prouisionem suo priuilegio: Mortuo Bathonien. episcopo petebant monachi à dño Papa, vt statū monasterij sui deberet in melius reseruare: quia tempus aduenerat in quo illud fieri poterat sine scandalo; & hoc idem petebat Bathonien. ecclesia, & dñs rex, & alij plures magnates, & episcopi & abbates, vt vnione penitus dissoluta, monasterium reduceret in statum antiquum: sed dñs Papa considerans quod sede vacante non dēt aliquid innouari, cum non sit qui ius epale defendat, & ne Papa visus sit plus prouidisse personæ, quàm ecclesiæ, si mortuo illo episcopo mutaret subito id quod eo viuente concessit, ideo petitionem illorū non potuit exaudire: verumtñ concedit illis, vt cū ecclesia Bathonien. de pastore fuerit ordinata, ius suum prosequēdi liberam habeant facultatem, interim tñ monasteriū regatur sub cura Prioris. Not. quod sede vacante nihil est innouandum. Item tunc ecclesia caret defensore, & sic non est qui agat vel conueniat. Item quæ cum deliberatione facta sunt, non debent subito immutari.

e Scrutator.] 32. dist. erubescant. & 24. qu. 3. Deus qui. & 2. q. 5. consuluisti. & 32. q. 5. Christiana.

[Glo. seq. tractat de triplici vnione.]

f Vniendo.] nota quod trib. modis ꝯ fit vnio ecclesiarum vno modo sic, vt vna subijciatur alteri, & hoc erit sedes apud illam cui subijcitur. Vel sic pōt vniri, vt ex duabus dignitatibus fiat vna; & sm hoc illi, qui sunt in vna ecclesia

y Hæc glossula non est Bernardi. nec hr in vetustis exemplarib.

† al. ita: & capitulo Cameracen. al. ita: & canonicis Cameracen.

† De materia, quod mulier possit habere ius pat. vide Card. in cle. 2. de iur. patro.

† Flandrorū

z Pro cōcordia harū opinionū, vide præ cæteris hoc loco Ioannem And.

† al. nec ... tero ... re ... mat.

† Glaston. Glastone. Glasten. Glasto.

† Cap. ... compilati

Philip. Sapien. Hic ...

† al. ... Papa ... cessor ...

† Hostiensis hoc quoque modis ... posse vniri ... quos & ... plicat ... videtur

ecclesiæ canonici, sunt in alia, & tñ isti q̃ illi interesunt in electione prælati, & in alijs negotijs: sed in hac vnione distinguitur: quia aut vna ecclesia vnitur alteri, aut illæ duæ vniuntur insimul: quæ duo diuersa sunt: sed si vna vnitur alteri, sm̃ hoc illius naturam & consuetudinem & priuilegia assumit cui vnitur. j. de statu mon. recolentes. §. vlt. si aũt simul vniunt: tunc cõsuetudines & priuilegia, q̃ meliora sũt & humaniora in altera eorũ debẽt vniri, vel retineri in vnitate. ar. de pœn. dist. 1. medicamentũ. 32. q. 1. nõ est culpãd⁹. Sicut cũ Imperator vnit actionẽ bonæ fidei & stricti iuris, illud vnitum retinet ea q̃ meliora fuerũt in altera actione, vt C. de rei vxo actio. l. vni. in princ. sic et cũ legata & fideicommissa vniunt id q̃ humanius erat in vna q̃ in alia, retinuit illud vnitũ. C. com. de leg. l. 2. circa fin. Tertio mõ pñt vniri ita q̃ vtraq; remaneat epãlis, & sm̃ hoc sunt duo epat⁹, licet idem sit eps vtriusque ecclesiæ, vt 16. q. 1. & temporis qualitas, & sm̃ hoc si ille ecclesiæ diuersis suberant metropolitanis, propter illam vnionẽ neuter metropolitanus perdit ius suum. ε infra de relig. domib. quia monasterium. Ioan.

quia tñ hæc vnio† assere batur à vobis in graue p̃iudiciũ Glastoñ ecclesiæ redundare, cũ per ipsã dissolueret religio a & fraudaretur eleemosyna, & hospitalitas b tolleretur: Nos ad releuandũ ecclesię vestræ statũ cœpimus c intendere diligenter: & infrà. ¶ Vos aũt post obitum Bathonieñ. d epi humiliter postulastis, vt quia tẽpus aduenerat, quo sine scandalo ecclesiæ vestræ ruina poterat releuari,† cũ & Bathonieñ. ecclesia id ipsum pariter postularet: Rex quoque cũ regni magnatib. & qdã epi cũ multis abbatib. deposcerent illud idẽ, vt vnione penitus dissoluta, monasteriũ vestrũ reducerem⁹ in statũ antiquũ, sub abbatis regimine gubernandum. ¶ Attẽdentes igit̃ q̃ epali sede vacante e nõ debet aliqd innouari: cum non sit qui epale ius tueatur: maximè ne plus fauisse personæ, q̃ ecclesię f videremur, si quod eo viuente cõcessim⁹, post obitum eius subito mutaremus, petitionẽ vestrã nequimus g exaudire, auctoritate † prædicta indulgentes, h vt cum Bathonieñ. ecclesia de præsule fuerit ordinata, ius vestrũ apud sedem Apostolicam prosequendi, facultatem liberam habeatis: interim autem sub cura Prioris idẽ monasteriũ gubernetur.

[Gl. seq. addit tres rationes, textus addit duas.]

a Dissolueretur religio.] quia episcopus erat absens vnde non posset conuenienter seruari religio, cum essent diuersæ professionis: quia non debent promiscuis actib. turbari officia. arg. C. de test. consulta diualia. & 89. dist. singula. Item quia cõmunia materiam discordiæ creare solent ff. de leg. 2. cum pater. §. dulcissimis, & naturale vitium est negligi quod communiter possidetur. C. quando & quibus quarta pars debetur. l. 2. lib. 10. ex huiusmodi causis videbatur vnio damnosa. Ioan.

b Hospitalitas.] ad quam præcipue clerici & monachi tenentur. supra de præb. de monachis. & 16. q. 1. quoniam quicquid episcopus enim redditus illos percipiebat, de quibus eleemosyna fieri consueuit.

c Cœpimus.] mandauit Innocentius quibusdã, vt monasterium ipsum sub Prioris regimine facerent gubernari, & episcopus certis redditib. esset contentus vnione manente, & quòd episcopus res monasterii non expenderet, nec episcopus bona ecclesiæ vacantis sibi subiectæ alienare posset. ideo dicit, ad releuandum ecclesiæ vestræ statum cœpimus intendere, &c. & hoc Inn. ad petitionem Bathon. episcopi suo priuilegio confirmauit. vñ dicit, infra quòd eo viuente concessimus, &c.

ADDITIO. Hoc intelligas, quod dicit in principio, non vt ille qui scrutator est cordium, quòd licet, &c. nota quòd ante vacationem istam dominus Inn. præcepit quibusdam iudicibus, vt deberent instituere Priorem in illo monasterio, per quem illud monasterium regeretur & ita factum fuit, & ita postea vacante ecclesia hac petierunt a domino Papa, vt ipse solueret vnionem.

d Bathonieñ. episcopi.] de isto episcopo nomine Sauarico dixit quidam versificator:

Hospes erat mundo, per mundum semper eundo
Sic suprema dies sit sibi prima quies.

Item dum describerentur debita sua, dixit quidã aliud: Domine pone me creditorem in legione. 2.

[Glo. seq. recit. p quam propter necessitatem vacante ecclesia possint clerici &c. ponit opi. Hug. quę respicit ecclesiã cathedralẽ. Demũ circa contractus factos sede vacante ponit opin. Ioã. quam reprobat.]

e Sede vacante.] vacante enim ecclesia clerici non possunt disponere aliquid de rebus ecclesiæ. 12. q. 2. si qua de rebus, vbi de hoc. Nec episcopus bona ecclesiæ vacantis sibi subiectæ alienare potest. 10. q. 2. si qs episcopus. & 75. dist. quoniam. Hugo tamen dicebat, quod si sit magna necessitas, clerici possunt aliqua alienare. & inducebat ad hoc 71. dist. fraternitatem, quod potius contradicit. 3 & 12. q. 1. § cariç. dumtamen ad sit auctoritas metropolitani, sed non est ille casus i quo metropolitanus debeat se intromittere de clericis suffraganeorum suorum. & est arg. ad hoc quòd iudex p̃stat auctoritatem facto minoris, eo tp̃e quo non habet curatorem. C. qui admitt. ad bon. pos. l. bonorum. Item in minorib. ecclesijs põt episcopus aliqua alienare p̃p necessitatem, mortuo sacerdote. 10. q. 2. si quis episcop⁹. Item si canonici faciant aliquem contractum mortuo episcopo, dicit Io. q̃ tenet contractus: licet debeat rescindi si læsa est ecclesia. 12. q. 2. si qua de rebus. sicut est in ɔ̃ctu minoris, qui non habet curatorem. C. de in integ. restit. mino. si curatorem. hoc ego non credo: imo talis contractus nullus est, & sine aliqua restitutione reuocatur, quatenus de facto processit idem et si habet prælatum: & hoc etiam dico per d. c. si qua de reb. quia dat optio episcopo, vtrũ velit stare ɔ̃ctui, vel non, circa aliq̃ restitutionem: & hoc in fauorem ecclesiæ. & sic intelligit Hug. illud c. si qua de reb. & incipit tunc tenere talis ɔ̃ctus, si episcopus ratum habeat & quòd sit verum hoc, patet infra c. vlt. vbi attestationes receptę vacante ecclesia: non valent infra eo. c. prox. arg. & hic etiã: q̃a sede vacante nihil est innouandum. Item nec valet sententia contra ecclesiam lata, sicut nec contra minorem, qui non habet tutorem vel curatorẽ. ff. de re iud. l. a & a §. vlt. C. qui da. tut. poss. vniuersis.

f Quàm ecclesiæ.] plus enim vtilitas eccẽ si e quã persona fuit attendenda. arg. 12. q. 5. quia Ioan. nec aliquis debet inuenire viam ad impugnandum, vel reuocandũ iudicia sua. arg. ff. de mil. test. l. 3.

g Nequiuimus.] & ideo potius damnũ vest rũ, q̃ nostrã infamiã p̃elegim⁹. ĩ. de auct. & vsu pal. nisi sp̃alis.

h Indulgentes.] indulgentia fuit ex hoc quia vnio illa facta fuit auctoritate Celestini, & per dñm Innocentium confirmata, vt patet in antiqua compilatione, & beneficium principis debet esse perpetuum. 25. q. 2. c. 1. In auth. consti quæ de dig. li. à patria po. §. illu. l. coll. 6.

ma te vnionis quod ita iter or... con Triden. 7. de re... c. 6. & 7. ss. 24. de ... c. 9. & 24. de re ... 13. & vbi plene.

de l. eg. ... cum ... ibi. ... vniit.

... dicebat Innocentius q̃ ita sunt, ... perpe... ... ... é ... priui... ... ... de offi. ... si... Ioann. id.

a id est, in societate multorũ creditorũ, quos moriens reliquit episcopus.

† al. auctoritate præsentium.

3 Quia ibi clericus ecclesiæ vacantis petitus fuit à Papa. Ioan. And.

Illa deuotionis. Capitulum sede vacante, non confert pbendas spectãtes ad collationem plati. h.d. Primo decise narrat factum. S. ibo diffinit. Tertio soluens obsta ulum probat deuolutioni locum nõ fuisse. Secundari, Ecclesiam. Tertiathi, Non obstante. Abbas.

CASVS. Collatio prębendarũ in eccl'a S. Leucini pertinet ad episcopum loci: vacãte sede episcopali, vacauit q̃dã prębenda in dicta eccl'a S. Leucini: capitulum illi' ecclesię credens collationem prębendarum vacante sede deuolutã ad ipsum, prębendã illã vacantem cõtulit cuidã clerico: postmodũ archiepũs Capuanus de mandato dñi Papę inuestiuit magistrum R. de illa prębenda, cui Papa illam pbendã contulerat, & ita orta fuit discordia inter magistrũ R. & illũ cui capitulum prębendã illã contulerat: vñ q̃ sup hoc delata fuit ad sedẽ Apost. Papa auditis rõnib. vtriusque partis, confirmauit prębendã illã dicto magistro R. non obstante concessione per cap'lm alij factã, vł confirmatione in forma cõi obtẽta: q2 nullo iure cauet, q̃ vacãte sede capitulũ fungatur vice epi in beneficijs conferendis. nec in eo casu potest dici, quòd potestas conferendi beneficia vł prębẽdas per sup. rioris negligentiam ad cap'lm sit deuoluta cum nullus sit tunc superior, qui de iure vel facto possit prębendas conferre. Nota quod collatio, quæ nulla est, non impedit secundam. Item quod non est concessum, intelligitur prohibitum. Item sede vacante ius conferẽdi prębendas non deuoluitur ad capitulum. Item non currit præscriptio tũc: quia cum nullus sit ibi prælatus, nulla est negligentia.

¶Honorius iij. episcopo † Clameñ. & magistris V. & S. canonicis Suessaneñ. †

¶ *Beneficia spectantia ad collationem prælati, non possunt conferri per capitulum sede vacante.*

CAP. II.

Illa† deuotionis synceritas: & infra. ¶Ecclesiam sancti Leucinii, de qua magistrũ R. donationis nostræ gratia præcedente, prębẽdæ nomine de mandato nostro Capuanus archiẽps inuestiuit, sibi duximus confirmandam:[a] Non obstãte concessione per capitulũ facta alij, seu confirmatione nostra, si qua in forma cõi[b] apparet† obtentacum nusquam inueniatur[c] cautũ in iure, q̃ capitulum vacante sede fungatur vice episcopi ĩ collationib.[d] prębendarum: nec in eodem casu potest dici potestas cõferendi prębendas, ad capitulum per superioris negligentiam[e] deuolutã: cum non fuerit ibi superior, q eas posset de facto, vel de iure conferre.

¶Idem episcopo Burgineñ. †

Sede vacante iudicium habitum contra ecclesiam non tenet.

CAP. III.

Constitutis corã I. prędecessore nostro procuratore ecclesię sanctę Marię de Castro Forti, & Burginensi †episcopo prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem episcopo restitutionem, super libertate libere eligendi sibi platum: [& infra.†] ¶ Nos igit' depositiones testiũ, qui vacãte[f] Burgineñ. † ecclesia, & carente legitimo defensore fuerint† recepti, duximus reprobandas.

Nos igitur. Alb. Sicu.

CASVS. Inter episcopum Burgineñ. & ecclesiã sanctæ Mariæ de Castro Forti, quædam quæstio vertebatur: pcurator ecclesiæ sanctæ Mariæ petebat ab episcopo Burgin. restitutionem super libertate libere sibi eligendi prælatum in dicta ecclesia, & super terris ipsius & rebus alijs, quib. ecclesia fuerat spoliata: lite contestata corã Innocentio, & postmodum factis positionib. & responsionibus, factis confessionib. coram delegatis iudicibus, & receptis quibusdam testibus, causa remissa delata est ad sedem Apost. Papa examinato processu depositiones testium, qui vacante Burgineñ. ecclesia, & carente legitimo defensore recepti fuerant reprobauit. Not. quòd sede vacante causa tractari non potest, nec testes recipi: quia non est cum quo ista fiant, & altera parte absente processus causæ nullus est.

a Confirmandum.] Hic dominus Papa ex certa scientia confirmauit huic ecclesiam istam: vnde plenum ius consecutus fuit, nec erat licitum alicui de ipso iudicare. supra de confir. vti. c. 2. & 2. vbi de hoc.

b In forma communi.] sic supra de conces. præb. quia diuersitatem. & sic patet, quòd talis confirmatio modicum operatur. De hoc dictum. & sic s. ẽ. de confir. c. 1.

[Glo. seq. alleg. 4. concor. obijcit, & remittit.]

c Cum nusquam inueniatur.] & ita intelligitur esse prohibitum quod non inuenitur concessum. sic sup. de translat. c. 2. ex corporalia. 55. dist. si euãgelica. & 2. q. 5. consuluisti. & 31. q. 1. q̃ sidormierit. Sed contra quia quod non est prohibitum intelligitur esse concessum. Dic sup. hoc, vt dictũ est ẽ. de transla. inter corporalia.

[Glo. seq. si. nat. contrarium, quærit, arg. negatiue ponit opin. H. quam approbat.]

d In collationib.] de hoc dubitari consueuit, vtrum vacante sede deuoluatur ad capitulum collatio prębendarum: q̃d hic determinat. arg. ẽ sup. de mai. & obe. his quæ. & c. cum olim. vbi vacante sede ius plati deuoluit ad capitulum. & ibi soluitur hæc contrarietas. Item si potestas absoluendi deuoluatur ad capitul a sede vacante dubitari cõsueuit. arg. q̃ non: quia hoc facit successor 11. q. 3. si episcop' ante. Hug. dicit quòd sic 2 q̃ p periculum animæ. argu. quòd potest. infra de hære. ad abolendam. 1. sfi. q̃a capitulum sede vacãte condemnat de hæresi. & ita si potest cõdemnare, multo fortius absoluere a r. di. inferior alienare dantem non potest. De hoc dixi supra eo. c. proxi.

ADDITIO. Hodie potest capitulũ, vel is ad quẽ administratio pertinet vacante sede, eos absoluere, quos posset episcop' si viueret, nisi à sede Apostolica id fuerit inter dictũ. ca. vnico. de ma. & obed. li. 6.

e Negligentiam.] propter negligentiã solam transfertur potestas eligendi ad superiorem. s. tit. proxi. nulla. & ca. q̃a vel cum indignum eligant. supra de elect. cũ in cunctis. sed vbi nullus est prælatus, non est negligẽtia, vt hic, vel etiam cũ eligere non potest s. tit. prox. quia Ber.

Constitutis.] Primo narrat factum super quo attestationes fuerunt receptæ. Secundò illas reprobat dicens quare ab.

f Vacante.] hic patet manifestè, q̃ ecclesia, quæ caret legitimo defensore, conueniri non potest: quia ea vacante nihil est innouandum: quia nõ habet defensorem. s. eo. c. nec etiam alienatio fieri potest, vt dictum est s. eo. c. 1. Laur. dixit, quòd vacante sede œconomus ecclesiæ potest interim agere. argument. supra de iur. calum. in pertractandis. & hoc si notem ecclesiæ exponatur quoniam habeat prælatum; sed non est verum vt hic patet. Et ita vacante sede nihil fieri debet vnde possit ei præiudicari. In al. js verò, in quibus non præiudicatur episcopo, potest capitulum supplere vicem episcopi. supra de maior. & obed. his quibus. & ca. cum olim. vbi de hoc.

† al. ita: esto Cam. & magistris I. & P.
† Calimeñ.
† Suessioneñ.

¶ Vide Hos. in c. ad abolendam. ẽ. de hær. & Geminianũ in c. presbyteri. 2. dist. vbi plene de materia huius decretalis. adde Felinum in c. cum olim. de maior. & obed.

† appareat apparetur.

† De materia hui' glossæ vide late per Host. in c. ad abolendam infra de hæret.

† al. Burgeñ. ...

† al. Burg.

† al. Benef. ...

DE HIS QVAE FIVNT A PRAELATIS sine consensu capituli.

¶ Supra visum est, quòd sede vacãte nihil debet attẽtari per capitulum: sed quia poterat dubitari: numquid sede repleta possit prælatus disponere de rebus ecclesiæ sine capitulo, id: subijcitur hæc rubrica.

De hac materia tractatur. 16. q. 5. & q. 7. per totum.

Irrita.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo quod irrita erit episcoporum venditio, vel donatio, vel cõmutatio rei ecclesiasticæ absque consilio capituli. Nota quod episcopus nec vendere, nec alienare potest res ecclesiæ sine consensu capituli; quod verũ est de magna re, paruam enim per se alienare potest. vt 12. q. 2. terrulas.

a Irrita.] 12. q. 2. sine exceptione.

b Commutatio rei ecclesiasticæ.] magnæ, paruam enim rẽ sine hac solemnitate alienare potest. 12. q. 2. terrulas. & j. de donat. cæterum. Ber.

c Subscriptione.] alias non tenet. 12. q. 2. non liceat. & c. alienationes. & c. sine exceptione.

Continebatur.] In prima ponit decisa consultatio. In secunda distinguens respondet. Consultationi. Abb. ...

CASVS. Quædam abbatissa fecit quandam donationem cuiusdam decimæ cuidam nomine H. postea verò aliquanto tempore elapso, eandem decimam concessit eidem: quærebatur, quæ concessio prævaleret? Respondet Papa, quod concessio decimæ prius facta, si conuentu sciente & non contradicente facta est, tenet & valet: sed si ignorante conuentu, aut contradicente, decimam prædicto H. prius concessit, & postea de consensu capituli eandem decimam dedit eidẽ, secunda donatio debet valere, & præiudicare priori. Nota, quod qui non contradicit, consentire videtur. Item prælatus sine consensu capituli concessionem facere non potest.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

d Contradicente.] & ita in venditione rerum ecclesiasticarum taciturnitas pro consensu habetur. Arg. contra. j. cap. prox. & 12. q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. cæterum. §. hoc ius in fi. Solu. hic ad tempus facta fuit concessio alicui clerico pro beneficio: in contrarijs in perpetuum: & ideo necessarius est ibi expressus consensus & subscriptio, per quam appareat de consensu. & est simile 54. dist. si seruus.

e Aut contradicente.] j. cap. proxi.

[Glo. seq. ponit arg. quod reprobat.]

f Non post multum.] arg. quod si multum tempus elapsum esset, & conuẽtus semper tacuisset, videretur consensisse. 1 Argu. j. de priuileg. si de terra. quod non credo, sed solum factum hic narrat, quod semper possunt contradicere tali contractui, imò non posset præscribere qui emit à solo prælato, cum sciat episcopum non habere ius distrahendi: quia contra leges mercat, & ideo non præscribit. C. de agric. & censi. quemadmo. l. 1. 2 16. q. 3. si sacerdotes.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

g Præiudicare.] sed videtur quod donatio talis non teneat: quia prælatus nõ potest donare vel vẽdere, nisi vt meliora prospiciat. 12. q. 2. sine exceptione. arg. 16. q. 3. si sacerdotes. iam solutum est. hîc non fuit donatio perpetua, sed temporalis.

TITVLVS X.

De his quæ fiũt à prælatis † sine consensu Capituli.

¶ Ex concilio apud Valentiam. †

¶ Non tenet alienatio rei ecclesiasticæ absque approbatione capituli.

CAP. I.

Irrita [a] erit episcoporũ donatio, & vẽditio, vel commutatio [b] rei ecclesiasticæ, absque † collaudatione, & subscriptione [c] clericorũ.

¶ Alex. iij. Nouicen. episcopo.

¶ In temporali alienatione, quam facit prælatus, taciturnitas capituli habetur pro consensu.

CAP. II.

Continebatur: † & inf. ¶ Consultationi tuæ taliter respõdemus, quod concessio decimæ ab abbatissa prius facta, si conuentu sciente, & non cõtradicente [d] facta est robur firmũ debet habere. ¶ Verum si ignorante conuentu, aut contradicente, [e] decimã prius prædicto H. concessit, & non post multũ [f] temporis † de assensu conuentus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet præiudicare [g] priori.

¶ Idem Vigorien. † episc.

¶ Alienatio temporalis facta sine consensu capituli, per ratificationem eius roboratur.

CAP. III.

Cum † nos iã pridẽ: & inf. ¶ Certum est, de rigore iuris concessionem illam nõ tenere, quã reclamante [h] capitulo per prædecessorem tuũ cõstat factum fuisse: Nisi eam ratam [i] postmodum habuisset. †

Cum nos.] Primo ponitur dictum. Secundo exceptio ibi, Nisi. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Vigorien. sine consensu capituli sui cõcessit quãdam ecclesiam quibusdam religiosis. successor illius donationẽ illam reuocare volebat: quæritur an possit? Respondet Papa, quod donatio illa de rigore iuris non valet, quam fecit antecessor illius capitulo suo reclamante, nisi capitulum eam ratã postmodum habuisset. Nota, quòd prælatus sine consensu capituli sui donationem in damnum ecclesiæ facere non põtest. Item ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Item subsequens consensus valet. Item quod ab initio non valet, interdum ex post facto conualescit.

[Glossa sequens ponit quatuor casus cõmunicandos capitulo.]

h Reclamãte.] & ita patet, quòd in negotijs ecclesiæ, necessarius est consensus vniuersitatis, vel maioris partis. j. c. proxi. 12. q. 2. sine exceptione, & in ordinatione clericorũ. 24. dist. episcopus sine. & in dignitatibus conferendis. j. eo. cap. proxi. & 93. dist. legitimus. idem est in causarum ventilatione. 15. q. 7. episcopus nullus. & c. felix. & cap. si autem.

[Glossa sequens alleg. tres concor. & duas leges in contrarium. Iterum arg. conualescere quod ab initio non valet. alleg. sex iura, & quinque alleg. in contrarium, & soluit.]

i Ratam.] & ita alienatio, quæ de iure non tenet, ratihabitione confirmatur. 16. q. 1. c. vlt. & j. de iur. patr. cura. & 12. q. 2. si qua de rebus. Arg. j. Instit. de aucto. tuto. §. tutor. ff. eo. tit. obligari circa finem. 3 Item arg. quod ea quæ ab initio non valent, ex post facto conualescunt. j. de coniug. ser. proposuit. j. de despon. impu. de illis 2. 31. quæstio. 2. cap. 1. & 2. ff. de rit. nupt. si quis in

1 Concord. tex. in l. si cũ gl. notabili. ff. si ex nox. cau. ag.

2 Vide de hoc seri. si dilig. ẽ t. Ioan. An.

† tempus

† Vvigoren.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp.

† habuisset.

3 Host. dicit aliud in tutore, qui nõ põt ratificare factum, in quo debuit auctorizare, nisi paulo post. ff. de acquir. hære. si quis mihi. §. iussũ. aliud in capitulo, quod nõ auctorizat, sed cõsentit: nec ratificat nisi quo ad eius cõtemptum pertinet. de elect. quod sicut §. si aũt. Ioan. And.

senatorio. & 1.q.1.c.eos qui.§.cũ ergo.circa finem. Arg. ℨ.24.q.1.schisma.& ℨ.de sim.non satis.& ff.de reg.iu. quod ab initio.32.q.7.flagitia.& 16.q.3.placuit.§.pót. ver.quòd si priuatus. Prima rũsio est vera qũq.i malefi cijs, vt teneatur ex maleficio qui ratum habet, sicut qui ab initio mandauit. ℨ.de resti.spol.cũ ad sedẽ.in fi.ff.de vi, & vi arm.l.j.§.quoties. dum tñ eius noie fuerit factũ.ff.de preca. l.si seru⁹.in negotijs aũt,sacramẽtis,& cęteris ℨtibus, quæ de iure sortiuntur effe-ctũ,eius ratihabitione potest res rata haberi ab eo q talia ab initio mandare potuit,si ei⁹ noie factũ est.ff.rem ratã haberi.l.3.§.falsus.& 9.q.3.Lugduneñ.& ff.de iud.licet verũ.& hic, & ℨ.de dona.pastoralis.in fi.In his autem quæ; p alios explicari non possunt, sicut est,vt quis per alium ferat sententiam, vel testimonium faciat, non habet locum ratihabitio. C. de sent. ex breuicu recitan.l.1.& 2.nisi sit illustris p̃sona, vt ibi, & in his quæ ℨ natura sunt vel fiunt,& quæ sine peccato detineri, vel fieri, vel possideri nõ possunt, & q ipso iure nulla sunt ab initio. Et sic loquuntur cõtraria.

¶ Post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par.50.c. 18.& c.4. eo. tit.in 2.cõpi.

† a.l fiet ita q tu caput, & illi membra esse dicũtur.

† Constitutionibus.

NOuit.] Tres sunt partes. In prima ponitur exordiũ, in quo r.tio & dictũ in genere. In secunda factum: ibi, Innotuit. In tertia prohibet & cassat: ibi, Ideoque. Abb. Sic.

¶ Idẽ Hierosolym. Patriarchæ.

¶ Prælatus sine consilio capituli instituere vel destituere, vel alia negotia ecclesiæ tractare non debet, h. d. cùm cap. sequenti.

CAP. IIII.

NOuit † tuę discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui vnũ corpus sitis, ita † q tu caput,[a] & illi mẽbra esse probantur: vnde nõ decet[b] te omissis membris,aliorum consilio in ecclesię tuę negotijs vti: cum id nõ sit dubium,& honestati tuę, & sanctorum patrũ institutionibus † contrarię. ¶ Innotuit si quidẽ auribus nostris,quod tu sine cõsilio fratrũ tuorum, abbates & abbatissas,& alias ecclesiasticas p̃sonas instituis & destituis:& infra. Ideoque id auctoritate Apostolica prohibemus: & infra. Nos enim tales institutiones & destitutiones carere[c] decernimus robore firmitatis.

CASVS. Patriarcha Hierosolymitanus sine consensu fratrum suorũ, abbates & abbatissas & alias ecclesiasticas p̃sonas instituebat,& destituebat: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde super hoc scribit ipsi patriarchæ dicens, q cum ipse & fratres sui sint vnum corpus, ita q ipse sit caput, & illi membra, non decet ipsum vti consilio aliorum omissis fratribus suis in negotijs ecclesiæ suæ: si illud sit ℨ instituta sanctorum Patrũ: vnde præcipit ei, q de cætero illud non faciat,& tales institutiones & destitutiones decernit carere robore firmitatis. Nota quòd non decet membrum à capite recedere, nec è conuerso. Item prælatus negotia ecclesiæ suæ de consilio fratrum suorum facere debet, & præcipuè huiõdi specialia: aliter enim facta non tenent.

a Caput.] sed nunquid episcopus auditur sine litteris capituli de rato, volens agere pro ecclesia sua? De hoc dic vt dictum est supra, de procu.c.1.& supra de re scrip.edocet.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

b Non decet.] 12.dist.non decet. 12.q.2. alienationes.& 15.q.7.episcopi s.l.& ℨ.de præscrip.cum non liceat. & arg.86.dist.si quid. & ℨ.eod.c.proxi.de quibus constitutionibus hic fit mentio.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

c Carere.] sed nunquid ipso iure tales constitutiones irritæ sunt? Videt q sic,ex hac littera: quod satis potest cõcedi: & quia factæ cõtra iura. C.de legi. non dubium.

¶ Idem eidem.

¶ Summatum est supra capitulo proximo.

CAP. V.

QVanto: & infra. ¶ Fraternitati tuę mandamus, quatenus in concessionibus,& confirmationibus,[d] & alijs ecclesiæ tuæ negotijs fratres tuos requiras, & † eum eorum consilio, vel sanioris partis eadem peragas & pertractes: & † quæ statuenda sunt statuas, & errata corrigas, & euellenda, dissipes & euellas. ¶ Absentium[e] quoque fratrum nomina interbi non sinas: † quia talia munimenta irrita sunt & falsa, & tu exinde quæstionem falsi poteris meritò formidare.

¶ Cęlestinus tertius.

Si ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit prælatus de consensu capituli, vel maioris partis: nisi de consuetudine vel priuilegio competat soli prælato.

QVanto.] Diuiditur: nam primò prohibet. Secundò p̃cipit: ibi, Absentium. Abbas.

CASVS. Prædictus patriarcha, omissis fratribus suis, in confirmationibus, & cõcessionibus, & alijs negotijs ecclesiæ suæ vtebatur cõsilio aliorum: mandat Papa eidem, quòd de cætero id nõ faciat, sed de consilio fratrum vel maioris & sanioris partis eadem pertractet & disponat. Præterea idem Patriarcha i priuilegijs suis & alijs instrumentis nomina absentiũ fratrum inscribi faciebat: præcipit Papa, q hod hoc nõ faciat; quia talia munimenta irrita sũt & falsa & ipse quæstionem falsi poterit formidare. Nota, quod prælatus de consilio fratrum suorum negotia ecclesiæ suæ pertractare & disponere debet. Item episcopi possunt conferre priuilegia. Itẽ de falso tenetur (vt hic dicitur) qui nomina absentium scribit in litteris ac si essent præsentes.

d Confirmationibus.] s.c.prox.cũ alijs concor.ibi positis.& ℨ.c.prox.& ita patet, q eps negotia ecclesię tuę cũ cõsilio canonicorũ suorum tractare debet. 12.q.2.sine exceptione. & c.alienationes.& 86.dist.si quid.16.q.1.ecclesia habet.

[Glo. seq. recitatur per q. an subscribens necesse habeat scire, &c.]

e Absentium.] nota q crimine falsi tenetur, qui nomina absentium fratrum facit inseri. C.ad leg. Corne. de fal.qui veluti.& ipsa instrumenta sunt irrita. C.de testa.iubemus. 2 & in authen.de instru.caut. & fi.§.2. coll.6.non tñ oportet testem scire q in carta vel in instrumento continentur,cui sigillum apponit.ff.de pig. actio.l.Caius.C.de testa.hac consultissima.nec in hoc casu fit ei p̃iudicium quin possit postea ℨdicere si sua interfuerit, vt in l. Caius. sed si sciret, postea reclamare non posset, vt ff.de pig.& hypo.fideiussor.§.1.& 2.q.7. saluberrimum:& ℨ.de transa.ex litteris.27.q.1.oĩs femine.& 20.q.1.vidua. Sic & crimen falsi incurrit qui sigillum surripuit furtiuè nomine capituli. ℨ.de testib. tam litteris. Et qui litteras iudicium aperit: ℨ.de offic. deleg. cum olim.& ℨ.de rescrip.olim. vnde tales deponendi sunt, per iura prædicta.

Ego.

EA noſcitur.] Prima pars factum narrat. Secunda pars reſpondet ibi, Reſpondemus. Abbas.

CASVS. Abbates & conuentus habent ius pſentandi in eccleſijs: contingit aliqñ, quod ipſi abbates pſentãt pſonas idoneas epis. diœc. ad eccleſias illas vacãtes, & eis receptis per epm, monachi aliqñ ante pſentationẽ aliqñ poſt, ɔdicũt: quærit an talis inſtitutio valeat? Rñdet Papa, ꝙ qñ plati faciunt huiuſmodi præſentationes, intelligendũ eſt, ꝙ fiant de conſenſu fratrum ſuorũ, ſine quo non valẽt: & ideò ſi conſtiterit, ꝙ ɔſenſus fratrum vel maioris partis nõ interuenerit, tales inſtitutiones debent caſſari, niſi ex antiqua & approbata cõſuetudine, vel ex aliqua ſpeciali conceſſione abbates ipſi probauerint ꝙ cõſenſus monachorum in talibus collationibus non ſit requirendus. Not. ꝙ abbas non põt pſentare aliquẽ, vel cõferre bñficium eccleſiaſticũ alicui, ſine conſẽſu ſui capituli. Itẽ collatio, aut pſentatio, ſeu electio cõiter pertinet ad platũ & capitulũ: hoc enim eſt ius cõe, niſi aliud in cõtrarium probetur à platis. Item ex antiqua conſuetudine vel priuilegio, abbas ſolus poteſt conferre beneficia irrequiſitis monachis.

CAP. VI.

EA † noſcitur: & inf. ¶ Cum in prouincia tua ſæpè cõtingat, quod ad eccleſias in quib. collegia ius præſentãdi habere noſcuntur, eorũ abbates aut per ſe, aut per literas, [a] pſonas idoneas epiſcopis diœceſ. præſentant, † & eis præſentatis & receptis aliquãdo ante, aliquãdo poſt, monachi cõtradicunt. [b] ¶ Reſpondemus, quod in præſentationibus prælatorũ intelligi debet, [c] quod fiant de collegiorũ ſuorum aſſenſu, ſine quo nõ obtinẽt firmitatem. Vnde ſi conſtiterit conuentus vel maioris & † ſanioris [d] partis nõ affuiſſe cõſenſum, inſtitutiones huiuſmodi cõuenit euacuari: [e] niſi ex antiqua & approbata cõſuetudine, [f] † vel cõceſſa libertate, [g] aliqui eorum probauerint cõmiſſi ſibi collegij non debere in eccleſiarũ ſeu beneficiorum collationibus requiri conſenſum.

¶ Innocen. iij archipresbytero † & magiſtro Scholarium † Bituricen.

¶ Tenet donatio, quam de ſolius diœceſani conſenſu, facit laicus eccleſiæ, de decimis quas ab alia eccleſia habet i feudum ab antiquo, id eſt ante Lateranen. cõcilium.

CAP. VII.

CVm † Apoſtolica ſedes: & infra. ¶ Sanè ſicut accepimus, cum ex vna parte capitulum ſãcti Stephani, et ex altera monachi de Platea, † ſuper decima quadam in veſtrum cõpromiſiſſent arbitrium: Dicti monachi proponebant, donationem ipſius decimæ ſibi à quodã milite factã, & Bituricen. archiepi-

[Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.]

a Per litteras.] poteſt ergo quis per litteras præſentari. arg. 64. diſt. c. 1. 2. & 3. Quid ſi ſ[illegible]licatur litteris? Stabitur eis donec contrarium probetur. ſup. de prob. poſt ceſſionem. vbi de hoc. & ſup. de teſti. cum à nobis.

b Contradicunt.] cum ab initio neſcinerunt: aliàs non videtur ꝙ poſtea contradicere poſſint 1. ſup. e. c. 2.

c Intelligi debet.] præſumptiuè, quia non eſt veriſimile, ꝙ hoc faciant ſine conſilio fratrum ſuorum. ſupra eo. cap. proxi. Hæc præſumptio probationem recipit in contrarium, vt hic dicitur. ſecus ſi eſſet præſumptio iuris, & de iure. ӡ. de ſpon. ad id quod & 54. diſt. fraternitatem. & infra de Iudæ. cap. vltimo.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

d Maioris & ſanioris.] ſed nonnè eo ipſo maior eſt quæ eſt ſanior. 31. diſ. Nicæna & ӡ. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & 40. diſt. multi, in fine? Dic ꝙ vbi aliqua pars non eſt ſana, puta quia indignum eligit, vel quia in damnum eccleſiæ aliquid facit, ibi dico maiorem partem illam quæ ſanior eſt: & præferenda eſt ſup. de poſtu. præla. gratum. aliàs niſi vtraq; pars in electionibus eſſet ſana, non ſtatim dicerem maiorem ſaniorem, immo quandoque minorem eſſe præferendam. ſup. de electio. eccleſia veſtra. vbi pars maior non obtinet. ſup. de appella. conſtitutus. Ber.

e Euacuari.] cum non ſint factæ ſm iuri ſed contemptis illis qui requiri debent. ӡ. de ele. quod ſicut. & c. quia propter. & ſup. e. nouit. & c. quanto. vbi hoc videtur expreſſum.

f Conſuetudine.] dummodò ſit talis, quæ iure cõi non præiudicet, ſcilicet præſcripta. ӡ. de conſuet. cum dilectus. & cap. vlt. quia tunc præſcripſit prælatus ius inſtituendi contra alios fratres ſuos.

[Gl. ſeq. arguit & remittit.]

g Libertate.] puta, quia priuilegia habet per latus, ꝙ ſolus ſine conſenſu fratrũ inſtituat. & ita eſt hic arg. expreſſũ, ꝙ ius eligendi de iure cõi ſimul pertinet ad epm & capitulũ, cum epus ſit caput capituli. ſup. eo. nouit. niſi conſuetudo ɔtrã inducat vel priuilegiũ, vt hic patet. De hoc dixi ſup. de elec. cum eccleſia vulterana. Ber.

CVm Apoſtolica.] Duæ ſunt partes principales. In prima conſultatio. In ſecunda rñſio: ibi, Taliter reſpondemus. Prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit partiũ compromiſſum. Secundo vnius partis allegationem ibi, Dicti monachi. Tertiò allegationem alterius partis ibi, E contrario. Quarto conſultationem arbitrorum ibi, Quia. Secunda pars principalis ſubdiuiditur. Nã primo reſpondet conſultationi. Secundo ſoluit & corroborat contraria, ibi, Auctoritates. Tertiò reſponſionẽ corroborat: ibi, Nam. Quarto ſolutionem limitat: ibi, Hoc autem. Abbas Siculus.

CASVS. Inter capitulum ſancti Stephani ex vna parte, & monachos de Platea ex altera, quæſtio vertebatur; ſuper quæſtione illa in quoſdam arbitros eſt compromiſſum, coram quibus proponebant monachi, donationem ipſius decimæ ſibi factam fuiſſe, à quodam milite de conſenſu Bituricen. archiepiſcopi diœce. ipſius ſibi confirmatam fuiſſe: & ad confirmandam conceſſionem ſuam inducebant auctoritatem Hieronymi dicentis: Si aliquando fuerint à laicis, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, male detenta, & in vſum tranſierint monachorum, epiſcopo loci præbente conſenſum, conſtabunt omnia perpetua firmitate ſubnixa. E contrario pars altera reſpondebat, quod conſenſus epiſcopi ſine conſenſu capituli non ſufficiebat: ad hoc inducebat auctoritatem Leonis, quod epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare, vel commutare, aut vendere non audeat, niſi vt meliora proſpiciat, & de conſenſu capituli ſui id faciat, quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum: dubitauerunt iſti arbitri quando decima tenetur a laico, ſi conferatur eccleſiæ, vtrum ſufficiat conſenſus epiſcopi ſine clericorum conſenſu? & Papa reſpondet quod monendus eſt laicus, qui decimam tenet, vt illam reſtituat iſti eccleſiæ ad quam ſpectat quod ſi noluerit, & de conſe

Cap. vni. eo. tit. in 1. compil.

quatenus per litteras ſtet fieri præſentatio, de Lapum lega. 75.

præſentent.

Vel

Adde quæ ſupra antiqua conſuetudine, & approbata, per Bald. in l. ſoc. iure. §. ſed aqua. ff. de aqua. pl. & alij.

Hoſt. tenet ad ea non nota, quod contradicere poſſent in ſta vj. men. poſt noti tiam. Io. An.

s Hoſtienſis tenet contrarium dicit, ꝙ narratur factum non ius: & ſi de iure etiã intelligas, loquit cũ ſunt omnia [illegible].
Ioan. And.

† archiepo. in pluribus antiquis.

† ſcholarum, legit in omnibus fere Vaticanis.

† Cap. 1. tit. de his quæ conceduntur ab epo ſine cõſenſu capituli, in 3. compil.

† Platea.

scopi diœcesani eius accedente consensu cõfirmatam fuisse: seque auctoritate Hieronymi [a] munitos existere, q scribẽs ad Damasum ait. Si aliquando fuerint à laicis male detẽta, quæ diuini iuris esse noscũtur, & in vsum transierint monachorum, episcopo loci pbente consensum, cõstabunt eis omnia perpetua firmitate subnixa. E cõtrario pars allegabat aduersa, consensum episcopi sine cleri consẽsu minus sufficere, auctoritate Leonis [b] Papæ dicentis: Ne quis episcop⁹ de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere [c] audeat: nisi fortè aliqd horum faciat, vt meliora prospiciat: † & cum totius [d] cleri [e] cõsensu atque tractatu id eligat, quod nõ sit dubiũ ecclesiæ [f] profuturũ. [g] ¶ Quia verò nos cõsulere voluistis, vtrum quando decima tenetur [h] à laico, si cõferatur ecclesiæ, ad cõfirmandam donationẽ cõsensus episcopi sine cleri consensu sufficiat; Taliter respõdemus, quod monẽdus est [i] laicus, qui decimam detinet, † vt eã restituat ecclesię, ad quã spectat: qui si fortè induci nequiuerit, & eam cum diœcesani cõsensu alteri ecclesiæ assignauerit, præsertim [k] religioso conuẽtui, cõstabit ipsa † donatio ppetua [l] firmitate subnixa. ¶ Auctoritates enim pmissæ, licet diuersæ sint, nõ tamen aduersę; cũ aliud sit alienare [m] quod ab ecclesia possidetur; & aliud qđ detinetur à laico, ad vsum ecclesiasticũ reuocare. In alienatione quoq. iuxtà Leonis Papę decretum consensus episcopi sine clericorum cõsensu † nõ sufficit. In reuocatione autẽ iuxtà scriptũ † Hieronymi sufficit cõsensus episcopi, cum per vtrunque † utilitati ecclesiæ consulatur: ¶ Nam & in Lateranẽ. † concilio [n] est inhibitum, ne quælibet religiosa persona, ecclesias & decimas de manibus laicorum sine cõsensu episcoporũ recipiat; per quod indirectè dat' intelligi, [o] q sufficit con

de cõsensu episcopi alteri ecclesiæ concesserit, valebit donatio: & auctoritates prædictæ licet sint diuersę, non tamen sunt aduersæ: quia aliud est alienare quod ab ecclesia possidetur, in quo casu intelligitur auctoritas Leonis, & tunc non sufficit cõsensus episcopi sine cõsensu capituli: Et aliud est ad vsum ecclesiæ reuocare quod a laico detinetur: in quo casu intelligitur auctoritas Hieronymi: & tunc suff[icit] cõsensus episcopi: quia per vtranque auctoritatẽ vtilitati ecclesię prouidetur. & hoc probatur per concilium Lateranẽ. sen. pro argu. a cõtrario sensu, in quo prohibet, ne aliqua religiosa persona ecclesias & decimas de manib. recipiat laicorum sine consensu episcoporum; per qđ dat indirectè intelligi, quod sufficit cõsensus episcopi, vt licitum sit ecclesia decimas de manu recipere laicorum. Hoc quod dictum est, de illis decimis debet intelligi, quæ laicis in feudum sunt concessæ. No. quod licet cõpromittere in arbitros de rebus spiritualibus. Item ille potest iura distinguere, qui potest ius constituere. Item sicut ad cõsultationẽ iudicum respondet Papa ita & arbitrorum. Item argu. à contrario sensu benè valet Itẽ decimæ datæ laicis in feudum possunt reuocari.

a Hieronymi,] 16. q. 1. quoniam quicquid. & ī. de consti. c. cum omnes.

b Leonis.] 12. quæstione 2. sine exceptione.

c Vendere.] nisi fortè sit parua & sterilis possessio. 1 q. 2. terrulas.

d Totius.] vel maioris partis ibi seruientis. 16. q. 2. cap ea enim. §. hoc ius.

e Cleri.] idest, capituli sui. bona enim aliarum ecclesiarum uendere non debet, nec venditionis auctoritatem præstare. 12. quæst. 2. abbatibus & 17. quæst. 4. in venditionibus.

f Ecclesiæ.] s. episcopali.

g Profuturum .] quantum ad opinionem ipsorum, & sic tenebit alienatio, quamuis contrarium eueniat. l. ff. de admin. tut. tutor qui. §. 2. tamen si probaretur læsio, restitueretur, vt ī. de in integ. rest. c. 1.

h Tenetur.] de facto: quia veram possessionem habere non potest, cum laici decimam de iure possidere non possint. ī. de præscrip. causam quæ. & 16. q. 7. c. 1. 2 & tñ toleras ecclesia, quod laici decimas, quas antiquitus habuerunt in feudum, detineant, de quibus loquitur hæc decr. vt in fi. dicitur. Ber.

[Glo. seq. ponit lect. Lau. quam reprobat.]

i Monendus est.] & etiam compellendus, cum mortaliter peccat 7. q. 1. illi, qui. & 23. q. 1. c. vlt. Vel hoc intellige de eo cui⁹ scãdalum timetur. 23. q. 4. non potest. Nam si hoc esset verũ, posset episcop⁹ per alios laicos multas ecclesias spoliare, & alias ditare; quod si faceret, appellandum esset, cum hoc tibi non liceat. ī. de rebus eccle. nõ alie. c. 1. Hoc qđ dicit Lau. intellige de decimis non in feudum concessis: sed decr. loquitur de decimis in feudum concessis, vt dicit in fine. Bern.

k Præsertim.] i. maximè: qa ad hoc agitur vt de manu laici reuocetur. Ber.

l Perpetua.] & ita videtur valere donatio sine consensu capituli. sed hoc ideo est, quia per hoc vtilitati ecclesiæ consulitur, & illi qui decimã detinebat: quia hoc soluto, benè agit, vt vita hominũ castigatur 23. q. 5 prodest seueritas. alias semper requiri debet consensus capituli, vt s. eo. per totum. Ber.

[Gl. seq. recitetur per obiectionem.]

m Alienare] ideò nõ intelligitur alienare: quia transfertur à laico ad ecclesiam. Sic non dicitur alienatio quãdo trãsfert de fratre ad sororem: sicut dicit lex. si testator prohibuit rem alienare, dando sorori, non videtur alienare. C. de fideicommis. voluntas. ff. de leg. 2. vnũ ex familia. §. 2. & l. peto. §. fratrem. Et qui transfert columnas de loco vno ad alium locum eiusdem ciuitatis, non videtur facta translatio. C. de ædif. priua. si quis post. sed reuera talis reuocatio est quædam alienatio, 12. q. 2. Apostolicos. & ī. cap. proxi. quia si remansisset apud illum laicum decima illa, spes esset quod posset redire ad priorem ecclesiam, ad quam spectat, si decederet sine hærede, nisi hæredes succedant in decimis, siue sint collaterales, siue descendentes: & est simile quod Deus magis voluit sibi hostias immolari, quam dæmonibus. 32. q. 1. considera.

n Lateranen. concilio.] ī. de priuileg. cum & plantare: nec laici in alios laicos decimas possunt transferre. infra de deci. prohibemus.

[Glo. seq. dicit arg. a cõtrario sensu esse fortissimum]

o Datur intelligi.] a contrario sensu: & est fortissimum ar-

¶ al. aliquis, sed apud Hieronymũ aliquando, vt etiã apud Gratianum cap. vlt. 16. q. 1.

¶ Facit ad hoc l. prætor. in princ. cũ glo. nota & Barto. ff. ne quid in loco pub. & l. prohibere. § plane. ff. quod vi aut clam.

¶ De hoc, & quid iuris si ecclesia sit locupletata, nec damnificata uoc. 12. q. 2. sine exceptione. in glo. pen. Ioan. And.

¶ Vbi de hoc. & 14. q. 2. §. 1. & ī. de deci. quia. Io. An.

multis argumentum. ff. de offi. eius cui mã.ia.est iurisd. l. 1. & 25 dist. qualis. & 45. dist. disciplina. vers. descendere, peccauit populus tuus quasi dicat: ergo non meus ex quo peccauit: puta ꝓpter peccatum receditur à Deo. 32. q. 1. cum renunciator. Lau.

a Episcopi.] vide modum argumentandi: ex quo dicit de eõ, ergo tantum de episcopo intelligendũ est sic. 25. dist. qua lis. & 95. dist. illud ff. de cond. & demõ. cum ita. Arg. §. quia aliud est dicere, epm & aliud, solum epm. j. e. tit. a. requisisti & ita hic est vnus casus, in quo solus eps potest alienare: alios habes. 12. q. 2. terrulas & tribus capitulis seq. & 12. quæst. 2. bong.

b In feudum.] de alijs vero non esset verum quod hic dicitur quia ecclesia potest illas vendicare, cum ille nullum ius habeat, sed hæc ecclesia ad quam spectant: nec potest petere ꝓpter ius feudi quod antiquitus ex causa fuit promissum nisi episcopus ius vnius ecclesiæ non põt alii dare, vt j. de rebus eccl. non alie. c. 1. Io.

Va nuper.] Communis diuisio. Secunda pars tibi, Alterius. Abb. Sicul.

CASVS. 2 Archidiaconus Meteñ. quæsiuit à Papa, verũ eps siue electus de consensu archidiaconi sin fine consensu capituli, conferre possit vacantem ecclesiam baptismalem alicui monasterio vel alteri ecclesiæ, quæ habet ius patronatus in illa ecclesia vacante? Et respondetur quod non potest, auctoritate Leonis Papæ: quia concessio vacantium ecclesiarum pertinet ad alienationem. Bernardus.

Nota ꝙ prælatus sine consensu capituli bona ecclesiæ temporalia vel spiritualia non potest alienare. Itẽ donatio episcopi cũ consensu archidiaconi non valet. Itẽ perpetuæ donationes nomine alienationis continent.

c Conferre.] vt monachi habeant fructus illarum, & retineant ecclesias ad vsus proprios, & sic læderetur ecclesia unde non valet talis concessio.

d Vacantes.] 3 arg. contrarium: quia sede vacante nihil est innouandum. s. ne sede vacan. nouit. & c. 2. & 3. Respondeo. contraria loquuntur in episcopatib. & consimilibus.

e Alterius.] id est istius præsentis quæstionis. sed ideo dicit, alterius, quia alia quæstio præcedit, quæ ponebatur in antiqua compilatione in tit. de instit. sed in hac non ponitur.

f Leonis.] 12. q. 2. sine exceptione. & s. c. proxi.

g Vendere.] nisi forte sit res, quæ seruando seruari nõ possit. C. de admini. tut. l. lex quæ tutores.

sensus episcopi,[a] vt licitum ecclesiæ sit decimas de manibus recipere laicorũ. Hoc autem de illis decimis intelligimus, q̃ laicis in feudum[b] perpetuò sunt concessæ.

¶ Idem Meteñ. archidiacono.

¶ *Non potest episcopus sine consensu capituli concedere ecclesias alijs ecclesiis, etiam si habeant ius patronatus in ecclesiis concessis.*

CAP. VIII.

TVa nuper: & infra. ¶ Adiecisti etiam, vtrum episcopo, vel electo cum solo archidiacono præter assensum maioris ecclesiæ, cum ab ipsa eligatur episcopus, & archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobijs vel ecclesijs conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat conferre[c] perpetuo vacantes[d] ecclesias baptismales: & infra ¶ Alterius[e] etiã quæstionis solutio ex epistola Leonis[f] Papæ colligitur euidenter, in qua legitur: Ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quicquã donare, vel permutare, vel vendere[g] audeat: nisi forte aliquid horũ faciat ut meliora ꝓspiciat: & cũ totius cleri tractatu[h] atque cõsensu id eligat, quod non sit dubiũ[i] ecclesiæ profuturum. Irrita † enim episcoporum donatio, vẽditio, & † cõmutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia & subscriptione clericorum per hoc[k] enim noueris solutam secũdo loco propositam quæstionem: cum † concessiones ecclesiarum perpetuas,[l] ad alienationes non sit dubium pertinere.

¶ Idem episcopo Helieñ.

¶ *Episcopus parrochiales ecclesias, vel obuentiones ipsarum de consensu patroni sine consensu Capituli sui monasterio conferre non potest.*

CAP. IX.

PAstoralis officii diligentia: & infra. ¶ Præterea quæsiuisti, cum au

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

h Tractatu.] sed qualiter fiet tractatus? Conueniant omnes, & quilibet dicat qđ sibi videtur. 4 C. de venden. reb. ciui. l. vlt. lib. 11. & tit. seq. l. vlt. hoc de immobilibus vel mobilibus pretiosis: quia si sint pretiosa, necessaria est sollemnitas. C. de admi. tut. lex. quæ secus in his quæ seruando seruari nõ possunt, vt l. prædicta. & ff. de petitio. hæred. l. diuus. Vinc.

i Dubium.] probabili iudicio, licet forte secus contingat. arg. ff. de mino. verum. §. si locupleti. & intellige, non sit dubium quãtum ad se: quia sufficit ab initio bene gestum. ff. de nego. gest. sed an vltro. §. 1.

ADDITIO. Vel dic dubium, scilicet cõmuni opinione cleri eorum.

K Per hoc.] id est, per capitulum Leonis. 16. quæst. 1. c. possessiones.

l Perpetuas.] perpetuæ enim intelliguntur ex eo, quia fiunt ecclesijs & non personis 5, vt supra ca. proxi. & ff. de annu. leg. annua. & 12. q. 2. lib. tri quia ecclesia non moritur, vt ibi dicitur, & supra de insti. cũ venissent si fiunt personis sine temporis præfinitione, durabunt in eorum vitam. 10. q. 2. hæc vsus præstitio. & 16 quæst. 1. possessiones.

PAstoralis.] Communis diuisio: Secunda tibi, Ad quod. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Helieñ. fecit talem quæstionem domino Papæ; Parochiæ auctoritate Dionysii fuerunt limitatæ & distinctæ ut prouentus cuiuslibet parochiæ in vsus cederent ministrorum: quæsiuit vtrum liceat episcopo sine auctoritate Papæ, vel sine consensu capituli sui conferre viris religiosis obuentiones alicuius parochialis ecclesiæ reseruata sustentatione vicarij. Secundo fecit aliam quæstionem. Lateraneñ. concilium prohibet nouam pensionem imponi ecclesiis, vel ueterem augeri, quæsiuit episcopus Helieñ. vtrum episcopus possit religiosis locis totam ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionem de consensu patroni. Ad hoc respondet Papa, quod episcopus nec primum nec secundum facere potest sine licentia Papæ præter capituli sui voluntatem, salua constitutione canonica, quæ dicit, quod episcopus potest conferre pijs locis quinquagesimam portionem. Nota quod episcopus nec ecclesiam potest dare monachis nec pensionem augere sine consensu Capituli sui. Item centesimam vel quinquagesimam portionem potest dare pijs locis sine consensu capituli sui, vt hic probatur.

4 Supple ꝙ cum sit cum alienari. dẽtes ciuitatis & tũc bene continuatur qđ sequitur.

† In omnib. Vaticanis ita Irrita. n. episcoporũ vẽditio, & cõmutatio rei ecclesiasticæ erit, &c

† Vel

† Ex antiquis exẽplaribus ita restitutũ est, vt est impressum nã in vulgatis ita legitũ cũ concessiones ecclesiarum ad perpetuas alienationes nõ sit dubiũ pertinere.

5 Adde qđ dicat perpetuũ, & quid perpetua alienatio no. in l. na imperator. ff. de le. & in l. 1. ff. de vsufruct.

† Prouinciæ vero, & dioceses prius diuisæ fuerant. 8. dist. c. 1. & 99. dist. prouinciæ. Vincen. Vtrobique de hoc. I. A.

† Dionysius Papa epistola 2. ad Seuerum episcopū.

† Concilium Lateran. sub Alexan. iij. c. 7. § 4. hibemus

† Honorius tertius hr in omnibus antiquis.

a Dionysij.] 13. q. 1. ecclesias. 1. 90. distin. c. 1. & 80. distin. c. episcopi.

b Obuentiones.] idest, fructus, vel redditus retenta sibi ecclesia cum sustentatione vicarij.

c Sustentatione.] sufficienti. ȷ. de præbend. de monachis. vbi de hoc. & ȷ. de supplen. neglig. prælat. ficut.

d Lateran. cōcilij.] vt ȷ. de censib. prohibemus.

[Glo. seq. reci. per q alleg. pro & ȷ. pon. t op. Hug. & Tāc. quā dicit tutiorā, sed cōtrariū approbat.]

e Salua cōstitutione canonica.] 12. q. 2. bonæ rei. Ex hac littera vr manifestē, quod episcopus posset dare quinquagesimam vel cētesimā partem sine consensu capituli, vt in prædicto c. bonæ rei, nō obstāte iuramēto de non alienandis rebus ecclesiæ. ȷ. de eccle. ædificā. & ȷ. de iureiur. intellecto. nemo enim pōt episcopū accusare de eo q tēplū Dei ędificat. 12. q. 2. autē. Itē q sufficit semel a iure tuisse concessum: vñ nō est vlterius necesse adire prætorē. ff. de cōd. instit. ç sub cōditione. §. vlt. Arg. ȷ ȷ. de donat. pastoralis. & ȷ. e. c. prox. 12. q. 2. si episcop. & ȷ. eo. cū nos. H. & Tāc. cū eo dicūt, quod et in hoc casu requirit consensus capituli: licet n. ei permittatur a iure alienare causa necessitatis vr vtilitatis, requiri tamē debet consensus capituli. 12. q. 2. sine exceptione. Littera tamē ista ȝtradicit: & Ios. idem dicit super illo. c. bonæ rei. illud quidē securum est dicere, & expone hanc litteram secundum quod Tancre. exponit, idest salua constitutione: quia non derogatur per istud responsum illi canoni, bonæ rei, nec dicitur ibi quod episcopus posset illam donationem facere sine consensu canonicorum: sed hæc littera contrarium innuit, & ȷ. de donatio. Apostolicæ. Vbi de hoc. & ita credo verum, & statuendū hic.

f Quinquagesima.] imo quandoque maiorem portionem, si multum abundat. de auctoritate tamen superioris, quandoque non tantam, quandoque nihil, si grauatur ecclesia. ȷ. de do. Apostolicæ Io.

ctoritate Dionysii a † fuerint parochiæ limitatæ) quatenus singulorū parochiarum prouentus, in vsus ecclesiæ cederēt ne cessarios, & stipendia ministrorum: ii episcopo liceat sine auctoritate summi pontificis, vel saltem sine capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obuentiones [b] alicuius parochialis ecclesiæ, sustentatione [c] vicarij reseruata. Et cum Lateran. † concilij [d] statuta prohibeant, ecclesiis nouā imponi, vel augeri veterem pensionem, postulas edoceri, an episcopus valeat religiosis. cōsentiente patrono, totam ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionem. ¶ Ad quod breuiter respondemus, quod salua constitutione [e] canonica, de concedenda pijs laicis quinquagesima [f] portione, neque primum neque secū dum facere potest episcopus (nisi de licentia Romani Pontificis) præter capituli sui voluntatem.

¶ Innocentius † tertius archiepiscopo Senonen. & eius suffraganeis.

¶ *Ad concilia prouincialia vocari debent, & admitti cathedralium ecclesiarum capitula.*

CAP. X.

ET † si mēbra corporis: & infra. ¶ Prouinciæ Senoñ. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos querimoniā trāsmiserunt, quod archiepiscopus Senoñ & eius suffraganei, procuratores eorū nuper ad prouinciale [g] concilium conuocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. Visum fuit nobis & fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorum nūcii ad tractatum admitti: maxime super illis, quæ ipsa capitula contingere [h] dignoscuntur.

TITVLVS XI.

De his quæ fiunt a maiori parte capituli.

¶ Ex concilio Lateranen. †

¶ *In vniuersitatibus ecclesiasticis praualet regulariter quod fit a maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat, hoc dicit.*

Singulis annis debeant prouinciale cōcilium celebrare Archiepiscopus Senoneñ. & suffraganei eius ad concilium illud non recipiebant procuratores & nuncios cathedralium ecclesiarum, verumtamen capitula cathedralium ecclesiarum Senoneñ. prouinciæ deposuerunt super hoc corā dño Papa quæstionem: Scribit dominus Papa archiepiscopo & suffraganeis eius dicens, quod capitula prędicta ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorū nuncij ad tractatum admitti, & præcipue super his, quæ contingunt ipsa capitula: & hæc est ratio, quia cum archiepiscopus & episcopi sint vnū corpus cum capitulis suis & ipsi caput, sine membris suis talia vel talia facere non debent. Nota, quod omnes tangit, ab omnibus debet tractari. Item nō debet caput à mēbris recedere nec mēbra a capite.

g Prouinciale.] de quo habes 18. distin. per totum. & infra de accus. sicut olim. De concilio monachorum habetur ȷ. de sta. reg. in singulis. & c. ea quæ.

h Contingere.] & merito: quia quod omnes tāgit, ab omnibus debet comprobari. 2 63. distin. ca. 1. & 66. distin. cap. 1. & 8. q. 1. licet ergo. & ȷ. de tempo ordin. si archiepiscopus. vbi de hoc. & ff. de adoptionib. nam ita. & ff. de mino. in causæ. §. causa. & l. eti ȝ. §. vlt. & ff. de iure aurei. & ff. de aqua pluu. arcen. in concedendo. & in Auth. vt sponsal. lar. c. ad hoc quoque colla. 8. Laici 3 vero huiusmodi concilijs interesse non debent, nisi specialiter inuitentur. 63. dist. Hadrianus in fine. Vel etiam nisi specialiter tractaretur causa fidei. 96. dist. ver. nam. Vel nisi tractaretur de matrimonio. quia cum tales causæ eos tangant, possunt interesse. 35. q. 5. ad sedem.

† De his ... (margin cropped)

† al. capi... (margin cropped)

ET si membra corporis.] Prima pars ponit querelā. Secundo prouidet: ibi, Visum fuit. Abbas Siculus.

CASVS. Statutum fuit in cōcilio generali, quod habetur. ȷ. de accusationib. sicut olim. q metropolitani

DE HIS QVAE FIVNT A MAIORI parte capituli.

¶ Supra visum est de his quæ fiunt a prælato & capitulo: sed quia quædam pertinent ad capitulum tantum, in quibus peragendis sæpe discordant, & dubitari possit quid iuris, merito subijcitur ista rubrica.

De hac materia tractatur 16. dist. c. vl. 5. q. 2. hoc ius. Cum.]

CVM.] Ordinatio maioris partis capituli, per contradictionem & appellationem minoris partis, nil rationabile opponentis, impediri non debet. Primo ponit factum reprehensibile. Secundo prouidet per statutum: ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

CASVS. In quibusdam ecclesijs minor pars clericorum non secundum rationem, sed propriæ voluntate ecclesiasticam ordinationẽ, quod graue & dignum erat reprehensione, ita in ordinationibus ecclesiarum semper debeat præualere qđ a maiori & saniori parte capituli fuerit ordinatum ideoque statuit cõcilium Lateranẽ. vt nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile obiectũ fuerit, & ostensum, appellatione remota præualeat, & suum consequatur effectũ, quod a maiori parte capituli fuerit ordinatum non obstante si aliquis dicat se iuramento non adstrictũ ad seruandum ecclesiæ suæ consuetudinem: quia non sunt dicenda iuramenta, sed potius periuria, siue temeraria iuramenta, quæ in damnum ecclesiæ & contra sanctorum Patrum ueniunt instituta: & si aliquis cõsuetudines quæ nec ratione iuuãtur, nec canonicis consonant institutis, iurare præsumpserit, a perceptione Dominici corporis, donec pœnitentiam egerit, sit penitus alienus. Nota, quod in maiori & saniori parte capituli residet potestas capituli. Item vt cõtradictio minoris partis capituli valeat, duo sunt necessaria, s. quod rationabile quid obijciatur, & probetur. Itẽ iuramenta contra vtilitatem ecclesiasticam præstita, nõ iuramẽta, sed potius periuria uel temeraria iuramenta dici debent: & ideo non sunt seruanda. Item si quis iurat seruare consuetudinem ecclesiæ, non adstringitur ad illicita: sub tali enim iuramento nihil nisi licitum comprehenditur. Item qui consuetudinem illicitam iurat seruare, donec egerit pœnitentiam, a perceptione corporis Christi debet abstinere.

CAP. I.

CVm in cunctis ecclesijs q̃ pluribus[a] & sanioribus fratribus visum fuerit, incũctanter debeat obseruari: graue nimis est, & reprehensione dignissimũ quod p qualdam ecclesias pauci quandoq; non tam de ratione, quam de propria volũtate ad † ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt.[b] ¶ Quocirca præsenti decreto statuimus, vt nisi a paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter[c] obiectum fuerit & † ostẽsum,[d] appellatione remota præualeat semper, & suum cõsequatur effectum quod à maiori & saniori parte capituli fuerit cõstitutũ.[e] Nec constitutionem nostram † impediat, si forte aliquis ad conseruãdã, † ecclesiæ suæ consuetudinẽ, se iuramẽto dicat adstrictũ: Nõ enim iuramẽta,[f] sed potius periuria sunt dicenda, quæ contra vtilitatẽ ecclesiæ, † & sanctorum patrum veniunt instituta. ¶ Si quis autem † huiusmodi consuetudines, quæ † nec rõne iuuãtur, nec sacris cõgruunt institutis, iurare præsumpserit: donec dignam egerit pœnitentiã a perceptione sit Dominici corporis alienus.

a Pluribus.] 65. dist. ca. 1. 2. & 3. supra de electio. licet. 23. distin. in nomine Domini 20. dist. de quibus. & ff. de re iud. duo ex tribus.

b Permittunt.] appellando & impediendo de facto. [Gl. seq. arg. quod non statur, & c. alleg. 5. iura. alleg. duo in contrarium, & soluit.]

c Rationabiliter.] argum. quod non statur semper maiori parti nec pluralitati, vt hic, & 31. distin. Nicena. ā. de electio. ecclesia vestra. ff. de serui. rust. prædi. si fundum 12. distin. non liceat. & ff. de pact. maiorem. Argumen. contrã 63. distin. plebs Dioteceſ. Instit. de satisd. tut. §. sed si ex testamẽto. Sol. illud regulare ẽ, vt ſu per statur maiori parti. sed maior pars est illa quæ maiori ratione & pietate nititur 9. dist. sana quippe. 60. distin. multi in fi. & 4. q. 3. c. si testes. §. item iurisiurandi. præsumitur pro pluralitate: 61. dist. nullus. in fi. nisi cõtrarium probetur, vt hic patet, & 23. distin. illud. & ā. de electio. dudũ R.

d Ostensum.] ergo non sufficit obijcere, nisi probetur. & hoc probabitur coram superiore. ā. de elec. venerabilem.

e Constitutum.] & ita capitulum potest constitutionem facere dum tamen intersint omnes, quos constitutio tangit. De hoc no. sup. de const. cum omnes alias p̃sentes in præiudiciũ absentium nihil constituere possunt, vt hic. Circa alia negotia ad minus duæ partes debent esse præsentes. ff. quod cuiusque vniuer. l. nulli. & l. plane. & ff. de decr. ab or. fa. l. 3. T.

f Iuramenta.] sic ā. de iureiur. sicut nostris. & ita si iuramẽta sint facta in genere [1], restringenda sunt circa bonas & licitas consuetudines argum. ā. de iureiur. quanto: & cap. ad nostram 3. Si specialiter iurãt, statim sunt periuri. B.

† vestram. † obseruandam. † ecclesiasticam. † enim. † Hæc periodus aliter recitatur in cõcilio præcitato loco, qđ omnino videas. † Clemens iij. † Claremoñ. Clarmoñ. Claremoñteñ. † Cap. 2. continet in 2. cõpi.

[1] Vide Deciũ in Rubrica. C. qui ad mitti. Albericum trac. de stat. par. 1. q. 15. vnde intelliges verã esse hãc glossã.

¶ Cælestinus † tertius Claremoñ. † episcopo.

¶ Canonicus non interdicit ecclesiam, sed hoc facere debet episcopus cum capitulo.

CAP. II.

QUæsiuit: † & infra. ¶ super eo qđ ecclesiam[g] tuam quidam ex

QVæsiuit.] Communis diuisio. Secunda pars [1] ibi, Fraternitati. Ab. Sic.

CASVS. In ecclesia Claremonteñ. obseruabatur, vt si quis parochianus pensionem debitã ecclesiæ non solueret, vel clericus aliquis delinqueret aliquis de canonicis etiam minimis interdicebat ecclesiam, sine consensu episcopi, & aliorum canonicorum, quæsiuit episcopus an hoc fieri deberet? Respondet Papa, quod interdictum in aliqua ecclesia positum sine consensu episcopi, & fratrum suorum per aliquem de canonicis, obseruare non debet nec sustinere vt ab alijs obseruetur. Sed si aliquis deliquerit, ipse puniatur. quia peccata suos auctores tenere debent: nec pœna debet vlterius protrahi, quam delictum fuerit in committẽte repertum. No. quod excõmunicatio, & interdictum fieri debent de cõsensu episcopi & capituli. Item ille qui peccat, solus puniri debet, & non illi, qui nõ peccauerunt. Itẽ pœna debet suos auctores tenere. Item pœna non debet excedere delictum.

g Ecclesiã tuam.] idest, tuæ iurisdictioni subiectam simile supra de auctor. & vsu pal. cap. 1. & intelligitur hoc vbi canonicus non habet ius episcopale in ipsa ecclesia. alias si haberet, & ei denegaretur debita pensio, vel aliqua offensa digna excommunicatione committeretur, bene supponeret ecclesiam interdicto [2] non nego tamen honestius esse personas interdicere non enim ecclesiæ delinquunt, sed personæ. in Authen. de man. princ. §. oportet. colla. 3. argum. infra de pœnis. licet. 16. quæst. 6. illud. hoc dicit Lau. sed ecclesia pro delictum

[2] De hoc articulo vide hic plenius per Host. & Ioan. And.

canonicis etiã minimis, quia pensio ecclesię debita non redditur, vel clericus aliquis aut parochianus deliquit, † sine tuo & aliorum canonicorũ assensu,[a] interdicto supponunt: † & infra. ¶Fraternitati tuæ taliter respõdemus, quod interdictũ in aliqua ecclesia per aliquẽ, ad aliquos de canonicis tuis, sine tuo & aliorum fratrũ assensu positum, obseruare nõ debes, nec ẽt sustinere vt ab alijs obseruetur; & infr. ¶Sed si quis in his deliquerit,[b] ecclesiasticæ coertioni subiaceat: cũ peccata suos auctores † tenere debeãt, nec pęna sit vlterius protrahenda, quã delictum fuerit in excedente repertum. †

¶Innocentius iij. Augusteñ. præposito.

¶Communis ordinatio ecclesię, per contradictionem, & appellationem eius cuius non interest, impediri non debet. h.d. quo ad titulum.

CAP. III.

Ex fore sedẽtis: & infra. ¶Accedẽtibus ad præsentiam nostram T. ac B Augusteñ. † canonico pro quæstione, quæ inter vos super præpositura Augusteñ. ecclesiæ vertebatur ex parte ipsius B. fuit propositũ, qđ pater eiusdem à C. prædecessore nostro decano & capitulo Augusteñ. litteras obtinuit destinari, vt infra spatium mensis vnius eundẽ eligerẽt & assumerent in præpositũ Augusteñ. in signũ inuestituræ annulo[c] aureo destinato, & quib[us]dam mandati Apostolici executoribus cõstitutis. Capitulũ memoratũ cũ audisset, quod C. † quondã eorum prępositus in episcopum Brixieñ. electus & confirmatus fuisset: licet dictas litteras recepissent, † in contemptum † tamen eorum,[d] assignato pri[us] termino, inf. quẽ ipsi deberẽt super mãdato Apostolico respõdere, H. tunc Augusten.[e] decanum in præpositũ elegerunt; & infra. ¶ Quia verò legitimè constitit, qđ prædictus C. de prępositura nõ fuit aliquatenus inuestitus, etsi mãdatũ[f] fuit, vt de ea inuestiretur de qua etiã si inue-

delictum alicuius interdici non debet sed ille qui deliquit puniatur: quia illi, qui non peccauerunt, non debent puniri: nisi ille, qui deliquit sit dominus loci: quia tunc propter delictum eius terra supponitur interdicto j. de spon. non est nobis. Ber.

a Assensu.] quia talis sententia nõ tenet, cũ lata sit ab eo qui non habet iurisdictionem. 2. q. 1. in primis. C. si à nõ cõpe. iud. l. 1. & j. de cõst. ad nostram. T.

[Gl. seq. alleg. sex cõtr. & alleg. duo iura. & dupliciter sol.]

b Deliquerit.] 16. q. 6. cognouim[us]. & c. illud. quia peccata suos proprios tenere debent auctores.[1] vt hic dicit. C. de pœn. sancimus. C. ne vxor. pro ma. ob maritorũ. 11. q. 3. illud. & j. de sen. excomm. Romana. §. fin. lib. 6.] Sed contra vř: quia perit iustus pro impio. de consec. dist. 1. in sancta 15. q. vlt. cũ multæ. Sol. quod hic dř, locum habet in pœna[2] spirituali: qđ dicitur in cõtrarijs, habet locum in pœna temporali, quæ quandoq; imponitur, alteri pro peccato alterius, vt 1. q. u. 3 §. itẽ p. o peccato. Vel hoc regulare est illa casualia sunt. Tancr.

Ex ore.] In prima parte ponitur factum. In secunda decisio; ibi, Quia uerò. Abbas.

CASVS. Pater cuiusdam canonici Augusteñ. B. noie, accedẽs ad dñm Papam, impetrauit lřas ab eodem ad decanũ & capitulũ Augusteñ. quibus decano & capitulo mandabatur, vt dictum B. filium suum infra spatium temporis vnius mensis eligerent & assumerent in præpositum: & in signum inuestituræ sibi annulum aureum destinauit, executoribus super hoc deputatis: executores capitulum memoratum monuerunt, vt mandatum Apostolicum adimplerẽt capitulum licet litteras recepisset, audito quod C. præpositus ipsorum esset electus & confirmatus in episcopum Brixieñ. infra terminum in quo debebant executorib. rñdere. H tunc eorum decanum in præpositũ elegerũt, cui dictus B. reuerentiam exhibuit tanquam præposito: tandem ille H fuit mortuus eo mortuo capitulũ statim elegit in præpositum istum, cui Papa scribit dicto B appellante, ne ad aliquam aliam electionem procederent, cum ad ipsum dicta præpositura spectaret. & sic orta fuit controuersia inter ipsum B. & istum præpositum. Delata fuit causa ad Cælestinum Papam, coram quo multa obiecta fuerunt contra istum B. & ita quod Celestinus cassauit inuestituram de ipso B. Ad vltimũ delata est causa iterum ad dñm Innocentium, coram quo ista alia allegata fuerunt: Papa verò super hoc ita duxit statuendum: quia constitit ei quod prætatus B. nõ fuit inuestitus de dicta præpositura quis mandatũ fuisset, vt de ea inuestiretur & si etiam inuestitus fuisset, illa inuestitura cassata fuit p Cælestinum: & si etiam cassata nõ fuisset cũ propter hoc q dicto H. reuerentiã exhibuit tãq̃ præposito, iuri suo renunciasse, vř. Papa considerãs, q ipse B. appellare non poterat, vt p appellationẽ ipsius ordinationem ecclesię impediret, & intelligens, quod a maiori parte capituli electus fuit iste in præpositũ electionem ipsius & ordinationem auctoritate Apostolica cõfirmauit, & dicto B. silẽtiũ imposuit, sup ipsa præpositura. Nota, q ipso facto renũciat quis iuri suo, vt iste obedientiam faciendo dicto H itẽ tacitè renũciat quo iure suo. Item nõ valet appellatio nisi interest illius q appellat. Item electio maioris partis capituli valet.

c Annulo.] sic supra de re iudicata cũ olim. propter hoc tamen non fuit institutus: cum in possessionem missus non fuerit, vt infra sequitur.

d Eorum.] scilicet executorum.

e Tunc Augusten.] cui H. dictus B. reuerentiam exhibuit tã quam præposito, vt sequitur infra: tandẽ idem H. mortuus est: eo mortuo capitulum statim elegit istum in propositum, dicto B. prius appellãte quod ipsum non eligerent, cum ad ipsum spectaret præpositura. De hac appellatione fit mẽtio inferius. hæc omnia habentur in integra.

[Gl. seq. not. alleg. tria iura, & in contrarium alleg. octo. Item argu. & remittit.]

f Et si mandatum.] sic patet, quod propter talem inuestiturã, quam fecit: scilicet annulo, non efficitur quis possessor j. de dona. per tuas arg. sup de re iudi. cũ aliquibus. quia in adipiscenda possessione actus corporalis requiritur. ff. de acq. pos. possideri § in amittenda. Argu. contra s̃ p. de consue. ex litteris & 16 q. 7. contra sacrorum. & q. 2. moderamine. & C. de sacrosanct. eccle. vt inter diuinum. & ff. de contrahend. empt. & vend. clauibus & ff. de bon. aucto. iudic. possid. quamuis & sup. de dolo &

† delinquit.

† supponit.

1 Huc spectant non illepidi versiculi: Auctores proprios sua crimina iure tenebũt: Plus q̃ peccat non vltra pęna trahatur.

† auctores.

2 De hoc vide latissimè per Alphonsu Castriũ li. 3. de iusta hęret. punit. c. 10 & 11.

† vide l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga. & pup. facit l. rescriptum. cũ si. ff. de his quibus vt indig.

† Cap. vnic. eo. titu. in 3. compil.

† al. [illegible] eo.

† D. E.

† [illegible]

† In [illegible]

[illegible]

dolo & contuma.contingit. ff. de dam.infec.si finita. §.vlt. Item hic patet, q si Papa mandat alicui dari præbendam, & capitulum aliu eligit, tenet electio. De hoc dictum est s. de præbendis.dilectus filius.Io.

a Ratione.]quia erat in minoribus ordinib.cōstitutus, vt patet in integra, & quia reuerentiam faciendo illi H.iuri suo renunciauit, vt hic sequitur.

[Glo.seq.arg.de tacito cōsensu,inducēs 33.iura.alleg.2.in cōtrarium. Tertio fortificat primum dictū. Quarto q̄rit, & soluit. Quinto elicit duo argumenta.]

b Renūciasse.] nota hic arg. de tacito consensu. & licet verbis nō renunciet, aut non consentiat, ipso facto tā cōsentit. 33. q.2.honorātur. & s. de transact. ex litteris. & 43.distin.sit rector. ff.mandati.si p̄cedente.§.Lucius. ff. ad munici. l.2. & s. de off.dele. gratum. & ca.cum olim.in fi. à ɔ̄trio sensu.ff.de iof fi.testamen.si proponas.§.1.& l.nihil. & l.vi.& ff.de public.si ergo.§.1.& ff. de mino.si filius. & C. de iure do.impe.l.2.Ar. ɔ̄.ff.de decurio.Herennius §.vlti. & s. de præben.dilecto. Ios. Præterea licet renunciatio sit tacita, valet etiam citra auctoritatē superioris, licet expressa nō valeat sine auctoritate superioris. s. de renūciat. admonet.sicut plus valet tacita prohibitio q expressa,cū scilicet litem contestatur. ff. de solutioni.si qs stipulatus fuerit x. in melle. ff.eo.titu.vero procuratori. §.vlt. Lauren. Sed quid si alius ageret ɔ̄ illum præpositum, & cassaretur illius electio, nunquid iste q exhibuit reuerentiam, potest agere pro præpositura? Non: quia filius exhæredatus si approbauit testamentum patris, non pōt postea impugnare. C.de inoff. testamen.parentibus. & si alius impugnaret testamentum, ipse tamen non potest petere vltra quā sibi est relictum. ff.de legatis pstā dis.l.ɔ̄.§.is qui. Vinceñ. Item argumentum q actio semel extincta non reuiuiscit. ff.de solutio.q res. §.aream. & de consec.dist.4.quæri. Item argumentum, q licet res deueniat ad eū casum à quo potuit habere principium, non valet. Ber.

c Per appellationem.]sic s.de elec.cum inter R.quia tūc non interest appellare post reuerentiam præstitam. 2.q.6.non solent. appellatio enim non impedit ne id fiat quod perpetuo edicto decernitur. ff. de appellatio.recipie.vel non.l.vlt. Lauren.

stitus fuisset, inuestitura eius per prædecessorem nostrum certa fuit ratione [a] cassata: quæ nec etiā si cassata fuisset, per hoc quòd dicto H. reuerentiā exhibuit, quæ † debetur præposito, iuri suo renūciasse [b] videtur: † Nos attendēres sibi de iure nō potuisse cōpetere, vt per appellationē [c] ob id interpositam, cōem ordinationē ecclesiæ impediret: intelligentes etiam te à maiori parte, tam dignitate, quàm numero eorum, quos eligēdi ius cōstabat habere, electū fuisse canonicè in præpositum: electionem tuā auctoritate Apostolica confirmamus: præfato B. super præpositura silentiū imponentes.

¶Idem.

¶ *Prælatus cum maiori parte capituli contradicente minori statuere potest, quod ad necessariam reparationē fabricæ quilibet canonicus conferre teneatur.*

CAP. IIII.

EX † parte tua nobis fuit frater archiepiscope intimatū, q ad restaurādā fabricam [d] Rothomageñ.ecclesiæ, tractatum cōiter habuistis, te postulante, vt quilibet canonicorum tecum pariter aliquam suorū redditum portionē operi tam pio & necessario deputaret: & inf. ¶ Statuimus, vt † vt si quis vestrum tuis, frater archiepiscope, & maioris & sanioris partis capituli statutis super hoc duxerit † resistēdum, obtineat sententia plurimorum. [e] †

EX parte tua nobis fuit frater.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Statuimus. Abbas Sicu.

CASVS. Archieps Rothomagensis cum fabrica ecclesiæ suæ restauratione indigeret, habuit tractatum cum fratribus suis, vt quilibet eorum cū ipso archiepō, aliquam portionem redditum suorum tam pio & necessario operi deputaret: & hoc ipsi facere noluerūt: vñ ipse significauit hoc dño Papæ. super hoc statuit Papa, vt si aliqui ɔ̄ sitrint statutis sui archiepi, & maiores partis capituli & sanioris, obtineat sentētia plurimorū. Nota, q sententia maioris & sanioris partis p̄ualet. Item in casu isto non tenentur, nisi maior & sanior pars consentiret.

d Fabricam.]licet enim ille solus teneatur ad restaurationē fabricæ, qui partem deputatā fabricæ recepit, vt 10.q.3.vnio. & q.1.decernimus. tamen ille conferre tenetur. 17.q.1.si monachus. & de eccle. ædificandis.c.1.

e Plurimorū.]hic ergo valet sententia plurimorum: quia euidens est illos ratione iuuari. s.eo.ca. 1.sic 75.dist.c.1.& 2. s.de tempo.ordi.nec episcopi. Ber.

ADDITIO. Glo. in verbo, ratione iuuari, &c. Dicit Vinceñ. hoc esse, quia Papa hoc approbat, al's nullus compelleret dare de proprio nisi vellet: quia tenentur vt singuli. vnde potior est causa prohibentis: & quia si tenētur vt collegium, cōmunis mensa habet hoc sustinere, non priuati stipēdia. Dicit Inno. hoc verum si non essent res ecclesiæ, sed p̄priè canonicorū: de rebus verò ecclesiæ, licet sigulariter & specialiter ad singulos canonicos pertinentibus, poterit episcopus cum maiori parte capituli pro vtilitate ecclesiæ talia statuere. Item Innocen.& Abbas. vide quod dixi supra de constitutionib.cum omnes. supra prima gloss. Ioan. And.

TITVLVS XII.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

¶ Innocentius tertius Mediolaneñ.archi.episcopo.

¶ *Rubrum sufficit pro summario. vel summa sic secundum abbatem: Occulta collatio beneficij, licet sit suspecta, bene valet, dummodo aliàs legitimè facta probetur. hoc dicit. Et est casus notabilis, non tamen facit ad titulum, nec omnes indistinctè hoc tenent, sed maior pars concludit cum hoc summario.*

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA sine diminutione conferantur.

¶ Supra visum de collationibus beneficiorum faciendis tam à prælato cum consensu capituli, quàm ab ipso capitulo tantum: Veruntamen quia beneficia ipsa debent conferri sine diminutione, merito subijcitur ista rubrica. Abbas.

Venn.

[Marginal notes, left:] In codice Vatic. sita ēt p̄posi exhiberi. — vide l.tale ff.de pac. si exhæredatus. ff.de in.test. — ro.inico tit. in 4. epis. — ... q̄ sūt à ... refere ... ca. ... dictū. s. ... tit.p.

[Marginal notes, right:] † al.vt si qui — † duxerint — † Vide l. & fuit hēdē. §. si.cū l.seq. ff. de pact. & l. qd maior. ff. ad muni.

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60]

VT nostrũ.] Diuiditur i quatuor partes. Primo assignatur Papalis responsionis causa & ratio. Secundo processus Papæ executio & ad obiecta responsio, ibi, Cum enim. Tertio archiepiscopi inconuincibilis reprehensio: ibi, Omnib. Quarto causę & necessitatis instructionis [illegible] sie, Vt credimus. & [illegible] Ambas, a Vt nostru [illegible] vt [illegible] hãc decretalem [illegible] pone [illegible] intellige s. intelle xit dñs Papa quòd

CAP. I.

VT † nostrũ[a] prodeat de vultu Dei iudiciũ,[b] & infra. Præterea proponebas, quòd cũ nullus debeat sine accusatore[c] † damnari, nec aliquid circa negotium illud sit actũ i forma iudicij, depositiones testium non poterãt ibi præiudicium generare.

cancellari. Mediolaneñ. ecclesiæ vacauerat vltra annum, [illegible] confer [illegible] ad Papam [illegible] mandauit Papa Mediolaneñ. archiepiscopo [illegible] dominus Papa [illegible] post receptionem literarum aliquid facere in contrarium, illud cassauit. Archiepiscopus [illegible] literis rñdit, [illegible] cancellariam non contulerat [illegible] propter [illegible] literarum [illegible] instrumentum [illegible] contrarium [illegible] mandatum dñi Papæ [illegible] proventus [illegible] H. [illegible] fuit factum aliud [illegible] dño Papæ, & instrumentum [illegible] vt ad præsentiam [illegible] & ostenderet, quòd [illegible] cancellariam contulisset personæ idoneæ, & modo canonico, & tempore competenti, & idem H. veniret si vellet defendere [illegible] accessit procurator archiepi. & ille H. & produxerũt duos testes in pñtia Papæ, qui iurati dixerunt, quòd parũ post mortem cancellarij, archieps contulit cancellariam dicto H. reseruatis sibi proventibus, & illum inuestiuit per librum, præcipiendo quòd illud esset secretum, & vnus testis adiecit quòd post mandatum dñi Papæ [illegible] tradidit [illegible] sigillum [illegible] audiuisse, & procurator hoc idem fuit confessus: quod audiens Papa mãdauit quibusdam, [illegible] mandatum, quòd quod totum negotium reuocabatur ad curiam, ei traderent sigillum, talem traditionem decernerent nullã esse, & inhiberent illi H. ne sigillo vlterius vteretur, quod totum factum est. & prohibitus fuit vti sigillo. Per hoc intellige illã decretalem. j. de appel. vt nostrum. quæ est pars istius, & illam debes hic legere in principio, quia præcedit istam, vt patet in antiqua compilatione. Propter hoc archiepiscopus misit nuncios ad dñm Papam post multas allegationes & excusationes ipsius archiepiscopi, vltimo proponebat dictus archiepiscopus, quòd cũ nullus dẽat sine accusatore damnari, nec aliquid sit actum in prædicto negotio in forma iudicij, testes [illegible] recepti non poterant sibi præiudicare quia hæc allegatio videbatur tangere personã domini Papæ, apertius vult exprimere in hac decretali causam quare mandauit inquiri de prædictis, ne quis crederet, quòd in facto isto perperam processisset. Et prosequaris postea vt [illegible] in littera: hoc intellecto, quod præmissum est satis patet intellectus capituli, & sine hac suppletione non bene intelligere. Et hæc omnia & alia continentur in integra Bernar.

ADDITIO. Causa verò inquisitionis est. Cum enim donatio fuisset occulta, propter quod non carebat suspitione, & ex ipso anno nullus cancellarius appareret: merito credebatur quod ad papam esset donatio deuoluta secundum Lateraneñ. concilium: & ideo illam poterat sine culpa conferre: quia Papa de occultis diuinare non potest. & præsumptio erat pro Papa, cum ipse primo [illegible] rñderet, quòd cancellariam non contulit: vnde illi fuit [illegible] gratia quòd ei concessit facultatem probandi [illegible] Item quod de nuo uo vel de modo canonico [illegible] sibi fieri mãdauit, ipse archiepiscopus dedit causam illi mandato, quia mandauit per litteras, & probaui: per testes, quòd retentis sibi prouẽtibus, officium illud concessit: vnde Papa contra talem concessionem fuit merito suspicatus, & ideo Papa ex officio suo illã inquisitionem commisit faciẽdam, cum ad ipsum pertineat de subditorum excessibus inquirere veritatem: omnibus prædictis diligenter examinatis Papa inuenit archiepiscopum culpabilem in tribus: circa contrarietatem rñsi, cum nulli debuerit ex certa sciẽtia contraria respondere: circa carnalitatem animi, quia non debuit cum affectu carnali committere: & illud officium circa inhonestatem facti: quia ex pacto, vel aliqua conuentione committere non debuit nundum officium, & retinere prouentus, cũ hoc in Lateraneñ. concilio sit prohibitum & in alio canone reperitur, quòd ecclesiastica beneficia sine diminutione sunt conferenda: Vnde circa hoc est distinguendum, vtrum ille, qui dat beneficium spirituale, percipiat prouentus añ donationẽ: si enim non percipit prouentus ante donationem, sed alius, & ex donatione consequitur vt [illegible] percipiat, simonia committitur: si verò ante donationem percipit ipse prouentus, hoc distinguendum est, vtrum constituat ante donationem, vt ex [illegible] necessaria retineat prouentus, & istud licitum est: an conueniat cum eo qui accepit beneficium, vel cum alio mediatore retineat prouentus, & concedat beneficium: istud quidem non licet, ne aperiatur via illis qui prauitatem suam student palliare. Ex hac decretali nota quòd nullus debet sine accusatore damnari. Item cum aliqua præsumptio apparet cõtra aliquem, debet se excusare, & reddere rationem super hoc, vt fecit hic dñs Papa. Item actore non probãte, reus quamuis nihil probet, debet absolui. Item quando præsumptio est contra reum, onus probandi transfertur in eum, vt hic erat cõtra archiepiscopum. & ideo Papa imposuit ei onus probandi super tribus articulis prædictis. Item tria sunt consideranda in collatione beneficij personæ idoneitas, modus canonicus, & tempus competens. Item occulta donatio non caret suspicione, quare non debet valere. Item nemo diuinare tenetur. Item superior ex officio suo debet inquirere de inferiorum excessibus. Item contraria proponens, non est audiendus. Item carnalitas non debet attendi in beneficijs conferendis. Item in spiritualibus omnis pactio & conuentio illicita debet cessare. Item beneficia integra concedi debent. Item si ecclesia est onerata debito, vel propter aliam iustam causam & honestam potest episcopus ad tempus, prouentus tamen alicuius dignitatis vel præbendæ, licet illam conferat, potest retinere. Item nemini aperienda est via malignandi.

b De vultu Dei iudiciũ.] qui enim iudicat, æquitatẽ pro oculis semper dẽt habere. ff. de eo quod certo loco, quod si Ephesi. § in summa. & 4. q. 4. capi. 1.

[Gloss. seq. ponit vndecim casus exceptos à regula. quod sine accusatori &c.]

c Sine accusatore.] hoc est generale, vt 2. q. 1. de mani festa. 22. q. 4. quisquis potestatẽ. Excipiunt quidã casus. Primo. Si suspecta scriptura in iudicio proferatur. C. de probationib. iubemus. Si prauus testis fuerit, & vacillauerit in iure. C. de testibus. nullum. & infra de pœnis. sup his. Si tutor suspectus est. ff. de suspectis tutoribus. l. tertia §. præterea videndum. Si maritus accusauerit vxorẽ de adulterio, & ipsa replicat de lenocinio. ff. de adulterijs. l. j. §. si pu-

† Cap. vnico [illegible] in 3. cõ pila. Alia pars huius ca. est j. de appel. ca. ut nostrum.

1 Hic casus Ber. est & in antiqua explarib. reperitur.

a Innocẽtius dicit [illegible] hoc [illegible] viua voce dixerat Papa. Io. An.

3 Facit ad quẽ [illegible] lib. 6. Io. An.

4 Idest quia ille H. [illegible] ratificaret, nec [illegible] procurator. Hostien. vel dic [illegible] tenete, quòd alter [illegible] tor illius H. quòd ipse [illegible] & quòd post [illegible] mandatũ & Papam [illegible] inquiri de [illegible] vel ille H. quòd [illegible] erat, [illegible] cõfitebatur, licet id cõfiteretur procurator Archiepi. Io. And.

§. si publico. Si iudex reperiat accusatorem calumniari. ff. ad Turpillian. l. 1. §. 1. & 2. q. 3. capitulo, si quem §. notandum. & ꝭ. de calum. c. 1. & 2. Si in modo inquisitionis cognouerat de crimine. infra de accusationib⁹, qualiter & qñ & capitulo, inquisitionis. Si infamat⁹ deficit in purgatione. ꝭ. de simonia. ꝺ hoc cũ suis concordantijs. Si crimen est notoriũ. 2. q. 1. de manifesta. & ꝭ. de accusationibus, euidentia. Si corrumpit testes aduersarij. 3. q. 7. cap. infames. versi. si quis autem. Io.

ADDITIO. Nota ex hac glossa regulam & plures casus exceptos & vide quasi cõsimilem glosã in canone, de manifesta. 2. q. 1. Alios ponit Specul. in titulo, de inqsitio. §. qñ autẽ. in prin. & de ista materia per Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs, vbi satis elegãter tractatur, an & qñ iudex possit ꝓcedere ex officio sine accusatore. Panor. dixit plenã tã respectu iuris ciui. q̃ canonici ĩ c. qualiter & qñ. 2. de accu. ꝭ. vbi pleni⁹ de hac materia vide per eundem Panormitanum.

a Commisse.] quapꝑter mãdauit fieri inquisitionẽ ꝯ archiepiscopum, qn tradiderit illi H. sigillum post secundum mandatum, vt dixi in casu. & ꝙ probaret illa tria quæ sequuntur.

[Glo. seq. ponit 13. casus exceptos à regula, ꝙ accusatore non ꝓbante, &c.]

Quia verò hæc allegatio personam nostrã tangere videbatur, dignũ duximus causam cõmissę[a] inquisitionis & ordinẽ plenius explicare, ne qs quomodolibet suspicet, quod nos ĩ hoc negotio perperã processerimus: præsertim cum ratio assignãda debeat esse posteris profutura. ¶ Cũ enim iuris sit explorati quod actore non probãte,[b] is qui conuenitur, etiam si nihil præstiterit, debet † absolui: videri poterat, quod nos tibi, qui conueniebaris à nobis, maliciosè vel indiscretè onus probationis, super trib. pręmissis articulis imposuimus: videlicet vt ostẽderes, quod prædictam Cancellariã personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti donasses. ¶ Porrò[c] cum donatio fuisset occulta,[d] & ideo suspicione non careat, & elapso iã anno, nullus omnino Cancellarius appareret, nõ immerito credebamus, ꝙ secundum: Lateraneñ. † concilij[e] statuta, ad nos esset ipsius Cancellariæ donatio deuoluta: & ideò potuissemus ipsam sine culpa conferre: quoniã etsi locũ Dei teneam⁹ in terris, non tamẽ ꝺ occultis potuimus † diuinare.[f] Quia † ergo contra illud, quod prima facie iustè præsumebatur ꝓ nobis, præsertim cum responderis prima vice, quod Cãcellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probãdi cõcessimus, non fuit grauamẽ,[g] sed gratia:[h] nec ex malitia, sed ex benignitate ꝓcessit. Quod ẽt[i] de modo canonico fidẽ nobis fieri mandauim⁹, tu causam præstitisti mãdato, qui sæpè nobis per litteras tuas intimasti, & tandem probasti per testes,[k] quod retentis tibi prouentibus, officiũ concesseras memoratum: ex quo nõ immeritò cõtra talem cõcessionẽ fuimus suspicati. Et ideò nos,[l] qui nõ tam ex plenitudi

b Actore non probante.] simile 6. q. vlti. actor. Hæc regula fallit: nam ratione præsumptionis aliqñ transfertur probatio ad reum, vt hic. & ꝭ. de procuratori. ex insinuatione. & sup. de iureiuran. c. vlti. ff. de dona. inter virum & vxorem. Quintus. Mutius 1. Item fallit cum actor fundauit intentionem suam iure communi 100. dist. contra morem. & 16. q. 7. omnes basilicæ. & C. de probat. sine possidetis. Item cũ reus spõtè assumit onus probandi. ff. de probatio. circa. Item in cõibus iudicijs vtriusq; probatio audit sup. d. probatio. ex litteris. Itẽ cũ vterque dicit se possidere sup. de ꝓb. licet. & ff. de in di. in tribus. Item in crimine falsi vtriusque testes audiuntur. C. de fal. vbi. Item in crimine lęsę maiestat s, in sacramentis desertis, in proditione patriæ, & in crimine peculatus, vtriusque testes audiuntur. C. de aboli. fallaciter. in fi. Peculatus dicitur furtũ de re publica 23. q. 4. quid ergo. ff. ad leg. Iul. pec. l. 1. Io. Item priuilegium actoris transfert onus probandi in reum, puta si pupillus vel mulier repetat solutum tanquam indebitum, reus tenetur probare debitum. ff. de probat. cum de indebito. §. si n autem. Item delictũ ipsius rei a transfert onus probandi in ipsum: quia à probata solutione si eam negauit, tenebitur probare se debitũ recepisse vt in l. prædicta, cũ de indebito. circa prin. & ꝭ. de solutio. is qui. Item negatiua, quæ habet in se affirmatiuam implicitam, probari debet à reo. ꝭ. de renũciatio. super hoc. & ꝭ. ꝺ suc. ab intest. c. cum dilectus arg. ff. de probatio. ab ea parte. §. si quis. & l. si fili⁹. & 3. q. 9 indicas. Tanc.

c Porrò.] hic incipit assignare causam commissę inquisitionis, quare sibi sidẽ fieri mãdauit super tribus articulis; & primò ostẽdit de tertio: postea de secundo circa prin. §.

d Occulta.] not. ꝙ pręsumitur cõtra occulte dãtes vel facientes vł iudicãtes, ꝭ. de off. de leg. cõsuluit. & 19 dist. Anastasi⁹. & ff. de iure fis. ita fidei in prin. ff. de admin. tu. non existimo. & & 18 q. 3. perniciosam 2. & tenebræ aptæ sunt ad fabricandũ falsum. ff. de ven. inspiciendo. l. 1. §. de inspiciendo. tamen si ille cui datum est occulte, sit capax: occulta donatio non vitiat donationẽ. C. de dilatio. l. 1. lib. 10. & electiones clãdestinę nõ ualẽt ꝭ. de elect. quia propter, in fin. Tanc.

e Lateranen. concilij.] ꝭ. de conces. præben. nulla.

f Diuinare.] sicut & Paulus, licet esset spiritu Dei plen⁹, nõ tamẽ potuit secreta diuini consilij agnoscere 22. q. 2. beatus. nec tenetur quis diuinare. ff. mãda. si fideiussor. §. si cum debitor. & ff ad leg. Aqui. si putator.

g Grauamen.] immo de iure fuit. C. de proba. siue.

h Sed gratia.] cum tamen primæ confessioni ipsius esset standum. ꝭ. de probatio. per tuas. & ꝭ. de præsumptio. litteras 4 nisi probaret se errasse. ꝭ. de censi. olim C. de erro. aduo. l. vlti. & ꝭ. de appell. cũ causam. & ꝭ. de confes. c. vlti. sed in hoc non videtur quod posset errare: quia de facto suo certus esse debet. ꝭ. de rescrip. ab excommunicato. ex varietate ergo responsi pręsumitur contra ipsum archiepiscopum 4. q. 3. c. si testes. §. item qui falsò. vel varie. ꝭ. de pœ. super his. ff. de quæstionibus, de minore. §. tormenta, in fi. & l. es libero. in prin. Ioan.

i Quod etiam.] hic respondet secundæ obiectioni archiepiscopi.

K Per testes.] productos in præsentia Papæ: vt dixi in eo casu.

l Et ideo nos.] hic respondet ad id quo dixit, quod nullus debet sine accusatore damnari, ostendendo causam quare commisit inquisitionem.

† Lateran. sub Alexan. iij. c. 8.

† potuimus

† Quod ergo.

3 ibi de mulierculis sub specie religionis in priuatis receptaculis habitantibus: Idẽ ꝺ occulte prædicantibus. de hæ re. dũ ex iniuncto. cõuenticulas faciẽtibus. C. de epi. & cl. r. conuenticulam occulte mulieribus cohabitantibus. de præsum. c. 4. ẽm Hostiẽ. Ioan. And.

4 Concor. l. generaliter. C. ꝺ non nu. pec. & l. cum de indebito. ff. de proba.

ne potestatis, quã ex officij debito possumus & debemus, de subditorũ excessibus ad correctionẽ inquirere veritatem, te maximè causam † & occasionem præstãte, inquisitionem [a] commisimus faciendam. ¶ Omnius ergo diligenter auditis, te in tribus comperimus fuisse culpabilẽ: Circa contrarietatem [b] responsi, quia non solũ nobis, sed nec cuiquam debuisses ex certa sciẽtia contraria respõdere: Circa carnalitatem [c] animi, quia non ex † affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticũ officium & beneficiũ in persona magis † idonea dispẽsare. Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione, uel cõuentione quacũque, sub modo [d] vel tenore præscripto concedere nudũ officium, & † tibi retinere prouentus: cum in Lateranẽ. † cõcilio prohibitum sit: ne quis conferendo ecclesiasticũ beneficium, partem [e] prouẽtuum suis vsibus retinere præsumat: & alibi cautum reperiatur in canone: quod ecclesiastica beneficia sine diminutione [f] debent conferri. ¶ Vnde credimus distinguendum, vtrũ qui dat spirituale beneficiũ, prouentus ipsius ante donationem percipiat: Nã in prouẽtus ante donationem non perceperit † ipse, sed alius, & ex donatione consequatur, [g] vt ipse [h] prouentus percipiat: † non est dubium (circa † hæc) intercedere simoniacam prauitatẽ. Si vero ante donationẽ perceperit ipse prouentus, credimus distinguẽdum, vtrum ante donationem constituat, [i] vt ipsi prouentus, retineãtur ad tẽpus pro causa iusta & necessaria: an conueniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunq; vt officio illo concesso retineat ipse sibi prouẽtus. Primum enim mẽbrũ credimus esse licitũ: Secundũm autem dicim⁹ non licere: ne viam aperiamus his, qui prauitatẽ suam satagũt palliare.

TITVLVS XIII.

De rebus ecclesiæ alienandis † vel non.

¶ Ex concilio Lugdunẽ. iiij. †

¶ Nõ potest prelatus res vnius ecclesię alteri dare, nec inuicem illas res cõmutare sine ambarum consensu.

CAP. I.

Non † licet episcopo vel abbati, terrã vnius ecclesiæ verte

---

a Inquisitionem. [1] scilicet verum sigillum dedisset archieps illi H. post secundum mandatum, propter qđ reuocauit ad se inquisitionem, inquirendo & discutiendo negotium, & iniungendo vt probet super tribus articulis, videlicet si cõtulisset personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti.

b Cõtrarietatem.] qm̃ q allegat ɔ̃tria, non debet audiri. C. de liber. causcum pre ɖum. & s̃. đ appel. solli itudine. & 74 dist. gesta. 23. q. 7. qđ ante m. Lau.

[Glo. seq. ponit opinionem Lau.]

c Carnalitatem.] I hoc casu dicit Lau. epm̃ simoniam committere, vbi ꝓꝑ cõsãguinitatem cõcedit alicui beneficium, aliàs nõ cõcessur⁹: qa si quis iniusto cordis amore, vel sordidis ꝑcibus sacerdotalẽ dignitatẽ receperit, & c. 1. q. 1. si qs neque. Arg. ĩ. de sim. veniẽs. & c. nemo. & c. tua. Nã ex quo fauor tertij nimiũ fauoris inducit, multò magis fauor illius qui ordinat. 1. q. 1. sunt nonnulli. Lau. & sic consanguinitas inducit suspicionẽ, ꝙ donatio sit vitiosa. 10. q. 2. eps. 89. dist. decenter. Nam in clandestinis & domesticis donationibus facile qd cõfingitur pro negotij qualitate. C. đ dona. donatio. §. 1. Sicut aliàs cõsãguinitas elidit suspicionem. s̃. đ cohabi. cleri. & mul. à nobis. & cap. tua. & par affectionis causa omnem elidit suspicionem. ff. de ritu nupt. non solum. §. đ vno. Io.

d Sub modo.] no. ꝙ sicut cõditio inducit simoniam. 5. q. 2. quam pio. & s̃. de pactis, pactiones. ita & modus: quia modus æquipollet conditioni [2] ĩ. de cõditio. appos. c. 2. & 3. 28. q. 2. si ifidelis. C. de ijs q sub modo leg. vel fideicom. relinque. l. 1. Immo magis ẽ obligat⁹ sub modo, quã sub conditione: nam cui aliquid relinquitur sub modo, etiam statim potest illud petere si caueat de eo modo adimplendo. ff. đ fideicom. lib. cum in testamento [3]. & ff. de conditio. & demonstratio. qbus diebus. §. vlt. Si verò sub conditione aliquid relinquitur, nõ potest peti nisi cõditione extante ff. de condi. & demonstrat. qui hæredi. §. vlt. Ioa.

e Partem.] ĩ. de censi. prohibemus.

f Diminutione.] 1. q. 3. si quis præbendas. s̃. de prẹb. maioribus, & c. vacante. & c. cum causam.

g Consequatur.] ex pactione in eo apposita. Vinc.

h Vt ipse.] donator, vel alius qui percipiebat ante. Vinc.

i Constituat.] cum capitulo suo, non cũ eo, qui habiturus est beneficiũ: & hoc publicè faciat, vt vitet suspicio sicut potest intelligi, s̃. de præb. significatũ. Et sic patet, ꝙ episcopus potest ad tempus ex iusta causa retinere fructus vacantis beneficij, si fortè grauatur debitis. ar. ĩ. đ verb. sig. c. penult.

DE REBVS ECclesiæ alinandis vel non.

Supra visum est đ collatione ꝑbẽdarũ & beneficiorũ: sed quia ꝑbẽdati & beneficiati interdũ alienant bona præbendarum & beneficiorũ, ideo subijcit hæc rubrica. Abb. Siculus. De hac materia tractatur 10. q. 2. & 17. q. 4. c. id cõstituim⁹. §. occasione. vsq; ad §. sed notandum. per totum. & 16. q 6. per totum. [4]

Non licet.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod episcopus vel abbas, qui præest pluribus ecclesijs, nõ debet terras vnius ecclesiæ vertere ad aliam: & si fuerint mutandæ ex causa iusta, cum uoluntate ambarum partium fiat. Nota quod Abbas vel episcopus nõ potest rem unius ecclesiæ applicare alij, quamuis ambæ sint suæ, sine iusta causa. Item si episcopus vel abbas uoluerit res unius ecclesiæ permutare cum rebus alterius ecclesiæ, permutatio debet fieri de consensu ambarum partium,

a Ad

---

[e] Hęc glossula non est in vetustis libris.

† Qualiter differant cã & occasio, uide hic præ alijs Panormitanum.

† Dictio, ex, deest in quibusdam.

† Concor c. constitutis 2. s̃. de appellat. & vide ibi citatos.

† Et ius tibi, &c.

† Lateranẽ. sub Alexan. iij. c. 7. §. prohibemus.

2 Adde quod conditio interdũ dicit modus pendens ex futuro l. cum ad præsens. & l. seq. ff. de condi. appo.

3 Titio Stichum lego, vt eũ manumittat: cauera de manumittendo statim illũ petit, idẽ in legato ad monumen... Io. And.

† per...

† con... tur.

† recipia...

† Hæc ... uerba: ... hæc, de... in antiqu...

4 De iure ... hęc mat... auth. co...

† al... nandis ... rō aliena... dis.

† Lugdu...

† Burch... dus li. 3. ... cre. c. 24 ... par. 3 c. ... & c. ... in 1. com... & ... detinũ ... fil. 4. ho...

a Ad aliam.] passim & sine causa: ex causa tñ posset. argu. 12. q. 2. bonæ rei. ꝗ. de eccle. ædi. ad audientiã. & 16. q. 1. præcipimus. §. sicut duo. & ꝗ. de excess. prælat. sicut vnire. Quidam tamen hoc concedunt, vt Ala. Dic de hoc vt ꝗ. de reli. do. constitutus.

b Commutare.] 10. q. 2. hoc ius. §. sed & permutare.

QVi res] hoc cap. non diuiditur. Abbas.

CASVS. Olim quidam petebant à regibus res ecclesiæ, & obtinebãt aliqñ: qa istud iniquũ erat, statuit ɔcilium Lugdun. ꝙ illa quæ sic tradũtur, irrita & vacua habeantur, & illi excludãtur à cõione ecclesiæ, qui taliter accipiunt bona ipsius. Not. quod hic ñ excusat auctoritas maioris. Itẽ nõ ualet cõcessio laici facta de re ecclesiastica. quia pro nõ dato habetur &c. Item prætextu laicę donationis vel cõcessionis vsurpans sibi rem ecclesiæ, excommunicãdus est.

c Regibus] 16. q. 1. in canonibus.

d Egentiũ.] 16. q. 1. quoniam quicqd.

e Irrita.] 12. q. 2. quicunque militum. & c. de rebus argu. contra. C. de quadr. pscr. bene a Zenone. Sol. lex ista non obtinet secundũ canones. V.

f Excludant.] vt sic puniantur in quo deliquerũt. sic ꝗ. de tẽpo. ord. litteras. & ꝗ. de iure pat. pastoralis. & 17. q. 4. frater. & cap. seq. ꝗ. de immu. eccle. c. vlt. Ber.

COnsensus.] Primò ponit dictũ. Secũdo adducit vnã limitationem: ibi, Ita. Abbas Sic.

re ad aliã, [a] quamuis ambæ in eius sint potestate: tamen si cõmutare [b] voluerit terras earum, cum cõsensu ambarum, (partium†) faciat.

¶ Ex eodem.†

¶ *Principes sæculares res ecclesiæ donare non possunt & qui ab eis recipiunt, excõmunicantur: & perdunt omnia quæ ab ecclesia alias legitime obtinebant. hoc dicit secundum vnum intellectũ, qui satis placet.*

CAP. II.

QVi res ecclesiæ petũt à regibus, [c] & horrendæ cupiditatis impulsu egentium [d] substantiam rapiunt, irrita [e] habeantur quæ obtinẽt: & a communione ecclesiæ (cuius facultatem auferre cupiunt) excludantur. [f]

¶ Ex concilio Toletañ. †

¶ *Rector ecclesiæ, qui dat ecclesiæ rem dupla æstimationis, seruos ecclesiæ manumittere potest: ipse tamen manumissus, & eius posteri erunt sub patrocinio ecclesiæ. ita communiter summatur, tamen non placet Panor. id ꝙ dicitur de æstimatione.*

CAP. III.

COnsensus totius cõcilij diffiniuit, vt sacerdotes, qui aut aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habẽtes, aliqua prædia vel familias ecclesijs suis acqrũt, liceat illis aliquos de familia [g] eiusdem ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatę modum, [h] quem antiqui canones decreuerũt: Ita vt cum peculio & posteritate [i] sua sub patrocinio ecclesiæ maneant, vtilitates [k] iniunctas sibi, iuxta quod poterunt, prosequentes.

¶ Ex eodem.†

¶ *Si prælatus nil de suo dans ecclesiæ, seruum ecclesię manumittit, non tenet manumissio.*

CAP. IV.

EPiscopi, [l] qui nihil ex ꝓprio ecclesiæ Christi conferũt [m] liberos ex famulis ecclesiæ ad condemnationem suã facere non præsumãt. Impiũ est enim, vt qui res suas ecclesiæ nõ attulerit, dãnum inferat. [n] Tales igitur liberos, † successor [o] episcopus absque aliqua oppositione, ad ius ecclesiæ reuocabit.

CASVS. Statuit concilium Toletañ. ꝙ sacerdotes, qui bona sua relinquunt ecclesijs, aut aliqua pdia ecclesiæ suæ acquirunt; possint aliquos de seruis ecclesiæ tradere libertati secundum quantitatem bonorum, quæ contulerunt ecclesiæ, sm quod canones dicunt ita tamen vt cum peculio & posteritate sua maneant in seruitio ecclesiæ vtilitatem ecclesiæ secundum ꝙ potuerint, prosequentes. No. hic duos casus, in quibus sacerdos potest manumittere seruum ecclesiæ, scilicet, cum bona sua relinquit ecclesiæ, aut aliqua prædia ecclesiæ acquirit, ꝗ duplum valeãt ꝗ seruus. Item posteritas manumissi, licet sit in genua, debet esse obnoxia ecclesię, & præstare operas impositas, tempore manumissionis.

[Glo. seq. recitatur per obiectionem.]

g De familia.] non benemeritos: nam benemeritos posset manumittere, licet ecclesiæ nihil contulisset. 12. q. 2. si quos de seruis. Ala. & hoc de consensu episcopi 12. q. 2. placuit.

h Modum.] idest, quantitatem, vel æstimationẽ in duplum, ut res quam dedit, valeat duplum quam mancipiũ, vt canones dicunt. 12. q. 2. episcopus, qui mancipiũ, de quibus hic fit mẽtio Tanc.

[Glos. seq. recitẽ per obiec. & duplicẽ solutionẽ, & subdit tertiam, quam non approbat.]

i Posteritate.] cũ parẽtibus manumissa: quia post manumissionẽ proles a libero suscepta, nulli patrocinio est obnoxia. C. de ope. li. l. ante pen. Vel est specia le in prole liberti ecclesiæ, vt semp sit ecclæ obnoxia, vt hic, & 12. q. 2. liberti i. & c. longinquitate. idẽ est in alijs, vt q. dã legistæ dicunt, dum viuit patronus & pater libertinę cõditionis. C. de lib. & eorũ lib. l. vlt. sed illam legem quidam intelligunt de filijs manumissis cũ patre: vñ videtur melius quod speciale sit hoc in ecclesia.

K Vtilitates.] idest operas q̃ę manumissionis impositas ipsi liberto à dño. ff. de ope. liber. l. 3. & 4. & 5. quę tñ imponi non debent venienti ad clericatum 54. dist. quicunque.

EPiscopi] Primò ponitur prohibitio. Secundo rõ. Tertiò reuocatio. Secũda ibi, Impium. Tertia ibi, Tales. Abb.

CASVS. In capitulo isto dr ɔtrium eius quod dicitur in pcedenti videlicet ꝙ episcopi, q nihil de suo conferunt ecclesiæ, libertatem seruis ecclesiæ dare non possunt, qa iniquum est, vt qui res suas ecclesiæ non contulit, damnum inferat ecclesiæ: & successor illius, qui hoc fecerit, illos ad ius ecclesiæ reuocabit. No. ꝙ prælatus q nihil de suo dedit ecclesiæ vel acqsiuit, seruis ecclesiæ libertatem dare non potest. Item successor reuocare potest, & debet quod antecessor malè alienauit.

l Episcopi.] hoc cap. est pars illius. 12. q. 2. & si illi.

m Conferunt.] ergo a contrario sensu, si de suis cõferunt, aliquos manumittere possunt. c. prox. 12. q. 3. episcopus qui. Tanc.

[Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.

n Inferat.] argum. contra. 12. q. 2. si quos. Sol. ibi de consensu capituli hic nõ 2. Vel ibi de benemerito: hic de male merito.

o Successor.] infra de precar. c. 2. 35. q. 9. quod quis.

Marginalia: † Ex eodem scilicet concilio Toletano 4. ca. 66. Buchardus lib. 3. decre. cap. 189. Iuo par. 3. c. 249. & c. 5. eo. ti. in 1. compi. — 1 Vbi d hoc & plenius i c. de liberis. ea. q. Ioann. And. — † liberto, duo vetusti codices. — 2 Vel ibi manumisit retento iure pronat, hic non Io. An.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

NVlli.] Primò ponitur alienationis prohibitio. Secundo quid sit alienatio. Tertio pœnæ impositio. Secunda ibi, Alienationis. Tertia ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. Quia prælati & clerici ecclesiarum indifferenter obligabant res ecclesiæ mobiles & immobiles propter quod damna multa proueniebant ecclesijs, statuit concilium, quod de cætero nullus debeat alienare rem immobilem ecclesiæ suæ: siue agrum, siue rusticum mancipium, nec pignori obligare & alienationis verbum continet conditionem, permutationem, & emphyteuticum contractum perpetuum: & ideò omnes sacerdotes abstineant ab huiusmodi alienatione, pœnas constitutionis Leoninæ formidando. Nota, quod nullus debet alienare res ecclesiæ immobiles, & est sententia generalis, fallit enim in casu vtilitatis. Item verbo alienationis cõtinetur omnis alienatio, quæ transfert dominium, vt puta venditio, & omnis illa per quam res obligatur. Item alienanti illicitè res ecclesiæ pœna constitutio is Leoninæ infligitur.

¶Burchard. lib. 3. decr. c. 144. Iuo par. 3. c. 181. vbi rectius quã apud Burchardũ legitur vt hoc sit sumptũ. & c. 4. eo. tit. in 1. compi. Et vide notas alicuius Decretalis.

†conductionem. conditionẽ

†In Romana synodo tertia habita circiter annum Domini. 506. vel 507 c. 4. 5. 6. 7. & 8. vt recte adnotat hic Contius & c. 6. eo. tit. in 1. compi.

¶Ex concilio apud Siluan.†

¶Res ecclesiæ alienari non debent.

CAP. V.

NVlli liceat alienare,[a] rem immobilem[b] ecclesiæ suæ, siue agrum, siue rusticum mãcipium, neque specialis hypothecæ[c] titulo obligare. ¶Alienationis[d] autẽ verbum continet conditionem, †donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusis perpetuum contractũ. Vnde omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant: pœnas timentes, quas Leonina[e] cõstitutio comminatur.

¶Symmachus Papa.†

¶Alienatio de rebus ecclesiæ facta non tenet & alienatores nisi rem restituant, excõmunicantur: & quilibet clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. h.d. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. VI.

SI quis presbyterorũ, diaconorum, seu defensorum,[f] alienanti prædium ecclesiæ subscripserit,[g] quo iratus[h] Deus animas percutit, anathemate feriatur: nisi forte & alienator,[i] & qui acceperit, †celeri[k] restitutione sibi prospexerint.[l] Quod si minore animæ suæ cura remedium.†[m] oblatum neglexerint, præter pœnã[n] super hoc adscriptam, confectum exinde documentum, viribus (quamuis ab initio nullas[o] habuerit) vacuetur. ¶Sed etiam licet.† quibuscunq; ecclesiasticis quod si non fecerint, instrumentum inde confectum non valebit, propter pœnam quam propter hoc sustinebunt & licitum erit quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & male alienata repetere cum fructibus. No. quòd qui alicui contractui subscribit, videtur illi consentire. Itẽ fallit hic regula illa, Nemo põt venire, quod factũ suũ: quia vt hic, & alienator põt repetere alienata. Itẽ vbi nõ valet alienatio, nec valet instrumentum de ea confectum. Itẽ res male alienatas, cũ fructibus percipit.

a Alienare.] nisi pro vtilitate ecclesiæ. 12. q. 2. sine exceptione & iuris sollemnitate, quæ habetur 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius. Alanus.

ADDITIO. Hodie non seruatur infra eod. du lum.

b Immobilem.] mobilia verò, quæ seruando seruari non possunt, potest prælatus alienare, ad instar tutoris C. de administratione tutorum. l. lex quæ. in fine. & quãdo decre. opus non est. l. vlt.

c Hypothecæ.] Hypotheca est obligatio rei immobilis, pignus rei mobilis, quasi a pugno. Insti. de actionibus. §. inter pignus.

[Glo. seq ponit de alienatione quomodo large & stricte sumitur.]

d Alienationis.] verbum, alienationis, in hoc loco largissime accipitur. & sic. C. de re. eccle. alie. vel non aliẽancimus. & in Auth. de nõ alie. re. ec. §. nos igitur. coll. 2. alibi strictius accipitur pro eo contractu quo transfertur dominium. C. de fun. do. l. 1. ff. de verb. sig. alienationis. ff. de alie. iu. mu. cau. fac. ex hoc. §. 2. C. de iure emph. l. 1. Ala. & ita neque vendere, neque sub conditione tradere, neque permutare, vel donare, vel emphyteuticum contractum potest facere prælatus.

e Leonina.] C. de sacrosan. ecclesiis. l. iubemus. §. œconomus. & 12. q. 2. monemus.

SI quis.] Sunt tres partes, quæ patent, sicut sunt tria dicta. Secunda ibi, Quod si. Tertia, ibi, Sed etiam. Abb.

CASVS. Quia prælati ecclesiarum frequenter alienabant bona ecclesiæ, & alij subscribebant in damnum ecclesiæ: Statuit Symmachus Papa, quòd si aliquis presbyterorum, vel aliquis aliorum subscripserit alicui alienanti prædium ecclesiæ, excõicetur, nisi fortè & alienator, & qui acceperit, per restitutionẽ sibi celeriter prospexerint

f Defensorũ.] i. aduocatorũ, vel procuratorũ 16. q. 1. de psẽtiũ. Ala.

[Gl. seq. arg. all. 4. iur. alleg. in cõtrariũ vnam legẽ, & soluit. demum distinguit.]

g Subscripserit.] arg. quod q. de facto alterius subscribit, consentire vr. ff. de iu. re. verso. l. pe. ff quòd iu. sũ. l. 1. §. sed & si. 12. q. 2 nõ liceat. & c. cũ redemptor. arg. cõ. ff. de pig. act. Cai. sed si ignorauit quod continet. sed verũ est vbi ad authoritatẽ contractus subscriptio desideraĩ. quod itelligas sm̃ hac distinctione: quia aut subscribit q̃s noie alieno, aut suo: si alieno, non obligatur qui subscribit, nec intelligitur cõsentire. ff. de inst. acti. l. vl. ff. de rescin. vẽ. Tit. Si noie suo, aut sciẽter, aut ignorãter: si sciẽter, tũc obligaĩ, & cõsentire, vr, vt hic, & in primis cõcor. & ff. de pig. si fideiussor. §. 1. si ignorãter, nõ vr cõsentire, nec ei nocet. C. plus va. quod agi. l. vl. C. de do. nec ignorãs. & l. pdicta. Cai. Tanc.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

h Iratus.] humano more loquitur quoniam Deus nõ irascitur. 2 22. q. 4 incommutabilis.

[Glo. seq. signat contrarium & soluit.]

i Alienator.] q. alienat i pjudiciũ ecclẽ, et si iurasset nõ repetere, reuocare dẽt alienationẽ, non obstante iureiurando cũ sit illicitũ. i. de iurei. intellecto. arg. cõtra i. de inst. cũ venissent. sed ibi aliàs poterat cõsuli ecclẽ per capitulũ i. decr. intellecto. n. erat alius p quẽ posset cõsuli regno. B.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

k Celeri.] simile i. de loca. c. pe. & vlt. vbi dr̃ qualiter intelligatur de celeri. Celeriter intelligo in hoc casu antequam lædatur ecclesia ex tali alienatione.

l Prospexerint.] per repetitionẽ: & ita qui male alienauit rẽ ecclẽ, põt repetere, vt hic patet. & 35. q. 9. quod quidem. & i. de ele. nosti q̃d verũ est si in administratione toleraĩ, secus si remotus fuerit. 12 q. 2. monemus Ala.

[Glo. seq. arg. & remittit.]

m Remedium.] & ita est arg. quòd si dilapidator vult seruare ecclesiam indemnem, quod nõ remoueatur. De hoc dixi supra de elec. quòd sicut.

n Pœnam.] sc. depositionis. 12. q. 2. diaconi. & C. de sacrosan. eccl. iubemus. § œconomus. & si satisfacere non posset, excommunicabitur quousque satisfecerit.

[Gl. seq. alleg. tria iura, signat cõtrariũ, & remittit.]

o Ab initio nullas.] ex hoc manifestè patet, quod alienatio

† recepe

† al. remo.

† liceat.

† Tum p... cum et ... ab eo ... tuo in f... hanc ... ignoris ... scripsit ... no here... rio venie... fundum ... subscripse ... non oblig... tur. Io. An...

2 Nec p... bra distinguo de his v... Hie. §. ...

tatio, quæ fit contra formam iuris, nulla est ipso iure. ī. de restit. in integ. cōstitutus. & ī. de his quæ fi. a ma. par. c. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione. 1 argu. ɔ̄ 12. q. 2. si qua de rebus. hoc soluit ī. ne sede vac. c. 1. Vinc.

a Personis.] id est, clericis omnibus & conuersis & patronis. 16. q. 7. filijs vel nepotibus, & parochianis, quia eorum interest. sed personæ alterius ecclesiæ non admittentur, cum sit priuatum iudicium.

[Gl. seq. facit quattuor. Primo notat optionem eccl. dari, &c. Scdo quærit an ceder ten ac. Tertio obijcit ad i 1 q. d. hic dicitur alienatorem repetere. Vlti no ponit opi. & remittit.]

b Alienata.] de facto, quia ipso iure nō tenet, vt dictū est. Et no. q ecclesia habet actionē personalē ɔ̄ alienatorē, si est soluendo, vel habet in rem actionem cōtra possessore 12. q. 2. Apostolos. & est expressum. C. si tut. vel cur. l. 3. & vlt. sed si obtineret contra vnum, alter liberatur. ff. de eo per quē fac. erit l. 1. §. si p ures. & si cōueniat vnum, non fit ei præiudicium quo ad aliud: solutio i ponit ei silentium. ff. depo. l. 5. §. si apud. & C. si tut. vel cur. l. vlt. Sed nunquid ecclesia tenetur cedere actiones suas soluenti contra alium. Non: cum enim conueniatur ex delicto suo vel ex maleficio, non potest petere cessionem actionum. ff. de a min. tut. l. si plures. s. tutelam. Præterea alienator potest repetere, vt hic dicitur. Sed contra videtur, quòd non sit audiendus, cum teneatur de euictione: & dicit regula. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. C. de euic. exc. ptione. & l. si ob causam. Respondeo, illud generale est: sed hic si repellatur, replicabit q rē ecclesiæ repetat: quia contractus nullus est, & ideo nō tenetur: sicut excipitur contra mulierem de re vendita & tradita, sed ipsa replicat factum esse contra Velleianū. ff. ad Velleia. si mulier. §. itē si mulier. nec mirum si cō tingit hoc in prælato: quia interdum accidit hoc in priuato. C. de agri. & censi. quemadmodū, li. 11. & est specialis casus & si nihil habet prælatus, non dabit pretiū. C. de rei vendi. si mancipium 2 Vin. Item ex hoc c. dicunt quidam, quòd prælatus, vel etiam quilibet de ecclesia potest agere pro ecclesia sine litteris de rato. De hoc dixi supra de pro cur. c. 1. & supra de rescr. educe. 12. q. 2. non liceat. & sunt eiusdem auctoris 3

A D aures.] Ponit casum litteralem Io. And. in eo qui continuis de prælato. nulla int. ueniente scriptura fecisset syluam ab ecclesia reducendam ad culturam: & quod ea reducta cōcederetur sibi in emphyteusim: post mo u prælatus dubitauit ex quo res erat culta, an posset dari in emphyteusim, & respondetur vt in littera. Abbas. Diuiditur: quia in prima parte decisē ponit factum, in secunda ponitur prouisio: ibi, Illas. In tertia excipitur: ibi. Nisi. Io. And. de imo.

CASVS. Quidam de syluis ecclesiarum fecerunt terras arabiles, illas extirpando: quærebatur vtrū terræ illæ arabiles factæ, possent sub annua pensione concedi hæreditario iure tenendæ illis vel hæredibus eorum, q labore suo illas extirpauerunt? & respondet Papa, q bone possunt illis concedi: nisi forte possint alijs ad maiorem utilitatem eccle siæ cōferri sub eodem onere ac labore. Nota, quòd ecclesia vtilitatem suam semper facere debet, & res suas meliorare debet.

c Hæreditario.] id est, in emphyteusim perpetuam ... quia hoc ius ver perpetuo quoque. Tancr.

d Nisi forte tunc.] s. tempore contractus. simile infra de emp. & vend. cum dilecti. & supra de elec. dudum n. .. & ff. de const. ex mille § 1.4. & sic sp cte tur tantum ō tractu. & si tunc læ dit ecclesia restituit. alias si postea res fieret melior per sollicitudine colonorū, si possessionis suas red diderit meliores, nō expelluntur, ex quo in principio ecclesia accepta non ... C. lo. a. ædem quam & l. legem quidem. C. de rescin. vendit, ad rel. inde in ... negligentia manifest eis da nota. C. de a ... l. vlt.

cis personis [a] vocem contradictionis offerre, & vt cum fructibus possint alienata [b] reposcere: & ecclesiastica auctoritate fulciri.

¶Alex. iij. Vigor. †episcopo.

¶Terra non fertilis ecclesiæ, dari potest in emphyteusim ei, cuius studio reducatur ad culturam:

CAP. XII.

A D † aures: & infra. ¶Illas terras, quæ de syluis extirpatę, sunt arabiles factæ, eis hæreditario [c] iure poteris concedere sub annuo censu tenēdas, à quibus suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas. Nisi forte tunc [d] alijs possint ad maiorem ecclesię vtilitatem cum eodem labore & onere conferri.

¶Cælestinus iij. Rauen. archiepiscopo.

¶Iurans non alienare bona ecclesiæ, non potest alienare ea quę sunt de mensa. vel ea de quibus dubitatur an sint de mensa hoc dicit vsque ad § possessionem. Abbas.

CAP VIII.

V I †super aliqua: & infra ¶Sanè quæsiuisti à nobis, si possessiones [e] & redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis p uenientes, quos prædecessor tuus quousque diem clausit extremū, ad manus suas tenuit, & in proprium vsum excepit, [f] vel expendit, † nec alijs infeudauit, de mēsa sint archiepiscopi intelligēdi: & de eis [g], cum ex sacramēto [g] fidelitatis tenearis

V T super.] Qui iurauit non alienare ea, quæ sunt de mensa, ea de quibus dubitatur an sint de mensa, alienare non debet. Abbas.

CASVS. Archiepiscopus Rauen. recepit quasdam possessiones siue redditus a rege, aut etiam aliunde, ex certis locis in recompensationem decimarum sibi subtractarum, & redditus illos siue possessiones retinuit ad vsum suum, quousque diem clausit extremum: Quæsiuit successor illius, verum redditus illi siue possessiones intelligantur ad mensam archiepiscopi pertinere: Item cum ipse archiepiscopus teneatur iuramento fidelitatis, quod fecit Apostolicæ sedi, s. non alienare de nouo: quæsiuit, verum de redditibus illis possit fieri cō tractus cuiuslibet alienationis? Respondet Papa, quod siue intelligantur de mensa archiepiscopi, siue non, debent alienari; concedit tamen Papa archiepiscopo, vt ipse de consilio, & assensu fratrum suorum, vel maioris partis, possit alienare possessiones ecclesiæ suæ minus vtiles, vel commutare pro alijs vtilioribus habendis. Nota q archiepiscopi & episcopi iuramento tenentur non alienare de nouo possessiones ecclesiæ. Item prælati ecclesiarum possessiones minus utiles alienare vel commutare possunt pro vtilioribus de cōsensu fratrum suorum.

[Glo. seq. recitetur per oppositionem.]

e Possessiones.] solent enim plerumque reges, possessiones, & redditus certos dare ecclesijs loco decimarū & hoc satis potest fieri pro decimis subtractis, sitne retentis, sed pro futuris non videtur admittenda talis cō mutatio ī. de rerum permut. c. vlt. Ala.

f Excepit.] i. recepit si. 3. ut lt. non contr. quoniam, si 23. q. 5. non est nostrum.

g Sacramento.] iam quilibet eps, qui immediate

Margin notes:

Concord. in auth. ius. & Barto. & l. C. de sa. eccl.

Vigor. gorniensi.

Post conbum Lateranus Alex. in part. c. 4. & ca. eo. tit. in compilat.

Vendicans incipiu vi furto sub tum, & si actio, non iet nec restitutere tuum. ... ad.

alla auctoris.

†Cap. 1. eod. t. in secunda com. l.

Et quę ... na dicantur esse de mensa prælati, tradit hi prælatis Innocētius.

† Hæc duo ver a vel ex poditi: actifiat in orbus antiquis, quæ v lut expositio præcedentis verbi ex margine per peram irrepserunt in textum.

4 Si fun le vēditio cuius pars uincit, vel decreuit, vel ... per allusionem prioris status habebit ratio. vn de re deteriorata non diminuitur, nec re aucta augetur euictionis quantitas. Ioann. And.

domino Papæ subest, iurat ei fidelitatem, quod non alienabit bona ecclesiæ, nec infeudabit de nouo: & idem iuramentum præstant alij episcopi suis metropolitanis.

a Alienationis.] largè sumpto vocabulo, siue transferatur dominium, siue non ĩ. eo. nulli. & C. de reb. eccl. non alien. sancimus.

[Gl. seq. recit. per q. vel obiectionem.]

b Intelligãtur.] ad q̃õnem primam nõ r̃ndet: forte ideò q̃a non expressit quãto tempore innuit, & vtrum bona fide, an mala fide ĩ. de spõ. de muliere. Ala.

c Siue non.] p̃sumitur tñ esse de mensa archiepĩ, cũ sit ĩn possessione earũ. C. de rei vẽd. l. vlt. Lau.

d Cõsultius.] quia tertius. ĩ. de sponsa. iuuenis. Laur.

[Glo. seq. signat q̃riũ, & sol. dupl̃ter.]

e Assensu.] 12. q. 2. torturas ꝗ So. hic vocat possessiones minus vtiles cõparatõne magis vtiliũ: ibi verò minus vtiles dñr simpliciter & absolutè. hic est necessarius cõsensus capituli, ibi nõ. Vel ex honestate requirĩtur in his quæ non ex necessitate, vt il. i Bern.

AD audientiam.] Cõmunis diuisio. In prima narrat factũ. In sc̃do ꝗ̃ ni: ibi, Ideoq. Abbas.

CASVS. Quidã de canonicis Exon. ecclesiæ, q̃dã p̃dia ipsius ecclesiç, alijs fratribus incõsultis, locauerũt in perpetuũ in damnum ecclesiç peruenit hoc ad notitiam dñi Papę: vndè mandat Exon. epõ; quatenus si est ita, locatiões illas studeat reuocare: si verò nõ possint reuocare, nisi pecunia, cõpellat locatores ad pecuniã restituendam conductoribus.

¶ Estimamus ¶ vel ¶ Concord. leg. 2. & ibi Bal. C. de agri. & cens. lib. 11. ¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat. Et vide Anch. cõ sil. 115. † al. ita: & in damnum ecclesiæ.

Apostolicę sedi nihil alienare, contractus alienationis cuiuslibet possit interuenire. Tuæ ergo inquisitioni taliter respondemus, quod siue intelligantur [b] de mensa, siue non, [c] vt non alienentur cõsultius [d] existimam⁹. †

¶ *Possessiones ecclesiæ minus vtiles pro vtilioribus, de consẽsu capituli potest episcopus permutare, vel alienare, hoc dicit.*

¶ Possessiones verò, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt vtiles pro alijs vtiliorib. de fratrum tuorum, & † sanioris partis cõsilio, & assensu, [e] alienandi seu commutãdi liberam cõcedimus facultatem.

¶ Idem Exoñ. episcopo.

¶ *Canonicus prædium ecclesiæ perpetuo locare non potest.*

CAP. IX.

AD † audientiam nostram noueris peruenisse, quod quidam de canonicis Exon. ecclesię quædam prædia eiusdẽ (inconsultis [f] alijs fratribus) in damnũ eius † in perpetuum locauerunt. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus (si verum est, quod asseritur) locationes, illas legitimè reuocare [g] procures: ita quod si eadem prædia non aliter reuocari potuerint, † eos quos noueris harum locationum auctores, † ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam, [h] † appellatione remota, compellas.

¶ Innocen. iij. archiepiscopo Montis regalis.

¶ *Possessiones ad ꝗ̃ sunt de mensa non possunt alienari; Et ecclesia consueta regi per regulares, secularibus clericis cõferre non debent, hoc dicit. Ioan. de Imola.*

CAP. X.

POssessiones † ad mensam tuam, vel capituli pertinentes, alienare [i] non debes. Aut ecclesias in quibus monachi, [k] ministrare consueuerũt, clericis [l] vel laicis [m] assignare.

¶ Idem episcopo Maurieñ. & Præposito Vlcoñ. †

¶ *Restituitur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa, h. d. secundũ lecturam veriorem.*

CAP. XI.

AD † nostrã noueritis audientiam perue-

restituendam: conductoribus. No. quod malè alienata in damnum ecclesiæ sunt reuocanda. Item conductores habent actionem contra locatores ad pretium repetendũ.

f Inconsultis.] vnde contractus nullus supra eo. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione.

g Legitimè reuocare.] de facto, quia ipso iure non tenuit contractus ĩ. de his quæ fiunt a præla. sine consensu cap. tua arg. 24. q. 1. audiuimus. sicut alias exponitur separati, idest, non fuerunt mixta bona paterna & materna. C. de leg. hæred. l. 2.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

h Refundendam.] sed nunquid habent actionem de iure tales conductores. contra locatores ad repetẽdã pecuniam? Sic, si fuerunt bonæ fidei. 12. q. 2. Vulteranæ. in

Auth. de rel. eccl. non alie. §. si ... fuerint, nõ. 16. q. 3. c. placuit. §. p... ne rei do. vel templo. l. vniuersi... §. qui verò. nisi de euictione pro... fundũ. in casu tamen speciali ...

dientiam. 2. non tamen intelliga... faciendum; inuito enim vsufructu... prietarius deteriorem cautam ei... liorem statum mutãdo. ff. de vsu...

l Clericis.] quia quamdiu inue... nunquam ponendi sunt sæculares... inter quatuor.

m Laicis.] hoc ideo dicit, quia ... est religiosus, amplius ad sæcula... bet. sic & de vestimentis altaris. ... de relig. dom. ad hoc. & de cõse. d...

AD nostram.] Primò ponitur ... sæ commissionis, Quocirca. ...

CASVS. Monasterium Tulie...

maxima debi torum, propter quod abbas & conuentus eiusdem tali necessitate ducti, quandam villã suam con cesserunt in feudũ cuidam laico, tali conditione apposi ta, ꝙ idẽ laicus solueret octoginta libras, pro q bus villa ipsa erat obligata: qđ ipse nõ distulit effectui mãcipare: videntes monachi, ꝙ monasteriũ ex tali ꝯtu enormiter esset læsũ, supplicarunt humiliter dño Papæ, vt feudũ ipsũ faceret ad monasteriũ reuocari, cũ idem laic᷒ primo anno de redditib᷒ ipsius feudi ultra summã pcepit quã psoluit, & postmodũ etiam per plures annos pcepit fructus eius: vnde mandat Papa quibusdã, quatenus si prædictũ monasteriũ pp hoc inuenerint enorme dispẽdium incurrisse, cõpellãt dictũ laicũ, vt pdictum feudũ liberũ & quietũ dimittat monasterio pdicto, recepta prius pecunia à monachis, quã ipse p vtilitate monasterij p pdicto feudo dr expendisse, cũ fructus percepti sibi debeant sufficere pro labore. Not. ꝙ cum ecclesia enormiter lęditur in aliquo contractu, debet restitui.

[Glo. seq. recit. p obiect. & solutionẽ.]

a Per multos,] fortè p duos, vł p tres: quia pluralis locutio duorum numero cõtẽta est, 4. q. 3. c. si testes. §. vbi numerus. hoc [id.] o dicit: quia post quadriennium nõ subuenit ecclesiæ per beneficium restitutionis. C. de temp. in integ. resti. l. vlti.

[Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo. in fine ponit opi.]

b Enorme.] hoc ideò dicit quia p leui damno non datur restitutio. ff. de re. in inte. l. sio. & ĩ. de integ. re. ca. 1. Sed nunquid in hoc casu cum lædit enormiter, subuenitur ei per beneficium restitutionis, vel ipso iure tuta est? 2 Dico ꝙ ex quo consensus capituli affuit, & ideo credebant vtiliter ꝯhere, tenuit ꝯtus, licet læsa sit ecclesia. ĩ. de emptio. & vendit. cum dilecti. & 12. q. 2. fine. sed potest restitui si læsa sit enormiter. ĩ. de in integrum restitu. c. 1. sed si decepta esset vltra dimidiam partem iusti pretij, subuenitur ei iure communi, & etiam cuilibet. C. de rescindẽda venditione. l. 2. & ĩ. de emp. & vendi. cum dilecti. & c. cum causam. secundum hoc vsque ad legitimã præscriptionem potest agere, licet quidam dicant, quod in hoc casu agendum sit iudicis officio. Io.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c Sufficere.] sed non vł ꝙ ille debeat lucrari fructus perceptos supra id quod ipse dedit ecclesiæ: nã cum aliquis restituitur, omnia debent restitui in pristinũ statum, vt neutra pars sit in damno vel in lucro. C. de repu. l. 1. ff. de minori. ꝙ si minor. §. restitutio: sed hoc est propter laborẽ suũ, vt hic dicit. nõ enim omnino emptor dãno afficiendus est, vt l. pdicta, ꝙ si minor. §. restitutio. Itẽ ꝙ bona fid pcepit. 3. ff. de acqui. re. do. bonæ fidei. ĩ. de feudis. c. 1. arg. 12. q. 2. Vulterana. Ioã. & si vellet petere laboris mercedẽ necesse haberet restituere fructus, qui excederent labores. ff. de rei vẽd. sumptus. Lau. Et sic est arg. ꝙ nemo cogit suis stipẽdijs militare. & de labore suo mercedem quis recipere dẽt. 12. q. 2. charitatem. & c. ecclesiasticis. & 12. q. 3. precariæ.

nisse, quod cum Tusień. † monasterium expressum esset onere maximo debitorum, Abbas & conuẽtus eiusdem, villam quãdã necessitate coacti, B. laico concesserunt in feudum, tali cõditione apposita, ꝙ idem octoginta libras persolueret, pro qbus eadẽ extiterat obligata: quod nõ distulit effectui mãcipare: & infra. ¶ Vndè humiliter supplicarunt, vt feudum prædictũ faceremus ad vtilitatẽ monasterij reuocari: presertim cum idem laicus primo anno de ipsi᷒ prouentibus vltra summam perceperit prętaxatã, & per multos [a] postmodum annos sumpserit eius fructus: & infra. ¶ Quocirca † mãdamus, quatenus si prędictũ monasteriũ propter hoc inueneritis enorme [b] dispẽdium incurrisse, dictum laicum vt (pecunia quã pro exoneratione feudi, seu etiam pro vtilitate ipsius monasterij expẽdisse noscitur, ab eisdẽ Abbate & cõuentu recepta, cũ sibi fructus pcepti sufficere [c] debeãt pro labore) prefatũ feudum eidẽ monasterio dimittat liberũ & quietum, appellatione postposita cõpellatis.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ Alienatio rei ecclesiasticę facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, nõ tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.

CAP. XII.

CVm † laicis, [d] quãuis religiosis, dispo nendi de rebus ecclesiæ nulla sit attributa potestas, † quos obsequendi manet necessitas, nõ auctoritas imperãdi: dolemus in quibusdam ex illis † sic refrigescere charitatẽ, ꝙ immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quã non tantũ sancti patres, sed ẽt principes [e] sęculares priuilegijs muniuerũt, non formidant suis constitutionibus, vel potius destitutionibus impugnare; nõ solum de alienatione [f] feudorum, ac aliarũ possessionũ ecclesiarum, & vsurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuarijs, † necnõ & alijs q̃ iuri spirituali annexa [g] videtur, illicitè prę sumẽdo. ¶ Volentes igitur super his idẽnitaticium ecclesiarum, decernit concilium penitus non tenere.

CVm laicis.] Alienationes, de feudis vel alijs rebus ecclesię nõ tenent etiã si per constitutiones laicorũ approbentur. h. d. vel aliter. & sic vt in rubro. Cõis diuisio. Secunda ibi, Volentes. Abb. Sic.

CASVS. Laici quãtuncunque religiosi sint, non habent aliquam potestatem disponendi de rebus ecclesiæ: sed si in ꝯrium faciunt, immunitatẽ ecclesiasticæ libertatis impugnant suis cõstitutionibus, imò potius destitutionibus, vsurpando iurisdictionem ecclesiæ: & etiam de spiritualibus illicite præsumẽdo: volens concilium hmõi grauaminibus obuiare, oẽs ꝯstitutiones & alia oĩa, quæ faciunt in pіudicium ecclesiarum, decernit concilium penitus non tenere. Not. ꝙ laici in præiudicium ecclesię nihil statuere possunt: & si qua in contrarium faciunt, non tenent: & sic istam constitutionem inducas contra eos.

d Cum laicis.] 96. dist. bene quidem. & ĩ. de constitu. ecclesia. & 16. q. vlt. laicis. & c. non placuit.

[Glo. seq. arg. allegat contrarium.]

e Principes] no. arg. quòd laici principes possunt dare ecclesijs priuilegium. 16. q. 1. generaliter. & 27. disti. §. hinc etiam. ĩ. de immu. eccle. non minus. arg. imò, vt vł, possunt dare priuilegium libertatis. 63. dist. in synodo. & melius c. Agoarhosa. argu. ĩ. de in integ. rest. auditis. arg. contra: 10. q. 1. nouerint. Ioan.

f Alienatione.] ĩ. de consti. quæ in ecclesiarum.

g Annexa.] vt ius patronatus. ĩ. de iud. quanto.

Left margin: Secũ ... otiduxit ... ẽsis, & ... nr mo... rium ... i Iusti. ... tusien. ..., Cas ... anti... bus. — intelle ... tex... d latil ... er Co ... ũ] li. ... teso ... & Fer ... Vas... lib. 3. ... viu ... tiũ. — ... duo ... mul ... eiu ... in ... An. — hac q ... vide p ... es in ... de fi... & i ... tut. ... a.

Right margin: † Lateranẽse cõcilium generale sub Inn. iij. c. 44. — † Cap. vnico eod. tit. in 4. compila. — † saeculum — † istis — 3 Et vt vasallus, q ex vtili dominio & bona fide faciebat fructus suos: nec est vis ꝑ mł in no. an nõ tenuerit ꝯtus pp defectũ solẽnitatis, an tenuerit, sz pp lęsionẽ dat restitutio. Ioan. And. — † Vide Abbatẽ consil. 26. incip. q. dam officiales. in 1. vol. & Romanũ singu. 254. in ci. Reuerentendus Dñs.

in cap.2 quod precibus ad vtendum datur, & tamdiu durat, quamdiu patitur, qui concessit, vt hic, & ff. eod. l. 1. & est simile commodato: qui enim commodat rem suam, sic commodat, vt nō faciat eam accipientis, sed vt permittat ei vti re commodata. & sicut renocatur precarium, ita cōmodatū, vt ff. eo l. 1. sed distant in hoc, quod commodatum non reuocatū intempestiue ff. com moda. in commodato. §. sicut. nisi post vsum completum. ī. tit. proximo. c. vnico §. 1. Precarium verò quandoq; reuocatur etiam si ad certū tēpus sit concessum. ff. eod. cum precario. Consistit autem precariū, tam in re mobili, quā immobili, & in seruitutib. vt si me rogaueris, vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum, vel in area aedium mearum tignum vel stillicidium immissum habeas. ff. eod. l. 2. §. vlt. & l. 3 & 4. in princip. Item in re propria non cōsistit precarium. ff. eod. l. 4. §. item si rē. nisi cum debitor pignus rogat precario à creditore possidere. ff. e. si debitor. ratione possessionis, & non proprietatis. ff. eo. certè. §. vlt. Itē tam ille, qui concedit precariū, q̄ qui rogat, possidet: vnus ciuiliter, & alter naturaliter. ff. eo. & habet. §. penult. sed duo insolidum precario possidere non possunt. ff. eo. duo. & restitui debet precariū in pristinam causam alias condemnabitur in tantum quanti interfuerit actoris. ff. eod. quę situm. §. ex hoc interdicto. & precarium constituitur inter praesentes & absentes, & per epistolam. ff. eo. precario. Item si precario durante prorogatur in vlterius tempus, non mutat causa possessionis. ff. eod. sed si manente. vndè non dicitur precarium nouum.

ADDITIO. Item qui precario rogat, dolum & culpam dolo proximam praestat. ff. eod. quaesitum. §. & illud.

patitur qui concessit: soluitur [a] quoq; obitu eius cui concessum est, non † etiam concedentis: aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc reuocare volenti: quia per conuentionē [b] huiusmodi, nō licet rem alienatā inuito domino possideri. ¶Porro precariae, [c] quae quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocandae. †

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a Soluitur.] obitu eius cui conceditur precarium, finitur, q̄ non concedemus immo ad haeredē eius, qui concessit, transit. ff. eo. cum precario. §. precarij. & l. q̄st. tō §. quod à Titio. quia ipsi non haeredi recipientis cōceditur, ut ibi dr̄, & hic idem dr̄. Itē finitur si concedēs precarium rem alienauerit, nisi de uoluntate noui domini res eadem permaneat penes eundem. ff. e. quaesitum. §. quod à Titio. & §. illud. Item soluitur precariū pignoris debitore soluente pecuniam creditori. ff. eo. si debitor arg. ͻ ff. loc. l. 4. ibi finitur precarium morte cō cedentis. Sed hoc ideò est, quia ille, qui concessit precarium, hoc voluit, & expressit uoluntatem concedendo precarium, & ideo finitur per mortem ipsius, sed hic, & ff. de precarijs. l. cum precario. §. 1. simpliciter concessum fuit precarium sine temporis praefinitione, & ideo non finitur per mortem concedentis. Ber.

b Per conuentionem.] & si ad certum tempus precarium concessum sit, nihilominus ante tempus illud poterit reuocare. ff. eo. cū precario, vbi sunt haec verba: q̄ non licet rem alienam, &c. & culpam nō praestat, sed dolum tantum, & etiam culpam, si dolo sit proxima. ff. eo. quaesitum. §. illud. Bernar.

c Precariae.] in alia significatione accipitur hic hoc nomen, precariae pro contractu scilicet de possessionibus ecclesiarum, de quo habes ī. eod. tit. cap. 1. & 2. & 10. quaest. 2. hoc ius. ad fi. & cap. precariae. nec potest reuocari ante constitutum tempus, vt hic, nisi irrationabiliter sit factus talis ͻtus. ī. eo. c. 2. & ita aliud precarium est, & aliud praecariae siue precaria. Ber.

ADDITIO. Vnde Host. dat tales versus:

Ria, ria, riū, tria sunt quibus est corpus vnum.
Ria sunt soliq; post singula lustra renasci.
Ria fit ad mortem, nec citra vult reuocari.
Rium finitur tūc quando vult suus auctor.

TITVLVS XV.

De commodato.

¶ Idem Gregorius nonus.

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de leuissima culpa, non de casu. nisi in tribus casibus hic positis: Et commodatum ante vsum completum non reuocatur.

CAP. I.

Cum † gratia sui tantum quis commodatum [d] accepit, de

DE COMMODATO. Visum est de contractu, qui fit gratia recipientis tantum, meritò subijcitur, rubrica de ͻtractu fiẽ simili: nam communiter commodatum fit gratia recipientis tantum, licet quandoque fiat gratia concedentis, vel vtriusque. Abbas. Sicu.

De hac materia habetur 1. dist. ius naturale.

Cum gratia.] Habet duo dicta. Secundum: ibi, Contra. Primum subdiuiditur. Nam primo ponit vnum dictum. Secundo, aliud, a quo tres casus excipit: ibi, Licet. Secundū subdiuiditur: nam primò ponit dictum. Secundo ponit rationem: ibi, Cum non decipi. Abbas.

CASVS. Commodaui tibi equum meum, vbi etiam rem aliam: res ista deteriorata est: quaerebatur, vtrum tenearis mihi super hoc? Rūdet Papa, cum aliquis recepit commodatum gratia sui tantum, propter propriā vtilitatem procurandam, tenetur non solum de culpa lata & leui, sed etiam de leuissima, verumtamen de casu fortuito non tenetur, nisi per culpam suam casus ille acciderit, vel nisi pactum interuenerit, quod de certo casu & expresso in pacto teneretur, vel nisi fuerit in mora in restituendo commodatum. Secundo quaerebatur, vtrū commodatum possit repeti ante vsum expletum, ad quem res fuit cōmodatata; & dr̄, quod contra illum, qui rem commodatam accepit, commodati agi nō potest ante vsum completū: quia non decipi beneficio nos oportet, sed iuuari quod esset si ante finitum vsum com modatū reuocaretur. Nota, quod in commodato venit leuissima culpa. Item de casu fortuito quis non tenet, nisi in casib. qui hic continentur: scilicet si per culpam suam casus ille acciderit. vel pactum interuenerit de certo casu, vel fuerit in mora in restituendo commodatum. Item intempestiuè commodatum non reuocatur. Item beneficio decipi non debemus, sed iuuari.

[Glo. seq. recitat per modum summae, quid sit commodatum, & vnde dicatur, &c.]

d Commodatum.] est autem commodatum [a] alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuitò facta cōcessio, & non translatio. & ideò dicitur facta concessio: & non translatio: quia is qui commodat, dominium retinet & possessionem. ff. eo. l. rei commodatae, dicitur commodatum quasi vtentis commodo datum. & ideo dicitur gratuito: quia si interueniat merces transit in locationem, vel in contractum innominatum: do, vt des: facio, ut facias. Institut. manda. §. vlt. Ad aliquem vsum ideò dixi, ut notetur differentia inter precarium & commodatum. Precarium enim conceditur sine praefinitione certi vsus, vnde

† Vide text. in §. item is, cui res. Insti. q̄b. modis re ͻhitur obli. & ibi latissime p̄ Areti. & Docto. Et quid de ͻmodato lege diuina caueretur uide in Exo. c. 22. & refert in c. 1. & 2. ī ī cōp. eod. tit. quod Raymundus omisit.

a De materia textus & hariū glossarū uide plenè p̄ Antoniū Gomeziū tomo 2. uaria. resol. c. 7. de ͻmodato & deposito.

Locatio, precarij ... quam ... donec ... morte ... finitur. And.

vndè qñcunquè potest reuocari pcarium. ff.de prec. cũ precario.& ĩ.tit.proxi.c.vlt.ſicut & depoſitũ.ĩ.tit.px. bona fides. Cõmodatum autem ad certũ vſum conceditur:quia ſtatim ſubijcitur vſus ad quem res commodatur,vt ſi commodem equũ tibi, vt ad villam duceres, & tu duxiſti ad bellũ, tenebris: quia ad alium vſum duxiſti,q̃ dixiſti.ff.eod. ſi vt certo. §. ſed interdũ. Et conſiſtit commodatũ in reb. mobilibus & ſe mouentibus, & immobilib. & incorporalib. puta ſeruiture habitandi.ff.eod.l.1.quia ibi dicit cõmodari rem mobilẽ, & etiã ſoli. & adiecit Iulianꝰ ẽt habitationem poſſe cõmodari, & in ijſdẽ rebus conſiſtit precarium,vt dixi ſ.ti.proxi.c.vl. ſed quod vſu conſumitur,non commodatur, niſi ad põpam, vt ditior appareat.ff.e.l.3. §. vlt. & l.ſeq.& qui põt obligare,poteſt cõmodare, & ei commodari. vnde pupillus nõ eſt obligatus, ſed alius ei obligat. ff. de ac. emp.& ven. l. Iulianus. §. antepen. Ber.

uiſſima [a] ẽt culpa tenetur: Licet caſus fortuitus (niſi acciderit culpa ſua, vel interuenerit pactũ, ſeu in mora fuiſſet) ſibi non debeat imputari. ¶ Contra eum quoque rectè commodati nõ agitur, niſi poſt [b] vsũ expletum,cuius gratia res fuerat commodata: Cũ non decipi [c] beneficio nos oporteat, ſed iuuari.

TITVLVS XVI.

De depoſito.

¶ Alexan.iij. Londoñ.† epiſcopo.

† Londoñ. Ludoñ. Lugdoneñ. Lindonieñ. Linconieñ.

¶ Ex depoſito facto apud clericum eccleſia non tenetur eccleſia: niſi in vtilitatem eccleſia ſit verſum.

CAP. I.

GRauis † illa querimonia vſq; ad nos ſuper depoſito tuo tibi hactenꝰ denegato peruenit:& infra. ¶ Cũ enim non conſtet pecuniam tuam,quã ille vir Belial furatus eſt,in eccleſię vtilitatẽ [d] conuerſam: non debemus [3] de iure contra canonicos eiuſdẽ eccleſiæ præciſè intentare iuſſionis inſtantiam,vt tibi eandem reddant pecuniam,perſonæ [e] non eccleſiæ commendatam. ¶ Quocircà ſuademꝰ, vt in illum furẽ tuã dirigas

† Cap.1.eſt tit.in 1.cõp. & poſt concil. Lateraĕ ſub Alexan. iij.par.50.c. 15.

[Glo.ſeq.dicit ad quid teneatur cõmodatarius, & quomodo reſtitui debeat commodatum:& caſum quomodo tenetur commodans cõmodatario.]

De hoc articulo uide breuiter not. lib. 3. cõment. in Di
Schol. 154.

a Lex.] C. de act. & oblig. ob æs. & C. quæ res. pig. ob. pos. l. filios. ff. de le. j. senatus. §. vlt. in auth. vt nulli iudi. §. quia verò. coll. 9. Nisi in casib. vt qui ab hostibus detinentur. C. de ca. & post. re. l. ab hostibus. & l. vlt. Pater enim pōt filium obligare quāquā, & vendere pōt in maxima necessitate. C. de patribus qui fil. distraxe. l. 2. Ite ex cōsensu [illegible] pena obligare pōt, scilicet in obstagio, vt s. de iureiur. ex rescripto. & alias ordinariū est vt q. bonis cedit, liber vadat. C. qui bo. ced. poss. l. 1. & infra de solu. Odoardus. Ala.

b Addici.] idest adiudicari. qd verū est si bonis cedat, alias in carcere [illegible] datur. C. qui bo. ce. poss. l. 1. [illegible] respon.

EX præsentium [illegible]. Primo narrat facti. Secūdo dat mandatum, Vndè. Abb.

CASVS. Sacerdos ecclesiæ de Offiton. pro sua [propria] necessitate, obligauit calicē argēteū, & medietatē vni⁹ breuiarij eiusdē ecclesiæ, & morte preuētus, ea nō recuperauit: filius illius defuncti requisitus per successorem, vt res quas pr̄ obligauerat recolligeret, facere noluit: vnde sacerdos conquestus est dño Papæ: vñ mādat epo Exoñ. quaten⁹, si verū ē quod asserit, filiū illius, q. successit eidē compellat, vt res prædictas recolligat, & ecclesiæ restituat supradictæ; qa indignū est, vt res ei⁹ debeāt deperire. No. quod prelatus nō pōt obligare bona ecclæ pro suo facto proprio: qd si fecerit, hæredes illi⁹ pōt cōueniri. Itē bona illius tacite sunt obligata ecclesiæ pro facto rectoris. Item filius hæres cōuenitur ex facto defuncti.

[Glo. seq. obijcit, & tripliciter soluit.]

infra. ¶ Lex [a] habet, vt homo liber pro debito nō teneatur: & si res defuerint, quæ possint pro debito addici. [b]

¶ Alexander iij. episcopo Exonieñ.

¶ Si rector ecclesiæ pro facto proprio rem ecclesiæ obligauit, cogitur eius hæres rem redimere, & ecclesiæ restituere.

CAP. III.

EX † præsentium latoris insinuatione accepimus, quod sacerdos ecclesiæ de Offiton [† Offeñ. Othe.], calicem argenteū, & medietatē vnius breuiarij eiusdem ecclesiæ, pro sua necessitate[c] pignori obligauit: & ea morte præuentus minimè recollegit. ¶ Vndè quoniā indignū est, vt eidem ecclesiæ res suæ, presertim quę sacris ministerijs deputatæ sūt taliter debeant deperire: Mandamus, quatenus si verum est quod asseritur filium [d] eius, qui ex successione [e] ipsius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas & compellas, vt ea recolligat, & restituat ecclesiæ memoratæ.

¶ Innocētius tertius G. subdiacono nostro, & P. canonico † Pisano.

¶ Si vsurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid vltra sortem, fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus fœneratitius.

CAP. IIII.

ILlo † vos credimus sciētiæ dono vigere & infra. ¶ Sanè intimastis nobis, quod causam, quę vertitur inter H. & B. filios G. d Cosa † ex vna parte, & G. filiā T. & hæredes ipsius ex altera, super quibusdā terris præfatis personis pro viginti tribus libris pignori obligatis, [f] vobis duximus committendā: & infra. ¶ Ex parte prædictæ G. & hæredum [g] eius fuit propositum, terras, quas ijdē H. & B. repetebant ab eis nō esse pignori obligatas,

d Filium.] de matrimonio natum ante clericatum.

e Ex successione.] ex facto defuncti conueniuntur hæredes. C. de euict. l. si parentes. & 12. q. 2. episcopus qui filios & quia pater eius tutor ecclesiæ fuit, hæres tenetur in solidum. C. de hæredi. tuto. l. vlt.

c Necessitate.] Si pro sua necessitate obligauit, non tenuit obligatio. arg. C. si res alie. pig. da. fue. curator. & C. quæ res. pig. oblig. possunt qui filios. quia non obligantur nisi quæ quis de rebus suis obnoxia facit. Quare ergo præcipitur quod hęres luat, cum ecclesia libere à creditore posset repetere. 10. q. 2. hoc ius. §. q verò res. s. de reb. eccle. alien. uel non. si quis presbyterorū? Forte de facto. quia nisi recolligerentur, ecclesia rehabere nō posset. Vel voluit hic Papa creditori prospicere: quia alter ab hærede presbyteri suum debitum consequi non potuit. vel est in optione ecclesiæ, utrum velit alienantem uel recipientē conuenire. 12. q. 2. si qua de rebus & c. si quis qualibet. Ala & C. si tu. vel cura. l. etiam. & l. vlt. ad instar minoris: ut ibi dicitur. B.

ADDITIO. Et dic pro sua necessitate patrimoniali, non personali.

ILlo vos.] Cōmunis diuisio. Secunda ibi, Repōdemus. Abbas.

CASVS. Henricus & B. eius frater, filij G. d Cosa receperūt viginti tres libras mutuo à quadā muliere G. noie, filia Theobaldi, & ab hæredibus suis, pro qua pecunia obligauerunt ei quasdam terras: sed cū dicta mulier terras illas restituere nollet, ĩpetrauerūt litteras contra ipsā ad quosdā iudices, corā quib. petebāt terras illas sibi restitui. Ex aduerso rñdebatur ex parte mulieris, quod terras illas nō tenebat restituere, cū pignori obligatę non essent: sed venditæ: secundum quod in instrumento inde confecto continebatur: prædictus H. pro se & fratre suo dicebat terras illas non esse vēditas, sed pignori obligatas; qa in instrumento venditionis talis erat adiecta conditio, vt si à tempore contractus vsque ad duos proximos annos præfato T. patri ipsius mulieris emptio displiceret, G. pater H. ab inde vsque ad vnum annū solueret viginti tres libras fructibus perceptis cōputatis. Iudices dubitauerunt vtrum pura & absoluta esset venditio, an cōtractus pignoratitius iudicari deberet: cōsultus Papa respondet, quod qualiscunque fuerit intentio contrahentium, & ex forma contractus non appareat venditio conditionalis, sed pura: quamuis per conditionem posset resolui, tamen ex duobus, quæ in instrumento cōtinentur, uidelicet, quod fructus percepti in soluenda pecunia debeant cōputari, & quod ultra sortem viginti tres libræ debeant persolui, contra ipsum emptorē præsumitur uehementer, maximè cum ipse consueuerit exercere vsuras. Nota quod cum dubitatur de intentione contrahentium, formæ contractus standum est. Itē cū aliquid vltra sortem percipitur, vsura præsumitur. Itē contra eū præsumitur quod sit vsurarius, qui vsuras recipere consueuit.

f Obligatis.] eo cōsiderato, quod inter contrahētes agebatur. ff. de verb. obli. cum qui. quia non quod scriptum est, sed quod gestum est, inspicitur. C. plus valere qd agi. q qd simu. con. l. 2. & 3. & 3. q. fil. sint legi. per tuas.

g Hæredum.] idest, filiorū eius: quia non dr̄ hęreditas viuentis, sed defuncti. ff. de hære. uel ac. ven. l. 1.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

Marginal notes: † Alios casus commemorat hic Hostiensis, quos uide. † Exoñ. Exonen. † Cap. 1. eo: tit. in 1. cōp. Et post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 29. c. 1. † Canonicis Pisan. † Cap. [illegible] titio [illegible] Et de [illegible] lecta [illegible] Conam [illegible] lib. [illegible] resolutus [illegible] † Cosa

a Proxi-

sed pure vēditas. sicut in instrumēto cōfecto exinde continebatur. † Præfatus verò H. pro se ac fratre suo firmiter asserebat, terras non esse purè venditas, sed pignori obligatas: cū venditioni p̄dictę talis fuerit adiecta cōditio: vt si à tpe cōtractus vsq; ad duos proximos annos [a] præfato T. emptio displiceret, [b] G. pater H. abinde vsq; ad annū viginti tres libras (pceptis fructib. computatis in ipsis) dare deberet. ¶ Verū qa ambigitis vtrū pura [c] [illegible] & absoluta vēditio, an p̄fatus cōtractus pignus, [d] debeat iudicari: R̄ndemus, q̄ qualiscunq; fuerit intentio cōtrahētiū, & ex forma [e] contractus venditio non appareat conditionalis, sed pura, q̄uis per cōditionē [f] possit resolui: ex duob. tamen, q̄ in pacto fuerunt expressa, videlicet, quòd fructus percepti [g] deberent in soluenda pecunia numerari: & quòd vltra sūmam [h] receptam sexaginta † solidi deberent persolui, contra ipsum emptorem præsumitur [i] vehementer: præsertim cum vsuras consueuerit [k] exercere.

¶ Idem episcopo Aquinati.

¶ Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

CAP. V.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepim⁹ quod causam, quæ vertitur inter R. & A. mulierem, tibi duximus committendam: & infra. ¶ Siquidē probatū est, q̄ pro facinore à marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petēte, tam † frater mariti, præfatus videlicet R. q̄ ipsa mulier (licet minus iustè †) a regio iustitiario capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquētis facta distractio, & soluta pecunia mercatori, q̄ a marito mulieris vulnerat⁹ fuerat, & rebus propriis spoliatus: sed quædā possessiones illius penes eūdem R. remanserant: † quas idem de mandato curiæ retinuit, soluta p̄ eis pecunia p̄dicto mercatori: quia emptor ali⁹ propter possessionū minutias [l] † non extabat: pars verò mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui vel in possessiones, quæ mariti fuerant, † ex officio delegationis induci: & infra. ¶ Mandamus,

EX litteris.] Primò ponitur consultatio. Secundo respōsio: ibi, Mādam⁹. Ab. Sic. CASVS. Quidā spoliauit quendam mercatorem, & etiam vulnerauit grauiter, & sic aufugit de terra: Iustitiarius regis cepit fratrem & vxorem illi⁹ malefactoris: & de mādato ipsius oīa bona illius distracta fuerūt & pecunia soluta fuit mercatori, qui spoliatus fuerat & vulneratus à marito illi⁹ mulieris: sed quædā possessiones minutæ remanserāt, quas frater illius malefactoris retinuit de mandato iustitiarij: quia emptor alius non inueniebat: vnde cum mulier illa dote sua p p maleficium viri fuerit spoliata, ipetrauit lr̄as ad iudicem contra fratrē mariti sui, qui quædā bona mariti possidebat, corā quo petebat dotem suam sibi restitui, vel saltem mitti in possessionē bonorū mariti, quæ ille possidebat: ipse respondebat, quòd bona illa retinuerit de mandato iustitiarij, soluta p̄ eis pecunia mercatori prout superius est narratum: & hæc omnia probauit coram iudice: dubitabat iudex q̄d iuris esset? & Papa cōsultus respondet, q̄ si constiterit ei ex his q̄ in præsentia sua proposita sunt, & probata, quòd si mulier tm̄ dedisset viro suo ī dotem, quātum ipsa petit, condēnet fratrem sui mariti eidē ad restitutionē dotis ī tm̄, quātū de bonis mariti noscit̄ possidere: q̄a mulierib. fauor multus debet̄ in dotib. recuperādis, & iure ciuili cauet̄, q̄ p p maleficium viri, mulier remanere non dēat indotata: & quia bona mariti obligata sunt p̄ dote sua, & ad quēlibet transeunt cū suo onere. Not. q̄ fauor multus debet̄ mulierib. in dotib. suis recuperandis. Item propter maleficiū viri vxor doté suā non debet amittere. Itē bona mariti tacitè sunt obligata vxori p̄ dote sua. Item res transit cū onere suo ad quemlibet possessorē.

† C. 2. eo. de. in 3 compi. Et an ob delictum mariti possit dos publicari, vide Albericū trac. de sta. par. 3. q. 6. & quæ not. lib. 1. in Direct. inquisitor. Schol. 153.

† al. ita: tam frater mariti præfati, videlicet, R. &c.

† Vide l. 5. quasi per totum C. ne vxor p̄ ma. quod facit ī casu l. scire. C. qui. mod. pig. ta. contra.

† remanserunt.

† In multis vetustis hic legit̄, inimicitias, quam vocem sensus non admittit.

† fuerunt.

a Proximos annos.] cum contractus sub hac forma celebratur, vt liceat emptori à contractu discedere, si emptio displiceat sibi: tunc vsque ad sexaginta dies potest emptor a contractu discedere, non vltra, nisi hoc dictum sit, quòd quandocunque velit, possit recedere à cōtractu: ff. de ædil. edic. q̄ si nolit. §. vlt.

b Displiceret.] ff. de rescin. ven. si conuenerit.

c Pura.] idest, certis verbis, scilicet, vt à verbis non recedatur. Lau.

d Pignus.] scilicet mente contrahentiū considerata. Lau.

e Ex forma.] forma tamen inspiciēda nō est, ex quo constat de contractu. C. plus valere quod agi. l. 1. & 2. Si autem dubium esset, standum esset scripturæ. ff. de exer. act. l. 1. §. si is qui in nauem.

f Per conditionem.] C. de ædil. edic. si prædium. ff. de contrahē. empt. l. 3. 2 ff. de leg. com. l. 1. ff. de in diē addic. l. 1.

[Gloss. seq. obiicit, & soluit.]

g Percepti.] hoc videtur potius facere p̄ ipso, quòd contractus vsurarius non fuisset: sed hoc fuit contra naturā pacti: quia si aliquis rē vendit eo pacto, quòd qn̄cunque pretium restituerit rē ipsam recipiat emptor lucratur fructus perceptos, quousq; pecuniam recipiat, C. de pact. inter emp. & vē. si fundum. Et ideo p̄sumptio erat contra istum, sed dic q̄ non fuit venditio, sed pignus: quia in pignore computantur fructus sed in venditione nō computantur. vt ī. de reb. eccl. alie. vel nō, ad nostram. & in legibus prædictis: quia iste creditor vsurarius erat.

h Summam.] fuit expresse vsurarium. 14. q. 3. plerique & c. putant.

[Gloss. seq. obiicit, & soluit.]

i Præsumit.] sed vr̄ q̄ hoc non dēat obstare emptori, q̄ aliq̄d vltra recipiat, ex quo fructus pceptos cōputat in pecunia recipiēda, nā pcipiēdo fructus suos facit. ff. de ī diem addic. l. 2. R̄ndeo, verū est, sed tn̄ tenet̄ eos restituere. ff. de in diē addi. item q̄d dictū est. & hoc verum est, qn̄ alius emptor meliorem conditionem attulerit. Io.

k Consueuerit.] ita ex qualitate personæ præsumitur talis contractus in fraudem vsurarum factus. Idem pōt di. in contractu vbi pœna apponitur, quæ excedit legitimum modum vsurarum. ff. de actio. emp. Iulianus. §. idem. & C. de vsur. cum allegas. & est simile vbi p̄sumitur contra aliquem ex eo quod facere consueuit, vt ff. de pign. act. l. vel vniuersorum. ff. de vsur. qui semisses, §. 1. & ff. ad Maced. item. §. quod dicitur. ff. de leg. 3. nūmis indistinctè. Io.

l Minutias.] & est simile. q̄a exactio & solutio partiū non minima incōmoda hēt, vt ff. fami. ercis. plane. Ber.

a Viro dedisse.] de duobus constare debet, quanta scilicet fuerit dos, quia alias non potest fieri restitutio ipsius, & quòd ille R. aliqua possideat de bonis mariti illius mulieris, vt eatenus condemnetur.

[Glos. seq. reci. per q. quibus creditoribus mulier præfertur.]

quatenus si tibi constiterit ex his, quæ in præsentia tua fuere proposita, & probata; quòd mulier dicit viro dedisse[a] in dotē: & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cum mulierib. fauor [b] multus in recuperandis dotib. debeat: & cautum sit in iure, quòd propter maleficium [c] viri mulier remanere non debeat indotata: cum etiam bona viri mulieri sint pro dote tacitè obligata,[d] & † cum suo onere [e] transierint ad quemlibet possidentem: R. prædictum eidē mulieri ad restitutionē dotis eatenus condemnes, quatenus de bonis fratris sui præfati noscitur possidere.

¶ Idem R. de monte Fortino.

Si creditor, vel is qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore, quod satisfactum est sorti, debet pignus restitui debitori.

CAP. VI.

CVm † cōtra G. ciuē Anagninum, † super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul † pro certa quātitate pecuniæ obligauerat, & ipsi creditoris hæredes prædicto G. pignorauerant, mouisses in nostra præsentia quæstionem: legitimè probauisti, quod ex earum prouentibus tantum fuerat tam † ab eodem G. quā ab alijs, qui eas tenuerāt a tpe quo fuerant obligatæ perceptū, quod † fructus[g] sorti poterant adæquari.

¶ Nos igitur attendētes quòd in talibus perceptio fructuū, in solutione sortis accedat: cū secūdum canonicas[h] sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant cōputari:[i] considerantes etiā, quod possessiones ipsæ iam extenuassent[k] penitus totum onus, & debitum annullassent: ipsas tibi restituēdas[l] esse decreuimus, & te per nuncium nostrū in possessionem induci fecimus corporalem.

¶ Idem.

Si is, qui sub pacto legis cōmissoriæ pignorauit rem suā & iurauerit non contrauenire, iustè impeditus infra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.

CAP. VII

SIgnificāte † R. ciue Pisano nobis innotuit,

b Fauor.] quia mulier præfertur omnibus creditoribus qui habent personales actiones, vel qui habent tacitas hypothecas quantū ad dotem, sed nō quo ad donationem propter nuptias. C. qui potior. in pig. ha. assiduis. sed nō præfertur creditorib. habentib. expressas hypothecas. Nam fiscus simile habet priuilegium cum muliere. C. de priui. fisc. quis. & fiscus non præfertur prioribus creditoribus habentibus expressas hypothecas. ff. qui po. in pig. ha. si pignus. ergo nec mulier præfertur [illegible] est enim causa dotis. ff. sol. ma. [illegible] l. 1. Io.

c Maleficium.] propter maleficium viri mulier puniri non debet. C. de dona. inter vir. & vxo. res vxoris. § & C. ne vxor pro marito. l. 2. & C. ad leg. Iul. maiest. quisquis. §. vxoris. & C. de bo. dam. si quis. & auth. bona nec etiam propter delictū patris. C. so. mat. l. 2. nisi in casu. C. q. mo. pig. ta. § satis. Bern.

d Obligata.] hoc priuilegium dotis, quòd omnia bona mariti sint obligata vxori, non extenditur ad paraphernalia. C. de pac. conuent. super dote. l. vlt. nec ad donationē propter nuptias. C. qui potior. in pig. ha. l. vlt. in fi. & sic omnia bona prælati sunt obligata ecclesiæ, si male administrauerit. Et forte hoc dicit capitulum quod res episcopi eodem priuilegio gaudent, quo & res ecclesiæ. 16. q. 1. similiter. Sicut & res tutoris pupillo. C. quibus mo. pign. ta. contra. si mater. Hoc priuilegiū non hēnt mulieres quæ catholicam non percipiunt communionem. C. de hær. l. 1. & authen. ibi signata. Laur.

e Cum suo onere.] sic s. de deci. pastoralis. & c. cum non sit in homine. 16. q. 1. si quis laicus. C. de distr. pi. si debitor. C. qui mo. pi. ta. contra l. 2. & 3. & ff. de cōtrah. emp. l. alienatio ff. de pact. inter del itorem.

CVm contra.] Primò ponitur factum. Secundo diffinitio ibi. Nos igitur. Alldas.

CASVS. Quidam nomine Laurentius quandā pecuniæ quantitatem recepit a quodam creditore, pro qua pecunia obligauit ei quasdam possessiones: tpe procedente mortuus est creditor ille: hæredes creditoris illius possessiones illas obligauerunt G. ciui Anagnino; mortuo postmodum Laurentio debitore, R. de Monte Fortino filius illius in præsentia dñi Papę mouit quæstionem super possessionib. prædictis contra dictum G. ciuē Anagninū dicens, quòd de fructib. illarū tm̄ fuerat perceptū, tū ab ipso G. tum ab illis, quibus illæ possessiones fuerant obligatæ, quòd fructus illi sorti poterant adæquari, vnde petebat illas possessiones sibi restitui. ad hoc probandum suas probationes induxit. Dñs Papa considerās quòd in talib. fructus percepti debeant cōputari in sortem & si qui vltra sortem percepti sunt, restitui, videns etiam, quòd fructus illarum possessionum extenuassent, & annullassent totū debitum, decreuit possessiones illas restituendas dicto R. & in corporalem possessionē illarum ipsum fecit induci. Not. quòd pignus mihi obligatū alijs possum obligare. Item hæres potest petere pignora patri obligata. Item fructus pignoris debent computari in sortem. Itē ad officium iudicis pertinet non solum ferre sententiam, sed mittere in possessionem.

f Perceptum.] imo & quod percipi potest computandum est. C. de pactis pig. & omni cauta. l. 2.

g Fructus.] fructus intelliguntur, qui supersunt deductis expēsis. C. de fruct. & litis expen. l. 1.

h Canonicas.] infra de vsu. quoniam. C. de pig. act. l. 1. & 2.

i Computari.] nisi in casibus. supra de feu. c. 1. & infra de vsu. c. 1. & c. conquestus. & c. salubriter.

K Extenuassent.] Non enim potuit primus creditor in plus obligare pignus secundo creditori, quam ei fuerat obligatum, infra de don. inter vi. & vxo. nuper. & ff. de reg. iur. l. nemo plus & ff. de vsufru. quod nostrum & infra de iur. patr. quod autem. in fi. arg. contra. ff. de acquir. rerum dom. non est nouum. T.

l Restituendas.] tenetur enim creditor pignoratitia actione, si pignus deteriorauit. C. de pign. actio. l. 2. sic & res commodata reddita non videtur, si deteriorata reddatur. ff. commo. si mihi § 1.

SIgnificante.] Primo ponitur querela. Secundo datio iudicum. ibi, Cum igitur. Et pro intellectu scias, quòd pactum

† Diuisio, & de. 8. in antiquis.

c Damnato marito, vel eo pœna in seruile cōditionē deducto, [illegible] eam quo ad que [illegible] ad vxorē [illegible] [illegible] iure [illegible] remanent illibatæ. Io. An.

† Cap. 3. e tt. in 3. compi.

† Anaginen. Anagnin.

† Salu

a Vide c. de constit. & ibi Doct. de hæret. lib. 6.

3 Pignus a creditore distractū sine assēsu creditoris transit cum suo onere. I. An.

† In cōstit. Barbarum tū a[illegible] G [illegible] qui eas [illegible]

† al. ita: in quo fructus &c.

† Cap. vni. [illegible] & [illegible] in [illegible] pa[illegible] 2. par. [illegible] §. 3.

4 Nemo [illegible] ca[illegible] re [illegible] vi[illegible] cu[illegible] vel [illegible] pignus. I. A.

pactum legis commissoriæ fuit inuentum ad dissoluendum contractum emptionis & venditionis; & pone exemplum prout dicitur in glo. 2. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam ciuis Pisanus R. nomine, accepit mutuo 250. libras à G. ciue Pisano: pro qua pecunia obligauit ei quādam domum, & promisit ei præstito iuramento, quod nisi domū ipsā recolligeret termino constituto, vlterius creditorem super ea non molestaret: sed dictus R. infra tempus statutum per certum & fidelem nuncium (vt credebat) pecuniam numeratam creditori remisit: sed nuncius ille perfidè agens, pecuniam illam, sicut sibi iniunctum fuerat non persoluit; & postmodū idem R. ab Imperatore detentus, creditori satisfacere non potuit; vt debat; sed postmodum ab Imperatore liberatus pecuniam soluere voluit creditori, & ipse eam recipere noluit: quia non fuit in termino persoluta: vndè dictus R. significauit hoc dño Papæ super hoc scribit Papa quibusdā dicens: Cum ergo pactum legis cōmissoriæ sit in pignoribus improbatum, & præfatus R. quantum in eo fuit iuramentum seruauit. quia per eū quem certum nunciū esse credebat pecuniā remisit termino constituto: mādat Papa, quatenus si est ita, prædictum creditorem ecclesiastica cēsura compellāt, vt forte sua contentus, pensionib. illius domus in eam computatis, domū præfato restituat debitori, pacto tali vel iurō nequaquam obstante. Not. quod pactum legis commissoriæ in pignoribus appositum non obstat, quominus pignus restituatur, nisi iuramentum interuenisset. Item iuramentum in casu illo præiudicat legi, cum sine periculo animæ non possit seruari. Item posse suum faciens, mandatum legis adimplet. Item malitia nuncij non obest dominio, dummodo ab initio credatur fidelis nuncius. Item fructus pignoris computandi sunt in sortē.

quòd eū domū suā: † G. Pisano ciui pro ducentis quinquaginta libris pignori obligasset, ac promisisset præstito iuraméto, quod nisi domum ipsam stato termino recolligeret,[a] creditoré vlterius super ea minimè molestaret: infra statutum tempus per certum & fidelem † nuncium (vt puteì videbatur) creditori pecuniam numeratā remisit: quod idē nūcius infideliter agens, sicut ei iniunctū fuerat nō persoluit: & postmodū idem R. ab Imperatore detentus, dicto G. satisfacere non potuit, vt debebat: & infra. ¶ Cū igitur pactū legis cōmissoriæ[b] † sit in pignorib. improbatum: & prædictus R. quātum in eo fuit, iuramenti debitum adimpleuit: cum per eum, quem certum[c] nuncium esse sperabat, pecuniam remiserit termino statuto, † sed in captione detentus satisfacere nō potuit creditori: Mandamus, quatenus si est ita,[d] prædictum creditoré, vt forte cōtétus, pēsionibus pignoris computatis in eam, illam † præfato R. omni dilatione post posita resignet (pacto tali, vel iurō[e] nequaquam obstante) censura ecclesiastica cogatis.

¶ Gregorius nonus.

a Recolligeret.] id est, redimeret.

[Glo. seq. declarat quid sit lex commissoria. signat contrarium, & soluit.]

b Commissoriæ.] Sic pactum legis commissoriæ fit hoc modo: Vendo tibi fundum Titianum certo pretio, puta 10. pacto tali adiecto, quod si vsque ad mēsem non solueris 10. fundus sit inemptus, quod hic pure venditum est, potest sub conditione resolui, & est in potestate venditoris vtrum velit venditionis resolui: quia istud pactum venditoris cautā apponitur. ff. de leg. cō. 1. & 2. argu. contra, quod sit conditionalis talis venditio. ff. de pig. si fundus. §. fi. & ff. de contrahe. emp. l. fi. 1. respon. Sed ibi potius conditionalis venditio contrahitur. Sed pactum istud legis commissoriæ in pignoribus improbatur per l. j. & 3. C. de pac. pig. vt dicit hic R.

[Glo. seq. notat, & signat contrarium.]

c Certum.] ergo non imputatur domino malitia nuntij, vel procuratoris, si modo credebatur idoneus; vt hic videtur, & ff. cōmoda argentum. sic C. qui pe. tu. eu a matrionis. arg. § 5. de offi. dele. cū olim & ff. de verbo. verbis. apud § vlt. & 3. q. 7. in grauibus. Io.

[Glo. seq. arg. allega contrarium, & ibi remittit.]

d Si est ita.] argumentum quod iuramentum quod legem factum seruandum est, quasi dicere tur, si non est ita, seruabitur iuramētum verba ista, si est ita, referuntur ad id quod dicit per eum quem certū nūcium, & e. arg. § 5. de foro cōp. si diligenti, in fin. vbi de hoc.

[Gloss. seq. signat contrarium, & ibi remittit.]

e Iura mēto.] argu. quod si iuretur. cū contingat, ibi soluitur.

† Perperam in vulgatis legit, illud, cum ad domum referri debeat, cuius initio capitis facta est mentio.

Vsufructuarius cauet, quòd fruetur rebus immobilibus salua ipsarum substantia: & pecuniam & æstimationem mobilium, quæ consumuntur vsu, finito vsufructu restituat.

CAP. VIII.

CVm † cōstet I. mulierem vxoré Ogerij † quoad vsufructum filio suo successisse[f] in bonis quorū proprietas ad M. mulierem vxorem C. dignoscitur pertinere; Mādamus, quaten' eam ad

Cvm cōstet.] Pertinet ad secundā partē rubricæ, & primò ponitur quæstio. Secundò mandatum ibi, Mandam'. Secūda pars otinet duo dicta Se. ibi pecun. i. A. CASVS. Quidam fecit testamentū, & in testamento illo reliquit proprietatē bonorum suorum Mariæ vxori, C. vsumfructū verò I. mri suæ vxori Ogerij: Maria proprietaria mortuo testatore petebat ab I. vxore Ogerij præstari sibi idoneam cautionem quod ipsa vteretur & frueretur salua rerum substantia in rebus immobilibus ad arbitrium boni viri: mandat Papa quibusdā, quatenus compellant ipsam ad cautionem idoneam præstandam, quod ipsa vtatur & fruatur rebus immobilib. ad arbitrium boni viri, quæ vsu non consumuntur pecuniam verò si quam habuit; vel habebit, & æstimationē aliorum bonorum, quę usu consumuntur, & in hæreditate inuenta fuerunt, post mortem ipsius restituet, siue restituat dictæ Mariæ, vel hæredibus eius. No. quod vsufructuarius tenetur præstare cautionem, quod utatur, & fruatur ad arbitrium boni uiri: alias repellitur, ut quidam dicunt.

† Vide l. 1. C. de usufru. & Speculat. tit. de pign. §. sequitur. videte.

† Aegidij.

f Successisse.] scilicet ex testamento filij: quia si ab intestato decederet. & filius non habuisset descendentes, parentes in totum succedunt secundum tenorem illarum Authentica. C. ad Tertull: Authentica defuncto. & C. de suis, & leg. lib. ab intestat. Authentica in successione, & etiam in Authentica de hæred. ab intest. ueni. §. consequens. & §. 1. & 2 collat. 9. unde sumptæ sunt Authenti. C. de his quæ ab inte. dese. Authent. in successione.

[Glo. seq. cum sequentibus per modum summæ recitari potest, & sic, scilicet quærendo de nouem primò quid sit usufructus, & cętera quę per glo. patent.]

¶ Cautio-

cautionem idoneā [a] exhibēdam, quòd vtatur [b] & fruatur [c] salua rerum substātia [d] rebus† immobilibus, [e] quę vsu non cōsumuntur ad arbitriū boni viri. [f] ¶Pecuniam [g] verò si quam habuit, † vel habebit, ac æstimatione bonorum, quę consumūtur vsu, & in hæreditate inuenta fuerint, in morte sua, dictę mulieri, vel hæredib. eius restituat, p censuram ecclesiasticam compellatis. [h]

TITVLVS XXII.

De fideiussoribus.†

¶Ex concilio Cantuarieñ.†

¶*Breue est, nec potest breuius summari.*

CAP. I.

Clericus† fideiussionibus† inseruiens i abijciatur.

¶Lucius iij Elieñ. episcopo, & archidiacono Noruiceñ.

Compellitur clericus seruare fideiussorē indemnem per assignationem reddituum suorum.

CAP. II.

PEruenit † ad nos ex conquestione R. clerici, quòd cū ipse p C.† & F. clericis, mercatoribus Bononiensibus fide

a Cautionem idoneā.] nomine cautionis, nuda promissio intelligitur. C. de verb. sig. sancimus. sed cū additur idonea vel sufficiens, pignoratitia vel fideiussoria intelligatur. ff. mandat. si mandato Titij. §. vlt. ff. de fideicom. lib. l. 4. §. adijci. & instit. de re diu. §. venditæ. Et sicut in casu isto pignora vel fideiussores dātur, sic s. de sequestra. ad hoc satisdationem desiderat hæc cautio ad arbitriū boni viri. C. de vsu. l. vsufructu cōstituto. Et hæc cautio nō pt i testōre remitti. C. e. l. 1. & C. vt in pos. le. scire, si tamē hēdis sit introducta, sed ipsi hīs pōt remittere. ff. ad leg. Fal. potest.

b Vtatur.] vsufruct⁹ est ius vtendi fruendi reb. alienis, salua rerum substantia. ff. de vsufru. l. 1. & est ius in corpore, quo sublato ipsum tolli necesse est. ist. e. l. 2. & ideò dr rebus alienis, quia res sua nemini seruit. ff. de serui. vr. præd. l. in re communi. & ff. si vsufru petatur. l. vti frui. in prin.

b Vtatur.] hoc dr ad differētiam vtilis dominij, quod in rebus alijs habetur, vt est emphyteuta, & feudatarijs, qui habent vtile dominium.

c Fruatur.] hoc dicitur ad differētiam nudi vsus: quia minus est in vsu quàm in vsufructu inst. de vsu. & habi. §. minus. & clerici possunt dici vsuarij: quia nec possunt vendere, nec testari, nec donare, sed victu tantū & vestitu contenti esse debent, vt 10. q. 2. episcopus habeat. Bern.

d Salua rerum substantia.] idest, ne in totum pereat substantia. unde tenetur reficere ædes quoniam ad eum omnes fructus pertinent ff. de vsufru. l. vsufructu leg. & & l. hactenus: alias est. §. illius prædictæ legis. & C. eo. tit. eum ad quem. vnde cautio præstatur.

e Immobilibus.] hęc autem cautio interponi debet siue res sit mobilis, siue immobilis, siue soli, vt hic. & ff. vsuf. quemad. cau. l. 1. & appellatione mobilium etiam sese mouentia continentur. ff. de verb. sig. mouentium, arbitrio boni viri præstare debet, vt hic dicit, & C. de vsufru. l. vsus fructus. & ff. eo. item si fundi continet cautio istas duas causas. Vnam de vtendo fruendo arbitrio boni viri: Aliam de restituendo finito vsufructu. ff. vsuf. quemad. cau. l. 1. in fi. & §. hęc stipulatio. Quādoque tñ remittit hæc cautio, 2 cum certum est proprietatē redire ad vsufructuarium ff. de vsu. quemadmodum. cau. l. si vsusfructus. §. plane. Item in fisco vsufructuario. ff. vt leg. seu fideicō. cau. cau. l. 1. §. si ad fiscū. Itē cū vsusfructus pertinet ad patrē in reb. filij. C. de bon. q lib. l. vlti. §. hæc proculdubio. Cōstituit aūt vsusfructus in fundo rustico, & in ædibus. & in seruis, & cæteris reb. scilicet gēmis, annulis, libris. ff. eo. sed & si quid. §. & 2. & l. statuæ. & l. item si fundi. in prin. §. 1. & l. 3. §. 1. & 1. rñ.

f Viri.] i. iudicis. ff. de verb. obl. continuus. §. cum ita.

g Pecuniā.] in his verò q̄ usu consumuntur, proprie vsusfructus non pōt constitui. quia neq; naturali iure potest fieri: quia non potest esse salua rei substantia; neque ciuili: quia ita dantur vsufructuario, vt fiant huiusmodi recipientium vsumfructum puta uinum, oleum, frumentum, & consimilia. Itē pecunia numerata, quę assidua permutatione & cōmissione consumitur, inst. de vsufru. §. constituitur, & ff. de sol. si nummi alieni, vtilitatis tñ causa constituitur vsusfructus, vel quasi vsusfructus: quia ille cui dantur hmōi res satisdat de tanta pecunia restituenda, vel æstimatione aliarum rerum, vt hic dicit, & insti. de vsuf. §. cōstituitur. & ff. de vsufr. earū rerū q̄ vsu cōsumuntur l. 1. 2. & 3. & l. si tibi vini. & finit morte fructuarij, & capitis diminutione, vt l. prædicta, si tibi vini maxima & media. insti. eo. §. finitur.

h Cōpellatis.] sed si nō pt satisfacere, qd erit? Dicūt qdam sufficit si iuret, in auth. vt nulli liceat hse loci cōseruatorē. §. si vero crimē. coll. 9. argu. Azo dicit quod si habebit vsumf. ff. de vsufru. leg. vxori. B.

DE FIDEIVSSORIBUS.

¶Supra visum est de rebus, quæ pro debitis pignori obligant restat videre de fideiussoribus, qui pro alienis debitis intercedunt. Abbas.

De hac materia habetur 23. q. 5. cum homo. & de cōse. dist. 4. nos autem. & c. quęris.

CLericus.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, qđ clericus interuiens fideiussionibus a clero debet remoueri. No. quod clericus fideiubere nō debet: quod verum est frequēter, per illud verbum, inseruiens.

i Inseruiens.] frequentiam denotat, vel verum est qđ clericus fideiubere non debet. 11. q. 1. te quidem. vbi de hoc. si tamen fideiussit, tenetur 3 j. c. proxi. & c. constitutus. sic & regulares fideiubere non debēt. j. eo. quod quibusdam.

Peruenit.] si intelligeretur textus de redditibus beneficiorum, vt est cōis doctorum intellectus, esset hic casus notabilis, & valde singularis: probans, quod ex redditibus beneficiorum potest satisfieri creditoribus clericorum, [de quo latius hic tractatur per Panor.] In prima ponitur impetrantis conquestio. In secunda causæ commissio. sibi, Ne igitur. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam clerici C. & F. Anglici receperunt quandam quantitatem pecuniæ mutuo a quibusdā mercatoribus Boñ. Quidā clericus R. nomine fideiussit pro prędictis clericis apud mercatores: Vnus C. super fidem suam, & alter per iuramentum promisit ad terminum constitutum soluere pecuniam, sed illis pecuniam non soluentibus: dictus R. clericus satisfecerat creditoribus de eadem. vnde conquestus fuit domino Papæ. Scribit Papa epō Elieñ. & archidiacono Noruiceñ. dicens, ne dictus R. dispendium patiatur. vnde videtur præmium meruisse, mandauit Papa Boñ. episcopo, vt inspiciat instrumenta super debitis illis, quæ sunt apud creditores, & eorum transcripta sub sigillo suo signata mittat iudicibus istis, mandans, eisdem, quatenus si per confessionem clericorum prędictorum, vel alias eis constiterit rem taliter se habere, moneant illos, & compellant, vt prædicto R. pecuniam quam pro eis soluit, restituant,

†al. in rebus &c.

† habuerit.

† De materia huius tit. vide Antoniū Gomezium to. 2. varia. resol. cap. 13.

†Cartuarieñ Carthagineñ.

1 De hoc articulo vide plene p Couarruuiā in cāū in officijs. de test.

2 Vide glossam in §. cōstituit verbo, satisdat. Instit. de vsufr. & glossam, & Bartol. in l. pactum. ff. de pact.

†Cap. ... & ... in hoc ca.

†fideius... bus

†Cap. ... tit. in 1. c. & post concilium Lateraneñ. ... Alexan. ...

†Anbic... gidum l. ... Fant in c. cętera. l. ... iuramento ... casum. C. ... F. qui ... est casus ... vt ibi not.

3 De hoc articulo ... to hic latius per Hostiensem & Io. And.

restituant, & ipsum conseruent indénem: alioquin de redditibus eorũ, debita ipsa psolui faciant, & dãna illa resarciri, aut redditus illos sibi assignent tandiu detinendos, donec de ipsis ei fuerit satisfactũ. Præterea, si cõstiterit pdictos clericos religionẽ fidei & iuri sui violasse, eos ab officio & bñficio suspẽdãt.

Nota qd si clericus fideiusserit, tenet. Itẽ qs nõ dẽt pati dispẽdiũ de quo meruit pmiũ obtinere. Itẽ sigillo epi statur tãq veræ pbationi. Itẽ cõfessus in iure pro iudicato habet. Itẽ cũ omni interesse satisfaciẽdũ est fideiussori. Itẽ stipẽdia clerici, vl bñficiũ detineri debẽt pro debito suo, quod verũ ẽ per iudicẽ. Itẽ fides & iuramentũ æquiparantur. Itẽ periurus priuari debet officio & beneficio.

a Nõ soluẽtibus.] primo fuit in optione creditoris quẽ vellet primo cõuenire, pricipalẽ, vel fideiussoré. C. de fideiu. iure nostro hodie corrigit illud p auth. qa quamdiu pricipalis inuenitur, fideiussor nõ molestat. C. e. ti. auth. psente. nisi ipse fideiussor renũciauerit huic iuri. C. de duo. re. sti. aut. hoc ita. & huic iuri renũciãt fideiussores, & cõstitutioni diui Hadriani, quæ ẽ C. de cõsti. pecu. diui Hadri. & huic iuri iste clericus fideiussor renunciauit.

iusserit, illis præscriptam pecuniam non soluentibus, [a] coactus est satisfacere de eadem. ¶ Ne igitur dispendium [b] patiatur, vnde videtur pmiũ meruisse: Bononiẽsi episcopo dedimus in mandatis, vt super debitis illis, instrumẽta, quę sunt apud creditores, inspiciat, & eorũ transcripta suo sigillo [c] signata, vobis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestræ, quatenus si ex confessione [d] prędictorũ clericorũ, vel aliàs legitimè vobis rem ita se habere cõstiterit, moneatis eosdẽ, vt memorato R. pecuniã, quã pro eis soluit, restituant, ipsumque seruent indénem: [e] alioquin de redditibus [f] eorum, pręscripta debita faciatis exolui: & damna etiam, quę propter hoc pertulit, resarciri: aut prędictos redditus sibi assignetis tandiu sine molestia detinẽdos, donec ipsa dãna resarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta. Pręfatos verò clericos, si religionem fidei, & iuramenti [g] sui eos violasse constiterit: ab officio & beneficio suspendatis.

¶ Idem Cantuariẽ. † archiepiscopo.

¶ *Per districtionem canonicam compellitur debitor à fideiussione absoluere fideiussorem, qui à creditoribus molestatur.*

CAP. III.

CONstitutus † in psentia nostra magister S. sua nobis assertione monstrauit, quod pro Cãcellario tuo tempore Lateran. concilij, in quadam summa pecunię intercessit, quam quoniã

[Gloss. seq. arg. qd officiũ, & c. all. 7. iura. & 2. ad casũ conuersum: & signat vnum contrarium.]

b Dispẽdiũ.] argu. officiũ suum nulli esse dãnosum. ff. de fur. si suus cõis. §. quod vero. 4 q. 3. c. si t. stes §. ventaria. & ff. ad Velleia. l. 2. §. 1. ff. quemad. testa. ape. sed & si qs. ff. qbus ex cau. ma. l. videlicet & 2. q. 6. hoc ẽt placuit, sic 3. de renun. sane. 1 Similiter ẽ conuerso nõ debet præmium consequi vnde pœnã meretur. 26. q. 1. legi. ff. de nego. gest. siue hæreditaria. arg. contra. ff. de his quibus vt indig. auferuntur. & l. 1.

c Sigillo.] nota scripturã authenticam illã, quæ continet sigillum episcopi. arg. 3. de fi. instr. scripta. 2 Al.

d Ex confessione.] confessus in iure pro iudicato habetur. C. de confes. l. vnica. 3. de confess. cum sup. c. vl. & semper statur confessioni contra se factæ. 14. q. 2. §. 1. & ff. de integra. acti. de ætate. §. si quis. & 3. de confes. cap. vlti.

[Gloss. seq. obijcit vsuras. per fideiussorem nõ repeti. dat solu. alia ponit contraria. Item opinionem Tanc.]

e Seruent indemnem.] ergo petet vsuras, si eas soluit creditoribus. Sed oppono tibi, vsuræ indebitæ fuerunt. 3. de iureiu. debitores ergo si ad eas etiam soluẽdas exceptione opposita fuit condemnatus, hoc per iniuriam iudicis factum est, quare principalis debitor nõ tenetur ead hoc ff de fideiussoribus exceptione. ff. de euict. si per imprudentiam. & 3. de emp. si venditori. & ff. mand. idemque. §. generaliter. Vbi dr exceptio, qd competit reo & fideiussori: & si eam sciẽter omittat, ei est imputãdum. ff. de exceptio. omnes exceptiones. Item debitor nõ intelligitur mandasse, vt soluat indebitum. ff. de condi. indeb. si procurator. Sed dicerent qd si fideiussor iurauerit soluere sortem & vsuras, propter iuramẽtum exceptionẽ proponere non poterit. 3. de iureiuran. debitores. nisi primo impetrasset absolutionem iuramenti. 3 eo. tit. ex admi nistrationes. vnde satis potest petere vsuras, & expensas, quas fecit: quia totum est interesse suum. ff. mand. si mãdato. §. si fideiussor. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 1. §. vlti. & hoc prout sequit. & 3. cap. pxi. Sed obstat illa decret. debitores quia ipse debet repetere vsuras. sed si nõ iurasset, & potuit opponere exceptionẽ & non opposuit, non repeteret vsuras: qa indebitũ soluit. hoc dicit. Ala. Vl dic qd idẽ ẽ cũ iurauit: qa debuit impetrare absolutionẽ iuramẽti antequam solueret vsuras: si potuit, sed si non potuit, ipsemet repet. ab vsurario. Al j vt Tanc. dixerunt.

[Glo. seq. no. alleg. vnam legem, & aliã allegat in contrarium & soluit.]

f Redditib.] nota clericis ob causam iudicati quotidiana stipendia interdici. ff. de re iudi. commodi præmiorum arg. contra. C. quæ res pigno. obli. possunt spe præmiorum sed licet speciali conuentione nõ possunt obligari, vt l. proxi. tamẽ ex causa iudicati à iudice possunt pro iudicato obligari. arg. C. de execu. rei iudi. stipẽdia. & C. de prædi. min. non alie. l. 1. ff. de re. eorum, qui sub tut. vel cur. magis. Vin.

[Glo. seq. quærit obijciendo, & soluit.]

g Religionẽ fidei & iuramenti.] puniri enim debent: quia periuri sunt, & infames, fm canones. 6. q. 1. quicunque. 22. q. 5. si quis. & 3. de iureiu. querelam. 4 le transfi quis maior. & idem est venire 3 fidem pmissam, sicut contra 4 iuramentum, vt hic patet. & 3. quod met. cau. ad aures. quia inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiam 22. q. 5. iuramenti. Sed quare mandat eos suspendi, cum ad hoc non sit actum? Potest dici qd hoc facit ex officio suo: cum per denunciationem ad Papam peruenerit: quia vndecumque crimina claruerint, punienda sunt. 24. q. 3. ecce.

CONstitutus.] Communis diuisio. Secunda ibi, Ideoque. Abb. Si ul.

CASVS. Cancellarius Cantuarieñ. tẽpore Laterañ. cõcilij recepit mutuo quandam quantitatem pecuniæ à creditoribus Boñ. pro qua pecunia magister Simon fideiussit: & quia Cancellarius pecuniam non soluebat, molestias plures prædictus magister à creditoribus

Marginalia: 3 Dicit G. qd licet teneat excipere, nõ tenet agere: ppterea qa talis petitio quasi inhonestatẽ inducit, excusari dẽt fideiussor ff. man. l. idẽ. §. gñraliter. vbi fideiussor inhonestam exceptionẽ ex sui psona cõpetẽtẽ omittere põt. Io. And.

† Cantuarieñ.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõp. Et q b. casib. eximatur fideiussor à fideiussione, tradit Antonius Gomezius to. 1. varia. resol. ca. 13. & Giudo Papæ decisio. 117.

4 Grauius tñ peccat veniẽdo contra iuramentum.

[margin, partly cut:] 3. & ele. decent. 3. 74. cõ tũ. vbi Io. An. dde qd il editur l. iud. & Bart. ff. & tru. & in dotis. ff. na.

vsque modò debitor nõ persoluit, se asserit plurimas a creditorib. Bononień. molestias pertulisse, & debitum augmẽtatum. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si legitimè tibi de huiusmodi assertione constiterit, præfatum debitorem, vt eum a pdicta intercessione, sine dilatione prorsus absoluat,[a] ecclesiastica † cẽsura compellas. Præsentium quoque auctoritate iniũgimus, vt si debitũ, vel accessiones [b] illi negauerit, cõsuetudine, quæ est legi [c] cõtraria, nõ obstãte, iuramentum calũniæ subire cogatur. ¶ Præterea, quia difficile foret intercessori [d] suos testes in Angliam ducere iudicibus Bononń. (satisdatione [e] idonea a Cãcellario ipso accepta, ꝙ ad testes audiẽdos vadat, uel mittat infra terminum cõpetentem) litteris tuis significes, ut eos vice tua recipiant & examinẽt diligenter, & depositiones eorũ trãsmittentes [f] inclusas, significent, quãta fides [g] possit instrumẽtis vel testibus adhiberi.

† al. ita, ecclesiastica disciplina.

¶ Innocentius iij. in concilio generali. †

¶ *Si sine licentia prælati, & maioris partis capituli religiosus fideiusserit, vel mutuum acceperit, non tenetur ecclesia, & ipse recipiens punitur. nisi mutuum sit versum in vtilitatem ecclesiæ.*

† Cap. ...

CAP. IIII.

QVod quibusdam religiosis a sede Apostolica est prohibitũ, volumus & mandamus ad vniuersos extẽdi: ne quis videlicet religiosus absq. maioris partis capituli & Abbatis sui licẽtia, p aliquo fideiubeat: [h] vel ab aliquo pecuniã mutuam accipiat vltra sũmã cõi prouidentia cõstitutam: alioquin nõ teneatur cõuentus pro his aliquate-

ditoribus sustinebat, & debitum fuit augmentatum. vnde dictus magister conquestus fuit domino Papæ: vnde mandat archiepo Cantuarień. quatenus si legitimè sibi de huiusmodi assertione constiterit, præfatum cancellarium moneat & compellat ecclesiastica censura, vt prædictũ magistrum ab intercessione & obligatione absoluat: & si debitũ vel accessiones forte negauerit, iuramentum calumniæ subire cogat, non obstante contraria consuetudine: & quia difficile foret dicto magistro testes in Angliã ducere: mandat iudicibus Boń. vt testes, quos idem magister inducere voluerit, vice ipsius archiepi recipiant & examinẽt diligenter. & depositiones eorum transmittãt sibi sigillis eorũ inclusas, significantes quãta fides testibus & instrumẽtis possit apponi: ipsi cancellario prius iniũcto, vt ad testes videndos vadat vel mittat. Nota, ꝙ debitor tenetur liberare fideiussorem ab obligatione, si quã diu stetit. Item debitum & accessiones, si eas soluit, potest fideiussor petere à debitore. Itẽ nõ obstãte loci cõsuetudine, clericus debet iurare de calũnia. Item si testes remoti sunt, debẽt eorum testimonia recipi, & mitti iudicib. qui de causa cognoscant. Item iudex, qui testes recipit vices alterius, ei debet significare quanta fides illis sit adhibenda. Item testes recipi non debent in absentia eius, contra quem inducuntur, vel eius procuratoris.

a Absoluat.] & ita potest fideiussor agere ꝯ principalem debitorum, vt eum liberet, si diu steterit in obligatione sic ĩ. eo. c. vlt. vbi de hoc.

b Accessiones.] sic est arg. fideiussorem teneri ad vsuras. arg. contra. C. eo. tit. si fideiussor. Distingue, vtrum fideiusserit in omnem causam, & sic tenetur: alias non. ff. loca. quæro an fideiussor. & ff. eo. ti. fideiussores magistratuum. Vinc. Contrarium tamen est verum ſm canonẽs. ĩ. de iureiu. debitores. vt ĩ. tit. proxi. dixi.

c Legi.] C. de iureiu. p p calumniam. l. 1. & 2. & iuri canonico contraria est quãtum ad causas ciuiles. ĩ. de iura. calum. c. 1. & vlt. & c. in pertractandis. & c. seq. concordat tamen canonibus. 2. q. 5. c. 1. & 2.

d Intercessori.] idest, fideiussori.

e Satisdatione.] hoc, si voluerit aliàs non compellitur, sed sufficit ꝙ ei denuncietur, vt mittat vel vadat ad ipsos videndos, aliàs recipientur in termino constituto. ĩ. de testi. in nomine domini. & quod dicit, audiendos, idest, videndos iurare. Vel fortè ideo cautionem præstare debet, † quia præsumptio erat ꝯ Cancellarium ne in fraudem malitiosè debitum ei negaret, vt aduersarium fatigaret laboribus & expensis, vt si eam præstare nollet, hoc ipso tanquam suspectus cõpellerent ad satisfaciendum. sed hoc non videtur, quia siue vadat, siue non, nihilominus tenetur aduersario in expensis, imò debet compelli vt vadat vel mittat, vt ipse magis puniatur quia tũc grauatur in suis proprijs expensis, & etiam aduersarij.

† Scdm Inn. qa qđ sequitur fuit additio. Io. And. Sunt tñ hæc in oibus vetustis codicibus.

[Glo. seq. recit. p contrariũ, quod dupliciter soluit. cõtra secundam solutionẽ alleg. & respondet.]

f Trãsmittentes.] hoc fieri potest in causis ciuilibus, secus in criminalibus; in quibus testes in præsentia iudicis suũ testimonium dicere debent. a C. de fide instrum. iudices. & authen. apud eloquẽtissimum.

g Quanta fides.] hoc ideo dicit: quia ille q. testes examinat, melius scire potest quanta fides sit eis adhibenda. ff. de testi. testiũ. 1. respõ. Bernar.

ADDITIO. Nõ debet ipse scribere ꝙ testib. sit fides adhibenda sed scribat de honestate, & qualitate psonarũ testiũ, vt p hoc appareat quantum eis sit credendum.

QVod qbusdã.] primo ponitur dictum. Secundo exceptio, ibi, Nisi. Tertio, pœna, ibi, Et qui. Abb. Sic.

CASVS. Quibusdam religiosis fuit prohibitum ne fideiubeant pro aliquo sine licentia abbatis, & conuẽtu vel maioris partis: hanc prohibitionem extendit concilium generale ad oẽs religiosos, & prohibet ne aliquis pecuniam mutuo accipiat vltra summam a capitulo constitutam: alioquin non teneatur conuentus pro talibus respondere, nisi pecunia illa in vtilitatem monasterij sit conuersa, & de hoc legitimè constet: & qui cõtra hoc fecerit, grauiori disciplinę subijciatur. Nota, quod monachus non potest fideiubere, vel mutuum accipere sine licentia abbatis & conuentus. Item generaliter tenetur ecclesia de his, quæ in vtilitatem eius sunt conuersa.

[Glo. seq. ponit regulam de fideiussione clericorum & monachorum. & tres casus exceptos, in fi. æquiparat curialem.]

h Fideiubeat.] nec clericus, nec monachus fideiubere debet ĩ. eo. tit. c. 1. & 11. q. 1. te quidem nisi necessitas sit: & tunc tenetur ex pietate subuenire alijs. 86. dist. non satis. Sed pro ecclesijs suis possunt fideiubere, vt hic dicitur, & in auth. de sanc. epis. §. alium autem. coll. 9. Et hoc de licentia capituli vel maioris partis, vt hic dicit: alias monachus nihil ageret. nisi in vtilitatem monasterij pecunia fuerit conuersa: quia tunc ẽt perinde est, ac si capitulum obligaretur. Item clerici

inter

Inter se possunt fideiubere cũ conueniuntur. C. de epis. & cler. omnes. §. in hac. Item nec adstrictus curiæ potest fideiubere. C. locati. curialis. Io.

[Glos. seq. nõ scd̃o sol. qõnem. tertio arguit i ꝯrio.]

a In vtilitatẽ.] istud bene notabile est, ꝙ creditor ꝓbet in vtilitatẽ ecclesiæ credidisse. 10. q. 2. §. hoc ius. ver. is creditor. 1 Sed nec tunc agetur ex illo ꝯctu, cũ ille nullus sit, credendo monacho sine cõsensu capituli, sed agit actione de in rẽ verso, vt hic patet, & ff. de in rem ver. l. j. & l. si ꝓ patre. A ꝯrio sensu vr̃, ꝙ vsque ad summam a capitulo constitutã non tenetur creditor ꝓbare in vtilitatem ecclesiæ processisse, ex eo ꝙ de alia probare tenetur, vt hic dicit Bernard.

b Grauiori.] sed ẽt ad arbitriũ iudicis, cum hic non sit certa pœna statuta. s. de offi. deleg. de causis.

nus respondere: Nisi forte in vtilitatem[a] † dom⁹ ipsius manifestè constiterit redundasse. Et qui cõtra istud statutũ venire præsumpserit, grauiori[b] disciplinę subdatur.

¶ Gregorius nonus.

¶ Ponit tres casus, in quibus fideiussor contra debitorem agit antequam soluat, vt à fideiussione liberetur.

CAP. V.

EVm, †pro quo te fideiussorem obligãsti, si diu[c] in debiti solutione cessauit, aut dissipare[d] bona sua cœpit: seu super hoc condemnatus fuisti: iure poteris cõuenire, vt te a fideiussione debeat liberare.

EVm pro quo.] CASVS. Obligasti te pro aliquo fideiussorio noīe: quæritur, verũ possis agere ꝯ principalẽ debitorẽ, vt te liberet ab obligatione? Rñdet Papa quod si debitor diu cessauit in solõne debiti, vel si dissipare icipit bona sua, aut si condemnatus fuisti, rectè agere poteris ꝯ ipsum, vt te liberet à fideiussione.

TITVLVS XXIII.

De solutionibus.

Nota quod in tribus casibus potest fideiussor agere cõtra debitorem antequam soluat, scilicet, si debitor diu cessauit in solutione debiti, uel si dissipare incipit bona sua: aut si condemnatus sit fideiussor.

[Glos. seq. tres casus litteræ repetit, alle. concor. & addit quartum, dicens, quod aliàs ante solutionem non agit, & dicit quare. In fi. exponit istud, diu.]

quod prædicti Hospitalarij † quosdã parochianos [a] suos, quorum duo erant infra annos legitimos, [b] receperunt ad ecclesiasticam sepulturã. E contra prædictus proposuit procurator, quod tam ex priuilegio, quã ex indulgentia speciali, licet Hospitalarijs omnes passim, præter excõmunicatos, & interdictos ad ecclesiasticã sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri: fideiq; cõmissa in vltima voluntate relicta, possunt licenter accipere, soluta tantummodo quarta parochiali ecclesiæ, de cuius parochia [c] mortuorũ corpora assumuntur, præterquam de eqs, & armis, [d] quæ indulta sunt in ipsis in † subsidiũ terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur: & infrà. ¶Talẽ super his duximus, sententiam proferendã: quòd prædicti Hospitalarij de cætero [e] non recipiant [f] parochianos ecclesiæ † supradictæ ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos [g] † elegerint sepeliri: & tunc parochialis ecclesia de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus p anima sua in vltima dispositione reliquit, [h] præterquam de equis & armis, recipiat quartam partem, & Hospitalarij residuũ habeãt, nisi dolo [i] vel fraude eorum defunctus inductus fuerit, ad dispositionem huiusmodi faciẽdam. Nihilominus ipsis Hospitalariis iniungentes, vt de quarta triũ millium solidorum Priori satisfaciant memorato: cum cõstet eos a parochianis [k] eius illos solidos recepisse: nec † fuit sufficienter ostẽsum, quòd eorum oblati vel cõuersi fuissent. ¶ Eisdem præterea duximus iniungẽdum, quod nisi probauerint, quod G. † parochianus Prioris, qui fuit interfectus in cãpis, apud ipsos elegerit sepulturã, vniuersa quæ ipsius intuitu receperunt † Priori restituãt memorato: † alioquin quartam partẽ solũmó restituere teneãtur. Pro illis verò quos cõstat infra annos [l] legi-

† id

† prædictæ ecclesiæ

† illos

† Hic in vl gatis ... † VV. † receperunt † Vide l. ...

a Parochianos.] nã & monachi habent populum 16. q. 1. Agapitus.

b Annos legitimos.] vnde non potuerunt sibi eligere sepulturam, quia nec testamentum facere potuissent, vt s. de prob. in præsentia, & 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiui. Sed pater potest eligere filio sepulturam, vt dictum est s. eo. de vxore, quia potest ei facere testamentum. Inst. de pup. sub. §. igitur. quod verum est si ipse faciat sibi alias si non fecerit, sibi nec filio impuberi facere potest Inst. de pup. sub. § liberis. & ff. de inoff. testa. Papinianus, § sed nec impuberis. T.

c Parochia.] sic s. c. proxi. Ber.

d De equis & armis.] hoc inductum fuit fauore terræ sanctæ. 1 sic de his, quę relinquuntur in ornamentis ecclæ, siue ad cultũ diuinũ, nihil deducit, s. de test. c. vlt.

Glos. seq. notat tractum futuri temporis, & c. determinat, signat contrarium, & soluit.]

e De cętero.] & ita tractatus futuri temporis hic ad iudicem spectat simile s. eo. cũ liberũ, in fi. Et sic est ꝯ illud ff. de vsur. l. 1. §. 1. qđ obtinet in his iuribus & seruitutibus, & in annuis prestationibus: quia in talibus actio pertinet ad futurum. ff. si ser. vend. harum. & l. egi, & l. Labeo. & l. illa. de vsur. nõ ꝯdicit, quia ibi nõ cõstabat adhuc de vsuris futuri temporis.

f Recipiãt.] Immò debent cauere neque per se neq; per successores eorũ hoc facturos: & hæc est executio iudicis, quo ad futurum tempus. arg. ff. si serui. vendi. harũ & a iudice posset iniungi sub pœna excõicationis ne hoc facerẽt.

[Gl. seq. signat contrarium, & remittit, & opinionẽ soluit.]

g Apud eos.] & ita vł, quod quis possit eligere sepulturam apud locũ min⁹ religiosũ: qa Hospitalarij min⁹ religiosi sunt q̃ monachi. arg. 12. q. bonę. arg. ꝯ. s. eo. fraternitatẽ. dic vt ibi notatum est. De hac materia cũ qs vult eligere sepulturã, illũ ordinẽ seruabit, q tradit, 13. q. 2. vbicũque. qđ cap. quidã intelligũt de peregrinis, qui nõ hñt propriam sepulturã, qui debẽt sepeliri apud ecclam maiorẽ: Hugo intelligit illud cap. de ciuibus, q hñt propriã sepulturã in ecclesia maiori, q quandoque morantur extra ciuitatem per villas vel castra. qui si ibi decedãt non debent suas sepulturas dimittere sine iusta causa, vt ibi dicitur: aliàs præsumitur illectus vel ex contemptu, vel ex temeritate transire, vt plenè dixi s. eo. fraternitatem.

h Reliquit.] Hospitalarijs iure legati.

i Nisi dolo.] & ita dolus superueniẽs in spiritualibus rescindit ꝯtum: quod est contra id s. quod met. cau. cũ dilecti filij vbi de hoc. & tunc de rebus suis nihil deberent habere Hospitalarij. arg. 20. q. 3. cõstituit. ff. si quis cau. si duo. arg. s. de testib. requisisti. & c. officij. & ff. de arbitr. si duo. & sic propter dolum cessat priuilegium.

k A parochianis.] qui elegerũt sepulturam apud Hospitalarios, & ideò quartam debent restituere parochiali ecclesiæ.

l Annos.] isti non elegerunt sepulturam: nec eligere potuerunt. 2 vnde restituere debent Hospitalarij prædicti, quicquid ipsorum occasione receperunt. Bern.

1 Ad eius acquisitionem & defensionẽ sunt Hospitalarij, & tẽplarij specialiter deputati: vnde talia non recipient diuisionẽ. Ioan. And.

2 Nec p... tes eu... rũt, velut... gerũt... debuit... fuctaio... ca. s. eod... cet. hu... And.

Ex parte.] Communis diuisio. Secunda ibi, Quocirca. Abb. Sic.

CASVS. Quidam nobilis solicitauit sæpe quandã puellã de stupro, & cũ non ꝯsentiret eidẽ, posuit ei insidias super quodã ponte, & dũ fugeret, casu cecidit de ponte, & mortua est: q̃ritur vtrum debeat in cœmiterio sepeliri? mãdat Papa, ꝙ cũ illa nõ sponte ꝑcipitauerit se de põte, sed casu ceciderit, corpus eius dẽt in cœmiterio sepeliri: maximè cũ ex honesta causa fugisse noscat: & cui cõicabatur viuenti, cõicandũ sit iam defunctæ. No. ꝙ qui casu & nõ sponte submergitur, vel morit, nõ priuatur ecclesiastica sepultura. Item nota regulã. Cui viuo cõicamus, & mortuo cõicare debemus.

[Glo. seq. recitatur per quæstionẽ, & soluit distinguendo.]

a Non sponte.] q.d. si sponte nõ esset sepeliẽda i cœmiterio ecclesiæ. 23. q. 5. placuit. sed si sic i credebat euadere posse, nõ imputaret ei, etiã si sponte se ꝑcipitasset de põte, vbi videbat ꝙ euadere posset ar. 13. dist. neruí. cũ pro bono aut licito hoc facere posset: vnde si quid ꝯtrium eueniat, nõ imputatur. 23. q. 5. de occidendis.

[Glo. seq. ponit 7. vel 8. casus, quibus fal lit regula.]

b Cõicabatur.] vel cõicare, d. huiusmodi qui tunc post mortẽ absolueret excõicatus: & ei postea cõicaret. ꝟ. de sen. exc. a nobis. simile. 24. q. 2. c. 1. & c. sane fallit hæc regula in furibus & latronibus. ꝟ. de fur. fures. Itẽ in his q. moriunt i torneamẽtis. 2 ꝟ. de tornea. c. j. Itẽ in raptoribus. ꝟ. de rap. super eos. Item in his qui seipsos interficiunt, vel pro suis sceleribus 3 interficiunt 23. q. 5. placuit. Item in his, qui presbyteros instituunt in testamentis tutores filijs suis. 88. dist. neque apud. Item in quolibet, quem cõstat in mortali peccato decessisse. 13. q. 2. non æstimemus. & cap. prohibentibus. Item in his qui post mortem conuincuntur de hæresi. 4 24. q. 2. sane proferetur.

timos decessisse, quæ sepulturæ eorũ gratia receperunt, restituãt vniuersa.

¶ Idem archiepõ Turonen.

¶ *Casualiter mortuus, priuari non debet ecclesiastica sepultura.*

CAP. XI.

Ex † parte parentum M. nobis est intimatum, quod cum nobilis vir dominus I. de insula Butardi † eidem posuisset insidias, quam solicitauerat sæpe de stupro, & ipsa Gationibus † qui ea rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit casu submersa. ¶ Quocirca mandamus, quatenus cum illa non † sponte [a] præcipitauerit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus eius tradi facias ecclesiasticæ sepulturę: præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur [b] viuenti, communicandum sit iam defunctæ.

¶ Idem Nidrosieñ. archiepiscopo.

¶ *Si ossa excommunicatorũ sunt sepulta in ecclesiastico cœmiterio, & discerni possunt, debent exhumari, & proijci; aliàs secus.*

CAP. XII.

Sacris † est canonibus institutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus [c] defunctis: & vt careãt ecclesiastica sepultura qui prius erant ab ecclesiastica vnitate præcisi, † nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint.

¶ Vnde si contingat interdum, quòd vel excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmeterio [d] ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari [e] debent, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterunt, expedire non credimus, vt cum excommunicatorum [f] ossibus corpora extumulentur fidelium: cum licet non † obsit iustis sepultura nulla vel vilis, impijs tamen celebris, & vel speciosa [g] † non prosit.

¶ Innocentius iij. episcopo Magalon. † 1

¶ *Terra cœmiteriata pro sepultura facienda, vendi non debet.*

Sacris.] Diuiditur: nam præmittit exordium ad probationem dicendorum. Secundo soluendo distinguit. ibi, Vnde. Et secundum mẽbrum distinctionis ibi, Quod si. Abbas.

CASVS. Aliqñ contingit, quòd corpora excõicatorũ per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmiterio sepeliuntur: quæritur an debeant exhumari: Rñdet Papa, si ab aliorum corporibus discerni possunt, exhumari debent, & longè ab ecclesiastica sepultura iactari: si verò discerni non poterunt, non debent corpora illorũ excommunicatorum cum aliorũ corporibus exhumari, cum sicut sepultura pretiosa illis non prodest, sic nulla vel vilis nõ obest iustis. Nota ꝙ cui nõ ꝯmunicamus viuo, nõ est communicãdum defuncto. Item ratione dubietatis aliqd admittitur, quod si certũ esset, repelleretur. Item vtile non vitiatur per inutile. Item nec pretiosa sepultura prodest defuncto, nec vilis nocet.

c Non communicemus.] sic 24. q. 2. c. 1. & 2. nisi viuentes reconciliationem petierint, nec ꝑ eos stetisset quia tunc absoluẽdi sũt post mortem ꝟ. de sent. excõ. à nobis. & 26. q. 6. q. recedunt. Ber.

d In cœmiterio.] cœmiter. 5 dicitur à cęmẽ Græcè, quod est aurum latinè, & teron qđ est terra, inde cœmiteriũ quasi aurea terra, quia est cęteris pretiosior.

e Exhumari.] immo forte nec religiosum locum facit cadauer excõmunicati, si per ignorantiã sacerdotis vel eo inuito inferatur, arg. ff. de rel. & sumpt. fun. sunt personæ. Laur. Et ossa ide proijciẽda sunt antequã consecretur. de conse. dist. 1. ecclesiam. Bernardus.

[Glo. seq. arg. propter dubium, & c. dat similia de connexitate & diffi. ili sepa ratione, alleg. tria iura in contrarium.]

f Excõmunicatorum.] nota arg. ꝙ ratione dubietatis aliquid admittitur, quod aliter non admitteretur. 11. q. 3. nolite. 6 & 13. q. 2. non æstimemus. & ff. de adimen. leg. l. 3. §. si duobus. Item contingit ratione connexitatis. 24. q. 5. denique. & 8. dist. cum omnibus. & ff. de sol. si alieni nummi. & ff de mi. etiam. Item ratione difficilis separationis. ff. de neg. gest. cum eum actum. ff. de admi. tut. l. tutorem qui tut. lam. Arg. contra de pœ. dist. in. 5. sunt qui. & c. 2. & ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. ff. de testa. tut. duo sunt Titij. ff. de manu. test. cum ex pluribus. Io.

g Speciosa.] 13. q. 2. animæ defunctorum.

Marginal notes (inner margin): ...ꝟ. ho & Archi ...onũ sus...citatos. — ...ap. 2. eo. ...i 3. cõpi. — ...ictio Bu...di, deest ...ibus an...nis exem...ptibus. — ...ox, Gar...nũ, vulga ...est Italo ...qui sumo ...fa nulos ...ificant. — ...cte di...non spon...ñã ẽt ob ...tatẽ ser...di nõ li...ffetei spõ ...interfi... B. Tho ...2. 2. q. ...art. 5. ad ...argu...tũ & Ar...diacon. i ...eft no. ...23. q. 5. — ...trosieñ. ...copo. — ...ẽ concil. ...l. sei. 25. ...for. c. 19. — ...ide oino ...niũ Go ...tũ tom. ...n. resol. ...ti. nu. 8. — ...le c. 2 ad ...t. lib 6. ...idẽ glos & do...

Marginal notes (outer margin):
† Cap. 3. eo tit. in 3. cõp. Et vide Alphõsum Castri. li. 2. c. 18. de iusta hære. punit.

† Vide Bare. in l. 2. ff. de ca...r. punitor.

5 Hæc glossula nec est Ber. nec hr̃ i vetustis codicibus. Et autẽ cœmiteriũ di...tũ a verbo, κοιμάω ꝙ est sopio, quasi dormitorium mortuorum.

† Hæc sunt B. Augustini in libro de cura ꝓ mortuis gerẽda, ca. 2.

† pr c. osa.

† Magaleñ. Et i aliquot vetustis pro In. iij. Honorius iij. hr̃.

6 Et facit ad ca q̃ ibi not. & 44. dist. ge...scamus. de quo vide qđ dicã de homi. significasti 2. ver. ꝙ si discerni. I. And.

A Bolendæ.] Primo præmittit abusum, quem secundo tolli mandat ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. Apud Montem Pessulanū erat ↄsuetudo, q clerici nō permittebāt effodi sepulturam, nisi prius eis certū pretiū psolueret: pcipit Papa, istam cōsuetudinē aboleri, & clerici nihil audiant exigere hac de causa. Not. q pro terra in qua sepeliendi sunt defuncti, nihil est exigēdum.

[Glo. seq. dicit sepulturā dupliciter sumi, p loco, & p officio, & loc⁹ tripliciter scilicet, priuatus, religiosus, & sacer. In primo pcedit vēditio, in reliquis non.]

a Sepultura.] sepultura dr̄ loc⁹, siue terra in qua fit sepultura. Si in tali terra nullus vnquā fuit sepultus, nec aliàs est lo⁹ sacer, vt cœmiteriū, licitè pōt vēdi, & ex ea pretiū recipi: quia nemo cōpellēdus ē de suo beneficiū facere. 10. q. 2. pcariæ. & quilibet suæ rei moderator & arbiter est C. mand. in re mandata. & iustū est vnicuique sua cōmittere. C. de Iudæ. nemo exterus. pōt ergo talis terra vēdi, cum nō sit religiosa vł sacra, sed purus dr̄ talis locus. ff. de rel. l. 2. §. pur⁹ aūt. & C. eo. tit. l. locum. & 12. q. 2. aurū. si enim in tali terra aliquis sepultus fuerit, & de voluntate ei⁹ cuius erat locus, amodo sacer factus est. C. de religio. l. 2. ff. eo. l. 2. §. sed & alius. quare vendi non pōt vel obligari, vt si l. pdicta. C. de reli. l. 2. & ff. de re. diui. sacra loca. in fi. & 1. q. 1. dictū est, De tali terra pōt hoc itelligi, vel de terra cœmiterij, q̄ religiosa & sacra dr̄, licet in ea null⁹ sepultus sit. argu. ff. de rei vendic. q̄ religiosis. & 17. q. 4. q̄ squis. & c. sicut antiquitus. & talis terra vendi non potest. 13. q. 2. questa est, & c. pcipiēdū. Item dr̄ sepultura officiū sepulturæ: qd̄ similiter vendi non pōt, si clerici ad hoc teneant, cū habeant bn̄ficiū ab ipsa ecclesia, imò simoniam committunt. j. de simo. non satis. & c. cū in ecclesiæ corpore. & 13. q. 2. in ecclesiastico. & c. questa est. Si verò nō teneantur ad hoc rōne beneficij, pn̄t inde accipere 1 pretiū: quia de suo hoc facere non tenentur 12. q. 2. charitatem. & s. de præscri. cum ex officij.

b Exigere.] licet clerici exigere non possint, laici tn̄ compelli pn̄t pias & laudabiles ↄsuetudines obseruare, si quæ super hoc fuerunt. j. de sim. ad Apostolicā. multa. n. inhonestè petuntur, q̄ honestè recipi pn̄t. 18. di. de elogijs 13. q. 2. questa est. 1. quæst. 2. placuit. & c. quam pio. ff. de var. & extraor. colla. l. 1. § est quidem. 14. q. 5. non sane.

1 Non ex pacto sm̄ Hos. aliàs esset simonia sm̄ eū. j. de sim. in itīn. & ca. nō satis. I. A.

C A P. XIII.

A Bolendæ consuetudinis, peruersitas apud Montem Pessulanū (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, a quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium ecclesiæ persoluatur: & infra.

¶ Mandamus quatenus cum loci diœcesanus existas, inhibeas clericis, ne quicquam omninò præsumant exigere b hac de causa.

¶ Gregorius ix. episcopo N.

Excommunicatus, qui per suum presbyterū fuit absolutus in morte, in cœmiterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum coguntur hæredes.

C A P. XIIII.

P Arochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet, homicidio, incendio, c violenta manuū iniectione in personas ecclesiasticas, d ecclesiarū violatione e vel incestu, fuit, dum ageret in extremis, † per presbyterum suum iuxta f formam ecclesiæ absolutus, non † debent cœmiterium & alia ecclesiæ suffragia denegari. g Sed eius hæredes h & † propinqui, ad quos bona peruenerūt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt ecclesiastica compellendi.

P Arochiano.] Diuiditur: quia duæ sunt partes. Secunda ibi, Sed eius. Abbas.

CASVS. Quidam parochianus fuit excōicatus p manifestis excessibus, homicidio, incendio, & pro violenta manuum iniectione in psonas ecclesiasticas, & p violatione ecclesiarū, & incestu; dū ageret in extremis, fuit absolutus per presbyterum suū iuxta formam ecclesiæ: quæsitum fuit, vtrū deberet in cœmiterio sepeliri? Rūdet, q non debent ei cœmiterium & alia suffragia ecclesiæ denegari, sed heredes eius & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, compellendi sunt vt satisfaciant pro eodem. Not. q cui vnum sacramentum conceditr̄, omnia alia quæ sunt eiusdem censuræ, sunt concedenda. Item sacerdos in necessitate potest absoluere a qualibet excōicatione. Item hæredes tenētur ex maleficio defuncti, licet ad eos nihil ex illo maleficio puenerit.

c Incendio.] incēdiarij verū sint ipso iure excōmunicati, dicetur j. de sēn. excom. tua nos.

d Ecclesiasticas.] isti ipso iure sunt excommunicati. 17. q. 4. si quis suadente.

e Violatione.] violatores ecclesiarū nō sunt ipso iure excōicati, sed tanquam sacrilegi excōicādi 17. q. 4. sicut antiquitus. & c. si quis domum. & c. omnes. Idem est si quis res ecclesiæ inuadat, tanquam sacrilegus excōicetur. s. de foro competen. conquestus.

f Iuxta formam.] de qua habes. j. de sent. excom. ex tenore. & ca. cū desideres. 1. respō. & c. à nobis.

[Glo. seq. arg. alle. 3. iura, duo alleg. in cōtrariū, & soluit.]

g Denegari.] quia ex quo cōmunicauimus ei viuo, & mortuo communicare debemus. s. eo. ex parte & 24. quæstio. 2. sane. Item est hic argum. cui vnum sacramentum conceditur vel negatur, & alia intelliguntur concessa vel negata. 5. dist. ad eius. 95. distin. illud. & 13. quæstio. 2. cap. vltim. Contra infra de tornea. cap. primo, & infra de rapt. super eo. vbi conceditur pœnitentia & eucharistia, & tamen denegatur ecclesiastica sepultura, sed illud fit ad terrorem aliorum. 2

[Glo. seq. reci. per contrarium, & soluit.]

h Sed eius hæredes.] similem casum habes j. de rap. in litteris. Et ita ex hoc cap. & illo patet, q hæredes conueniuntur ex maleficio defuncti, licet nihil inde peruenerit ad eos, quamuis lis contestata non fuerit cum defuncto, cum ad eos bona defuncti peruenerint, vt hic dicit, & 16. q. 6. si episcopum, infra de vsu. tua nos. & intellige hæredem esse hæredis hæredem. ff. de verbo. signi. hæredis. sic hæres hæredis testatoris est hæres. C. de hære. insti. l. vlti. eam & secundum leges hæres tenetur condictione furtiua. ff. de cond. fur. si pro fure. §. si condictio. In casu etiam tenetur filius pro patre, licet non sit hæres. C. de primipilo, cum ex sola. lib. 12. quælibet enim actio ad heredem, & aduersus heredem transmittitur. C. de contrahend. & committen. stipul. veteris. & l. vlti. C. vt actiones ab hæredibus & contra hære. inci. l. vnica. & in delictis 1 licet ad hæredem nihil peruenerit. argum. 1. q. 4. c. ecclesia. §. item peccato Israhelitarum. ver. maximè cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti. Tamen secundum leges non tenetur hæres ex delicto defuncti, nisi in quantum ad ipsum peruenerit, vel nisi lis contestata fuerit cum defuncto. C. si ex delic. defun. l. 1. Sed ex contractu vel quasi, defuncti hæres indistinctè tenetur. C. de actio. & obli. ex depositi. & ff. de re iud. ad ea. §. in contractib. nisi in duobus casibus: vnus est ff. si mēsor. fal. mo. dixe. l. si duobus. §. vlt. alius est ff. de tributo. illud, §. vltimo, Ber.

† Adde q dicat conf[...] tatus in e[...] tremis fac[...] l. 3. cum l. f. ff. de condi[...] mor. B[...] l. 1. C. de s[...] crosan. ec[...]

† al. [...] cēt commu[...] nū, vel alia, &c.

† vel.

2 Concor. cū sitor. [...] in. & l. [...] ritus in [...] de proc[...]

DE PAROCHIIS ET ALIENIS parochianis.

Supra visum est de quodam iure parochiali, qđ cōsistit in funerando: Sed quia poterat dubitari de alijs iuribus parochialibus, ideo subijcitur ista rubrica. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 10. q. 2. & 16. q. 5. & 13. q. 1. per totum.

TITVLVS. XXIX.

De parochijs & alienis parochianis.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Inter episcopum substitutum episcopo haeretico, & ipsum episcopum haereticū reuersum, & ex dispensatione receptum, diuiditur episcopatus modo hic expresso.*

CAP. I.

SI † episcopus a ex Donatistis b ad catholicam est vnitatem conuersus, c equaliter inter se diuidant d eas, quae sic inuentae fuerint, ubi ambae partes e fuerint, idest, vt alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille diuidat, qui amplius tempo-ris in episcopatu habet, & minor f eligat. Quod si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat quem plebs elegerit. g Sed si antiqui catholici suū voluerint, & illi suū qui ex Donatistis conuersi sunt, plurimorum h voluntas paucioribus praeferatur. † Si autem partes equales sunt, maioris i temporis episcopo deputetur. k † Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambae partes fuerint, † ut non possint equaliter diuidi, velut † si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanserit, hoc in eo seruetur quod dictum est, cum de vno loco superius tractaretur,

¶ Ex concilio Maneten.

¶ *Presbyteris parochiales Dominicis diebus & festiuis, parochianos alienos ad Missam admittere non dēnt, si ex contemptu ad eorum ecclesiam accedunt.*

CAP. II.

VT Dominicis, vel festiuis diebus presbyteri antequam Missam celebrēt, plebem interrogent, si alterius l parochianus in ecclesia sit, qui proprio contemptoi m presbytero, ibi velit missam audire: quem si inuenerint statim ab ecclesia abijciant.

Hadrianus Papa. †

¶ *Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter iudicare.*

CAP. III.

NVllus episcopus alterius parochianum iudicare praesumat: n &

S I episcop. a] Habet quinque dicta ad idem tendentia, quae patent in textu. Abbas Siculus.

CASVS. Sic s pōt poni: Episcop. alicuius ciuitatis cū magna parte plebis incidit in haeresim Donatistarum: Vnde sunt pcisi ab ecclesia: in plebe residua constitutus est nouus eps, priore reuertente ad fidem, tum pro multitudine sequentium eum, tum pro utilitate dispensatur cum eo, vt dignitatē recipiat: sed qa alter canonicè ordinatus est, non debet ex toto deponi, sed inter se diuidunt omnia, ut patet in littera. Hodie vero non fieret talis dispensatio: & non tenemet ius hoc cap. Ber. Not. hic habes vnū casum, in quo duo episcopi possunt esse in eodem episcopatu. s. qñ alter labitur in haeresim. & alter canonice eligitur. Item melior est conditio minoris: quia maior diuidet, & minor eliget. Itē voluntas pluriū praeferenda est paucioribus. qđ est verū, nisi à paucioribus opponatur aliquid rationabile & probet, ut sup. de his quae fiant à maio par. cap. cum in cunctis.

a Episcopus.] idest, episcopatus. & sic ponitur contentum pro continēte, uel è conuerso continens pro contento. de cons. dist. 2. cum omne. R.

b Ex Donatistis.] qđ dicitur in hoc capitulo, dispensatiuè dictum est 2 23. q. 4. ipsa pietas. Ber.

c Conuersus.] cum alius episcopus in illo episcopatu iam erat creatus. Laur.

d Diuidant,] scilicet villas, vel parochias vel plebes.

e Partes.] idest, equales nomine. n. partis dimidia intelligitur. ff. de verbor. significa. nomen. ff. de vsu etiā parte. Ber.

f Minori.] Not. meliorem conditionem minoris. Ber.

g Elegerit.] vt si pares sint competitores mulieris, moribus & genere, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. C. de nuptijs vidue.

h Plurimorum.] 65. dist. c. 1. 2. & 3. & sup. de his quae fiunt à maiori parte capitu. capitulo primo. & sup. de electio. licet. in fi.

i Maioris temporis.] hoc ideò dicit, quia praesumitur citius mori. 13. q. 2. illud, & in hoc est melioris conditionis.

[Glo. seq. quaerit, & soluit.]

k Deputetur.] qđ si non cōueniant inter se; Alternis annis percipient redditus. ff. communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu. Vinc.

VT Dominicis.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, qđ sacerdotes ī dieb. Dominicis, & ī alijs diebus festiuis dēnt apponere in ecclesia, vt si est ibi aliquis q ex contemptu dimisit suum presbyterū, statim recedat. Not. qđ nullus psbyter alterius parochianum recipere dēt ad diuina, quod verū est, contēptu plato suo audire velit ibi diuina. absens enim iusta de causa pōt audire diuina in ecclesia ad quam venerit.

l Si alterius.] alienus parochianus dr, licet ibi comparauerit domum non causa habitandi, solam enim habitationem comparare in aliena ciuitate non facit domicilium. ff. ad muni libertus. §. sola. Secus si in vtraq; causa inhabitandi. ff. eo. assumptio. §. iuris prudentib. Vinceñ.

m Cōtempto.] bene dixit. contempto: quia ex iusta causa absens benè potest audire diuina in ecclesia ad quam venerit, argum. 7. q. 1. episcopi. vel presbyteri. 81. dist. cap. vlt. & est simile de pen. dist. 6. placuit. 71. dist. primatus. & 9. q. 2. per totum. Ber.

NVllus.] CASVS. Dicitur, quod nullus eps alienū parochianū iudicet; quia qui eum ordinare, nō potest, nec iudicare. No. quod nullus potest iudicare parochianū alterius: quia ad quem spectat ordinatio alicuius, & eius iudicatio. ergo qui non potest ordinare, non potest iudicare. hoc in intellige de epo: de alijs enim non: quia licet archidiaconus non possit ordinare, potest tamen iudicare, sicut & alij iudices.

n Praesumat.] nisi eo domicilium transtulerit. C. de inco. & vbi quis do ha. si in patria. lib. 10. & infra e. significauit, & nisi ibi deliquerit. infra de rap. capitulo primo.

[Glo.

Marginal notes: pitu. 85. concilijs is. ... casus ... est, & antiquis ... plari... reperi... | ap. 1. eo. ... cōp. ad verū lectum ... capi... videto ... littere ... hunc ... | ide l. & ... haere... §. fin. ... l. seq. ... pact. | deputen... | ... loquit his, qui ... in par... Africae ... praeuale ... Donati ... Inn. ... And.

† fuerint.

† velut sub impari. Velut si impari.

† Vaneten. Naneteñ. sed legendū Nāneteñ. estq; hoc decretū ibi c. 1. non c. 419. vt refert Burchar dus li. 2. dec. c. 91. nec. c. 19. vt refert Iuo par. 2. c. 122. habetur c. 2. eo. tit. in 1. cōpilatione. cōcordat cōcilium Trident. ses. 22. in decreto de obseruandis in celebratione Missae. §. moneant.

† Burchardus. lib. 2. decret. capitulo 39. Iuo, par. 6. c. 140. & c. 3. eo. tit. in 1. comp.

Et videro notas in hunc locum.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit. Secundo argu. & remittit.]

a Ordinare.] sic. 9. q. 2. per totum arg. ꝫ 25. distin. per lectis. vbi dr ꝙ archidiaconus pôt iudicare, 1 sed non ordinare. Illud sic exponę; sicut episcopus non potest alienum parochianũ ordinare, sic nec iudicare; Secus est de inferioribus iudicibus, sicut sunt archidiaconi, & ceteri plati, qui pñt iudicare, sed non ordinare. Et ita arg. habes hic ꝙ sententia à non suo iudice lata non tenet. ĩ. de iud. at si clerici. vbi de hoc. & C. si à non compet. iud. l. 2. & ĩ. de cõsue. ad nostram. nisi in casibus qui notãtur ĩ. de foro compet. cum sit generale.

1 Quid hodie prohibeatur archidiaconi iudicare, uide cõcilium Tridẽt. sessio. 24. de refor. cap. 20. §. ad hæc. & sessio 25. de refor. c. 14.

† Post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. cap. ultimo. & c. 5. eo. tit. in 1. comp.

2 Vide Felinum in cap. quia iudicante, supra de præscrip. & Oldradum consil. 281.

† vel

† liminib.

† Clemens.

infra. ¶ Nam qui eum ordinare a non potuit, nec iudicare potest.

¶ Vrbanus tertius.

Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus cohærentia, præscribi non possunt.

CAP. IIII.

SVper † eo verò quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus & † his, quæ finibus cohærent, b non præscribedis, statutum per canones c esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus † sicut in prouincialibus admittendum: Respondemus, quod bene videtur in vtroque d seruandum, si fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide constiterit ecclesiastica ordinatione statutos.

¶ Celestinus † tertius.

Si parochianus seu diœcesanus domicilium transfert, primus prælatus in eo iura episcopalia seu diœcesana sibi non uendicat: decima ta

SVper eo.] Cõmunis diuisio. Secunda pars ibi, responde mus. Abb. Siculus.

CASVS. In canonibus reperitur, ꝙ limites prouinciarum siue diœcesum, & ea quæ limitibus adhærent, non præscribuntur: quæsitum fuit, vtrum idem sit iudicium in limitib. parochiarũ? Rñdet, ꝙ idem seruandum est in vtroque dummodo cõstiterit limites canonica ordinatione fuisse distinctos, Not ꝙ limites legitimè distincti, & ea q̃ limitibus adhærent, prouinciarum, siue diœcesum. & parochiarum, nõ præscribuntur. Item idem iuris est in minori quod in maiori.

b Cohærent.] principaliter: sicut intelligunt illud: Quę religiosis adhęrent, religiosa sunt, vt C. de rei vendi. quæ religiosis. & ff. de contrahen. empt. in modicis. Vinc.

c Per canones.] 2 qui dicunt, ꝙ limes præscribi non potest, ne prouinciarum termini confundantur. 16. q. 3. quicunque, & c. licet in regulis, & c. inter memoratos. Quod dicit, paro. hiarũ exponunt quidam, idest episcopatum: nam canon prædictus, quicunque de prouinciarum limitibus tantum loqui uidetur, sed tñ hoc non traditur hic aliquid de capellis. Sed uerius uidetur quæstionem fuisse propositam de parochiis nam canones prædicti loquuntur de diœcesibus, i. episcopatib. & quod dicit, sicut in prouincialibus, potest exponi, idest, episcopatibus: sed idem intelligo in limitibus episcopatuum, & parochiarum, & prouinciarum, ex quo ibi distincti sunt fines, præscribi non possunt p. e iura prædicta, cum eadem ratio sit in omnibus: & quod idem sit in omnibus patet satis ex hac decr.

2 Qualiter & quando facta fuerit diuisio prouinciarum, & episcopatuum uide 80. dist. cap. 1. & 99. dist. cap. 1. & 13. q. 1. c. 1.

[Glo. seq. dicit tria argu.]

d In vtroque.] arg. quod idem iuris est in minorib. quod in maioribus arg. ĩ. de præben. maioribus & sup. de ap. ca de appellationibus. Item argumen. quod de similibus simile debet esse iudicium. sup. de rescri. inter ceteras. & ĩ. de transla. inter corporalia. ff. de leg. non possunt. Item argum. ꝙ vbi est eadem ratio, idem debet esse ius. ff. de confir. vlti. cum dilecta. & 2. de const. transla. & c. nam concupiscentiam.

ADDITIO. Argu. ff. ad leg. Aqui. illud. & C. ad l. Aquil. l. fin. Ber.

men prædiales illius parochia sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.

CAP. V.

SIgnificauit † nobis Aconeñ. † episcopus, quod cum post recuperationem Aconeñ. † ciuitatis, ad habitandum in ea, se quamplurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ, in aliis ciuitatibus regni. Hierosolymitani elegerant mansionem: & infra.

¶ Fraternitati, tuæ † mãdamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, ut sibi nullam in prædictos Aconeñ. † habitatores e iurisdictionem vsurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, districtione, qua conuenit, compellatis: ita quod si de agris in eorum parochia constitutis, fructus percipiunt, & in vltra marinis partibus ratione prædiorum: f decimæ persoluuntur, deinceps

SIgnificauit nobis.] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, Fraternitati. Abbas Siculus.

CASVS. Postquam ciuitas Aconensis recuperata fuit à Christianis, multi se transtulerũt ad habitandum illuc, qui ante generalẽ occupationem terræ sanctæ, in alijs ciuitatibus regni Hierosolymitani morabantur: prælati prædictarum ciuitatum volebãt exercere iurisdictionem in prædictis habitatoribus Aconentib. & alia spiritualia & temporalia exigebant ab eis, quibus non ministrabant spiritualia; Episcopus Aconeñ. conquestus est domino Papæ: vnde mandat iudicibus, quatenus compellant prælatos prædictorũ locorum, vt nullam iurisdictionẽ vsurpent in prædictos Aconẽ. habitatores, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant: verũtamẽ si de agris in eorum parochijs constitutis fructus percipiunt, & in partibus vltra marinis ratione prædiorum decimæ soluuntur, decimas illas de cetero integre percipiant, & dicto Acoñ. tanquam suo diœcesano de cætero respondere cogantur. Not. quod licitum est alicui domicilium mutare. Item nota contra episcopos, & archidiaconos, & alios prelatos, qui redditus suos percipere non debent, nisi officium suum in verbo prædicationis & alijs exercuerunt. Item decimę prædiales illi ecclesiæ sunt dandæ, in cuius territorio prædia sunt constituta.

† Cap. vlt. eo. tit. in 1. comp.

† Aconẽ.

† Aconẽ.

† Fraternitati vestræ.

† Aconẽ.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

e Habitatores iurisdictionem.] quia translato domicilio subtracti sunt eorum iurisdictioni. sup. de for. comp. proposuisti. 13. q. 1. ecclesias. § quia ergo, & ibi dicitur quis habere domicilium, vbi habitat. ff. ad municipa. municeps § miles. Sed videtur contradicere quędam lex. ff. de sena. senatores. ubi dicitur quod licet senatores domicilium habeant in vrbe retinent tamen ius in prouincijs undè sunt oriundi. Sed illud uerum est quo ad honores, non quo ad onera. ff. ad municipa. municeps. La.

[Glo. seq. notat, quærit, & soluit.]

f Prædiorum.] no. quod decimæ prædiales 3 regulariter illi ecclesiæ dẽt dari, in cuius parochia prædia sunt sita. argu. 16. q. 1. si quis laicus. & ĩ. de deci. quoniam. & c. cum cõtingat. sic & ciuitati tributum sol-

3 De materia huius glossæ uide Oldradũ cons. 168. & glossam 13. q. in summa faciunt tra... ta per A... 2. q. 137.

uendum est: vbi sunt agri. ff. de censi. forma. §. si verò personales verò decimæ illi ecclesiæ debent dari, in qua diuina audiunt officia. 16. quæst. 1. quæsti. & hic in fi. idem dicit. Sed quid de illis qui inhabitant ciuitatem, & habent prædiã & vineas extra, quæ non sunt in parochia alicui⁹, sed sita in terminis ciuitatis? Videtur esse hoc in episcopi potestate. argu. infra de deci. quoniam. quia non possunt negari quin sint in parochia eius: nō tamē à ratione extraneum est, vt ratione domicilij decimæ persoluantur si consuetudo ita se habet, in talib. enim consuetudo præiudicat. infra. de decimis. ad Apostolicæ. & c. in aliquibus. in fi. Ber.

rum non vult derogare. supra de restit. spolia. litteras, & infra de sen. excō. officij. Et dicit lex, quòd ius constare non potest, nisi sit aliquis iurisperitus, per quē possit in melius perduci. ff. de ori. iur. l. 2. §. post originem Lau.

ADDITIO. Ex hoc textu nota, quòd licet magistri possint glossare sicut placet quo ad primitias non tamē quo ad decimas.

ceps eis ipsas cum integritate persoluant. dicto vero Acon. tanquam diœcesano suo cogantur de cæteris respondere.

TITVLVS XXX.

De decimis, †primitijs & oblationibus.

¶ Hieronymus super Ezechielem.†

¶ *Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

DE DECIMIS primitijs & oblationibus.

¶ Quia decimæ, & primitiæ, & oblationes sunt de iure parochiali, ideò post rubricam præcedētem meritò subiicit ista. Abbas.

De hac materia tractatur 16. q. 1. c. cunctis §. de his vero. vsque ad fi. & q. 7. per totum. 13 q. 1. per totum. de consec. dist. 5. quadragesima. De oblationibus tractat 10. q. 1. & 2. & 25. q. 1. per totum. & 13. q. 2. §. nimirum. vsque ad §. Item quæritur.

Decimā.] Diuidit, quoniam primo agit de quantitate decimarum, exprimēs quatuor genera ipsarum. Secūdo de quātitate primitiarum: ibi, At verò. Abbas Sicu.

CAP. I.

Decimam partem omnium frugum Leuiticę tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est, inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque & †aliæ decimę, quas vnusquique de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas, cum iret in templum in vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & leuitas ad conuiuium a inuitaret. Erant autem & alię, quas pauperibus recondebant. ¶ At verò primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ, b sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum c inolitam, quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam: inter quadragesimam & sexagesimam licebat d quodcunque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateucho e dubium derelictum est, hic † specialiter diffinitur propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis f offerendis.

¶ Pascalis secundus.

¶ *Non potest congrue summari propter varietatem lecturarum.*

CAP. II.

Nouum † genus exactionis est, vt clerici à clericis g decimas exigant, cū nusquā in lege Domini hoc legamus: non enim Leuitæ a Leuitis h decimas accepisse leguntur. Illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium ministeriorum la-

d Licebat.] non licentia dispensationis sed iuris cōis.

e Pentateucho.] liber est sic dictus à pēte, quod est quinque, & teuchos, quod est volumē, quia in vno volumine quinque libri Moysi continentur Ala.

[Glo. seq. quærit. opi. ponit, ex qua ite rū. quærit, & soluit.]

f In primitijs.] primitiæ enim tāquam debitæ exiguntur, sicut & decimæ. argu. 16. q. 1. reuertimini. 32. dist. præter hoc. & infra e. quam sit graue. Sed nūquid in pecudibus datur primogenitum? Hug. dicit de ducentis vnū dandum loco primitiarum. Sed quid si tot non habeat capita? tunc soluat æstimationem secundum quātitatem illius numeri. Durum videretur dare primo genitum si forte non haberet vltra duo capita vel tria, alias minimum esset si haberet quadringenta vel quingēta siue mille. Laurentius.

Nouum genus.] CASVS. Quæsitum fuit à Papa vtrum clerici à clericis decimas exigere possint? Respondet, quod hoc esset nouū genus exactionis, vt clerici a clericis decimas petant, cum in lege Domini non legatur: Leuitæ enim à Leuitis decimas non accipiebant: illi verò clerici, qui ab alijs clericis spiritualia recipiunt, de laborib. suis eis debent decimas dare. Not. clericos clericis dare decimas nō debere.

[Glos. seq. re. per obiect.]

g A clericis.] hoc intellige de dote ecclesiæ, de qua clerici non debent dare decimas, vt 16. q. 1. quæsti. Sed de prædijs proprijs siue patrimonialib. clerici debent soluere decimas, vt 16. q. 1. si quis laicus. & hoc siue prędia sint in propria parochia clericorum siue in aliena. B.

h A Leuitis.] scilicet paribus, quoniam summis sacerdotibus inferiores, decimas soluebant. supra eo. c. prox. Vel non accipiebant Leuitæ à Leuitis, quibus spiritualia non ministrabant.

[Glo. seq. reci. per obiect. quam dupliciter soluit.]

CASVS. Primò ponit tria genera decimarum, secundum quòd olim in veteri testamento soluebantur. Scdo dicit, quòd primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant aliquo speciali nomine designatę, sed pro voluntate sua quilibet offerebat: postea traditio Hebræorū inoleuit arbitrio magistrorum, quòd qui plurimū dabant, quadragesimam partem afferebant sacerdotib. qui minimum, sexagesimam partem: & sic inter quadragesimam & sexagesimā licebat offerre quod volebant, & ita quod prius dubiū erat postea diffinitum fuit propter auaritiam sacerdotum.

a Ad conuiuium.] 13. q. 2. ecclesias. §. his itaque. Ber.

b Diffinitæ.] in qua quantitate dari deberent. Ber.

[Glo. seq. arg. opi. magistrorum, &c.]

c Magistrorum.] nota hic arg. quòd opiniones magistrorum sunt sequendæ, vnde Inn. opinionibus magistro

Marginal notes: ...e mate... huius ti... vide ple... B. Tho & Caie... m. 2. 2. q. 87. & Domini... Sotum de iusti. & iure q. 4. ... 45. Et c. ... tit. in 2. ... pila. Et materia ... Nauar. in Ma... c. 21. de tertio ... epto ec... 2. & ple... per Co... uam, li... ria. reso... cap. 17. vide no... huius ca... tio, & ... in ali... antiqu.

id est Genesis, Exodus, Leuitic⁹, Numeri, & Deuteronomiū. Cōciliū Tridē. sessio. 4. in decreto de canonicis scripturis.

† al. hoc

† Post conc. lium Laterē sub Alex. iii. par. 13. c. 16. & c. 7. eo. tit. in 1. compi. Et hanc decretalem intellige prout declarat eam B. Thomas. & ibi. Caietan⁹. 2. 2. q. 87. ar. 4.

a Debent.] videtur contradicere principio: sed intellige principium capituli de dote ecclesiæ, vt dixi. quod hic dicit, intellige de patrimonialibus. Vel posses intelligere, quòd hic dicit de clericis coniugatis, qui ab aliis clericis spiritualia recipiunt, 1 & hoc innuit lra, & ita planum est. B.

1 In his.n.cõiugati, etiã tonsurati, nõ gaudent priuilegio. j. de cle. coniu. c. vnico. in fi. li. 6. Io. An.

EX multiplici.] Primo ponitur querela. Secundo iudicum datio: ibi, Vnde. Abb. Sic.

CASVS: Inter abbatem & conuentum de Brudeia ex vna parte, & quendã presbyteru in pro ecclesia sua ex altera, talis compositio intercessit scripto authentico monachorum roborata, quòd monachi deberet solvere annuatim dicto presbytero dum viueret, decimas de blado & vniuersis leguminibus, exceptis minutis decimis, quas eis remisit: post ea Abbas impetrauit priuilegium, vt de laboribus suis, quos propriis sumptibus excolunt, decimas soluere non teneantur, nulla de compositione prædicta mentione facta, statim cœperunt excolere suis sũptibus possessiones; super quibus compositio facta erat, & ea occasione subtrahebant decimas: vnde presbyter cõquestus est domino Papæ super hoc, dicit Papa, quòd non fuit suę intentionis, per priuilegium prædictæ compositioni derogare: quare mandat, quatenus Abbas & monachi compellantur prædictam compositionem seruare, vel cum ipso presbytero amicabiliter conuenire, nisi de ipsa compositione in priuilegio contineatur expresse. Nota quod Papa per priuilegium suum non intẽdit reuocare compositionem, de qua in priuilegio mentio non habetur. Item priuilegium veritate tacita impetratum non valet.

† Credo hũc esse Hadrianũ iiij. qui proximè pcessit Alex. iij.

† Ca. 17. e. ti. in 1. cõp. Et post concil. Lateran. sub Alex. iij. pa. 13. c. 11.

† Interuenerit.

† Quietas lego ex antiquis nõ. quitas, vt in nõnullis recentioribus.

bores accipiunt, decimas eis debent. a

¶ Hadrianus † Vigor. & Herfordeñ episcopis.

¶ Compositio super decimis nõ tollitur, per priuilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

CAP. III.

EX † multiplici conquestione V presbyteri accepimus, quod cum inter Abbatem de Brudeia, de consensu totius conuentus, & prædictum presbyterum talis intercessit † conuentio, scripto monachorum authentico roborata: quod monachi dicto presbytero & ecclesiæ suæ, de blado & vniuersis leguminibus, quãdiu viueret b decimas persoluerent, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter quietas c † clamauit: idem Abbas à nobis priuilegium obtinuit vt de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas soluere teneantur: & infra. ¶ Vnde quia non fuit nostræ intentionis, d per priuilegium nostrum conuentioni derogare prædictæ: Mandamus quatenus Abbatem & monachos, vt eandem e conuentionem (non obstante dicto priuilegio, nisi de ipsa contineatur f in eo) inuiolabiliter teneant & obseruent: vel exindè secum pacificem conuenient, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem Thomæ Cantuarieñ. † archiepiscopo.

¶ Monachi tenentur soluere decimas pro laboribus de prædijs nouiter cultis, de quibus, decima prius soluebantur.

CAP. IIII.

COmmissum † nobis: & infra. ¶ Peruenit ad nos, quòd monachi g de Bosse, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persoluunt. ¶ Ea propter mandamus, &c.

[Gloss. seq. recitetur per quæstionem.]

b Quandiu viueret.] hic simpliciter & pure facta fuit compositio super decimis; ergo de omnibus præsentibus & futuris intelligendum est: vnde si postea alias possessiones monachi acquisierunt, sub eadem compositione intelliguntur, infra de priuileg. quia circa.

2 Modus dicendi vulgaris Italorũ, hoc est, lechiamo frãche.

c Quietas 2 clamauit.] arg. quòd rebus nondum habitis possit quis renũciare. ff. de acquir. hære. ts qui. Ar. 2 contra ff. de reg. iur. qui potest. Sol. non potest quis renonciare iuri antequam tibi competat, vt ibi dicitur: pacisci tamen potest, vt ff. de pactis. & l. hæredi. §. filiusfamilias. & C. de pact. l. 1. & hic R.

3 Vide text. in l. non dubium. & ibi Bar. & glos. C. de legib.

[Glo. seq. arg. in contrarium, & soluit.]

d Intentionis.] nota secundum intentionem domini Papæ priuilegium fore intelligendum. 3 sic etiam rescriptum quo conceditur beneficium. supra de prab. cap. vltim. & supra de rescrip. mandatum. Item argu. quod Papa per suum priuilegium, siue rescriptum, non vult facere alicui præiudicium. supra de offi. ord. licet. & j. de vsu pal. ex tuarum. supra de offi. deleg. super e. & hoc ideo est hic, quia priuilegiũ illud fuit tacita veritate impetratũ: vñ nõ valuit. quod si dixisset, priuilegiũ non fuisset concessum. j. de rescrip. super litteris.

e Eandem conuentionem.] & ita patet quod conuentio põt interuenire in spiritualib. saltẽ inter ecclesiasticas personas. j. eo. suggestum. & cũ nuper abbates. & j. de transac. cap. 3. Sed ad hoc vt cõpositio sit perpetua, debet auctoritas epi interuenire vt j. de transi. de cætero. & c. 2. aliàs erit personalis, vt j. de trãs. veniens. & hic fuit cõpositio psonalis: quia auctoritas superioris non interuenit, vt patet ex eo quod dicit, j. quamdiu viueret. & sic in vita sacerdotis tantum durauit compositio.

† Hunc et itimo esse Tho. Cantuarieñ. archiepiscopum circa annum Christi pro hoc ecclesia ... sub Alex. ...

f Continea tur.] nã si de cõpositione facta fuisset mentio in priuilegiis, & ex certa scientia, Papa derogasset huic compositioni: argu. supra de rescrip. non nulli. & infra de cape. mo. ex parte. Ber.

† C. 3. e. ti. in 1. compil. Et post concilium pa. c. 3.

COmmissum.] Primo ponitur querela. Secundo iudicis datio: ibi, Ea propter. Abbas.

4 Quid opertur clausula ex certa scientia, tradit te Antonius Gabriel ... conclusione ...

CASVS. Monachi de Bosse, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas integre non soluebant: conquestus rector illius ecclesiæ dño Papæ: vnde mandat archiepo Cantuarieñ. quatenus monachos compellat, vt decimas de terris cultis, in quib. olim domus constructæ fuerant, ecclesiæ prædictæ cum ea integritate persoluant, qua prius solui consueuerant, anteq̃ in eadem parochia moraretur: & sicut decimæ olim soluebantur de pascuis, ita & nunc soluantur de eisdem, ad frugum fertilitatem translatis absque diminutione. Nota, decimas integre persoluendas.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

g Monachi.] non dicit hic de qui monachis: vnde si intelligis cap. de Cistercieñ. loquitur de possessionibus, quas non excolunt suis sumptibus & laboribus de quibus soluere debent decimas. infra e. ex parte. Vel forte per subtractionem illarum decimarum parochialis ecclesia enormiter lædebatur, quod esse non debet. infra de ver. sign. quid per nouale. arg. C. de preci. Impe. offer. quoties rescripta. 5 Si vis intelligere de aliis monachus, planum est qui decimas soluunt nisi de non alibus cultis sui. sumptibus, & de nutrimentis animalium. infra eo. ex parte.

5 Vide de ... gl. ...

a Inte-

quatenus eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus cõstructæ fuerant, præfatę ecclesiæ cũ ea integritate [a] persoluant, qua priusq̃ in eadẽ parochia morarentur, solebant psolui compellas. Et sicut etiam de pascuis [b] olim decimæ persoluebantur ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatẽ translatis, decimas, volumus absque diminutione persolui.

¶ Alexander tertius Cantuariẽ. Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Per excommunicationem compellitur quis ad soluendas decimas de molendinis, & alijs hic contentis. & ca. seq. hoc dicit cum seq.

CAP. V.

PEruenit † ad nos: & infra. ¶ Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excõmunicationis districtione cõpellere, ut de prouẽtib. molẽdinorũ, [c] † piscariarum, fœno, [d] & lana, [e] decimas, ecclesijs quibus debẽtur, cum integritate persoluant.

¶ Idẽ Vintoniẽ. † episcopo.

Summatum est cum precedenti, & declara vt in præcedenti dictum est.

CAP. VI.

NVncios: † & infra. ¶ Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus, [f] & de omni fructu decimas persoluere ecclesiastica districtione compellas.

¶ Idem Exoniẽ. episcopo.

Decima fructuũ, statim cũ collecti sunt solui debet, non deductis expensis.

CAP. VII.

CVm † homines de Hortona de frugib. nouem partibus sibi retentis, decimam ecclesię cuius parochiani [g] sunt sine diminutione soluere teneantur: & antequam id faciant, seruientibus & mercenarijs suis, de frugibus nõ decimatis [h] debita totius anni pro seruitio suo impendant; tunc demũ de residuo decimã persoluẽtes: Mãdamus quatenus eos cogatis, vt decimã statim † fructibus [i] collectis psoluãt atque de subtractis & retentis dignam satisfactionem [k] exhibere procurent.

¶ Idem monachis de Neucleñ. †

Priuilegiati super decimis non soluendis de his prædijs, quæ ab alijs conducunt, decimam soluere tenentur.

CAP. VIII.

DIlecti † filij Abbas & fratres sãctę Crucis, sua nobis conquestione monstrarũt, quod pdia vndè decimas, &

a Integritate.] sic. infra eo. c. prox. & c. non est. & c. cũ homines. & c. tua nobis. & 16. quæst. 1. si quis laicus. ff. de pub. & vecti. Imperatores. B. c.

] Glo. seq. quærit & soluit.]

b Pascuis.] quæ ergo dicuntur noualia, à quib. oẽs religiosi sunt exẽpti? Dicas quod illa dicũtur noualia, quorum non erat memoria, q culta fuissent. j. de verb. sig. quid per nouale. & q̃ prius erant quasi inutilia, vt montana paludes, vñ parochialis ecclesia nihil aũ pcipiebat, vl ita modicũ q sine lęsione poterat amittere illud & ita ista pascua non erant prius inutilia. vel area siue dom?, vndè nõ deberẽt dici noualia per ca. quid per nouale.

P Eruenit.] Capitulum istud & sequens per se patent.

c Molendinorum.] etiã si sit ad ventũ. j. eo. ex trãsmissa. Bern.

d Fœno.] de omnibus enim quæ fidelis homo acquirit, debet soluere decimas. j. eo. ex transmissa, & de venatione, & de militia. 16. q. 1. decimas. & q. 7. quicunque B.

e Lana.] in pecudũ fructu, lac, lanaq; fœtos habẽt, ff. de vsu. l. in pecudum. & Insti. de rediui. §. in pecudum.

f NVncios.] De apib.] & omni fructu licitè acquisito. j. eo. ex transmissa siue de animalib. s. c. prox. siue intuitu prædiorum, siue intuitu psonæ, s. de paroch. c. vlt. & j. eod. pastoralis. Ber.

CVm homines.] primo ponit factum reprehẽsibile. Secundo corrigi mãdat ibi: Mandamus. Abb.

C A S V S. Homines de Hortona tenentur soluere decimas parochiali ecclesiæ: sed antequam id faciant de fructibus non decimatis satisfaciunt seruientibus & mercenarijs suis pro debito totius anni & de residuo decimas persoluunt: mandat Papa, vt statim collectis fructibus ante aliquam deductionem decimam soluere compellantur, & de subtractis faciant competenter. Nota decimas persoluendas ante aliquam deductionem.

g Parochiani.] argum. decimas esse dãdas illi ecclesię vbi quis accipit ecclesiastica sacramenta etiã prædiales tamen contrariũ est verũ, q pdiales potius dari debẽt illi ecclesiæ, in cuius territorio sita sunt prædia. sup. tit. prox. ca. vlt. nisi consuetudo in contrarium esset. j. eo. cũ sint homines. Ber.

h Non decimatis.] de oĩbus enim satis, & plãtatis, & de omnibus fructibus possessionum & animalium, & omnibus fructib. ratione prædiorum prouenientibus, nullis expensis deductis decimæ sũt soluẽdę. j. c. nõ est in potestate. & c. tua nobis. De alijs verò q̃ prouenjunt ex negotiatione & artificio deducendæ sunt expensæ, & de residuo persoluenda decima. j. c. pastoralis.

[Glos. seq. quærit, & soluit.]

i Fructibus collectis.] idest, quã citius & competentius solui possunt: quia tardius dare peccatum est. 16. q. 1. decimę. & qui nõ facit statim, in mora intelligitur vndè periculum decimarum ad ipsum spectat. ff. de leg. 1. cum res. §. vlt. & s. de commo. c. vnico. Sed quid si sacerdos tunc recipere noluerit? nõ est periculum illius. ff. de solu. q decem 1 si tamen postea sacerdos voluerit recipere rursus incipit esse rusticus in mora. ff. de actio. empt. & vẽdit. si, per emptorem. §. quod si e. ff. de nou. ope. nun. prætor. §. penul. ff. quor. leg. l. 2. §. vlt. semper enim posterior mora nocet ei per quem fit. ff. de peric. & commo. rei vendit. illud. ff. de vsur. debitor. Ala.

K Dignam satisfactionem.] sic. 16. qu. 7. quicunque. & c. omnes decimæ. & q. 1. si monachus.

DIlecti.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Vnde. Abbas Siculus.

C A S V S. Monachi de Neucleñ. habebãt priuilegium de non dandis decimis de terris, quas colunt suis sumptibus: ipsi conducebant prædia aliorum in parochia monachorum sanctæ Crucis, de quibus prædijs monachi sanctæ Crucis, percipere decimas consueuerunt, de quibus in magna parte sustentationem habebant: & occasione priuilegij prædicti decimas non soluebant monachis sanctæ Crucis, de prædijs conductis: unde cum ipsi monachi enormiter grauarentur, conquesti sunt domino Papæ: vnde scribit eisdem monachis de Neucleñ. dicens, quod non

suis in

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. Et post concilium part. 4. c. 4. & vide B. Thomam 2. 2. q. 87. ar. 2. ad quartũ argumentũ. & Guidon. Papæ decisio. 383.

† statim de fructibus, &c.

† Nembie. Noruole. Neuolo. Neuelo. Nouolesia.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõp. & post cõcilium part. 13. cap. 2.

1 Debens x. si obtulit illi creditoris qui recusauit sine iusta causa illa recipere: si perdit illa sine culpa, doli mali exceptione tutus est, etiam si aliquãdo interpellatus nõ soluisset. Io. And.

fuit intentio antecessorum suorum, vt de possessionib., quas conducunt, decimas non persoluant: quare mandat eisdem, vt de prædijs conductis, monachis prædictis integre decimas persoluant, vel cum eis amicabiliter conueniant. Nota priuilegia sic intelligenda, vt intellexit auctor ipsorum. Item priuilegia non sunt amplianda, quia sunt odiosa.

[Glossa seq. recit. per obiectionem, & solutionem.]

a Conduxistis.] si propria non sufficiunt, licitum est clericis conducere aliena prædia, vt hic patet: & in Auth. de san. episc. §. aliud. colla. 9. & sic non obstant quæ consueuerunt signari pro contrarijs. j. ne cleri. vel mo. ca. 1. 2. & 3. & 86. distin. peruenit. Bernar.

b Enormiter.] in hoc casu perditur priuilegium. j. c. prox. & j. de verb. sign. quid per nouale.

c Nec fuit intentionis.] forte habebant isti etiam monachi priuilegium, vt de laborib. suis decimas nõ darent: sed istud priuilegium Papa non vult extendi ad conductitias possessiones: & sic debet considerari scribentis intentio. j. de rescriptis. mandatum & c. ad aures. & supra de præbend. cap. vlti. & capit. cum causam. 35. quæst. 3. quod scripsi, & sup. cap. 3.

d Componatis.] & sic compositio bene potest fieri super decimis. De hoc dixi supra. eo. ex multiplici.

† ad firmã. id est, ad certam pensionem titulo locationis, vt notaui in ca. vestra, 7. de locato.

† conducitis

† Doleñ.

† Cap. 9. eo. tit. in 1. cõp. & post concilium Laterañ. sub Alexand. iij. par. 13. c. 4.

in magna parte sustentationẽ consueuerũt habere, a plerisque laicis conduxistis [a] & recepistis ad† firmam. Vndè quoniã ijdẽ fratres ex hoc grauantur enormiter, [b] nec fuit intentionis [c] nostræ aut antecessorũ, nrõrũ vt de possessionibus, quas conduxistis, †decimas non soluatis: Mãdamus, quatenus de prædijs quæ cõduxistis in parochijs suis, de quib. cõsueuerũt decimas percipere, plenario soluatis eisdẽ: vel cum ipsis amicabiliter componatis. [d]

¶ Idem Abbati & fratribus Doloñ. †

Reuocatur priuilegium, si ex post facto incipit enormiter nociuum esse.

CAP. IX.

SVggestũ † est ex parte vestra, qđ Abbas & fratres monasterij de Vrsiñ. decimas a vobis auferre conãtur: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus cum prædicto Abbate & fratribus, super ipsis decimis componatis: nã qñ Romana ecclesia ordini vestro priuilegia [e] de decimis dederat, ita erãt raræ Abbatiæ vestri ordinis, qđ exinde nulli poterat de iure scandalũ suboriri; sed tũc intantũ augmẽtatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quod multi viri ecclesiastici, de vobis apud nos quærelam † sæpè proponunt. [f]

SVggestum.] Communis diuisio, consultatio & responsio. Secunda pars ibi. Discretioni. Abb. Sic.

CASVS. Abbas & fratres Doloñ. monasterij conquesti sunt Domino Papæ, quod cum ipsi habeant priuilegia de non dandis decimis, monachi de Vrsiñ. decimas auferre conantur ab eis, contra tenorem priuilegiorum suorum: Vnde mandat abbati & fratribus, vt super decimis illis componant: quia quando Romana ecclesia ordini illorum priuilegia de non dandis decimis concessit, ita erant raræ abbatiæ illius ordinis, quod nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed modo intantum sunt augumentatæ, & possessionibus ditatæ, quod multi viri ecclesiastici, de ipsis proponunt querelam. Nota quod super decimis compositio fieri potest inter ecclesiasticas personas. Item si priuilegium ex prece factum incipiat enorme detrimentum inferre, reuocandum est priuilegium.

[Glo. seq. arg. alleg. 3. iura. & duo alleg. in contrariũ & soluit dans regulam. & quinque casus.]

e Priuilegia.] arg. quod secũdum diuersitatem tporũ & varietatem rerum priuilegia sunt variãda. argu. 29. dist. cap. quia sancta. §. verum, & j. de consan. & affi. non debet. 12. q. 1. videntes. Sed contra: quia priuilegia perpetua firmitate constare debent. 25. q. 2. c. 1. & 2. Solu. quod ibi dicitur, verum est, & generale, & perpetua sunt, & immutabilia: sed quod ibi dicitur, speciale est; & causa noua superueniente bene perditur priuilegium; puta si quis abutatur priuilegijs. 11. q. 3. priuilegium. & 74. dist. vbi ista dicitur. Item propter delictum ciuium perditur priuilegium 25. q. 2. ita nos. Item per negligentiam spatij x. anno. ff. de nundi. l. 1. Item per contrariũ factum. sup. de præb. pro illorum. & sup. de constit. cum accessissent. & j. de priuil. in terra. Itẽ cũ enorme præiudiciũ alij inducit. vt hic. & j. de verbo. sign. quid per nouale & sup. prox.

ADDITIO. Vnde versus;

Indultum tollit contemptus, crimen, abusus.

Oppositum factũ, damnum, tẽpus variatum.

f Querelam sæpe proponunt.] vbi enim priuilegiũ ex post facto recidit ad iniquũ cõpendium, principis est æstimõ. ff. de reg. iuris Neratius in fi. quia bñficia principalia ipsi principes solẽt interpretar. ff. de vul. sub ex fa. cto. sim. 63. dist. c. quia sancta. §. verum.

1 Adde quod rescidat priuilegia per Oldradum cõsil. 96. ad. de Iasocca in l. si. eccl stit. princ. & Pelitium in c. cum accessissent. j. de constit.

† querimoniam.

¶ Idem Terraconeñ. † archiepiscopo.

Cistercienses, Templarij & Hospitalarij, decimã prædiorum suorũ, quæ proprijs manibus aut sumptibus excolunt, soluere non tenẽtur alij verò religiosi non soluunt decimas de hortis, & nutrimentis animaliũ, nec de noualibus, quæ proprijs manibus ac sumptibus excolunt.

CAP. X.

EX † parte tua ad nos noueris peruenisse, qđ alibi monachi & nigri, & qdã, † alij religiosi, ecclesias tuæ iurisdõ

EX parte.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Sane. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachi albi, & nigri, occasione priuilegiorum, quæ super non dandis decimis sibi concessit Romana ecclesia, spoliare præsumebant ecclesias iurisdictionis Terracoñ. archiepiscopi: vnde ipse significauit hoc domino Papæ. & ipse rescribit ei dicens, quod prædecessores Alexandri fere omnibus religiosis concesserunt decimas de laboribus suis, sed Hadrianus postmodum fratribus Cisterciensis ordinis, Templarijs, & Hospitalarijs decimas laborum, quas proprijs manibus & sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum. & de hortis & de noualibus suis: quas proprijs manibus & sumptibus excolunt, & alijs concessit vt decimas non persoluant: & Alexander super hoc imitatus est Hadrianum: vnde præcipit, quod illi quibus hoc indultum est, occasione decimarum de alijs rebus ecclesiarum suarum decimas subtrahere non præsumant, vel sibi aliquid vlterius vendicare. Nota quòd priuilegium non debet ad aliud extendi quàm ad ea quæ continentur in ipso.

† Turoñ. Terrakoñ.

† Cap. 10. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium par. 13. cap. 5. & de intellectu vide Cardinalem in l. 1. ff. de legi. 1.

† quidã alij viri religiosi, & c.

a Prædecessores.]scilicet Pascalis ij.& Gregorius.16. q.1.decimas.12.q.1.quia tua.

[Glo.seq.tractat tria tempora circa decimas monachorum primitiuoru, Paschalis & Hadriani,& vltimo 4.casus excipit.]

nis redditibus decimarũ occasionẽ priuilegiorum, quæ sibi Romana indulsit ecclesia, spoliare præsumunt. ¶Sanè nolumus te latere, quòd prędecessores a nostri ferè omnibus religiosis decimas laborum suorum b concesserant. † Sed prędecessor noster Hadrianus, solis fratribus Cistercíẽsis † ordinis,& Templarijs, & Hospitalarijs decimas laborum suorũ, quos proprijs manibus vel sumptibus colunt, indulsit: cęteris verò, vt de noualibus c suis, quę proprijs manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animaliũ suorum, & de hortis suis decimas non persoluant: quẽ sumus super his imitati. Quare hi, quibus hoc indultum est, hac occasione decimas de alijs rebus ecclesiæ suæ non possunt subtrahere, vel sibi aliquid vlterius vendicare.

¶Idem.

¶Priuilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quæ alijs traduntur excolendæ

b Laborũ suorũ.] hoc intellige de proprijs possessionibus, & non de conductis ad firmam.s.eo.dilecti. Quia verò de decimis monachorũ variè loquuntur, iura, ideò nota ꝙ monachi i primitiua ecclesia decimas dabãt de pdijs & laborib. suis, tanq̃ laici.ar.16.q.1.alia causa.t & c. gñaliter. & 12.q.1.duo.in fi.vsq; ad tẽps Paschalis ij. Postea verò idẽ Paschalis & concilium Moguntinum statuerunt, ꝙ nec monachi, nec religiosi nec aliqui cõmuniter viuentes, decimas de suis laboribus soluerent.16.q.1.quesiti. & c.decimas. Tpe verò procedẽte Hadrianus Papa solis Cistercieñ.Hospitalarijs, Hierosolymitanis, seu Tẽplarijs cõcessit hoc priuilegiũ, vt ð laborib. suis, quos pprijs manibus excolunt, decimas soluere non tenerentur: Alijs verò monachis concessit decimas tm̃ de noualibus, quæ colũt suis manibus,& de hortis, & nutrimentis animalium suorum, vt hic dicitur. & sic modò seruatur. Et ita est tenendum, ꝙ Cister.Templarij.& Hospitalarij ðcimas de suis possessionib9 quas suis laboribus excolunt, soluere non teneñ, vt hic dr̃, & in duob.proxi.c. seq. nisi pacto ad hoc teneant.s.eo.ex multiplici. vel nisi parochialis ecclesia enormiter læderetur. s.e.dilecti.& c.suggestum. & j.de verb.sig. quid per nouale.uel nisi soluendo renunciauerint priuilegio suo.j.de priui.accedentibus.& c.si de terra. Et hæc q̃ dicta sunt vera sunt de monachis qui populum non regunt, sed si monachi habent populum, bene possunt recipere decimas personales & prædiales.16.q.1.moderamine. Hodie verò abbates Cistercieñ.& alij, qui simili gaudent priuilegio de possessionibus, quas acquisierunt post cõcilium generale, uel de cætero acquirent, soluere tenentur decimas.j.eo.nuper.Tanc.

c De nouallibus] quid sit nouale, dicitur j.de ver.sign. quid per nouale.& j.de priuile.c.vlt.

LIcet.] CASVS. Religio, quibus cõcessum est, vt de laboribus suis, quos proprijs manib.aut sumptibus excolunt, decimas non psoluant, si possessiones suas alijs tradunt excolẽdas, decimas de illis soluere teneñ ecclesijs parochialibus, in quibus priuilegium locum non habet.

d Proprijs manibus.] & sic loquitur de Cistercieñ. Templarijs,& Hospitalarijs, quibus hoc priuilegium concessum est. a s.eo.cap.proxi.Bern.

CAP. XI.

LIcet † de benignitate sedis Apostolicę sit vobis indultum, vt de laboribus, quos proprijs manibus d vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: propter hoc tamen non est licitũ vobis, decimas de terris vestris substrahere, quas aliis traditis e excolendas.

¶Idem.

¶Priuilegiũ super decimis laborum, etiam ea quę non sunt noualia comprehendit.

CAP. XII.

AD † audientiam nostram: & infra. ¶Illud priuilegii capitulum praua quidem interpretatione f peruertentes, quo Cisterciẽsib. indulgetur, ne de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt aliquis decimas ab eis exigat: asserunt, g quod pro laborib. noualia intelligi debent: & infra. ¶Mandamus, quatenus nõ permittatis hoc fieri: nam si intelligeremus h tantummodò de nouallibus, vbi ponimus † de laboribus, de nouallibus poneremus. †

e Traditis.] ad hoc enim non extenditur priuilegiũ, nec ad illas, quas conducunt ab alijs ad firmã.s.eo.dilecti. Et sic priuilegium intelligit de proprijs possessionibus, quas, colunt proprij sumptibus.

AD audiẽtiã.] Primò ponit prauã interpretationẽ, quã sťð ò re,pbat ibi, Mãdamus. istud c.emanauit ad declarõnẽ ca.ex parte.& s.eo.l. CASVS. In priuilegijs Cisterciẽsium continetur, ꝙ de laboribus quos pprijs manibus, aut sumptibus excolũt, decimas non psoluant: quidã malitiosè interpretãtes verbũ illud, de laboribus, dicunt: de laboribus, idest, de nouallibus: verbũ illud ad noualia restringẽtes: puenit hoc ad notitiam dñi Papæ: vndẽ mandat quatenus prælati hoc ð cętero fieri non pmittant si eni Papa itellexisset de nouallibus: ubi posuit, de laboribus: posuisset, ð nouallib. Nota, ꝙ priuilegiũ principis malitiosè nõ est interpretãdũ. Itẽ non est recedẽdũ à forma verborum.

f Interpretatione.] & malè: quia priuilegium principis largissimè iterpretãdũ ẽ.j.de ver.sig.olim. s.de do.cum dilecti. & C.de bon.quæ liber.cum multa. in fi. ff. de consti.prin.l.vlt. & ff.de re iud.quidam consulebant. & infamiam iuris incurrit qui priuilegium principis strictè interpretatur. C.de leg.l.2.& verba calumnianda non sunt.ff.ad exhi.l.penul.

g Asserunt.]& malè: quia si verbum esset ambiguũ, latissima esset interpretatio facienda.ff.de cõsti.prin.beneficium. vel ipse idem princeps deberet suum priuilegium interpretari.C.de leg.l.vlt.& j.de sen.excõ.inter alia,& s.de iudi.cum venissent.11.quæst.3. §.ex his. & priuilegum aliquid debet concedere: alias inutile esset.j.de priuilegijs.in his.

h Intelligeremus.]arg.ꝙ à forma verborum sine certa scientia non est recedendum 31.dist.omnino. ff. de leg.3.non aliter & 31.q.1.§.quomodo virginibus.C.de cad.tol.l.vnica.§. si verò. & de consec.di.4.si quis præsbyter.& s.de transla.inter corporalia. & C. de proc.eius qui libertatem meruit.l.vnica.28.q.1.sic enim.ver.cum verò dicit, ego dico, non dominus.

Marginal notes: † Cap.ít.eo tit.in 1.cõp & post cõcliũ part.13 cap.6. — a Idẽ tñ in quibuscunq; alijs, ẽt nõ religiosis, q.b. idẽ cõpeteret in spãli priuilegio, licet non in corpore iuris clauso. Ioan. And. — †Cap.13.eo tit.i 2.cõpil. & post cõcilium Later.sub Alex.iij.par.13.c.8.Et Couaruuiã ĩ li.1.varia.resolut.ca.17.num.3. — † posuimus — † Vide l.ab hostib.§.sed qð simpliciter.ff.ex q.b.causis ma.& l.3.ff.ð offi.prælid.

Quoniam,

QVoniam.] Primo ponitur consultatio: Secundo ratio: ibi, Respondemus in qua distinguit. Secundum membrum prosequitur: ibi, Alioquin. Abbas.

CASVS. Eps Brixien. q̃siuit a dño Papa, quid de decimis noualiū suæ diœcesis sit statuendū. Rñdet Papa, q̃ si noualia illa sūt infra certā parochiā alicuius[a] ecclesiæ, decimas illas faciat assignari illi ecclæ, sua parte sibi retenta: si verò non sunt infra certam parochiā, de illis disponat put sibi placuerit. Nota q̃ decimę noualium illi eccl̃a dari dēnt, in cuius[b] parochia surgūt noualia alioquin in dispositione sūt epi.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

a Paro hiā.] qd si sint nulle? Considerandū est cui prouinciæ adhæreant, & de illa quomodo sunt, & ibi debent decimas, & ibi iudicētur. ff. de iudi. in sulæ.

[Gl. seq. signat ɔ̃trium & remittit.]

b Tua parte.] eādē quā de antiquis principijs, & nō maiorē: q̃a nō debent in his duplicib. pc. dere. 12. q. 2. cognouim⁹. & j. eo. cū in tua. & j. de cēsi. ecclesijs. hæc est quarta. 10. q. 3. vnio. Vel intellige s̃m diuersā cōsuetudinē locorū, ĩ. de sepul. certificari. Arg. ɔ̃. j. c. cū cōtingat vbi dr̃, q̃ d iure cōi ad parochiales ecclesias pertinet perceptio decimarū, & ibi soluitur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c Eidem ecclesiæ.] sed nōne debent vbi coloni recipiūt spiritualia. 16. q. 1. quæsti? Rñdeo, non, q̃a decimæ & tributa dātur ratione pdiorū, & nō psonarū. ff. de publ. & vectig. imperatores. 16. q. 1. si quis laicus. & ca. decimæ. & ff. de censi. forma censualis. §. si verò quis.

† Ca. 25. e. ti. in 1. compil. & post concil. Lateran. sub Alex. 3. par. 50. c. 40.

† alijs ecclesijs, &c.

† Post concilium par. 26. c. 21. deest in scriptio. cap. 26. eo. tit. in 1. compilat. Vide beatū Thomā 2. 2. q. 87. art. 1. & diuino cōcilium Tridē. sessio. 25. de refor. c. 12.

† Abienen. Ambien.

† Cap. 27. eo. tit. in 1. cōpil. & post concilium par. 50. cap. 29.

¶ Idem Brixien. episcopo.

¶ Decimę noualium debentur ecclesię, in cuius parochia surgunt, si verò nō sunt in certa parochia, debentur diœcesano, qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesię concedere.

CAP. XIII.

QVoniam † à nobis sollicitudo tua requirit, quid de decimis noualium tuæ diœcesis tibi sit statuendum: Respondemus, vt si terræ, quæ arabiles sunt, intra certā alicuius ecclesiæ parochiā[a] fuerint, decimas earum (tua parte[b] retenta) eidem[c] ecclesiæ facias assignari: Alioquin ipsas secundum discretionem à Deo tibi datā, alij † ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

¶ Idem Remensi † archiepo.

¶ Decimę possunt exigi.

CAP. XIIII.

PArochianos: & infra. ¶ Cum decimæ non ab homine, sed ab ipso Domino[d] sint institutæ: quasi debitum[e] exigi possunt.

¶ Idem Ambianeñ. † epo.

Decima laico iure hæreditario concedi non potest.

CAP. XV.

AD † hæc donationē decimæ, quam Abbas sancti S. de Monstrali cuidam laico concessit, per successionem tenen-

CASVS. Quidā Abbas fecit donationē de quadā decima cuidā laico, & hæredibus eius: q̃rit an talis donatio teneat? Rñdet Papa, quia sanctuariū Dei hæreditario iure possideri non debet, mandat epo diœcesano, quatenus donationem virib. carere decernat. & nisi laicus ille decimā ipsā ipsi ecclæ liberè resignauerit, ipsū excōicet. Nota, q̃ i spiritualibus successio locū habere non debet.

f Sanctuariū.] 8. q. 1. Apostolica. & j. de iure patronatus. B.

g Resignauerit.] & ita laic⁹ decimas possidere non pōt. 16. q. 7. ca. 1. & ĩ. de ɔ̃ ... cām q̃. & sic in feudū dari non pōt de nouo. De hoc dr̃ j. e. q̃ uis. & rō si non restituat, debet excōicari.

dam: Quoniam sanctuarium[f] Dei iure hæreditario possideri nō debet (viribus carere decernas: & laicum (nisi decimam ipsam ipsi ecclesiæ liberè resignauerit[g]) vinculo excommunicationis adstringas.

¶ Idem Marsilien. † episcopo.

Iudęi coguntur prędiales decimas soluere, aut prędia dimittere.

CAP. XVI.

DE † terris, quas Iudæi colunt, tuæ prudentię respondemus, vt eos ad decimas psoluēdas,[h] vel possessiones penitus renunciandas, cum omni districtione compellas:[i] ne forte occasione illa ecclesiæ valeant suo iure fraudari.

¶ Idem.

Decimę vel oblationes ecclesię, laicis concedi non possunt, & prælatus contrafaciens est puniendus.

CAP. XVII.

QVamuis † sit † graue nimis, & diuini dignum animaduersione iudicij habeatur, quod laici quidam quod sacerdotum est, in ecclesiasticis rebus vsurpant: maiorem tamen incurrunt formidinem, quòd fomitem sui erroris dicuntur in ipso clero aliquoties inuenire: dum quidam prælatorum ecclesiæ decimas, & ecclesias disponere[k] eis

DE terris.] CASVS. Quæritur, vtrū Iudæi cōpellēdi sint ad decimas psoluēdas? Rñdet Papa, q̃ cōpellendi sunt ad decimas psoluendas, vel possessiones penitus dimittēdas, nec hac occasione iure suo ecclesia valeat defraudari.

h Persoluēdas.] is enim a quo ipse fructuū onera subire cōpellit. ff. de vsufru. pendentes. §. pen. & l. hactenus. & ff. de pac. inter d. bitore. & ff. de censi. forma. §. si verò quis. & ita rōne pdiorum soluere debent decimas & non rōne psonarū: q̃a nō sunt de corpe ecclæ vnde psonales decimas non persoluunt.

i Cōpellas.] prout tradit j. de vsu. post miserabilē. & c. q̃to.

QVamuis.] Primo ponit factū reprehēnsibile, Scdo pœnā: ibi, Statuimus. Abb.

CASVS. Quidā laici vsurpāt sibi in reb. ecclesiasticis, qd ad sacerdotes nō spectat pertinere, qd quidē graue nimis est, & dignum pœna diuini iudicij,

† Marsili

† Cap. eod. tit. cōpi. Vid. alijs ... adde ... in c. ... de ... Anchar. ...

† Cap. ... Cu ... his ... bus ... decima ... beati ... Thomas 2. q. ...

† Vel ... deest in quot ...

PArochianos.] Littera per se patet.

d Domino.] vt 16. q. 1. reuertimini. & c. decimæ sunt. & q. 7. omnes decimę.

e Quasi debitū.] istud quasi nō est similitudinariū: sed expressiuū veritatis, sicut illud: quasi vnigeniti à patre & ex debito requirunt j. e. tua nobis. & 16. q. 1. decimæ. & ca. statuimus & 13. q. 2. qui oblationes.

AD hęc.] primò recitat factum, quod secundò reuocat. mandat ibi, Quoniam. Abbas.

& maiorē ēt incurrūt formidinē, q̃ ipsi fomitē, sui erroris i clero inueniūt, ex eo q̃ q̃dā plati ɔcedūt decimas ecclasticas laicis disponendas, vñ ipellūt eos in ɔmptū piculū: cū potius eos ad viā dēant pducere. & iō statuit Papa, vt si q̃s platus alicui remanēti in sæculo cōcessit decimā, vel ecclā, vel oblationē à statu suo remoueat sicut arbor q̃ ē inutilis, donec emēdet & satisfaciat. Nota, q̃ laico nulla spūalis administratio concedi dēt.

k Disponere.] qd omninò eis nō licet: q̃a de reb. ecclesiasti-

clesiasticis nulla est laicis attributa ptās, 96. dist. bene quidē, 16. q. 7. laicis, & s. de cōst. eccla. & s. de reb. eccl. nō alien. cū laicis. & 89. di. qm̄ in quibusdā, & c. indicatū, & tales laici excōicādi sunt. 16. q. vlt. nullus laicorum.

[Gl. seq. quærit, & sol. 4. rōnes inducēs, & vnū simile. demū solonē declarat, & antiquę pmissionis causā reddit.]

a Concesserit.] laici. n. decimas sine peccato non pñt retinere. 1. q. 3. puenit. & j. eo. prohibemus. Sed nunquid pñt dari laicis in feudū? Dicēdū est, q̄ non, quia decimæ sunt cibus in domo dñi. 16. q. 1. tenere timini, & q. 7. decimas, dēnt eis dari à quibus spūalia recipiūtur. 13. q. 1. ecclesias, §. his ita. & præterea feudū transit ad hæredes, sed decimę nō. j. eo. ad hæc, & ita laicis concedi non pñt in feudum: quia eas possidere non pñt, s. de præscr. causam q̄. & 16. q. 7. c. 1. & 1. q. 3. §. pōt. in ver. Itē decimæ Deo mandante, &c. & hoc ideo: qa dantur intuitu diuini obsequij. 13. q. 1. c. ecclesias, §. his ita. & 16. q. 1. questi. & s. eo. nouū, & j. eo. tua nobis. vnde in laicū cadere non pñt, sicut nec ius eligendi, s. de ele. sacrosancta, & c. Massana. Fructus verò decimarum bene pñt concedi laico, ex causa ad tempus vitæ suæ, sed in feudum, s. de loc. c. 2. quia etiam possent vendi ad tempus, j. ne præla. vices suas, c. vlt. Sed ius percipiendi quod est merè spirituale, non potest eis in feudum dari, vel ēt ad tempus, rationibus præmissis cōcedi. Et est simile cum dicimus, vitulum fructū vaccæ demonstramus, non ius, sed corpus, ff. de euict. vaccæ, & sic hodie decimæ in feudum dari non pñt, sicut nec alia feuda. s. de feud. cap. 1. Et ea fuit causa quare olim antiquis temporibus dabantur in feudum laicis, & etiā alia feuda, vt videlicet defenderent ecclesias ab hæreticis, & ab alijs oppressoribus, postea verò cum causa cessauit, non fuerunt concessæ, imò expresè fuit prohibitum: quia sine peccato laici non possunt eas retinere, s. de his, quæ fi. à præla. sine consen. cap. c. cum Apostolica. & j. eo. prohibemus. Et decimas ab antiquo concessas adhuc possident laici & eorum successores; tamen si aliqua noualia consurgunt, in decimatione non accrescunt eis. j. eo. tua nobis, propter rationem, quæ ibi redditur in fine. Bernardus.

b Succidatur.] idest, suspendatur, vt innuit litera sequens; donec, &c. vel succidatur, idest, deponatur. & hæc expositio probatur 23. quæst. 4. ipsa pietas. sed primum verius videtur.

Cum sint.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, Sanè. Abbas.

CASVS. Aliqñ contingit, q̄ morantes in vna parochia, excolūt terras in alia, q̄r. tur cui ecclesiæ decimæ sint reddēdæ? Rñdet Papa, q̄ super hoc nō est facilè dare rñsum, cum auctoritates sanctorū Patrū sint in hoc diuersæ; vnde in talibus recurrendū est ad consuetudinem, & videndum, verū illæ ecclesiæ in vno sint epatu, vel diuersis episcopatib. cōstitutæ; qa graue & difficile foret, si vna ecclesia in alio epatu reciperet decimas, cū ex hoc fines epatuū videretur confundi. Nota quòd in decimis considератur consuetudo. Item decimæ in parochia alterius præscribi nō possunt, vt colligitur hic: ne fines episcopatuum, vel parochiarum confundantur.

indulgēt: & eos in deuia mortis impellūt, qui prædicatione eorum ad viā vitæ fuerant reuocandi: & infra. ¶ Statuimus, vt si quis alicui laico in sæculo remanenti, ecclesiam, decimam, oblationemq; cōcesserit, [a] à statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terrā occupat, succidatur: [b] & donec emendet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.

¶ Idem.

¶ Statur consuetudini, an colonus soluat decimam ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia, an ecclesiæ, vbi audit diuina, & percipit ecclesiastica sacramenta.

CAP. XVIII.

Cum † sint hoies in parochia vnius ecclesiæ (sicut asseris) q terras in alia parochia excolunt: tua discretio nos cōsuluit, cui ecclesiæ de terris illis decimas soluere debeant: & infra. ¶ Sanè non est [c] nobis facilè super hoc certum † dare responsum: cum auctoritates sanctorum Patrum ēt sint diuersæ. [d] Et ideo in huiusmodi dubitatione, ad consuetudinem [e] duximus recurrendū, † & attendendum, etiam si illæ ecclesię i vno sint, vel in diuersis episcopatibus constitutæ: qa difficile [f] nimis vř, vt vna ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas; cū ex hoc episcopatuum fines confundi non immeritò viderentur.

¶ Ex Concilio Lateranēn.

¶ Non potest laicus transferre decimam in alium laicū, etiam si cum titulo illā possideat. h. d. cum glos.

c Non est nobis facile.] qa quod à sanctis Patribus non est diffinitū, nec nos diffinire debemus, 2. q. 5. cōsuluisti. & quod Apostolus non diffiniuit, nec nos diffinire debemus, 31. q. 1. quod si dormierit.

[Glo. seq. recitetur per quæstionē qualis erat ista diuersitas.]

d Diuersæ.] non tñ aduersæ, sic s. de his, quæ fiūt à præla. sine consen. cap. c. cum Apostolica. Quidā. n. ibi dñt dandas esse decimas, vbi recipiūtur ecclesiastica sacramenta, s. eo. nouū genus. & 16. q. 1. q̄sti. Alij dñt, q̄ ibi debēt dari vbi prædia sita sunt, s. eo. qm̄, & s. de paro. c. vlti. & 16. q. j. si quis laicus. Sed facilè est soluere a hāc diuersitatē: ibi debēt dari personales decimæ, vbi quis recipit ecclesiastica sacramenta; & si hēt prædia in alia parochia, ibi debet dare decimas illorū prædiorum, vt s. tit. prox. c. vlt. & j. eo. ad Apostolicæ. Si habet prædia in eadem parochia, vbi audit diuina, ibi debet dare decimas prædiales & personales, & sic diuersitas illa potest intelligi, nisi consuetudo præscripta sit contraria, vt dicit hic Bern.

e Ad consuetudinem.] Nota, q̄ in decimis persoluendis consuetudo attenditur, sic j. eod. ad Apostolicæ, & c. in aliquibus, in fi. Et intelligo, q̄ illa consuetudo sit præscripta, per quam iuri communi præiudicatur, quæ est optima legum interpres, aliàs non credo locum habere consuetudinem, vt s. de consuet. cum dilectus.

[Glos. seq. ponit duas lecturas.]

f Difficile.] non tamen impossibile: quia quod vix fit, tamen fit. sim. ff. de iud. vix certis. quia si decimæ illæ sint infra limites alterius episcopatus non adhærentes limiti, benè possunt tunc pręscribi: dummodo habuerint titulum, ex quo causam habent pręscribendi, j. eod. dudum, supra de pręscrip. ad aures, quę sic intelligitur. Si vis intelligere difficile, idest, impossibile, quasi non possit percipere decimas in alieno episcopatu: tunc intellige de decimis in limite positis, & limiti adhęrentibus: quia illæ præscribi non possunt, quia sic per consequens & limes præscribi posset: quod fieri non potest, ne fines episcopatuum confundantur, vt hic dicit. & 16. quæst. 3. quicunque. & cap. licet in regulis. & c. inter memoratos. & idem est in parochijs limitatis. s. de paroch. super eo. & sic intellige quod hic dicit Bernardus.

† certum responsum tibi dare.

† Vide l. minime. & in l. si le interpretatione, ff. de legib.

† Conciliū Lateranēn. sub Alexan. iij. c. 14. §. prohibemus etiā. & c. 23. eod. tit. in 1. cōp.

a Sed Ioan. And. hic difficile hoc putat, & qualiter hæc diuersitas sit cōcilianda, vide latius hic per eū.

ad iam q̄ sit periculosū detinere decimas, tradit Guido Papę decis. 283.

PRohibemus.] Primò ponitur prohibitio. Secundò pœna: ibi, Si quis. Abbas.

CASVS. Quia laici sine periculo animarũ decimas detinere non possunt, prohibet Lateranen. conciliũ, quod ipsi in alios laicos decimas ipsas transferre non præsumãt aliquo modo: & si quis eas receperit, & non restituerit ecclesiæ ad quam pertinẽt, christiana careat sepultura. No. quòd laici sine periculo animæ decimas retinere non possunt.

a Periculo.] sic 16. q. 1. c. vlt. & ĩ. de his, quæ fiũt à præla. sine consensu capitu. cap. cum Apostolica.

[Gl. seq. prorogat, quærit, & soluit distinguendo.]

b Laicos.] nec ẽt in clericos sine auctoritate episcopi. 16. q. 1. c. vlt. & ĩ. de his quæ fiunt à præla. c. cum Apostolica. & ĩ. de iu. patro. nullus. Sed nunquid de consensu epi pñt transferri in alios laicos, si laici isti hẽnt decimas in feudũ ab antiquo? Satis vr̃ quòd illas pñt dare i alios laicos de consensu epi in feudũ, sicut ipsi hñt: nec dr̃ episcop[o], tũc illas dare in feudũ. sic ĩ. de feud. c. 2. sed si alias de facto possident: illas in laicos nec clericos pñt trãsferre, ẽt de consensu episcopi, vt dicit prædicta decret. cũ Apostolica. in fi. Ber.

c Sepultura.] sic ergo qui decimas, quas iniustè possidet, detinet, & non restituit ecclesię ad quam spectant, christiana sepultura priuari debet, sicut in vsuris. 1 ĩ. de vsur. quia in omnib. Ber.

CAP. XIX.

PRohibemus, ne laici decimas cum animarum suarũ periculo[a] detinentes, in alios laicos[b] possint aliquo modo trãsferre. Si quis verò receperit, & ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura[c] priuetur.

¶ Lucius tertius Strigonieñ. archiepiscopo.

¶ Decima personalis debetur ecclesię vbi quis percipit sacramenta, licet alibi lucrum contigerit. In prędiali verò statur consuetudini, si in aliena parochia colonus prędium coluit.

CAP. XX.

AD † Apostolicæ sedis regimen, & infra. ¶ Intelleximus, quod quędam consuetudo in Hungaria inoleuit, vt multitudo populi plerumq. de parochia vnius epi, in diœcesim alterius transferatur:[d] in qua licet per multa tẽpora morã traxerit, vterque tamen episcoporum tã is cuius parochiam reliquerunt, quàm is cuius parochiani sunt facti, decimationem requirit: Ideoq; tua nos duxit fraternitas cõsulendos, cui potius decimæ sint reddendę. ¶ Noueris igitur, quod æquũ est, vt illi ecclesiæ decimę personales[e] reddant ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas † verò messium, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quàm in ea in qua habitant (quoniã à diuersis diuersa consuetudo[f] tenetur) tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtẽtam ibidẽ noueris obseruatum.

¶ Clemens † tertius.

¶ De omni fructu prędij soluenda sunt decimę.

CAP. XXI.

ij EX † parte canonicorũ ecclesiæ tuæ, nobis est querela proposita, quòd quidam agricultores, cũ simul vel diuersis temporibus anni, in eodẽ horto vel agro diuer-

AD Apostolicæ.] Decimæ personales debentur ecclesiæ parochiali, prædiales prædiali, nisi aliud habeat consuetudo. Sic communiter summant Doctores, sed hæc summatio non congruit textui in vers. Super. qui ponit casum capituli cum sint homines, supra eod. Communis diuisio. Secunda pars ibi, Noueris. Abbas.

CASVS. Consuetudo quædam inoleuit in Hungaria, vt plerumq; populi de parochia vnius episcopi, transferantur in parochiam alterius episcopi, & tamen vterque episcopus decimam ab eis requirit: quæsitum fuit cui episcopo potius decimæ sint reddendæ? Rñdet Papa, quòd decimæ personales illi ecclesiæ sunt reddẽdæ, in qua populi ecclesiastica perceperunt sacramenta: decimæ verò prædiorum, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia quàm in ea in qua habitãt, quia in casu isto de diuersis diuersa consuetudo seruatur, archiepiscopus iste id eligat in hoc casu, & obseruet, quòd per legitimam & præscriptam consuetudinem erit obseruatum. No. quòd de iure decimæ personales dandæ sunt vbi quis audit diuina: prædiales, vbi sita sunt prædia: nisi consuetudo præscripta repugnet.

d Transferatur.] 13. q. 1. per totum. & suprà de parochijs, cap. vlt.

[Gl. seq. præmittit tria circa decimas personales: secundo quærit de animalibus, & soluit. Item quærit, & soluit. per quam solutionem duas alias expedit quæstiones.]

e Personales.] hic ergo patet, quòd decimæ personales semper dandæ sunt, vbi quis percipit ecclesiastica sacramenta, sic ĩ. de parochi. ca. vlt. Et dicuntur personales decimæ, quæ potius contemplatione personæ soluuntur, vt puta de negotiatione, artificio, & de militia. 16. quæst. 1. decimæ. & ĩ. eo. non est, & cap. pastoralis. de quibus expẽsæ ante solutionem decimarum deducendæ sunt, vt in cap. pastoralis. Sed decimæ animalium an inter personales, an inter prædiales sint, quæritur: & potest dici, quòd inter prædiales. vbi ergo pascuntur continuè, ibi decimæ solui debent. argum. ĩ. eod. commissum. & ff. de ser. rust. prædiorum. pecoris pascendi. C. de verb. signifi. l. 2. Sed quid si per medietatem anni in territorio vnius ecclesiæ, & per aliam medietatem in territorio alterius ecclesię pascuntur? Aequum est vt diuidantur. argum. sup. de testib. relatum. in fi. & 1. q. 2. c. 2. & vlt. & 12. q. 2. Vulterranæ. eodẽ modo si contingat, quod iaceant hic, & continuè pascantur ibi. argum. ff. ad municip. assumptio. idem esset si aliqui iacerent in vna parochia, & larem haberent in alia, debent diuidere decimas personales & oblationes.

f Consuetudo.] ius tamen commune in promptu est, quòd illi ecclesiæ debent dari in cuius territorio sunt prædia, vt ĩ. de parochi. c. vlt. & ĩ. eod. quoniam. tamen statur consuetudini loci si est præscripta, vt dixi ĩ. eod. cum sint homines. Nam & mulier ibi subit munera patrimonialia, vbi hẽt patrimoniũ siue prædia: 2 personalia verò vbi habet domicilium, C. de mulierib. & in quo loco munera sexui congruentia & honores agnoscant. l. 1. lib. 10. Lauren.

ij EX parte.] Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi, Mandamus. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam agricultores in eodem agro simul in anno vel diuerso tempore seminant diuersa semina, nec decimas persoluunt, nisi de vno semine: Mandat Papa, quòd de omnibus fructibus prædiorum sine aliqua diminutione decimas persoluant.

† Cap. 29. e. tit. in 1. cõp. & post concilium Lateraũ. sub Alexan. iij. c. 39. & pro intellectu tex. & glossarũ vide Nauarrũ in Manuali Cõfessariorum, ca. 21. tit. de tertio præcepto ecclesiæ.

1 Et in alijs casibus qui not. & quos dixi ĩ. de sepult. ex parte. 10. And.

† In vulg[illegible] ris libris [illegible] gi. ita: Si decimis v[illegible] rò, &c. i[illegible] in oĩbus m[illegible] manuscripts codicib. [illegible] vt est m[illegible] pressum.

† Coelest[illegible]

† Cap. 5[illegible] tit. in 2. [illegible] Et de m[illegible] ria & pro[illegible] ctione ha[illegible] decretalis[illegible] de omni[illegible] B. Thom. ibi Caiet[illegible] 2. 2. q. 87. tic. 1.

2 Consi[illegible] si mori[illegible] ibi Cy. C[illegible] condi[illegible] & in l. 1. de incol[illegible] h. 10.

a Vnius

a Vnius.] & male: quia qua ratione soluūt de vno semine, & de alio 1 soluere tenentur, siue eodem tempore, siue diuerso eiusdem anni: quia vna & eadem res diuerso iure censeri non debet. 12. q. 2. cognouimus. & ꝟ. eodem, cum in tua. & de conse. dist. 2. comperimus.

b De omnibus prædiorum.] & etiam arborum. ꝟ. ca. proxi. & de fœno, & de lana. ꝟ. eod. peruenit. ꝟ. eo. c. proxi.

c Diminutione.] i. nullius expensis deductis. ꝟ. eo. cum homines. & ꝟ. eod. cap. prox. & ꝟ. eod. ca. tua nos. Ber.

Non est.] Primo ponit exordiū. Secūdo narratio: ibi, Reuera. Tertio conclusio: ibi, Volumus. Abb. Sic.

CASVS. Quidam ante solutionē decimarum deducebant expēsas. Rūdet Papa, quod sicut Patres statuerunt, quod de omnibus bonis quæ fidelis homo acquirit, decimas soluere debet. ad quod etiā compellendus est: vnde præcipit, quatenus anteq̄ deducāt expensas de bonis prædictis persoluant ecclesijs quibus debentur, cum debita integritate. Nota, quod decimæ tam personales quā prædiales ꝺ omnibus bonis solui debent integraliter.

d De omnibus.] sic 16. q. 1. decimæ. & q. 7. quicunque. & c. omnes decimæ. Bernardus.

sa semina sparserint, non nisi de vnius a illorum seminum fructibus decimas illi † persoluunt: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si rem noueris taliter se habere, agricultores illos, vt de omnibus b prædiorum † fructib. decimas absque diminutione c persoluant, ecclesiastica censura compellas.

¶ Celestinus tertius.

¶ Decimę prædiales soluendæ sunt, expensis non deductis.

CAP. XXII.

Non † est in potestate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua semina terrę mandant: & infra ¶ Reuera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de c vino, grano, fructib. arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus d bonis, decimę sunt ministris ecclesię tribuendæ, ita vt qui de his eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli: e & infra. ¶ Volumus ergo & districtè præcipimus, quatenus antequam f vllas † deducatis de bonis prędictis expensas, decimas ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita persoluatis.

¶ Idem.

¶ De redditibus molendini ad ventum soluendæ sunt decimæ.

CAP. XXIII.

Ex † transmissa querela rectoris ecclesiæ de N. intelleximus: & infra. ¶ Quia fidelis homo de omnibus, quę licitè g potest acquirere, decimas erogare tenetur: Mandamus, quatenus H militem ad solutionem decimarū de his, quæ de molendino h ad ventum prouenunt, sine diminutione aliqua compellatis.

¶ Innocentius iij. Pistorień. episcopo.

¶ Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.

e Percelli.] & potest etiam ecclesiastica sepultura priuari, qui decimas non restituit. ꝟ. eod. prohibemus. & qui decimam non soluit, ad decimam partem (vt dicit Aug.) reuocari meretur. 16. q. 1. decimæ. & in fame & in penuria maledictus erit, vt ea. causa, q. 1. reuertimini.

f Antequam deducatis expensas.] hoc verum est in prædialibus decimis, vt ꝟ. c. prox. & ꝟ. eod. c. tua nobis. Secus in personalibus. ꝟ. eod. cap. pastoralis.

Ex transmissa.] Primo ponit decisiā querelā. Secūdo dat iudicem ibi. Quia. vbi præmittit generalem rationem ex qua infert conclusionem: ibi, Mandamus.

¶ Casus de se patet. Et potuit esse ratio dubitandi in isto textu, quia venti non nascuntur in loco, nec videntur moueri ex Dei bñficio, ideo videbatur quod decima ex tali molendino ad ventum non esset soluenda. Sed contrarium dicitur, quia & mare & venti obediunt Deo. Math 8. cap. Item quia terra in qua est tale molendinū, subiacet oneri decimarum vnde sicut ecclesia ex tali terra perciperet fructus si coleretur, ita debet cōsequi de reditibus ædificij ibi constructi, per hoc c. & ca. commissum. ꝟ. eo. Abb. Sic.

[Gl. seq. teci. per q. an de illicitè acquisitis soluenda sit decima. argu. quod non à contrario huius literæ alleg. etiam canones tres auctoritates & vnam legem ad contrarium alleg. tres leges & vnam auctoritatem ponit opi. Demum soluit distinguendo.

g Licite.] ergo videt quod de illicitè acquisitis 2 non tenetur decimam soluere. arg. 1. q. 1. non est putāda. vbi de hoc. & sic meretrix ꝺ meretricio suo decimam soluere nō debet: iuxta illud, nō accipias mercedē prostibuli. & Esaias: Nō accipias mercedē meretricis nec pretiū sanguinis. & illud: Honorabis dām Deum tuū de tuis iustis laborib⁹, vt in cap. nō est putāda, & illicite acquisita nō sunt in bonis nostris. ff. pro socio, cum duobus. §. vlti. Arg. contra, quod meretrix debet decimā soluere, quia non turpiter accipit. ff. de condict. ob turp. cau sam. idē & fi. §. quoties. præterea delictum nō præstat immunitatem. ff. de interdi. & releg. & relegatorum. §. vlti. Crimi nosum enim non dignitas, sed pœna dēt comitari. C. de Decu. ne quis. lib. 10. & illud Euāgelij: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vt 14. q. 5. qui habetis. & §. sequē. Quidam dicūt, quod de nullo illicitè acquisito potest fieri eleemosyna, vel etiā decima solui. Et sic nec meretrix, nec aleator, nec simoniacus, nec histrio pōt facere eleemosynam, vel decimam dare de tali lucro, propter priora iura. argu. ex hac littera. Alij dicunt, (quod verius credo) quod de illicite acquisitis potest fieri eleemosyna, & dari decima, si de illis non competat repetitio, & dñium transferatur: & si meretrix, histrio, simoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuunt, idest per solicitudinem temporalem aliqua acquirunt, decimam dare, & eleemosynam facere possunt: & de eo quod extorquetur ratione officij. 14. q. 5. non sane. quia in his dñium transfertur, & non competit repetitio, sacerdos tamen non debet recipere decimam à meretrice: ne videatur ei impunitatē præstare, sicut quandoque oblationes 3 aliquorum respuuntur ratione criminis. 60. dist. oblationes. 17. q. 4. miror. Aliàs si dñium non transfertur, aut si transferē & competat repetitio, non potest inde fieri eleemosyna, vel dari decima, cum non sit illius: 4 quia aliena non potest aliquis concedere præter dñi voluntatem. ꝟ. eo. tua nobis. vt in vsuris, & in simonia. ꝟ. de iureiu. debitores. & ꝟ. de simo. de hoc. & c. veniens. in furto, & rapina. Decimæ autem quæ dantur ratione prædiorum, iustè accipiūtur ab ecclesia, & a quocunque etiam inuasore, ex quo non dantur ratione personæ: ecclesia enim suum recipit.

h De molendino.] ꝟ. eod. peruenit. & ꝟ. eo. pastoralis.

Marginalia: 2 De materia huius gl. vide oīne B. Thomā 2. 2. q. 87. ar. 2. ad 2. arg. & Sotū lib. 9. de iust. & iu. q. 3. ar. 3. Adde Cyn. in l. 2. C. de cōd. ob turp. cām. & Iasonem & Pau. Castr. in l. 4. §. sed quod meretri ci. ff. de cond. ob turpē cām. — † Dictio vllas, deest in oībus antiqs codicibus. — † Cap. 7. eo. ti. 2. cōpil. Vide concil. Trid. ses. 25. de reform. c. 12. & conci. Mariscōnen se. 2. c. 5. ad B. Thomā, 2. 2. q. 87. art. 2. — 3 Vide B. Thom. 2. 2. q. 86. arti. 3. vbi latè de hoc. — 4 vide l. falsus. in princ. & ibi Bal. ff. de fur. & in l. 1. C. de cō di. ob tur. ca. — Left margin fragments: onem es a. Tho. co p. catato. — p. 4. eo. 2. cōpi. B. Tho ... fessio. ... cimas.

A Nobis.] Primò ponit decisũ exordium. Secundo ratio generalis: ibi, Cum igitur. Tertio solutio: ibi, Fraternitati. Quarto exceptio: ibi, Nisi. Abb. Sic.

CASVS. Nobilis aliqs locat aliqñ possessiones suas ad firmam: locator de parte sua decimas non soluebat: quæritur quid iuris? Rñdet Papa, ꝙ cũ quilibet decimas soluere teneat, & dantes & recipiētes possessiones ad firmã, decimas soluere tenent: nisi ostēdere possint quare ab huiusmodi sint immunes.

a Quilibet.] laic⁹: indistinctè nulla tēporis pscriptione obstante. ĩ. de pscripti. causam quę. clerici verò secũdum quod dicitur. ĩ. eo. nouum.

[Gl. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

b Exemptus.] cum enim decimæ sint tributa egentium aīarum, & eas in signũ vniuersalis dñij sibi retinuerit. 16. q. 1. decimę. & ĩ eo. tua nobis. & quæ debentur diuina cõstitutione. ĩ. eo. tua. quõo potest Papa cõcedere priuilegium de non dandis decimis ꝯ præceptum diuinæ legis, ꝯ quam dispensare nõ potest: imò vsque ad animam & sanguinē debet defendere. 25. q. 1. sunt quidam. & 5. dist. i prin. & 8. di. quæ ꝯ mores? Dic ꝙ non dat alicui priuilegium de non dandis decimis: sed concedit ei administrationem decimarum, vt inde suscipiat sustentationem, & residuum conuertat in vsus pauperum: tali modo concedit monachis: sic posset etiam laici concedere. Vel dic ꝙ ꝯ ius naturale dispensare potest remittẽdo decimas alicui specialiter, non tamen constitutionem posset facere, quę omnino tolleret illud pceptum: quia ius naturale immutabiliter permanet. 5. distin. in princ. verum est in simul, sed non in indiuiduis: non potest omnino tolli, sed potest in quibusdam remitti: sicut illud ius naturale, ꝙ homines ab initio sint liberi. in Auth. qui mo. nat. effi. legi. §. si quis verò. versi. postea verò. coll. 6. immutatum est in quibusdam, sed non in omnibus; hoc enim fuit impossibile ꝙ omnes essent serui propter naturam correlatiuorum.

c Recipientibus.] sic ĩ. eo. tua nobis.

d Ostendat.] puta, priuilegium exemptionis à præstatione decimarum; vel nisi haberet decimas illas in feudum ab antiquo: tunc dominus illas retinet si bñ licet hodie non possint dari in feudum, vt dixi ĩ. e. cap. quamuis.

† Cap. 1. eo. tit. i 3. cõpi. Et de materia textus & glo. vide Couarruuiã li. 1. varia. resolu. c. 17. Guidonẽ Papæ decisio. 266. & decisione 284. adde Syluestrũ i sum. verbo, decima. §. 5.

† Quid hoc sit, dixi ĩ. hoc tit. c. dilecti.

† Cap. 4. eo. tit. in 4. cõp. Vide hic p alijs Hosti. & Oldradũ consil. 109.

† al. in: de spiritualib⁹ rebus.

r De hoc articulo vide omnino Syluest. in sũma verbo, decima. § 9. adde decisionẽ Capellę Tolosanæ. 140.

A † Nobis tua fraternitas requisiuit: & infra. ¶ Cum igitur quilibet a decimas soluere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exẽptus: b Fraternitati tuæ taliter respondemus, quod à dantibus & recipientibus c possessiones ad firmam, † de fructib. quos percipiunt decimæ sunt soluendę. Nisi ab eis ostendatur, d quare ab huiusmodi sint immunes.

¶ Idem Vercelleñ. episcopo.

Imperialis concessio sub quacunque forma, à solutione decimarum eximere non potest.

CAP. XXV.

T Va: † & infra. ¶ Porrò cum laicis nulla e sit de † spiritualibus cõcedendi vel dispẽsãdi facultas: Imperialis concessio quantumcũque generaliter f fiat, neminem potest a solutione decimarũ eximere, quæ diuina g constitutione debentur.

Decimę noualium non pertinent ad laicũ, qui decimas habet in feudum. hoc dicit.

¶ Nec occasione decimationis antiquę (licet in feudum decimæ sint concessæ) sunt decimæ noualium vsurpandæ: cum in talibus non sit extendenda licentia, h sed potius restringenda. †

¶ Idem eidem.

Sine deductione seminis & sumptuum debent dominus & colonus decimam soluere, & non cui voluerint ecclesiæ vel pauperibus, sed ecclesiæ cui debentur: nec ab hoc excusantur propter malitiam clericorum.

CAP. XXIIII.

ij T Va † nobis fraternitas intimauit, quod

10

TVa.] Duo sunt dicta, vt in rubro. Secundũ ibi, Nec occasione. Abb. Sic.

CASVS. Imperator concedit alicui possessiones aliquas liberas & immunes ab aliquo onere, & sine præstatione decimarum quæritur an talis concessio liberet à præstatione decimarum? Rñdet Papa ꝙ laicis de spiritualibus nulla est disponendi attributa potestas, & ideo quantumcunq; Imperialis concessio generaliter fiat, neminem potest eximere à solutione decimarum, quæ diuina institutione debentur. Secundo dicitur: alicui laico decimæ alicuius loci sunt in feudum concessæ: surgunt in eodem loco noualia, quæritur vtrum laicus ille habere dēat decimas noualiũ? Rñdet Papa, licet decimę sint laico in feudũ cõcessę, nõ tñ sũt ea occasione ab eodē decimę noualiũ vsurpãdæ qa in talibus non est licentia extendenda, sed potius restringēda. Nota, ꝙ laici qualitercũque sint præminentes, de spiritualibus disponendi non habent potestatem. Itē cui cõcessum est qđ est maius, non tamē conceditur quod est minus.

[Gl. seq. ponit tres casus in quibus laicus. &c.]

e De spiritualib⁹.] nec de temporalibus etiam si ad commodum ecclesiarum respiciat. 96. dist. bene quidem. & ĩ. de ind. decernimus. In c̃ sibi tñ laici potestatē habent super clerici de licētia ecclesię. ĩ. de fal. ad falsariorũ ĩ clerico deposito incorrigibili. supra de iud. cum non ab homine. Item vbi schisma faciunt, cum nõ possint corrigi p ecclesiã. 2 17 distin. nec licuit. 23. q. 5. de Liguribus. & ĩ. de senten. excommu. vt famæ. Tanc.

f Generaliter.] puta, cum dicit: Concedimus cum omni honore & districtu tibi possessiones tales. & sine aliquo onere, vel grauamine: per talem concessionem non concedit decimas, etiam si specialiter decimas concederet: quia ipsas de iure nõ posset concedere: ergo ipsas nõ potest alicui concedere. ĩ. eo. dudum. quia lex humana non est supra legem Dei, sed subtus. 10. dist. cap. Imperatorum.

g Diuina constitutione.] quasi ex debito. supra eo. parochianos. & infra. cap. prox. quia debent esse cibus in domo Domini. 16. quęst. 1. reuertimini. & q. 3. §. potest. ver. item decimæ Deo mandante. & q. 7. primum. & sunt tributa egentium animarum, vt ea. causa. q. 1. decimę.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

h Extendenda licentia.] hoc dicit quia laici sine peccato decimas possidere non possunt. 16 q. 1. cap. vlt. & ĩ. eod. prohibemus & ĩ. eod. quamuis. Et ideo licentia ista non potest extendi ad noualia. Argu. contra ĩ. eo. ex parte: vbi soluitur. simile ĩ. de rescri. nonnulli quia odia sunt restringenda, & fauor ampliandus. ff. de lib. & posthu. cum quidam.

TVa nobis.] Diuiditur. Primo ponit tres machinationes. Secundo ad eas respondet: ibi, Verum. tertio concludit: ibi, Quoniam. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam laici dicebant, ꝙ semē & sumptus qui

† Vide decisionẽ Capellę Tolosanæ 140.

† Vide dicta c. tel ff. de lib. posthu.

† Cap. 14 tit. in 3 c. Vide q moratur

1 Etiam † ĩ. de decimis periculis terra & quæ q̃stionem hic an detineri possit ad liter Spec. & quæ subiti de in re no lo

d Tonsuratus.] vt fiat monachus, vel regularis canonicus. 20.q.2. si in qualibet.

e Infra annum.] & diē. 20.q.2. puella. & tutor contradicere potest infra idem tempus, vt ibi dicitur.

f Ad principem.] i. ad Papam. de consec. dist. 1. corpora. vel ad principem, idest, ad prælatum ecclesiæ.

g Ad missum.] idest, vicarium episcopi, q̃ gerit vices suas ꝫ. de insti. ex frequentibus.

h Permaneat.] quo ad parentes: quia post annũ filiũ reuocare non possunt, vt hic patet. & 20.q.2. puella. ipse verò pu: z q̃cunque vsque ad finē 14. ann. 1 posset resilire. ꝫ. eo. significatum. & c. cũ simus. postea verò non poterit exire. 20. q.1. illud.

i Per vim.] illatã sibi à parentibus.

k Clericus.] idest, monachus.

l Permaneat.] q: a ex mora tanti t̃pis p̃sumitur consentisse, & intellige si potuit reclamare. ꝫ. de spõ. ad id quod. & 1. q.1. constat. ꝫ. de despons. impube. de illis. 2. aliàs autem nõ teneret monachatus. ꝫ. quod met. cau. perlatum.

Vt clerici.] CASVS. Clerici q̃ fingũt se monachos, compellantur vt fiãt vel veri monachi, vel veri clerici. Nota q̃ qui fingit se monachum debet fieri monachus, aut habitũ dimittere. Item habitus non facit monachum, sed professio regularis.

[Glo. seq. distinguit dissimulationis causam honestam & inhonestam, & arg. ad quæstionem.]

m Fingunt.] nota q̃ fictio siue simulatio 2 quãq. fit ex honesta causa, quãq; ex inhonesta. Ex honesta causa. 22.q.2. vtilem. & 23.q.2. dñs. & si aliquis simulat religionem ex honesta causa, ita q̃ protestatio præcedat, non nocet. ꝫ. de his quæ vi metus vt cã fiunt. platum. vbi de hoc. Simulatio verò ex inhonesta facit monachum, & compellitur redire ad monasterium pp dolum suum. 27. dist. q̃d interrogasti. 27.q.1. vidua. & ꝫ. cap. proxi. ita isti clerici fingunt se monachos ex honesta causa ab initio, ex qua datur eis optio. Sic etiam dico in matrimonio quòd si aliquis per dolũ eo proposito copuletur alicui mulieri, quòd nolit stare legitimè cũ ea, & hoc sit paratus probare, non est audiendus: quia in sponsalibus siue matrimonijs recurritur ad communem intelligentiam verborum, ꝫ. de spons. ex litteris. 3 Argumentũ est hic ad quæstionem illius qui finxit se mulierem: & suscepit habitum, in monasterio monialum, vt possit corrumpere monacham, & in c. quod interrogasti. Ber.

[Glo. seq. alleg. duo iura, in contrarium allega. alia duo, & soluit.]

n Veri clerici.] & sic datur eis optio, verum velint esse clerici vel monachi. sim. ꝫ. de elect. cum cãni. & arg. 16.q.1. nemo potest. Arg. contra. ꝫ. c. proxi. & 27. dist.

† De materia huius tituli vide Cõc. Trid. sess. 25. tit. de regularibus.

† Ex cõcilio Maguntino seu Magũtia eo celebrato an. 813. sub Carolo Imperatore. c. 23. & c. 3. eo. tit. in 1. cõp. [illegible]

¶ Vid. B. Th. 2.2.q.189. ar ti.5. & cõcil. Trident. ꝫ. citatum.

† Dictio, in, deest in oib. antiq. iis codi. [illegible]

† scilicet cõcilio Mogũtino, sed recte ait Antonius Augustinus se in liberis editis & aliorũ hoc cap. non inuenire.

† Burchard lib. 8. decret. c. 3. Ivo par. 7. c. 16. & c. 4. eo. tit. I 1. cõp. adde beatum Thomã p̃citato loco.

1 Vide Trid. [illegible] ti. de re[illegible]

† Vide Trid. [illegible] tit. de reg[illegible]

† Ex Iuo par. 7. c. [illegible]

† aut

† aut

† al. Arel[illegible] ha[illegible] ci. Tribur[illegible] Burchar[illegible]

2 De hoc [illegible] Caietan[illegible] 22.q. [illegible]

3 Q̃d [illegible] Io. And.

dist. quod interrogasti vbi ꝯpellũtur ĩ monasterio rema nere. Sic pōt solui: hic constabat eos tales esse, licet sta rent in habitu monachali: in contrariis non consta bat, immo tanquam veri monachi stabant, & se gere bant, unde non audiuntur uolentes iurare contrarium.

CAP. IIII.

Vidua si spōte a velũ conuersionis, quam uis non sacrum sibi impo suerit,b & in ecclesia in ter velatas oblationem c Deo obtulerit, velit no lit sanctimoniæ habitum vlterius debet habere: Li cet d sacramento firmare velit, eo tenore uelamen sibi imposuisse, vt depone re posset.

¶ Gregorius † Anthe. subdiac.

¶ Monachus temerè ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.

CAP. V.

Ioannes frater: & infra. ¶ Præsenti iussione mã damus, vt neque mona chum de monasterio in monasterium e temerè mi grare liceat, nec eorum aliquem peculiare f † quic quam habere. Sed si hoc præsumpserit, monaste rio, in quo ab initio con uersatus est, sub Abbatis sui regula cõpetenti coer ctione reddatur. g

¶ Ex registro Gregorij. †

¶ Vbi est dura congregatio vel religio, requiritur in profitente plena pubertas, scilicet tempus decem & octo annorum. hoc dicit habito re spectu ad mentem litera. Et est textus singularis.

CAP. VI.

Quia h in insulis dura est congregatio mo nachorum, pueros i ni eorum monasteriis ante de cimum octauum annũ k suscipi prohibemus.

¶ Alexander iij. archiepiscopis & alijs ecclesiarum prælatis per Galliam † constitutis.

¶ Si Cisterciensis sine licentia sui abbatis ad aliud monasterium transit, ad proprium monasterium regredi cogitur.

Vidua.] Primo soluitur dubiũ. scdo solutioné ampliat: ibi, Licet. Ab. CASVS. Si qua vidua spōte uelũ cõuersiõis sibi ĩposuerit quis non sacrũ, & in ecclesia iter alias velatas oblationé Deo obtulerit, velit nolit vlterius habitũ religionis debet habere, quis per sacramentũ firmare velit, eo tenore velũ sibi iposuisse, vt ipsũ deponere posset. Not. ꝙ vidua pt sibi velũ iponere; & itellige de velo ꝯuersionis. Itẽ ipso facto pfitetur qs monachus. Itẽ ex quo quis assumpsit habitu nõ auditur reclamans, nec statur iuramento ipsius in præiudicium voti, ex quo apparuit monachus.

a Spōtè.] secus si p vim ĩ. de his q̃ vi metusve cã fiunt per latum. Tancred.

b Imposuerit.] ipsamet vidua velũ cõuersionis sibi pōt imponere, vt hic patet, & 27.q.1. viduas pōt etiã illud recipere à sacerdote. ĩ.q cle. vł vo. cõsuluit. & 20.q.1. vidua. aut ab epõ. ĩ. quod me. cau. per latum, velum uerò consecrationis à nullo recipiunt. 20.q.1. deuotis, solæ enim virgines consecrantur, vt ca. de votis, & c. placuit, ea.q.

c Oblationem Deo obtulerit.] respicit loci consuetudinem, vbi fortè velatæ offerunt panẽ ad Eucharistiam cõficiendã. a simile 37.q.1. viduæ. & ita eo ipso, ꝙ sic stetit in ecclesia cum alijs, monacha iudicatur, 17. dist. qđ interrogasti. & 20.q.1. quam progenitores. Si verò aliàs habitasset ibi etiã lõgo tpe, non iudicaretur monacha in authẽ. ut constit. quæ interpreta. circa mediũ, coll. 6. & ideo consueuit dici, quod habitus sine professione non facit monachum. ĩ. eo. c. porrectum.

d Licet sacramento.] ſtatim, sed si adiuuet aliis bonis psumptionib. & psona honesta sit: tunc fortè ad plenã probationem posset sibi deferri sacra rum. C. de reb. credi. in bonæ fidei, ĩ. de prob. sicut cõsuetudo. ĩ. de iureiu. c. vlt. & et fine iuro, si haberet alias probationes sup. quod met. cau. per latum. Vinc. Sed hæc uidua non potuit probare per legitimas probationes, sed allegabat fictionem ex alia causa honesta, & iurare uolebat sed iuramentum suum non sufficit, & ideò remanet in monasterio. Et sic hoc intelligitur illud cap. & illa palea. 27.q.1. viduas autem uelare. de fictione ex honesta causa: & aliàs si fictio ex inhonesta causa fuisset, nulla probatio istius audiretur propter dolum suũ, etiã si illud pbaretur. sic pōt intelligi c. illud, 27. di. quod interrogasti. vt dr ĩ. c. px. quicunq. ergo sidẽ monasteriũ vult intrare ex honesta causa, ptestet illud pscribus testib. ut fecit illa in c. perlatũ, & c. illud, quod interrogasti. pōt intelligi in eodem casu cũ ista decr. vt intelligatur de fictione ex honesta cã: sed mulier illa hoc probare nõ potuit, & iõ cõpellitur redire ad monasteriũ, pout intellexit Hugo. Ber.

Ioannes.] Diuidit. Primò ponit decisã ꝯsultatio. Scdo ꝯ sioꝰibi, Præsẽti. q duo facit. Primo ꝓhibet Scdo si ꝯ fiat, corrigi pcipit; ibi, Sed si. Ab. CASVS. Statuit Papa, ꝙ monachus de monasterio in monasteriũ temerè non trãseat, nec aliqs monachus peculium habeat, & q ꝯ fecerit, monasterio primo restituat, ꝯpetẽti coercẽtiõe adhibita. No. ꝙ nõ licet monacho trãsire d vno mõasterio ad aliud monasteriũ nisi sit arctioris religiõis; & tũc cũ licentia supioris sui trãsire dẽt. Itẽ monachus nõ dẽt hrẽ peculiũ, & idẽ d oib. rłarib. intelligẽdũ est. Itẽ monachus cã leuitatis exiẽs de monasterio ad monasteriũ, dẽt cõpelli redire ad primũ, & ibi coerceri. [Glo. seq. recit. per q. & vnum ꝯrium.]

e Monasterium.] hoc c. loqr de his, q cã leuitatis trãseũt; aľs licitũ eẽt trãsire ad arctiorem religionem petita licentia, licet non obtenta. ĩ. eo. licet.

f Peculiare.] nisi cã administrationis. ĩ. de statu mona. monachi. aliàs nisi in morte resignauerit, cum ipsa pecunia in sterquilinio subterretur. ĩ. de stat. mon. & cano. regu. cum ad monasterium.

g Reddatur.] quẽ tenet Abbas recipere, ne vagabundus in animæ incurrat detrimentum, & cõpellitur Abbas si noluerit, ‡ ĩ. eo. c. vlt. & arg. 18.q.2. Abbates. Ista signatur contrariũ, 27.q.1. si qua monacharũ & c. si quis rapuerit, vbi dr, ꝙ monachi delinquentes debent tradi arctiori monasterio. Sol. illa intelliguntur cum priora monasteria redinguntur de dissolutione. Quid hodie debeat fieri de istis fugitiuis, dicitur ĩ. eo. c. vl.

Quia.] Prĩo ponit rõ. Scdo ꝓhibitio: ibi, Pueros. Ab. CASVS. Quia nimia erat asperitas religionis in insulis, præcipitur, ne quis ante xviij. annum monachari volens, recipiatur. Nota, quod propter austeritatem vitæ, regula instituta à canone extenditur.

h Quia.] hoc c. in quibusdam libris habetur pro palea. § 20.q.1. c. quia autem.

i Pueros.] nota, ꝙ puer dicitur vsque ad decimum octauum annum. ĩ. de despon. impu. c. puberes.

k Decimumoctauũ annum.] hoc speciale est pter asperitatem locorum, aliàs regulare est quod post tempus pubertatis tam masculi, q̃ feminæ possunt profiteri 20.q.1. c. j. & q.2. si in qualibet. & c. puella.

† Lib. 1. epistola 48. ad Anthemiũ. refert Gratian⁹ 20. q. 1. c. quia autẽ. & c. 1. eo. tit. in 2. cõp.

† in Gallia.

‡ al. noluerit.

¶ Verum dicit Bernardus, immo in uetustissimis Gratiani codicib⁹ non hr̃ hoc c. vt intelligas postea adiectũ, & ob id signatum ut palea.

Non

NOn est.] Primo ponitur exordium. Secundo mandatum: ibi, Vniuersitati. Tertio aliud mādatum: ibi, Et qui. Abb. Siculus.

CASVS. Mandat Papa prælatis per Galliam constitutis, ꝙ non permittant recipi per eṗatus suos monachos vel conuersos Cister ciens. ordinis, postꝗ fecerint ibi professionē, sine licentia Abbatū suorum & si aliquis ꝯ hoc fecerit, & monitus ad suū monasterium non redierit, compellāt ipsum ad monasterium suū redire. No. ꝙ Cisterciens. monachi ad aliā religionē transire non possunt: quia nō reperitur arctior. Itē monachus suū monasterium non pōt deserere sine licentia sui Abbatis. Item deserentes monasteriū suum, monendi sunt vt redeant: & nisi redierint, per sententiā excōicationis sunt cōpellendi.

† Post concil. Lateran. sub Alexan. iii. par. 27. c. 6. & c. 2. eo. tit. in 1. cōp. Vide Archidiaconū in c. statuimus. 19. q. 3. & Io. An. in c. si religiosus de elect. in 6.

[Gl. seq. recitatur per duas quęstiones, scilicet quæ sit ratio, & an licentia sufficiat.]

† Ciuitaten. aliàs de fidetatur in scriptio in codice Barbatię, & alijs.

a Permittatis.] & merito: quia qui mutat locū, de minori ad maiorem mutare debet. 93. distin legimus. in fi. ꝟ. de transla. licet. & c. j. & hoc ideo præcipitur: quia nō reperitur ordo arctior, & pro eo quod dicit, licētia, supple, maximè; quia nec Abbas posset in hoc dispensare, vt ad minorem transiret Vel intellige ꝙ de licentia Abbatis posset trāsire ad æqualem iusta de cā.

† Post. ꝯcil. Laterā. par. 21. c. 1. & c. 8. eod. tit. in 1. compi. Et de materia huius decretalis tene qđ nouissimè diffinitit concilium Trid. ses. 25. tit. de regularib. & monialib. c. 15.

[Glo. seq. reci. per quæstionem, quando dicatur celeriter fieri.]

b Celeriter.] post admonitionem & celeritas ista ad arbitrium iudicis refertur, ex quo non determinatur. ꝟ. de offi. de leg. de causis. ff. de iure deli. l. 1. in fin. De istis vagabundis tene vt dicitur. ꝟ. eo. c. vlt.

ADDITIO. De hoc, celeriter, dicitur, supra de locato & conduc. c. vlt.

CAP. VII.

NOn † est vobis dubium: & infra.

¶ Vniuersitati vestræ mandamus, quatenus monachos vel conuersos Cisterciensis ordinis, post professionē, sine licentia Abbatum suorū per episcopatus vestros recipi nulla tenus permittatis. [a] Et si qui ex eis sine licentia Abbatum suorum, de monasterio exire præsumpserint & commoniti celeriter [b] non redierint, eos regredi compellatis.

¶ Idem magistro P. Ciuitaten. † canonico.

¶ *Professio facta ante decimum quartū annū non obligat post decimumquartum verò si fit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi detur perseuerantia tridui.*

CAP. VIII.

AD † nostram noueris audientiam peruenisse, quòd eremitæ de Montefoll'. quosdam pueros seduxerunt, intātum, quod quidam suasionibus eorum assensum prębentes, statim religionis habitum in ipsorum monasterijs suscepe unt: quorum vnus T. nomine, statim c pœnituit quod habitum induisset: & infra.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si constiterit, quod præfatus T. ante consumationem d decimi quarti anni, susceptum habitum deposuerit, aut si post decimumquartum annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & infra triduum [e] deposuerit: eum ab impetitione prædictorum eremitarum denuncies absolutum: & eam, quam postquam exiuit, iurauit accipere in vxorem libere posse traducere, si alia † causa rationabilis non obsistat. †

AD nostram.] Minor xiiij. annis per professionem, religioni non obligatur: idem in maiori, qui sine probatione suscepit habitum professorum, quem dimisit infra triduum. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem. ibi, quocirca. Abbas.

CASVS. Eremitæ de Montefollio quosdam pueros seduxerunt in tantum, ꝙ quidam suasionibus eorum consentientes, statim religionis habitū in suo monasterio receperunt: vnus eorum T. nomine, statim pœnituit, & infra triduum indè exiuit: postmodum iurauit quandam recipere in vxorem; sed illi eremitæ non permittebant ipsum illam ducere, vt iurauit: significatū fuit hoc dño Papæ: unde mandat, quatenus, si constiterit, ꝙ præfatus T. ante xiiij. annū completum, habitū susceptū depofuerit, aut si post xiii. annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & infra triduū deposuerit, cum ab impetitione dictorum eremitarū denunciet absolutum; & eam, quam iurauit accipiat in vxorem, si aliud non impediat. Not. ꝙ ante xiij. annum votum non obligat. Item qui illectus habitum suscepit, præsumitur non voluisse.

Glo. seq. arg. allegat quattuor iura ꝓ & 4 cōtra, & soluit.]

c Statim pœnituit.] arg. ꝓ nō dicifactū quo l non durat. 1. q. 1. constat. & quod cum eo qui in alie. po. si 6 li. ff. de i rē ver. si ꝓ parte. & verium. & 23. q. 6. vides Ar ꝯ. q. a ex quo semel placuit, amplius displicere nō potest. 32. q. 5. horre. ꝯdus. C. de ꝯh. emp. & idcirco, & 4. dist. erit autem, & c. in istis. & 8. q. 2. dilectissimi. Sol. vbi cōstat de facto & eius qualitate, 1 non est quærendū de eius perseuerantia: Nam sufficit ꝙ ab initio constitit: cum verò constat de facto, sed de intentione nescitur, recurrimus ad præsumptionem perseuerantię, vt in casu isto & consimilibus.

[Gl. seq. notat annum inceptum &c. alle. quatuor iura in contrariū alleg. iura, & soluit.]

d Ante consummationem.] not. ex hoc verbo, ꝙ in casu isto annus inceptus a pro completo non habetur. 20. q. 1. illud. & q. 2. si in qualibet. & ꝟ. eo. significatum & in alio casu ꝟ. de elect. cum in cu. & 1. arg. contra. ff. de mune. & ho. ad rem publicam. & 78 dist. presbyter. & in cap. prædicto, cum in cunctis. §. inferiora. Solut. in dignitatibus fauor consideratur: & ideò annus inceptus pro completo habetur: sed in eo est speciale in regulæ obseruatione grauitas est & labor, & sic odium: & ideo annus completus exigitur. arg. ꝟ. eo. quia in insulis.

[Glo. seq. signat contrarium, ponit opinionem quam reprobat: demum soluit.]

e Triduum.] Arg. contra 20. q. 1. c. firma. & 27. q. 1. per totum. 20 q. 3. eos qui semel. sol. Quidam dicunt, quod istud dispensatiuè dictum est, alias regulare est, quod pubes ingrediens etiam post momentum exire non potest, ut dicunt contraria. Sed hæc solutio non ualet: quia contra uotum continentiæ 3 non admittitur dispensatio quia continentia castitatis & abdicatio proprietatis ita inhærent ossibus monachorum, ut nec summus pontifex valeat dispensare. ꝟ. de sta. mo. c. ... ad monasterium. in fin. Dicas ergo quod iste sine deliberatione & ex mentis impetu intrauit, & illectus fuit; & ita quod ad Deum non fuit obligatus, qui considerat cor, & non opus, 14. q. 5. si quid inuenisti. & 15. q. 6. cap. 1. in fin. & ideò nec apud ecclesiam, cum habeat certa indicia de tali voto facto impetuose, ex eo quod sine probatione habitum suscepit, & quia infra tri-

† Aut obligatione ... & ... Io. An.

† aliqua

† obsistat.

1 Tempus inceptum ... habeatur completo, an non, tradit Ioannes ... Platea ... per ... testa.

† De hoc ... B. T... & in C... tam ... c. ll. ...

fra triduum pœnituit, & quia propè pueritiā fuit. iure ergo communi ecclesia ipsum absoluere debuit, & ita non fuit obligatus quantum ad Deum, & eius ecclesiam arg. 22. q. 4. vnusquisque. & 15. q. 1. sane. ar. 17. q. 4. sunt qui oper. Ber.

Super.] Cōis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Quæ distinguit inter ꝓfessos & nouitios. Abb. CASVS. Quidam clerici susceperūt habitum religionis eo animo, vt ad sęculū non redirent: & ante factam professionem ad priorem statum sunt reuersi: quæsitū fuit de his clericis, vtrū si remanere possint? Respōdet Papa, ꝙ si austeritatem religionis ad quam migrauerūt, seruare noluerint ad minorem religionē compellēdi sunt transire, nec amplius in ecclesijs sæcularibus debent assumi, ne contra votum suum venire ꝓhibentur. Sed si ante susceptum habitū positi in probatione recedere voluerint ad priorem statum redire non prohibentur. Not. ꝙ qui habitum religionis assumit eo animo, vt in religione perseueret, ad sęculum redire non pōt, sed ad largiorē ordinem si voluerit transire potest. Item qui causa probationis habitum religionis assumit, ante professionem ad sæculum redire potest.

a Susceperunt.] eo animo vt ad sęculū non redirēt. nulla facta ibi professione. ꝟ. eod. statuimus. ita quòd de hoc constabat, vt ibi dicitur.

b Ne contra votum.] quo renunciauerunt sæculo generaliter. nondum facta professione alicuius religionis. vnde cogendi sunt remanere vel ibi, vel ad mitiorem transire, si sponte voluerint, vt hic dicit, & ꝟ. eodem consulti.

c Habitum. de quo præmisit, ex quo renunciauerunt sæculo.

d Redire.] moribus emendatis. ꝟ. eo. consulti. Ber.

[Glos. seq. quærit in qua veste, & c. alleg. quòd in prima. soluit contrarium, & ad legem respondet.]

e In eadem veste.] sed in qua veste positi in probatione debent esse? videtur quòd in illa in qua venerūt. 53. dist. legē. & 54. dist. multos. in fi. argum. 17. q. 2. si quis incognitus. Dic ꝙ in monachali habitu, vt hic dicitur, & ꝟ. eod. statuimus. alioquin nō possent probare austeritatem monachalem, quæ in vestibus pro magna parte consistit. Et quod dicitur hic infra. in eadem veste redeant, in qua venerunt, sic intellige: quia finita probatione si noluerint ibi remanere, restituentur eis vestes cum quibus venerunt, & cum recedent, & sic seruatur pro regula monachorum. Et c. 2 quæ dicunt, quòd probari debent in veste laicali, non seruantur; sed intelligas de veste, in qua venerunt. Vel dic, in veste laicali, id est, in veste nouitiorum, qui sunt in probatione & quæ differunt ab illis quæ dantur profitentibus. ꝟ. eo. statuimus.

¶Idem Elien. Episcopo.

¶ *Qui recipit habitum professorum, vbi distincti sunt habitus, compellitur ibi vel alibi esse religiosus, sed si recipit habitum nouitiorum, potest ad sæculum redire.*

CAP. IX.

Svper† eo quod quęsitum fuit de clericis, qui religionis habitum susceperunt, [a] & ante professionem ad priorē statum sunt reuersi: Respondemus, quòd si austeritatem religionis ad quam migrasse noscuntur, seruare noluerint, ad minorē religionem sunt cogendi trāsire, nec amplius in ecclesijs sæcularibus debent assumi: ne contra votum [b] quod Domino fecerūt, venire prohibentur. Verum si ante susceptum huiusmodi habitum [c] in probatione positi recedere voluerint, secūdum regulam† beati Benedicti, non vidētur prohiberi ad priorem statum redire: [d] quę videtur præcipere, vt in eadem veste, [e] in qua veniunt reuertatur.

¶Idem Ambianen. episcopo.

¶ *Canonicus regularis potest effici monachus, si religio ad quam transit, est strictior sua: aliàs secus.*

CAP. X.

Sane † de canonico, qui in ecclesia Aromaten. professionem fecerat, & fugerat ab eadem, in monachum à quodam Abbate recepto: Id tuæ fraternitati significamus, quòd si locus vbi nunc permanet, maioris religionis quàm ecclesia Aromaten. existat, †ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas: [f] alioquin cum ad priorem ecclesiam redire compellas.

¶Idem Beluacen. episcopo.

¶ *Minor xiiij annis, profitendo non obligatur religioni, nisi factus maior ratum habuerit.*

CAP. XI.

Significatum † est nobis: & infra. ¶Mandamus, quatenus si inueneris, quòd G. nō fuisset

Sane.] Si canonicus regularis fit monachus: aut strictioris religionis, & manet monach⁹: aut laxioris, & redire cōpellitur. Et est textus notabilis. Diuiditur. Nam primo narrat factum. Secundò distinguendo diffinit: ibi. Id tuę. Abb. Sic. CASVS. Quidam canonic⁹ Aromaten. professus ibidem, ab ecclesia Aromaten. aufugit, & à quodā Abbate in monachū est receptus: quæsitū fuit, an deberet ibi remanere: Respōdet Papa episcopo Ambiañ. quòd si locus ille vbi nūc est, maioris religionis existit quā ecclesia Aromaten. ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittat, alioquin ad primam redire compellat eundem. Not. quòd de minori religione ad maiorem transire licet, & non econuerso.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

f Remanere permittas.] f. d. contra videtur 19. q. 3. mādamus vbi dicitur, quòd si canonicus regularis ad monasteriū transeat, ad canonicam reducatur, & in vituperium memoriale cucullam portet. sed illud intellige quando causa leuitatis vel vanitatis non petita licentia transit: & hic quando causa maioris religionis & bono zelo. ꝟ. eod. licet. Ber.

Significatum.] In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, Mandamus. Abb. Sic.

CASVS. Quidam G. nomine infra xiiij. annū constitutus, timore magistri sui habitum religionis assumpsit, & inde infra annum exiuit, & sic vagabundus discurrit: significatum fuit hoc dño Papæ: vnde mandat epō Beluacen. quatenus si inuenerit, quòd ille G. non fuisset oblatus à parentibus, & infra xiiij. annum à religione recessit: ab illo voto quod fecit, ipsum denunciet absolutum: Si verò à parentibus fuit oblatus, aut xiiij. annum compleuerit, quando religionem intrauit, siue post xiiij. annum professionem à se factam ratam habuerit, compellat eundem ad eandem religionem, vel aliam transire Not. quòd votum ante xiiij. annum non obligat. Item votum quod ab initio non tenuit, per ratihabitionem subsequentem tenet.

Margin notes: a Scilicet in d. ca. multos. Io. And. — 9. eo. 1. cōp. & con. Lateran. ex. iij. c. 2. — †Cap. 10. eo. tit. in 1. cōp. & post concilium Later. par. 50. c. 3. — † existit. — †Cap. 11. eo. tit. in 1. cōp. & post cōc. Lateran. par. 50. ca. 10. vbi est integra clausula. Et vide cōc. Trid. sess. 25. tit. de regularib. ca. 15. ex quo cessant nūc difficultates textus & glossarū. — g De solutione huius ꝟ. ij, vide plenius hic per Hostiēsem, Ioan. And. & alios.

[a] Ap.

a A parentibus oblatus.] si fuisset à parentibus oblatus ante xiiij. annum exire non debuit, sed post xiiij. annum ibi stare non cogitur. j. eo. cum simus, aliàs si non fuisset traditus à parentibus, quandocunque vellet posset exire, vt hic innuitur.

b Fuerit oblatus.] supplè maximè. Ber.

c Intrauit.] quia tunc tenet quod fecit. 20. q. 1. illud.

[Glossa sequens recitetur per quæstionem.]

d Ratã habuerit.] quod intellige si expressè consentiat: immò certè etiam tacitè, si vltra illud tempus remaneat. 1 j. de despon. impuber. litteras. & cap. accessit. tamẽ cauta maioris certitudinis in principio xv. anni eius voluntas requirẽda est. 20 q. 1. cap. illud. & sic seruant plures religiosi, & benè. Item est hic arg. φ ea quæ ab initio non valẽt, tractu temporis conualescunt. si. j. de despons. impuber. de illis 2. Sed dic valet vt ex nunc, sed non vt extunc. ff. de officio Proconsulis. obseruare in fine.

1 Per annũ. j. eo. c. 1. li. 6. vbi hẽs 4. modos qb. ratificatur pfessio minoris facti maioris. Io. And.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

e Ad aliam religionem.] hoc non videtur probare: quia si fecit professionẽ ibi, ad aliam postea minorem transire non est. arg. s. eod. non est. Sed dic ad aliam eiusdem religionis vel maioris.

†Ca. 3. eo. ti. in 2. compil. vbi est integra clausul. Vide Conc. Trid. sess. 25. ti. de regularib. c. 15. & c. 19. & c. 1. & ca. non solũ, eo. tit. lib. 6.

à parentibus[a] oblatus: & infra decimumquartum annum facti voti pœnitens, à religione recesserit: ab illo voto professionis, quod fecit, denũcies absolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatus,[b] seu decimumquartum annum compleuerit, cum religionem intrauit,[c] seu post decimumquartum annum professionem à se prius factam, ratam[d] habuerit: cum ad eandem, vel ad aliam religionem[e] transire compellas.

¶ Clemens tertius.

¶ Si filia minor duodecim annis à parentibus, monasterio tradita, maior facta sponte velatur, ad sæculum redire non potest.

CAP. XII.

CVm† virũ: & infra. ¶ Vtrũ[f] ea, quæ infra discretionis[g] annos, à parẽtibus monasterio tradita, habitum religionis induẽs, benedictionem accepit, & exiens postmodum se cuidã militi copulauit, ad monasterium redire cogatur: Cõsultationi tuæ taliter respõdemus, quòd cum iuxta Cõcilij Toletani†[h] censuram, monachum aut paterna deuotio,[i] aut propria professio faciat: quicquid horum[k] fuerit allegatum,† tenebit, reuertẽdi ad sæculum aditu penitus interdicto. Nõ enim videtur ille monasticæ professionis à se post se iugum excutere, cum eam non constet euidẽter cõtradixisse, cum benedictioné accepit, quã non nisi in ætate discretionis recipiũt,[l] quæ velantur: præsertim si ratihabitione secuta†(& si eam quandoque contradixisse constiterit quod ante gestum fuerat, ro-

†Id est cõcilium Toletanum 4. c.

†Alligat... legit in ... lo, & mo... ma... pris... nè hic... gaou... i cod... batur... dos... distingu... ita... ra se... legat... bit... ponit Be... stitutis. † isquod

CVm virum.] Si impubes etiam inuitus à parentibus monasterio traditus, factus maior sponte recipit habitum professorum, ad sæculum amplius redire non potest. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, Consultationi. Tertiò soluit contrarium: ibi, nec obloquitur. Abbas.

CASVS. Quædam puella j. annos discretionis monasterio tradita fuit à parentibus, & habitum religionis assumens, benedictionem accepit, quam recipiunt quæ velantur: postmodum de monasterio exiens, cuidam militi se copulauit: quæritur, vtrum ad monasterium redire teneatur? Rñdet Papa, φ secundum Toletañ. Concilium, paterna deuotio, aũt propria pfessio, monachum facit: & quandocunque istorum allegatum & approbatum fuerit, obligata erit: & ideò ad sæculum redire non potest, nec potest vlterius iugum professionis reijcere: cum non contradixerit qñ benedictionem accepit, quam benedictionem tantum in ætate discreta recipiunt, quæ velantur & quia etiã si ɔ̃dixerit, postmodum ratum habuit. Postea rñdet tertiæ quæstioni, quæ posset fieri per decretũ Leonis Papæ à ɔ̃rio sensu, vbi dr: puellæ, quæ nõ coactæ parentum imperio, sed sponte virginitatis habitum susceperunt, habitum non pñt deserere, ergo per ɔ̃riũ sensum datur intelligi, φ si coactæ habitum suscipiunt, ipsum deserere possunt? Respondet Papa: non obstat illud decretum: quia illud intelligitur de puella nubili, quæ non cogitur sequi voluntatem parentum, cum habeat liberum arbitrium in vouendo: hic loquitur de illa, quæ adhuc erat j. annos discretionis, quæ adulta facta professionem fecit: vel si coacta fuit, postea consensit. Not. quod ex deuotione & oblatione parentum obligatur filius ad religionem. Item professus in ætate discreta, vlterius ad sæculum redire non potest. Item votum quod ab initio non valuit, tractu temporis per ratihabitioné tenet. Item no. quòd argumentum à contrario sensu validum est, dummodo in eundem casum fiat: sed hic erat diuersus casus.

f Vtrum.] supple hic, quæsiuisti.

g Discretionis annos.] idest, infra annos ad votũ vel matrimoniũ contrahendum aptos, qui in puella xij. in puero xiiij sunt, vt 20. q. 1. c. 1. & 2. nam ante dicitur carere iudicio. ff. de iudi. cum prætor. § non autem, & 3. q. 7. c. infamis. § tria. in princ. Et dic iudicio, idest discretione: sed quo ad beneficium restitutionis implorandum, vsque ad xxv. annum dicitur esse fragile & infirmum huiusmodi ætatis consiliũ. ff. de minori. l. 1. Lau.

h Concilij Toletani.] 20. q. 1. monachum.

i Paterna deuotio.] paterna deuotio quandoque facit monachum occasionaliter: aliquando enim filius obtemperat voluntati paternæ ex debito honestatis, non necessitatis. 20 q. 1. illud. & c. puellæ. sic & in matrimonio intellige. infra de despon. impub. cap. 1. Aliàs non cogitur filius ad hoc obtemperare patri, vt hic, in fi. & in prædicto cap. puellæ. & j. eod. cum simus. quia res est voti, non præcepti. 32. q. 1. integritas. & c. puellæ. Et expone, aut, pro, & : quia paterna deuotio facit monachum, cum sequitur ratihabitio filij, & eadem expositio fit C. de verbo. signif. l. penul. vbi aut ponitur pro, &.

k Quicquid horum.] ex hoc verbo videtur, quòd per se sufficiat alterum istorum. sed non est verum: vnde sic intellige, paterna deuotio cum ratihabitione filij adulti sufficit: propria professio filij sine patris deuotione sufficit: & ita si incipias à primo, vtrunque necessarium est: si à secundò, sufficit secundum tantum. similiter s. de rescriptis. olim.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

l Recipiunt.] sed quid si ante reciperent? Respondeo, Non obstat exire volenti: quia non tenet professio infra discretionis annos. 15. q. 1. illud. & c. 1. s. eo. significatum. & j. eo. cum simus. sicut nec matrimonium, nisi malitia suppleret ætatem. j. de despon. impub. puberes. & cap. à nobis. & c. vlt.

[Glos. seq. arg. & determinat.]

a Ro-

...boratur.[a] ¶ Nec obloquitur, [b] quod de prædecessoris nostri Leonis † Papæ constitutione per cōtrariū sensum sumitur:† vt puellæ, quę coactæ parentum imperio, virginitatis habitum suscepe runt, † ipsum possint sine præuaricatione deserere: cum de ea rectè † possit intelligi, quæ in ętate nubili noscitur constituta: tunc enim quia liberum hēt arbitrium in electione propositi, se qui parentum non cogitur voluntatem.

¶ Idem.

¶ Valet professio facta sine susceptione habitus religionis.

CAP. XIII.

Porrectum † nobis ex parte tua petitorium continebat, quòd I. canonicus Acherōtinus infirmitate grauatus, votum vt fieret monachus, se asseruit emisisse: vnde metuens, ne voto decederet non cōpleto, iunctis manibus tibi se reddidit in monachū, & in fratrē: & infrà. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respōdemus, quòd † cum monachū non faciat habitus, [c] sed professio [d] regularis: ex quo à conuertendo votū emittitur, & recipitur ab Abbate, talis vt fiat monachus, & reddat Domino, quæ promisit, erit vtiq; compellēdus.

¶ Celestinus † tertius.

¶ Si pater se cum bonis suis & filio impubere obtulit monasterio, filius factus maior exire potest religionem, & legitimā à monasterio petere.

CAP. XIIII.

Cum † simus: & infra. ¶ Sanè nostris auribus est relatum, quòd cū

a Roboratur.] arg. q ea, q ab initio non tenēt tractu tēporis cōualescunt. sic infra eo. significatū, & infra de despō. impub. de illis, 31. q. 1. cor. stat. Dic, quòd ex nunc incipit valere, & non ex tunc, vt dixi infra eod. significatum.

b Nec obloquitur.] hic rñdet tacitæ qōni, quæ posset fieri per c. illud, puellæ, 20. q. 1. à cōtrario sensu, vbi dr, q puellæ, q suscipiūt habitū virginitatis, non coactæ imperio parentū, deserere non pñt habitū susceptum: ergo si coactæ fuissent, à cōtrario sensu bene possent deserere: at ista fuit coacta, ergo non dēt cōpelli redire ad monasteriū. Non obstat illud ca. à cōtrario sensu inductum, quia illud intelligit de adultis, qui non pñt habitū semel susceptum relinquere, & hic loquitur de ea, q adhuc erat infra annos discretionis, q facta adulta professionē fecit, nec cōtradixit. Vel si coacta fuit, postea consensit: vnde exire non pōt, & est simile C. qđ met. cau. l. 2. infra de his q vi, metusve causa fi. ad audientiam.

Porrectum.] Monachum facit professio, nō habitus tantum. Cōis diuisio. Secunda ibi, Inquisitioni. Abb. Sicul.

CASVS. Quidā canonicus Acherontinus I. noīe, votū emisit, vt fieret monachus, in infirmitate constitutus: ipse verò timens, ne voto incōpleto decederet, iunctis manibus tradidit se Abbati in monachum & in fratrem: quæritur, an talis sit compellendus promissum adimplere. Rñdet Papa, q cum monachū non faciat habitus, sed professio regularis, talis compellendus est, vt fiat monachus, & reddat Dño quod vouit, & quod promisit, ex quo votū emisit, & Abbas ipsum recepit. No. q sola professio sine habitu monachū facit. Item qui votum facit, vt fiat monachus, compellendus est reddere Dño quod promisit.

[Glos. seq. alleg. tres concord. & tria iura in contrarium, & soluit.]

c Non faciat habitus. 2] hic euidenter apparet, q habitus non facit monachum, sed sola professio regularis, sic infra qui cle. vel vouen. cōsuluit. & infra eo. ex parte, & infra eo. vt clerici. Sed contra vr 27. dist. quod interrogasti. & infra eod. vidua. & c. super eo. Sol. illud verum est, q habitus sine professione non facit monachum: sola. n. professio vera vel præsumpta monachū facit, & sollennizat votum. Dicas ergo, q quicunque facit professionem in manu Abbatis, seu etiam alicuius monachi, & vbicunque, dummodo recipiatur eius professio ab Abbate & fratribus, monachus est, & sollemnizatum est votum illius infra qui cle. vel vou. insinuante. & hic. Et illa capitula, quod interrogasti. & c. vidua. intelliguntur de præsumpta professione, ex quo enim moratur inter alias moniales, & gerunt se tanquam monachas, monachæ sunt censendæ. 20. q. 1. quem progenitores. & N. P.

quia ab initio eo proposito, & eo animo intrauerūt, vt monachæ essent tacitè, ex quo nullam protestationem fecerunt, & multo tpe ibi fuerunt, saltem per annum in habitu professorum, infra eo. ex parte. vnde postea non audiuntur et si velint iurare contrarium, illud c. super eo. intelligit de illis, qui habitu recipiēdo renunciauerūt seculo tacitè vel expressè, vt ibi dr. & infra eo. consulti. & cap. statuimus, quod in eodem casu loqui vr cum illo cap. consulti.

[Gl. seq. dat duas lecturas.]

d Professio.] quæ hic intercessit, ex eo qđ dicit: iunctis manibus tibi se reddidit in monachū & in fratrem, saltē tacitè, licet fortè non expressit formā psfsionis, quam habes, 20. q. 1. vidua. & perinde fuit ac si formā illam seruasset. Sed litera sequens vr contradicere huic, vbi dicit: talis vt fiat monachus, & reddat Dño q promisit, &c. Sed tu expone, i. fiat monachus, i. stet & viuat vt monachus. Vel intellige, q votū fecit solummodo, vt fiat monachus, tradendo se in manus Abbatis, vt infra de voto & voti red. per tuas. vbi fuit similis promissio. & hoc plat litera, ex quo à conuertēdo votum emittitur, vt f. fiat monachus, talis ergo, qui sic promisit & vouit, q intrabit religionem, cōpellēdus est, vt fiat monachus & reddat Domino promissum & votum suum, & sic planè sonat litera. Et ita collige ex hoc, quod qui promittit se intraturum aliquam religionem, tenetur cōplere promissum, & potest & debet compelli. 4 infra de vo. & vo. red. per tuas. Quod prius dixit, verius puto: qa reddendo se in manibus Abbatis in monachum & fratrem, statim fuit monachus.

Cum simus.] Communis diuisio. Secunda ibi, Discretioni. Abbas Siculus.

CASVS. Quidem miles B. nomine, se cum filio infra decimumquartum annum constituto, ad quoddam monasterium cum bonis suis transtulit, & dictum filiū suum fecit habitum suscipere monachalem: sed cum ipsi puero displiceret monastica disciplina, infra modici tēpus à monasterio recessit, & bona paterna cępit cum instantia postulare: sed Abbas dicebat, quòd non erat audiendus, cum tempore suæ oblationis extiterit maior 14. annis. Consultus Papa rñdet dicens, quòd si dictus puer ad annos discretionis iā peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, non est ad hoc vllatenus compellēdus: quia tunc liberum sibi erit habitum ipsum dimittere, & paterna bona, quæ ipsum ex successione contingunt, poterit postulare. Nota, quòd intrans religionem ante decimumquartum annum cū venerit ad annos discretionis, habitum dimittere potest, & paterna bona postulare.

† al. ita: qđ cum monachū faciat, nō habitus, sed, &c.

† Clemens iij.

3 Eodē modo exponit Tanc. Inno. Host. & alij antiqui.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōp. Et de intellectu vide Ferdinandū Vasquiū li. 1. cōtrouer. illustrium, c. 37.

4 Si tñ profitet aliā religionē etiā laxiorem, tenet psfsio: qa tñ votū sollēne derogat primo simpl. ci. infra eod. qui post votū. lib. 6. Io. A.

a Discretionis.] Dic de hoc vt dictũ est, ī. eo. cũ virũ.
b Ad annos discretionis.] xiiij. s. annorum: quia tunc liberum est ei stare si voluerit remanere, vel recedere, si ei non placet. 20. q. 1. illud. & q. 2. si in qualibet.
c Et bona paterna.] quibus priuari non potest legitima iure naturæ, reliqua parte monasterio competente, quæ in ipso ingressu competit. 19. q. 3. si qua mulier, quæ erit tertia illius partis, quæ sibi ab intestato debetur. vel medietas sm numerum filiorum, C. de inoffic. testam. in auth. nouissima.
d Prouenĩut.] ī. de testa. Raynutius, & c. Raynaldus. vbi de hoc.

Sicut tenor.] Primo ponit decisa consultatio. Sc̃do rñsio: ibi, Consultationi.
[Gl. seq. ponit casũ.]
e Sicut.] CASVS. Sacerdos 1 iste infirmitate grauissima laborabat, ita q̃ ex se posit[9] desperabat de vita præsenti; & in tali articulo cõstitutus indutus fuit habitu monachali; & ad monasteriũ deportatus: tandem conualuit, & habitum dimisit, & de Abbatis licentia monasterium dereliquit: & consuluit sacerdos dñm Papam qd esset ei faciendum: & ipse respõdet sm qđ sequitur in litera. Bet. No. quòd contraria, allegãs auditur. Itẽ nota, quòd mente alienatus non obligat, cum nec consentire valeat nec dissentire, tanquam dormiens. Item quod ab initio non valet, ex postfacto conualescit.

† al. ita: non sed hoc vllatenus, &c.

1 Hic casus Bern. est, & in vetustis codicibus reperitur.

† Gapilleñ. Targin. Argin.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. vbi est integra] clausula. Et de materia vide latè p Barbat. consil. 60.

B. miles se cum filio suo discretionis [a] annos nullatenus attingẽte, ad qđdam monasterium cum bonis suis etiam contulisset: dictum filium suũ fecit habitum suscipere monachalem: & infra. ¶ Discretioni tuæ taliter respondemus, quòd si dict[9] puer ad annos discretionis [b] peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem: si ad hoc induci nequiuerit, nõ † est vllatenus compellendus; quia tunc liberum sibi erit eum dimittere, & bona paterna, [c] quæ ipsi ex successione prouenniunt, [d] postulare.

¶ Innocentius iij. episcopo & Capitulo Targileñ. †

¶ Furiosus profitẽdo non obligatur, nisi factus sana mentis ratum habuerit.

CAP. XV.

Sicut [e] † tenor literarum, & infra. ¶ Consultationi vestræ taliter respondemus, q̃ licet ista duo inter se repugnantia [f] videantur, vt quisquam, scilicet sit extra se positus, & de præsenti vita desperet: si tamen eo tempore, quo P. sacerdos lator præsentiũ, positus † extra mentẽ [g] asseritur, indutus fuit habitu monachali: [h] cum alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eum denũcietis ab obseruatione monastici ordinis absolutũ: [i] nisi postquam mẽtis suę factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Professio nec fieri nec recipi dẽt infra tẽpus probationis, sed facta & recepta tenet. h. d. & est casus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. XVI.

Ad † Apostolicã sedem: & infra. ¶ Cum monachum fieri ante vnius anni [k] probationem, regularis institutio interdicat: & infrà. ¶ Quæstionibus tuis taliter respondemus, quòd licet tẽpus probationis à sanctis Patrib[9] sit indul

f Repugnãtia.] Vnde non videbatur audiendus, ī. de appel. solicitudinem, 23. q. 7. quod autem, C. de lit. & . . . . cum precum.
[Gl. seq. recitat per quæstionem, quam soluit, & solutionem obijcit.]
g Extra mentem.] si autem integrum haberet iudicium, licet grauissimam pateretur infirmitatem, benè obligaretur, si voueret. arg. Instit. quibus non est permissum facere testam. §. præterea. 2 tenetur autem hoc probare, se tunc temporis extra mentem fuisse. ī. de successi. ab intest. cum dilectus. Argum. contra 3. quæst. 9. indicas. Laur.
h Habitu monachali.] ita quòd votum fecisset; quia solus habitus non facit monachum, sed professio. ī. eo. porrò ẽtum. & ī eo. ex parte.
i Absolutum.] & ita nullum est votum, siue obligatio, quæ fit mente alienata. sic 17. q. 1. Gonsaldus.

2 Furiosus tpe quo furor declinauit, testari potest. Ioã. And.

Ad Apostolicam.] In prima parte ponitur duplex consultatio decisa. In secunda responsio: ibi, Quæstionibus. Primo respondet ad primam. Secundo ad secundam ibi, Prohibendum. Abbas.

CASVS. Regularis institutio prohibet monachum fieri ante vnius anni probationem: verumtamen quidam ante tempus illud aut etiam statim faciunt professionem, quæ recipitur ab Abbate: quæritur, vtrum tales monachi, sint censendi? Respõdet Papa, licet tempus probationis vnius anni, à sanctis Patrib. sit institutum tam in fauorem conuersi quàm monasterij; tñ si ante tempus probationis, ille qui cõuerti desiderat, habitum recepit, & professionem faciat, Abbate per se, vel per alium, habitum concedente; & professionẽ recipiẽte, vterque iuri suo renunciare videtur, quod pro se noscitur introductum, & ideo monach[9] est censendus; quia multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. In fine prohibet abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, & si contrafecerint, puniantur. No. quòd regulare ẽ vt nullus ante vnius anni probationem in monachum, vel regularem canonicũ recipiatur. Item nota hic rationes, quare tẽpus probationis fuit inuentum. Item receptio & professio monachi potest delegari. Item quilibet renunciare potest iuri, quòd pro se noscitur introductũ. Item multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. Hæc regula locum habet in his, quæ non habent perpetuam prohibitionem, quia non cauetur in prohibitione: quod si factum fuerit, non valebit. Item tempus probationis est institutum in subsidium fragilitatis humanæ.

[Gl. seq. recitatur per obiectionem, quam dupliciter soluit, sed primam approbat.]
k Anni.] vt 17. q. 2. Gonsaldus. quandoque tam̃ enim statuitur biennium. 19. q. 2. monasterijs. quandoque triennium, 18. q. 2. si quis incognitus. quia diuersa tempora statuuntur, videtur esse arbitrarium, quod satis potest concedi; quia etiam statim posset recipi, & renunciare beneficio huius probationis, vt ī. eod. c. dicitur. & c. statuimus. Dici consueuit, quod clericus ignotus & laicus notus probantur per biennium: sed clericus notus per annum, laicus ignotus per triennium, & sic intelligi consueuerunt capita prædicta. Sed non credo, quòd hodie teneatur illa diuersitas; imò quilibet statum potest admitti, vt dictum est. Bern.

† al. ita situs mentem asserẽ.

† Cap. 4. tit. in 3. . . vbi est . . gra clau la. Et . . Conc. Tr sess. 25. . regula . . ex quo . . sant . . tex. & gl . . tatum.

[Gl.

tum, non solum in fauorem conuersi, sed etiam monasterij:[a] vt & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri: (quod vtrũque diligenter est obseruãdum, præsertim cum ab vtroque de reliquo facta † certa notitia non habetur) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is qui conuerti desiderat, habitum recepit, & professionem emittit, Abbate per se, vel per alium professionem recipiente monasticam, & monachalem habitũ concedente: vterque renunciare videtur ei, quod pro se nascitur introductum: Ideoque obligatur † per professionem emissam pariter & acceptam, ad obseruantiam regularem, & vere monachus est censendus quia multa fieri prohibẽtur, quæ si facta fuerint, obtinẽt[b] roboris † firmitatem. ¶ Prohibẽdam[c] est autẽ † Abbatibus, ne passim ante tẽpus probationis, quoslibet ad professionem recipiant: & si contra formam præscriptam quoslibet indiscretè receperint, animaduersione sunt debita corrigẽdi:[d] cum in subsidium fragilitatis humanæ, spatium probationis sit regulariter institutum.

¶Idem Aconen.† epõ.

¶ *Qui professionem fecit, licet in claustro nunquam permanserit, sed in seculo, & suis bonis vsus fuerit, ad obseruantiam regularẽ compellitur.*

CAP. XVII.

SIcut † nobis fuit ꝓpositum, quidã clericus cum ægritudine nimia laboraret, quasi de morte[e] securus, & † de recuperanda sanitate desperans, habitũ canonicorum regularium petiit & accepit, sed nec ad ecclesiam transiuit, nec bonis suis[f] vti cessauit, videntibus & scientib.[g] episcopo & canonicis ecclesiç Nazaren.† a quib⁹ habitum susceperat regularem; & infra. ¶ Fraternitati tuç taliter respõdemus, quod si regularẽ habitum se postulãte suscepit, & ad obseruationem religionis canonicè sua se professione[h] ligauit, ad resumendum habitum ecclesiastica est districtione cogẽdus; cũ, quod tanto[i] tempore extra canonicã † mansit, † nõ in excusationẽ eius, sed in maioris transgressionis augumentũ merito valeat allegari.

¶Idem Priori & Conuentui Dimoliensi.†

¶ *Potest religiosus zelo sanctioris vitæ, ad religionem transire strictiorem, petita prius licentia prælati sui, licet non obtenta, etiam si primum monasterium sit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiã arctius transire non possit h.d. Et est casus notabilis, & quotidie allegatur.*

[Glo. seq. recitari potest per contrarium, quod alter solus renunciet de l. quid fauore. secundo quod etiam vterque non renunciet per c. si diligenti.]

a Monasterij.] ergo alter altero inuito huic beneficio renunciare non põt; quod est verum, quia cõiter in fauorem vtriusque introductum fuit; & quod fauore alicui⁹ introductũ est, in odiũ eius nõ debet retorqueri. C. de leg quod fauore. & in re cõi potior est conditio prohibentis, vt arg. ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. & ff. cõi diui. Sabinus. T. de cõi tamẽ cõsensu potest vterque renũciare iuri suo, vt hic dicit, cũ sit ꝑsonale & singulare beneficiũ. ĩ. de offi. dele. gratũ. C. de pact. si quis in cõscribendo. ff. de mino. si iudex. & 7. q. 1. quam periculosum. secus si esset cõe beneficiũ, & fauore omniũ introductum. ĩ. de so. cõp. si diligẽti. vbi de hoc & 4. q. 3. c. si testes §. item parentes.

b Obtinent roboris firmitatẽ.] vt 17. quæstio. 2. ca. nos nouimus. & 27. distin. si vir. & 2. q. 6. c. biduũ. Bernardus.

c Prohibendum.] quia graue est inexpertos Dei seruitio applicare. 19. q. 3. monasterijs. C. de re mili. ꝯ publicam. lib. 12. & ff de vac. mune. ꝓ tor. § vlt. & tenet qs de mala electione. argu. 23. distin. tales. ff. nau. caupo. stabu. l. vlt. §. 2. C. d̃ colo. Illy. l. vnic. li. 11. vbi tenet quis eo ipso quod admittit ignotum.

d Corrigendi.] arbitrio iudicis, ex quo pœna non adijcitur. ĩ. de offi. dele. de causis. ff. de iure delibe. ran. l. 1. in fi.

SIcut nobis.] Diuiditur; quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, Fraternitati. Abbas.

CASVS. Quidam clericus nimia ægritudine laborans, quasi de morte securus, & de recuperãda sanitate desperãs, habitum canonicorũ regulariũ petit & accepit; sed ad ecclesiam non trãsiuit nec bonis suis vti postposuit, vidẽtib⁹, & scientibus epõ & canonicis ecclesiæ Nazareth, à qb⁹ habitum susceperat regularẽ: & ꝑ mula tempora seculariter se habuit: quæsiuit epõs, vtrum esset compellẽdus habitũ resumere regularem? Respondet Papa, ꝙ si regularem habitum petijt & accepit, & ꝓfessionem fecit, cõpellendus est, vt habitum regularem assumat: nec prodest illi, ꝙ tanto tempore extra canoniam mãsit; imò in augmentum maioris transgressionis ipsius, potest merito allegari. Nota, ꝙ monachi compellendi sunt habitum depositum reassumere & ad claustrum redire. Item contra votũ non præscribitur. Itẽ diuturnitas temporis peccata non minuit, sed auget.

[Glo. seq. q̃rit obijciendo, & soluit.]

e De morte securus.] si tñ sanę mẽtis fuit: alias nõ obligaretur, ĩ. eod. sicut tenor. 17. quæst. 2. Gonsaldus. 32. quæstio. 7. c. neque furiosus. & C. de transactio. l. sana mente. Sed quęrit quare aliàs timor mortis impedit monachari. ĩ. quod me. caus. perlatum. & nõ hic? Respõdeo, monachatur ibi vt euadat mortẽ corporis, hic non monachatur, vt euadat mortẽ corporis, sed potius mortẽ animæ. Ioan.

f Bonis suis.] quõdam; sit tenuit monachatus. sic 27. q. 1. si quis rapuerit. & ĩ. qui cle. vel vouen. ca. vlti.

g Et scientibus.] vnde tenebant eum reuocare. ĩ. eo. l. cap. vlt. sed ad bona ipsi⁹ si mortu⁹ esset, & ipsum nõ reuocauerũt aspirare nõ deberẽt; quia quem viuũ contempserunt, non possunt mortuum suum dicere. C. d̃ lati. liber tollen. l. vnica, §. sed scimus & ĩ. de ĩfan. & lãg. expo. c. vnico. Bernardus.

h Sua se professione.] aliàs solus habitus nõ facit eum monachum. ĩ. eod. porrectum.

i Tanto tempore.] nullus annorum numerus ipsum excu-

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp. De materia vide Spe. tit. de statu monach. & Hostiẽ. in sum. tit. d̃ regul. §. & qualiter.

† al. ita: ꝙ recuperãda sanitate desperatus.

† Nozaren.

† Canonicã, habẽt oẽs antiq. codices.

† Religios⁹ ꝯ bonũ obedientię non põt pr. ribe. re. facit l. 1. C. d̃ ser. fug.

† Dimolie. nen. de Molẽd. Dubeolen. Dunolien.

excusat. 33. q. 5. quod Deo pari. immo tanto grauius delinquit. s. de cõue. c. vlti. & j. de simo. non satis. & ridiculũ esset (vt dicit lex) meliorem esse furis conditionem propter continuationẽ furti. ff. de furtis, inficiando §. infans. Io. Simile huic hẽs s. de testa. quia ingrediẽtibus.

emeretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Item sicut subditus tenetur prælato, ita prælatus tenetur subdito in hoc casu. Item episcopus sine licentia Papę non potest episcopatũ dimittere. Item maius bonum minori bono præfertur. Item communis vtilitas præfertur priuatæ.

CAP. XVIII.

g Occasione quamlibet.] supple minus idonea, quòd in generali verbo subintelligitur. argum. sup. de elect. causam, quę, & supra de offi. deleg. ex parte. 2. ff. de titu. nuptia. quamquam: 3 & de iureiur. veniens. & c. Quintauallis.

h Si dictus rex.] & frater ipsius ducis, contra quem dux ipse conuerterat aciem bellatorum, quam contra inimicos crucis dirigere simulauit.

[Gl. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.]

i Priuandum.] dicit hic Vincentius, q qui non adimplet voluntatem defuncti, sit ei auferenda tota hæreditas, & idē dicit canon. 11. q. 1. Siluester. & hoc cō. ornat

l. gran.

† turbatione.

1 De materia hui⁹ glossæ, vide B. Thom. loco prox. mè citato.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp. De intellectu Couarruuias in c. si hæredes, sup. de testa. & de magna voti obligatione B. Thomas. 2. 2. q. 88. art. 3.

† propriæ.

2 Quā vocet hic vtilitatē priuatam, & quā cōem, tradit Ioan. And. quē videto.

† commis[illegible]

† Defunctorū vota qui hæredes soluere teneant, vide Hostiensem in sum. de voto §. [illegible] trum [illegible] Nauarr. in manuali confessariorum cap. 12. nu. 56. & 57.

† Adde in ordine geniture, vel electione [illegible] di debeatur regno. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu.

3 Vide [illegible] verb. signo [illegible] Abbate [illegible] glos. penult. Ioan. And.

legi antiquæ C. de fideicommissis. l. vltima in fine, ita tamen illud obseruatur in extraneo hærede. Sed licet filius institutus hæres non adimpleat voluntatem defuncti, non ideo totum perdit, sed reseruatur ei legitima. C. de fideicommis. auth. hoc amplius. Et satis potest dici, quod lex in hoc casu præiudicet canoni ratione æquitatis. Vel hic auxit pœnã legis ob fauorẽ terræ sanctæ. Vel meli⁹ dic quod id quod dicit lex de legitima reliquenda, nõ potest habere locũ in huiusmodi dignitatibus, cũ diuidi non possint: quia regnum vnicum dẽt esse: & si contingeret quod aliter diminueretur, cito destrueretur, sed aliæ hæreditates bñ diuiduntur inter hæredes, sed hic vnus tãtum debet esse rex & iõ dicit quod totũ regnum deuoluetur ad alium fratrem. 1

¶ Idem Trecensi episcopo.

¶ Commutat Papa votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia: tunc maximè, cum cessat causa, quæ induxit ad vouendum, ita etiam quòd expensæ fiendæ in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in terra sancta subsidium.

Magnæ.] Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponitur facti narratio. Secundo allegatur pro, & cõtra ibi, Et qdẽ. Tertiò diffinitio: ibi, Cum igitur. Abb. Sic.

CASVS. Dum comes Campaniæ in vltramarinis partibus moram faceret, & ecclesia Treceñ contra ecclesiasticã libertatẽ plurimum grauaretur, Tercen. eps cõsiderãs quod per alium eidem ecclesiæ non posset de facili subueniri, ad ipsum proposuit accedere: & in signum peregrinationis & deuotionis terræ Orientalis, signum crucis assumpsit: & sic arripuit iter peregrinationis; dum esset in via, intellexit quod dictus comes mortuus erat, & licet intentionem suam conspiceret iam frustr. tam, noluit tamen redire sine consilio domini Papæ, & sic ad vrbem accessit, & intentionem suam, & statũ ecclesiæ suæ dño Papæ exposuit: dñs Papa considerans hæc dicit, quod in hoc negotio tria sunt consideranda. qd liceat secundum æquitatem, quid deceat ſm honestatem. qd expediat ſm vtilitatem, ostendens quod ipse votũ suum debeat perficere auctoritate Prophetæ dicentis: Vouete & reddite: & hoc est quod dicit; quid liceat. Item auctoritate Euangelij dicentis: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei: & hoc est quod dixit, quid deceat. Item non expediebat pp exemplum aliorum: quia qd agitur à prælatis, facile trahitur in exemplũ ab alijs: & hoc est quod dixit; quid expediat. Postmodum allegat in contrarium quod votum perficere non debeat propter ætatem, cum vix posset sustinere labores, propter necessitatem Treceñ. ecclesiæ, cui e obligatus: ipsum etiam votum, qd licet ex sui natura sanctum esset, non tamen sine licentia sedis Apostolicæ vouere potuit: postea ostendit quod votum commutari possit auctoritate veteris testamenti: vnde considerauit, quod votum possit commutari in aliud opus pietatis, non curando quid homines iniquè loquantur, exemplo Domini dicentis. Sinite illos, quia cæci sunt, concedit episcopo licentiam votum peregrinationis taliter commutare, vt expensas, quas esset facturus eundo, & morando, & redeundo, transmittat in subsidiũ terræ sanctæ, laborẽ orationib. & ieiunijs recõpẽsans: & quia episcopus specialiter pro libertate Treceñ. ecclesiæ per dictum comitẽ affequenda votum peregrinatiõis emisit, eo sublato de medio cã cessauit, & ideo cessare potuit & effect⁹. & hac causa inspecta Papa hanc indulgentiam sibi fecit. Nota quod ecclesia potest implorare auxilium & brachiũ seculare cum iniustè aggrauatur. Itẽ in quolibet voto tria consideranda sunt, quid liceat, quid deceat, quid expediat. Item factum prælatorũ de facili trahitur ab alijs in exemplũ, & ideo valde cauere debent qd eis liceat, qd deceat & quid expediat. Itẽ clericus vel eps sine licentia sui superioris votum peregrinationis non dẽt emittere. Item votum ista de causa potest commutari. Item veritas propter scandalum non est dimittẽda. Item in voto locum habet recompẽsatio. Item causa voti in ipso commutando consideranda est. Item cessante causa cessat effectus.

CAP VII.

Magnæ † deuotionis: & infra. ¶ Cũ Trecen. ecclesia cõtra libertatẽ ecclesiasticã grauaretur, nec per alium quã per Cãpaniæ comitẽ in vltramarinis partib. constitutũ, eidẽ ecclesiæ crederes posse de facili subueniri, ad ipsũ ppo suisti accedere: ac ĩ signũ peregrinationis, & deuotionis terræ Orientalis, crucẽ Dominicã assũpsisti: & infra. ¶ Quãuis autẽ audita morte ipsius, intentionẽ tuã conspiceres iam frustratã, noluisti [a] tamen sine consilio Apostolicæ sedis ad propria remeare, sed ingressus Vrbem, † intentionis tuę propositum, ac statũ Trecẽñ. ecclesiæ, nobis humiliter expressisti, & infra. ¶ Et quidem tria præcipuè duxim⁹ † in hoc negotio attendenda, quid liceat [b] secundum ęquitatem, quid deceat secundũ honestatẽ, & quid expediat secundum vtilitatẽ. Sane non [c] videbatur cõtra votum licitum, vt venires, [d] cum vox clamet prophetica: [e] Vouete, & reddite Domino Deo vestro: vt primum [f] ad cõsilium, ſm [g] ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur, [h] cum sit scriptum in Euãgelio: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciẽs retro, [i] aptus est regno Dei. ¶ Pręterea, non videbat' expedire, cũ ex absolutione tua scandalum

a Noluisti tamen sine consilio] & bene: quoniam nemo iuramentum suum vel votum debet interpretari. 1 ĩ. de ele. venerabilẽ. & ĩ. eo. ex multa, nisi certius esset quod non esset obligatus. arg. ĩ. de sen. excom. in quisitioni. Tanc.

b Liceat.] hæc tria semper consideranda sunt. arg. 11. q. 3. aliud. & 4. dist. denique. in fi.

c Sane non.] hic incipit ostẽdere, quòd votum suum perficere teneatur.

d Vt venires.] non obstante quod causa voti cessat, cum etiam si sine causa vouisset, nihilominus teneretur. ĩ. de conuer. coniug. ex parte. Facilius enim dispensari potest cessante causa, vt dicit in fi. causa enim non impedit, nisi exprimatur. C. de condict. ob tur. causã, si repetendi, nisi à iure subintelligatur, ff. de iure do. stipulationem. Io.

e Propetica.] scilicet, Dauid.

f Primum.] scilicet, vouete. Ber.

g Secundum.] scilicet, redire.

h Sed nec decens videbatur.] vt venires contra votum.

i Retro.] apostatando. simile infra de apostat. quidam. Nam apostata dicitur retro stans. 16. quæst. vlti. non obseruetis. & 3. quæst. 4. beatus, de pœn. distinct. 2. penata.

a Agi-

Marginal notes: 2.3. eo. comm. Hostiensis & alios hic. 1. & nus a le cruce nica, in deuo. terræ. hoc vi hic co. per Io. A. — † Scilicet Romã pro excelẽtiã. §. sed ius. insti. de iure natur. — † diximus — Psal. 75. — Luc. 9. — 1 Facit ad hoc tex. in l. 1. ff. de auct. tut.

posset laicorum mentibus generari dicentium, Vbi est Deus clericorũ? & hoc exemplo credentiũ, sed ad voti obseruantiam non teneri. Quod enim agitur a prælatis,[a] † facile trahitur a subditis in exemplum: iuxta qđ Dñs inquit ad Moysen in Leuitico: Si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, faciet delinquere populum. Verum ętatis[b] vitæ senescẽtis defectus, atque canicies, quæ vix labores, & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant, & ecclesię Trecen. suspiria, cui vinculo pastoralis solicitudinis es ligatus, sine cuius assensu votũ peregrinationis emittere forsitan[c] non debueras: & infra. ¶ Ipsum ẽt votum, quod ex sui forma sanctũ & honestum erat, ex persona vouẽtis minus licitum videbat. Cum.n. † iuxta canonica instituta, clericus absque sui ẽpi licentia peregrinari[d] non debeat, & ẽps non minus, imò potius sedi Apostolicę sit adstrictus,[e] videri meritò poterat, ꝙ absque generali, vel speciali licentia, votum peregrinationis, qua te tamdiu absentares emittere non deberes, & infra.

¶ Cum igitur[f] in lege veteri, in qua non minus præceptum Dñi obligabat, quàm votum hodie obliget in ecclesia, primogenita, quæ Domino mandabãtur offerri, quædam Domino redderentur, vt primogenita Leuitarum: quædam redimerẽtur, vt aliarũ tribuũ: quædam commutarentur in aliud, sicut primogentium asini, qui † pro oue commutabitur: ex hoc attendentes, quod uotum commutari possit[g] in opus aliud pietatis: non † curantes, quod os loquentium iniqua loquatur, dũm tamen non recedamus à tramite veritatis: de illius auctoritate securi, qui cum audisset à discipulis, Scis † quia Pharisæi audito hoc verbo scãdalizati sũt: Respõdit Sinite illos,[h] cæci sũt, & duces cæcorum: tibi pro te & famulis tuis licẽtiã concedimus votum peregrinationis taliter cõmutare, vt expẽtas, quas fueras in eũdo,[i] morãdo, & redeũdo facturus, alicui religioso cõmittas, in necessarios vsus terrę illius, sine diminutione,[k] quãlibet trãsferẽdas: & ĩfra. ¶ Laborem ẽt laborib⁹ recompẽses, solicitus insistẽdo vigiliis, deuotius vacãs orationibus, & ieiunijs fortius te exercens. Ad hãc aũt indulgẽtiam tibi facẽdam specialiter nos ĩduxit, quod cũ ꝓ libertate Trecẽsis ecclesiæ per dictũ comitẽ assequẽda, præcipuè votũ peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, quia cessauere causę,[l] facilius cessare potuit & effect⁹.

¶ Idem Cantuariensi ẽpo.

¶ Impedito ad tempus exequi votum vltramarinum, conceditur dilatio, perpetuo verò impedito, inducitur redemptio in eo, quod magis expediat terræ sanctæ.

CAP. VIII.

Qvod † super his, & infra. ¶ Quæsiuisti

---

a Agitur à prælatis.] iuxta illud, Cõponit orbis regis ad exẽplũ. 11. q. 3. præcipue. Nã prælati sũt tamq̃ signum positi ad sagittam, vnde inferiores vitã eorum respiciũt. ĩ. de accu. qualiter & quando.

b Verum ætatis.] hic allegat, ꝙ non tenetur perficere votũ suum.

c Forsitan non debueras.] maximè ad loca remota. xx. 7. q. 1 præsentiũ. & ĩi. de offi. præsi. illud obseruandum 7. q. 1. si qs in clero. & de conse. distin. 5. nõ oportet. nec illud forsitan est dubitandum. sic 33. q. 2. admonere. ĩ. de procu. tuæ fraternitatis. Io.

d Peregrinari.] de conse. dist. 5. non oportet. r.

e Adstrictus:] quia sicut clericus sine licentia episcopi sui, non debet ab ecclesia abesse, vel recedere ab eadem. 7. q. 1. præsentium. & ĩ. de renun. admonet sic & episcopus sine licẽtia Papæ. ĩ. đ transl. inter corporalia.

f Cum igitur.] hic incipit ostendere, ꝙ votũ commutari possit.

g Commutari possit.] cum igitur mandatũ Domini, & votum pari passu ambulent, vt hic dicit: & mandatum Domini potest adimpleri per aliud æquipollẽs, vt 22. q. 4. innocens. ergo & votũ. sic argumentatur hic Inn. & Io.

h Sinite illos.] vt 11. q. 3. inter verba.

i Eundo, morãdo, & redeũdo factur⁹.] hæc tria tempora cõsiderantur, cũ aliqs condemnatur alij in expensis factis, in ꝓsequenda appellatione. ĩ. de appellatio. reprehẽsibilis. C. qui accu. non pos. qui crimen. simile ĩ. de cõcessio. præb. quia diuersitatem. in fin.

k Sine diminutione.] præter illam diminutionem, quę fieret in pecunia transferenda: quia ille qui eam portabit, suis expensis nõ militabit. ĩ. de præscrip. cũ ex officij. & 12. q. 2. charitatem. Vel intellige, quod hęc pecunia mitti debet per aliquem religiosum, q alias esset illuc iturus. Vinc.

l Cessauere causę.] arg. ꝙ cessante causa cessat priuilegiũ. ĩ. de ver. sig. abbate. in fi. & 16. q. 1. generaliter, & 25. q. 24. vlt. & Insti. de aucto. tut. & cura. §. fin. & C. de testi. mili. l. vlti. & ĩ. đ deci. suggestũ. Io. ĩ. & ĩ. de renun. c. post trãslationem. vbi de hoc ĩ. de iureiurãdo & si Christus, in fine. Ber.

Qvod super.] Cõmunis diuiso. Secunda ibi, Nos autem, quæ tria facit. Primo ponit generalem doctrinã. Secundo duplicem distinctionem. Prima ibi, Vnđ credimus. Secũda ibi, Rursus. Tertio subnit consultationẽ indecisam: ibi, De mulieribus. Abb.

CASVS. Quidam assumpserant signũ crucis in subsidium terræ sanctæ, & quia isti votum suum nõ adimplebant, mãdauit Papa Cãtuarien. archiepiscopo, vt eos cõpelleret ad executionẽ voti: Quidam propter infirmitatẽ, quidam propter paupertatem, vel aliam iustam causãm vtiliter non poterant votum suum adimplere: quæsiuit archiepiscopus à Papa, quid de his esset agendũ? & ipse respondet, ꝙ debiles & inopes, magis in defectũ quam ad ꝑfectum illuc accedunt: quia debiles pugnare nõ possunt, & pauperes mendicare coguntur: nisi fortè sint nobiles & magnates, vt sois expensis secum possint ducere bellatores: vel artifices, vel agricolas q de laboribus suis sibi vi-

---

† Vide oĩno Alfonsũ Castrũ li. 2. c. 8. de iusta hęr. punit.

Leui. 4.

† Et ibi sequitur. Nec sic inflectere sẽsus humanos edicta valẽt, vti vita regẽtis, & Eccle. 10. Qualis ẽ rector ciuitatis, tales & habitãtes in ea. Io. And.

† Huc spectãt tradita per beatum Thom. 2. 2. q. 88. ar. 8.

Exod. 13. & 22. Nũ. 3. & 8. Deut. 15. Luc. 2. Leui. 25. Exod. 36.

† In cod. Barbat. qđ ... cõm... al. ... cõm...

† ...

† In ... ita: Nos scis, q... & Matt. 15.

† Cap. 4 ... Et ... alij ... hic de ... state ... seu ... in ... bello ... Ernal... in ... patr... & ... Videnda ... Thom. ... q. 10. a. 4.

sibi victum quaerere possunt: vnde Papa distinguit inter illos, qui tēporalē causam habere noscuntur, & inter illos qui perpetuam: primis danda est dilatio, secundis est redemptio indulgenda: ita tamen ꝙ expensas, quas essent facturi, transmittant in subsidium terrae sanctae, tatem iter peregrinationis implere, idem est dicēdū, scilicet ut redimat uotum: sed non de illo qui pōt in ſ licet non possit pugnare quia principalis causa consideranda est: Mulieres uerò, q̄ nō uouerūt, si remanere noluerint, uiros suos sequātur; illae uerò quae uouerūt, nisi sint diuites, ut possint secū ducere bellatores redimant votum. Not. ꝙ votū ꝓ terrae sanctae subsidio factum ex iusta causa potest redimi vel differi. Itē ī uoto peregrinationis cū subsidij terrae sanctae, & cōmutatio potest interuenire, non autē cū causa laboris & penitentiae tm̄ imponitur. Item principalis causa uoti consideranda est: & secundum illam dispensari debet.

de his, qui pro succursu terrę sanctę, signo crucis assumpto, propter infirmitatem, vel paupertatē vel aliam iustam causā, votum non possunt vtiliter adimplere, cum sine distinctione, receperis ī mandatis, vt eos qui signum crucis assumptū abiecerūt, ad resumptionem ipsius, & executionem uoti compellas. ¶Nos†autem inquisitioni tuae taliter respondemus, quod debiles & inopes magis illuc in defectum, quam ad profectū accedunt: cum [a] isti pugnare nō possint, & illi[b] mendicare cogātur: nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis secū expensis bellatores adducant: vel artifices, & agricolae, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, et terrę subsidia ministrare: quamuis non multi taliū, propter breuitatē possessionum, & pauci tatem in habitātiū ibi sint opportuni. ¶ Vnde credimus distinguendū inter illos qui temporalē, [c] & eos qui perpetuā impedimēti causā credunt hr̄e: ꝙ primis indulgēda est dilatio, [d] secundis autē est redemptio iniūgēda; ac rerum facultate pensata quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum praeterea compensato† labore, [e] in subsidium terrae sanctę trāsmittant, exequentes per alios, quod per se nequeūt adimplere. ¶Rursus inter illos, qui pro defensione terrae sanctę uotū peregrinationis emittunt, & eos quibus pro satisfactione suorum criminum, iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendū: qd̄ circa primos, [f] plus terrę sanctę succursus: & circa secundos, [g] plus labor itineris secūdum intentionem vouentis, vel pęnitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modo uouentium [h] est inutilis ad pugnandum, quāuis habilis [i] sit ad eundum, melius est redimere votū, quam expensas cōsumere: quod & de poenitente, qui propter debilitatem non potest iter iniūctae peregrinationis implere, sanè ualet intelligi non autem de illo, qui quamuis sit impotēs ad belládum, potens tamē[k] est ad eundum:† & inf. ¶De mulieribus[l] autem hoc credimus obseruandum, ut quae remanere noluerint, uiros suos [m] sequantur: [n] ceterae verò [o] (nisi forte sint diuites, quę secū in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimāt, quod vouerunt.

¶ Idem eidem.

¶ Votum vltramarinū certis casibus redimi & commutari potest, non tamen per alium quam per Papā, vel cum ipsius speciali mandato. hoc dicit, vsque ad §. secundo quaesiuisti.

a Cum isti.] scilicet, debiles.

b Et illi.] scilicet, inopes.

c Qui temporalē. eādem distinctionē facit lex ī iudice, vt si non potest interesse propter temporalem impotētiam, expectandus est; & si habebat ꝑpetuū impedimentum, remouendus est. ff. de uaca. mune. l. vlt. & ff. de iudicijs. si lōgius. ī argumentum ad idem ī. de rescriptis. sciscitatus. Io.

d Dilatio.] expectādi. n. sunt quousq; causa impedimenti cessauerit. sic ī. d. senten. excom. de cetero. & c. quamuis. in fi. Idem est si per fortuitos casus impeditur, nihilominus cum potest adimplere tenetur. ff. de uer. obl. inter stipulantē. §. sacram. nisi certa res esset ꝓmissa, nō in genere. C. si cer. pet. l. incendium. Io.

e Compensato labore.] ieiuniis & orationibus, vt ī. c. ꝓxi. circa fi. La. Vl vl̄ ꝙ tantum mittere teneantur pro quanto nollent sustinere laborem hunc, sed uix potest aestimari. prima expositio melior est.

RVRSVS. In isto §. distinguitur inter illos, qui ꝓ defensione terrae sanctae votū ꝑegrinationis emittunt, & illos quibus ꝓ satisfactione suorum peccatorū iter peregrinationis iniūgitur. Circa primos plus cōsideratur succursus terrae sanctae: Circa secūdos labor itineris, secundum intentionem vouentis, uel pęnitentis: & ideo si aliquis de uouentibus est inutilis ad pugnandum, melius est uotum redimere quam expēsas consumere. Et de pęnitente qui non potest pp̄ debili

.ita; Nos
sitioni
rūdem.

re l. Io.
tur etiam
n subest
ga ꝓtra
o, licet nō
ctua infir
tas, neces
a profe-
, vel rei
iliaris
iculum.
a. And.

recompen-
to.

f Circa primos.] scilicet, qui pro succursu terrae sanctae votum emiserunt.

g Circa secūdos.] s. quibus pro satisfactione suorum criminum laborperegrinationis est iniunctus.

h Vouentium.] s. sponte, & non per pęnitentiam iniunctā.

i Quamuis habilis sit.] hic formatur secunda qō sequentis capituli. §. secundo quaesiuisti.

k Potens tamen.] unde non subest causa cur debeat immutare; aliis qui iniunxit, uel quilibet maior eo ea posset immutare iure cōi, sed immutationē huiusmodi pęnitentiae uidetur reseruare sibi, & illis quibus specialiter à sede Apostolica iniungitur, & est speciale, ī. c. c. prox. Vinc.

† Contius, eundem addit in margine, al. consilium. vtrūque praeter fidē ueterū exemplarū.

l De mulieribus.] nō uouētib. scilicet.

m Viros suos.] & hic formauit archiepiscopus tertiā quaestionem. ī. c. proxi. quod autem.

n Sequantur.] qui de uxorum licentia uouerant; uel ex causa concedit Papa, ꝙ uiri possunt uouere se ituros in subsidiū terrae sanctae inuitis vxoribus, infra cap. proxi. uersic. in tantū quoque.

o Ceterae uerò.] scilicet uouentes.

Ex mul-

Ex multa.] Quinque sunt dicta: Secundum ibi, Secundo. Tertium ibi, Quod autem. Quartum ibi, In tanta. Quintum ibi, De clericis. Abbas Siculus.

CASVS. In cap. praecedenti, dr, q circa crucesignatos dispensat, vt illi votū redimant, qui ppetuo impedimento detinētur: q̄siuit archieps ille Cantuarien. vtrū id qđ in decretali pdicta dr, ius generale cstituat, vt licitū sit platis absoluer sibi subiectos sm formā sibi expressam. Praeterea, i dicta decretali in parte decisa dr: q viros religiosos poterit dispēsari: q̄siuit idē archieps, de q̄b. religiosis intelligat: Rndet Papa ad primā qōnē, q i csultatione pdicta ius csti tuitur gnale, & licet dicat ibi, ad quales. s. viros religiosos, n tñ explicatur ibi ad quos eius executio specialiter spectet dicit Papa, executio illius iuris ad illos tñ ptinet, qbus à sede Apostolica fuerit iniunctum: per hāc rñsionē soluta est secūda qō, de quibus religiosis sit illud intelligēdum, scilicet, vtrū de regularibus, an de epis: ad neutros istorū executio illius iuris spectat, sed ad illos tñ, quibus à sede Apostolica specialiter indulgetur.

† Cap. 5. extit in 3. cōp. Et quatenus hic agitur de cruce signatis pro terrae sanctae subsidio, vide post concil. Lateran. sub Innocen. iii. in expeditione p recuperanda terra sancta adde tractatū de forma procedendi contra inqsitos de haeresi, ti. de officio cruce signati. Doct. in c. excōicam^9. §. catholici. j. de haeret. & plene Cāpegium apud Zāch in num. c. 37.

† tantum, in uno uetustissimo exēplari.

CAP. IX.

Ex † multa tuę sollicitudinis prouidentia & infra. ¶ Ex consultatione, quam ad inquisitionem tuā, super negotio Cruce signatorum olim edidimus, viā inuenisti ad aliàs quaestiones: & vtrū quod in ea dicitur, ius cōstituat generale, ut passim praelatis quibuslibet illos secundum formam expressam [a] absoluere liceat, qui eorū sunt iurisdictioni commissi, solicite requisisti. Ad hoc igitur respōdemus, quod in cōsultatione nostra i^9 edit & licet ad quales, [b] ad quos tñ † specialiter spectet ei^9 executio, nullatenus explicat: illis āt solummodo ius hoc exequendum incumbit, [c] q super hoc mandatum receperint à sede Apostolica speciale. sic ergo illi ē inquisitioni responsum, qua consequenter tua fraternitas requisiuit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset: Vtrū scilicet ibi religiosi [d] † vocentur hi tantum, qui religionis habitū susceperunt quorum plures idiotę sunt & iuris ignari: an episcopi, qui sicut dignitate praecellunt, sic & religione [e] debent aliis praeminere, nam ad neutros [f] illius executio iuris spectat, nisi per Apostolicā sedem eis specialiter delegetur.

¶ *Habiles ad eundum, sed inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, uel milites bellatores possunt secū ducere, votum vltramarinū non redimunt. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ Secundò quaesiuisti, vtrum quod dicitur, si qs uouētium est inutilis ad pugnandum, quamuis sit habilis ad eundum, melius est, ut redimat votum, quam cōsumat expensas, generaliter accipi debeat, vt † nobiles & magnates, qui sunt consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tātummodo uerbum huiusmodi comprehendat? Verum si ad superiora oculum tuae considerationis extendas, quaestionem istam † inuenies in serie cōsultationis nostrę solutam, vbi dicitur quod debiles & inopes, magis in defectum terrę sanctae, quam ad eius p fectum accedunt, &c. Quamuis † possit aliter respōderi, quod nō sunt inutiles ad pugnādum, qui etsi per se pugnare n possunt, maturitate tamen consilii [g] adesse ualent pugnantibus, & personae defectum per alios releuare: & infra.

† al. inter nobiles et magnates.

† Distin istā, decl. aliquot ... sis exemp ... tus.

† Quamuis possit aliter.

a Expressam.] j. cap. proxi.

b Ad quales.] s. viros, religiosos, de quibus fiebat mētio in c. prox. quod sup sed illa clausula remota fuit, quae posita erat sub illo, & j. ante §. illum de mulieribus.

c Incumbit.] ecce hic vnū mirabile, q est ius cōe, vt dispētetur in voto cū debilibus, & hmōi. arg. j. eo. c. 1. & tñ eius executio non pmittitur alicui, nisi cui Papa specialiter cōmittit. quod tñ restringendum est circa uotum huiusmodi, scilicet pro succursu terrae sanctae emissum: ergo cum hic Papa sibi dispensationem reseruet, in aliis uotis episcopis dispensationem indulget. arg. j. c. 1. de sent. excom.

d Religiosi.] religiosi dicuntur non solum monachi & regulares sed & clerici, ut 1. q. 1. nullus. & etiam laici dicuntur religiosi. 28. dist. si qua vidua.

e Religione.] 1. q. 1. uilissimi. 18. q. 2. qualis erit.

† Religiosi, qui & quot modis dicatur, uide per Archidiaconū, Ioānem An. & alios in c. vt officiū. §. uerū qa, de haeret. lib. 6. tradit plenè Albertinus. in ca. q̄m. de haeret. lib. 6. q. 5. per totam quęstionē.

f Ad neutros.] arg. generaliter dictum nulli esse dictum. ff. de offi. deleg. ex parte. 2. arg. C. de pig. l. 2. Io.

SECVNDO. In praecedenti decretali dr, q si quis vouentium est inutilis ad pugnandū, q̄uis, sit habilis ad eundum, melius est redimere votū q expensas consumere: q̄siuit archieps, vtrū sit gnaliter intelligendū tam de nobilibus, qui secum possunt ducere bellatores, an de minoribus tm? Rndet Papa si diligenter considerasset, qōnem istam solutā inuenisset in decretali pdicta, vbi dr, q debiles & inopes magis in defectū q profectū accedūt, &c. Quod autē dr in fine praecedentis cap. mulieres q remanere voluerint, de illis intelligitur, quae p votum non sunt adstrictae. Itē in voto isto viri vouere possunt sine consensu vxorū, pp necessitatem populi Christiani. Clerici vero q vouerunt ire ad subsidium terrae sanctae, cum clericatus officiū eos reddat inhabiles ad pugnandum, votum redimant, nisi uel cōsilio sint strenui, vel officio pdicationis instructi, aut sint magnatū obsequio deputati: vel sumptib. diuitea, vt secū possint ducere bellatores: hoc aūt de voto sub intelligēdū est, n de illis quib. labor peregrinationis in pęnitētia est iniunctus. Nota hic ab initio vnū mirabile, q ius cōe est, ut dispensetur in voto terrae sanctae: & tñ ei^9 executio nulli pmittit, nisi cui Papa specialiter committat. Itē q gnaliter dictū est, generaliter est intelligendū. Itē nota casum, vbi vir potest sine uxoris cōsensu vouere, & in eius praeiudicium Item clerici pugnare non debent.

g Maturitate tñ cōsilij.] idē dicit lex in aduocatis, qui non minus puidēt generi humano, q̄ si patriā armis defenderent. C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. Et lex dicit, q oib. aeque postliminiū est, non solū his q pugnare pnt, sed oibus, qui eius naturae sunt, ut consilio uel auxilio, uel aliis modis vsui esse possint, vt ff. de cap. & postl. reuer. l. postliminiū. §. vlt. & consilio pollet cui uim natura negauit. t q est si. ff. de uac. numerū. l. 2. §. quoniam ita. & §. sequ.

† Et iterum Grandes ... sed parum vulpes. Plen^9 ... & ... Panor. ... A ... tenet ... Ioan. Ab.

Supe-

¶ *Vxores possunt sequi viros ultra mare si volunt, sed non tenentur, nisi & ipsæ vouerint. h. d. Abbas.*

¶ Quod autem superius ponitur,[a] mulieres, quæ remanere noluerint, etc. de illis intelligendum esse videtur, quę se ad peregrinationis propositum, nullius voti vinculo adstrinxerunt: & infra.

¶ *Viri sine consensu uxorum emittere possunt votum vltramarinum. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctę impediatur subsidiũ, viri præter vxorũ[b] assensum, huius peregrinationis propositũ vouere liberè valent:† & quod vouerint, libere adimplere. Vt autem cõsentiant, sunt attentius commonendæ.

¶ *Clerici tamquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum vltramarinum, nisi in certis casibus. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ De clericis† verò duximus respondendũ, quòd cũ clericatus officiũ eos reddat inhabiles ad pugnãdũ,[c] nisi vel cõsilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati,[d] aut vsq; adeo diuites fuerint & potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere, quàm ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel vtilitas persuadet. Hæc autem de vouentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis, in pęnitentia est iniunctus.[e]

¶ Idem.

¶ *Qui vouit religionẽ ingredi, si voto non completo fiat episcopus, renunciare debet, & votum implere. Sic communiter summatur.*

CAP. X.

PEr tuas nobis litteras intimasti, te ĩ Gratiopolitana† ecclesia suscipiendi habitũ regularẽ votũ sollemniter emisisse, & postea promisisse in manibus prælati eiusdẽ ecclesię, te infra duos mẽses[f] postquã ab Apostolica sede redisses, votũ qd emiseras impleturũ. Cũque termino ipso transacto, nõ curasses qd voueras adimplere, tãdẽ existẽs voti transgressor, vocatus fuisti ad regimẽ ecclesię Gebennensis: & infra. ¶ Nos igitur tuæ discretioni consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas altissimo vota tua.[g] † Quòd si Capitulum eiusdem Gebeñ. ecclesiæ, te postmodum canonicè duxerit eligendum,[h] electionem recipere poteris de te factam.

a Superius ponit.] s. c. px. in fi. & hoc statim sequitur.
b Viri præter vxorũ.] specialissimus casus est iste, quòd vir potest emittere votũ pter licentiã vxoris, cõ illa iura 33. q. 5. qd Deo. & 27. q. 2. si tu abstines, & per hoc vr, quòd aliquod votum sit maius voto continentiæ: nam pp continentiã etiã ad tẽpus non liceret hoc fieri, vt 33. q. 5. c. 1. sed in voto abstinẽtiæ secus videtur, dum tamen per tale votũ neutri fiat præiudicium. 33. q. 5. noluit. Ioan.
c Inhabiles ad pugnãdum.] clerici vero pugnare nõ dẽnt. Arma enim clericorũ sũt lachrymę. 23. q. 8. clerici, q in quacunque. c. qcũque. & c. conuenior. licet nõ minus pugnet q con silio pugnat, vt dictũ est in notula, idem dicit lex.
d Obsequio deputati.] qui ex debito officij eos sequi tenẽtur. j. de sen. excõ. inter alia.
[Gl. seq. arguit & signat contrarium.]
e In pęnitentia est iniũctis.] vr ergo q mutatio voti nõ possit fieri in his pęnitẽtijs imponẽdis. arg. cõtra 82. dist. presbyter si fornicationem.
PEr tuas.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Nos igitur. Abbas.
CASVS. Quidam emisit votum sollẽniter suscipiendi habitum regularem in Gratinopolitana ecclesia: & postea promisit, q infra certũ tempus votum quod emiserat adimpleret tandẽ termino transacto, votum suũ nõ adimpleuit: postmodum vocatus fuit ad regimen ecclesię Gebeñ. iste considerans quòd votum emiserat, nec fecerat quod promisit, petijt consilium à domino Papa: & ipse consuluit ei, vt si suam sanare desiderat conscientiam, resignet regimen, ecclesię Gebeñ. & reddat Domino votum suum: si post modum capitulum ecclesiæ prędictæ ipsum duxerit eligendum, electionem poterit recipere de se factam. Not. quòd qui promittit sollemniter religionem intrare, omnino intrare tenetur.
[Glos. seq. quærit, & soluit.]

f Duos menses.] si hoc apposuisset, nihilo minus tenebatur suscipere habitum regularem, & deberet ad hoc compelli, cum ad hoc voto sollemni se adstrinxerit. s. de conuersione coniugatorum, ex parte, in fi. s. de reg. porrectum. Sed quid si prælatus & fratres prædicti loci nolẽt ipsum postea recipere? Tunc non diceretur transgressor voti si per eũ non stetit infra tempus statutum. si j. de spõ. sicut. sed ipsi possunt compelli, vt eũ recipiant, ex quo promiserunt illum recipere: quia qua ratione, ille compellitur ad votum reddendũ per decretalem prędictam, porrectum, eadẽ ratione & illi, ex quo votum suum emittit, & recipitur ab abbate. argum. supra de reg. cap. vlti. nisi aliud rationabile obsistat.
g Reddas altissimo vota.] sic s. eod. magnæ: cum hoc sit prę ceptum, vt ibi: quia Dñs exigit oblatũ, quod non exigeret offerendum. 27. q. 1. nuptiarum, in fine.
[Glo. sequens notat regularem eligi posse, &c. arg. contrarium.]
h Eligendum.] & sic patet, quòd canonicus regularis potest eligi ad regimen ecclesiæ secularis: quia hæc Gebeñ. ecclesia secularis est: aliàs quare diceret; redde Domino vota tua? & de iure communi ex quo dicit, duxit eligendum. & ad idem facit j. tit. prox. quòd Dei timorem. vbi de hoc. tamen ibi contra potest sumi arg. quod non de iure communi, vbi dicit; sicut annuendum duximus postulationi, &c. sed tamen aliud videtur hic: quia ecclesia Gebeñ. cathedralis est, & monachi regulares de iure communi possunt eligi in episcopos. 18. quæst. 2. c. 1. & sic non probatur per hanc decretalem, quod de iure communi eligi possunt ad inferiores dignitates curam animarum habentes. & iste monachus fieri non poterat existendo episcopus, nisi resignare episcopatui, cum ecclesia Gebeñ. secularis esset.

ca hoc n vide 10. 2. a. art. 11. tũ li. 7. st. & iu 4. art. 2.

alcant.

e mate- mius §. ur cleri- & epis nare nõ it: vide 8. Th. q. 40. ar. 1.

Et j. de frig. fraternitatis. & optime facit ff. de verb obl. eũ q calendis. §. quoties.

† Gratinopolitana Granopolitana, seu Grationopolitana legit, cuius ecclesiæ epo ordinis sancti Augustini canonici regulares obediũt, & is & Gebẽnẽsis suffraganei sunt archiepi Viennẽsis oẽs ĩ Burgundia.
Hęc glossa deprauata erat, restituimus, ex fide veterum exemplarium.

† Vide Cõc. Trid. sess. 24. ti. de regularibus c. 1.

Postu-

POstulasti.] Diuiditur, primo ponitur consultatio. Secundo responsio, ibi, Discretioni. & pro casu pręmitte quod habetur in glo. Abb. Sic.

CASVS. Duo Priores regulares, quorum vnus erat Crucesignatus, & alter signo crucis desiderabat insigniri, petierũt à dño Papa, vt liceret eis secũ deferre vicesimã puẽtuum ecclesiarum suarũ, deputatã succursui terræ sanctæ. Rñdet eis Papa? Si ecclesię suæ pro ipsorũ absẽtia enormiter non lædantur, & ipsi vtiles fuerint terræ sanctæ verbo & exẽplo, (quod tñ cõmittit illorum conscientiæ) dimissis procuratoribus idoneis in ecclesijs suis, tenent votum suũ explere: & sic poterũt vicesimã ecclesiarum suarũ, deputatam subsidio terræ sanctæ, secum portare. Not. q cum prælatus se absentat ab ecclesia sua, tenet dimittere procuratorem, qui vice sua procuret negotia ecclesię suę, tam in iudicio q̃ extra iudicium, & istud tenent omnes.

a Vicesimã.] quam soluere tenebant omnes, tam clerici seculares, q̃ regulares ad subsidium terrę sanctæ, sm quod fuerat constitutum in concilio generali in decretali illa, ad liberãdam. quæ non est in hac cõpilatione: sed qui erãt crucesignati vel qui etiam vellent signari, non tenebantur ad hoc immo, sibi poterant retinere, vt hic dicit.

[Gl. seq. arguit, signat contrarium & remittit.]

b Enormiter.] & ita vult non Papa propter succursum terræ sanctæ, ecclesias istas enormiter agrauari in absentia istorum, in quo casu cessat priuilegium. ĩ. de decimis, suggestum. & ĩ. de verb. sign. quid per nouale. & si non potest alteri subueniri quin alter lædatur, commodius est neutrum iuuare quàm alterum lædere. 14. quæst. 5. denique. 22. q. 2. primum. ff. de condict. indeb. nam hoc natura. Item nota quòd hic non præfertur publica vtilitas priuatæ. 1 argum. ad hoc supra eod. non est. & est argum. contra id 7. q. 1. scias. ĩ. de post. c. 3. vbi de hoc.

c Verbo.] scilicet prædicationis: quia licet per officium suum inhabiles sint ad pugnandum, possunt tamen in alijs se vtiliter habere. ĩ. eo. ex multa.

d Exemplo.] bonæ vitę scilicet: quia verbo & exemplo dicimur prędicare. 43. dist. sit rector.

e Conscientiæ vestræ.] ecce quòd relinquitur aliquis propriç conscientiæ suę. ĩ. prox. & 33. q. 4. vir cum propria. ĩ. de renunciati cum pridem, in fi. & 33. distin. habuisse. & 4. dist. denique & 15. q. 8. c. 1. & ĩ. de iurciu. mulieri. quia de nemine pręsumendum est quòd sit immemor suę salutis, 1. q. 7. sancimus.

[Glos. seq. arguit.]

¶ Honorius tertius Haresbeñ † & Bengad. præpositis.

¶ *Prælatus etiam professus potest votum vl tramarinum emittere, & in suos, vsus vicesimam prouentuum ecclesiæ conuertere.*

CAP. XI.

POstulastis à nobis, an† vobis professis ordinem regularem, quorũ alter Cruce signatus est, & reliqu[a] charactere crucis desiderat† isigniri, liceat vicesimã prouentuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terræ sanctæ deferre vobiscum: & infra. ¶ Discretioni vestrę taliter respõdemus, quod si ecclesiæ vestrę per absentiam vestram enormiter[b] non lędãtur, & vos vtiles fueritis terræ sanctę verbo[c] pariter & exẽplo,[d] (quod conscientiæ[e] vestrę duximus relinquendum) dimissis procuratoribus[f] idoneis in ecclesijs vestris, potestis & tenemini[g] votum peregrinationis implere: & sic potest in vsus vestros transire vicesima ecclesiarum vestrarum terrę sanctę subsidio deputata.

f Procuratoribus.] nota arg. quòd prelatus a quando se absentat ab ecclesia iusta de causa, & de licentia superioris, dimittere debet procuratorem in loco sui, qui procuret vtilitatem ecclesiæ.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.]

g Tenemini.] sed quare dicit, tenemini, cũ alter istorũ nõdum fecerit votũ, sed dicat tñ, desiderat insigniri? Sed dic q ille, licet votum adhuc non emiserit, tñ iã in animo suo plenè deliberauerat, & propositum suum in hoc fixerat: vnde sine peccato cõtrauenire non poterat. 17. q. 1. qui bona. sic ĩ. eo. c. 2. aliàs non diceretur transgressor. ĩ. eo. literaturam.

TITVLVS XXXV.

De statu† monachorum, & canonicorum regularium.

¶ Gregorius † Archiepiscopo Neapolis.

¶ *Diœcesanus non debet molestare monasteria, preterquam pro causa correctionis, nec eis oblata sibi vendicare.*

CAP. I.

THeodosius † & infra. ¶ Alicui monasterio nec tu, nec presbyteri tui, preter diligentiam disciplinę,[h] ali-

DE STATV MOnachorum, & canonicorum regularium.

¶ Supra visum est de cõuer. cõiug. Itẽ de voto: sed quia quærit ad religionẽ, vl vouẽtes ingredi, efficiunt vt plurimum monachi, vl canonici regulares, ideo post rubricas pcedentes subijcitur ista. Abbas.

De hac materia tractat 18. dist. & 16. q. 1. 18. q. 1. & q. 2. p totũ. & generaliter à 16. causa vsque ad 21.

THeodosius.] Monasteria sunt exempta à lege diœcesana, non à lege iurisdictionis. Sic communiter summatur: sed hęc vocabula sunt potius magistralia quàm iuris. & ponit duas prohibitiones, & tertio rationem subijcit. Secunda ibi, Aut. tertia ibi, Cum. Abbas Siculus.

CASVS. Archiepiscopus Neapolitanus monasteria sua grauabat: & ea quæ offerebantur ibidem sibi vendicare volebat: vnde Papa mandat eidem, quatenus nec ipse, nec presbyteri sui alicui monasterio aliquid molestiæ inferant, præter solam disciplinam: & si aliquid illic à fidelibus accesserit, nihil sibi debeat vendicare, sed totum monachis ibi seruientibus proficiat. Nota, quòd episcopus nihil iuris habet in monachos, nisi causa disciplinæ. Item de eo quòd monachis offertur, nihil debet episcopus vendicare.

[Glo. seq. reci. per obiectionem, quam soluit, & remittit.]

h Disciplinæ.] hoc intellige cum monachi populum non habent: quia tunc solam disciplinam debent. 16. quæst. 1. cum pro vtilitate nisi sit honestum seruitium debitum ex constitutione, vel consuetudine. 18. quæst. 2. seruitium. & 1. quæst. 3. quæsitum. Si enim haberent populum, tunc monasteria subsunt episcopo ratione populi, quo ad legem diœcesanam. argum. 18. quæst. 2. Eleutherius de hoc dictum est ĩ. de offi. or. dilectus filius.

a Inferi-

† Haresberieñ. & Beregadeñ. pręposítis. Harestieñ. & Feregandeñ. † Habeneñ. & Beregabẽ.

† vtrum.

† Quo ordine recipit q crucis characterem desiderãt isigniri, tradit Cãpegius i fine tractatus Zãchini de hęreticis, in instructione d modo crucis signandi.

1 Dixit V. hoc contingere: q a priuata oino confundit, & p publica ñ mul tũ iuuat. dixit Gof. hoc idẽ q a priuata nõ in. lędebatur sub eo. idẽ Hostiensis. I. A.

a Prælatus ... erãt ... posito ... ter ... firm ... decre ...

† De monachis ... † Cõc. T. sess. 25. ... regular. quo diffe monachi canonici gulares dic ... Auth ... si. C. ... crosan ... † Theodosius.

† Hic ... busdam ... tionib ... Gregor ... i alijs ... sed ... Cõtin ... in ... lib. ... 24. ap. ... Et c. ... in ...

a Inferatis.]nisi hoc solum quod canones iubent.28. q.2.hoc tantum.& c.quàm sit.& c.luminoso.

[Glo.seq.recitatur per obiectionem.]

b Accesserit.] in vita : quoniam si in morte causa sepulturæ aliquid relinqueretur,inde episcopus debet habere canonicam portionem.s.de sepultu. de his.& cap.cum super.& s. de testa. requisisti. 1 nisi cõsuetudo repugnet.

MOnachi.] In hoc c. q̃ cõiter non summatur,quinque sunt dicta.Secundum ibi,Si quis.Tertium ibi , Qui verò. Quartum ibi , Prioratus. Quintum ibi , Priores. Abbas.

CASVS. Statuit Laterañ. concilium. q̃ monachi nõ recipiantur pretio in monasterijs,nec peculium habeant, nec soli per parochias hàbitẽt:qa vę soli:qa nõ est qui subleuet eũ si ceciderit : & qui dederit, & qui receperit,puniat. Qui verò peculiũ habuerit, nisi forte ab abbate fuerit ei ꝓ iniũcta administratione ꝑmissum,à cõione remoueat altaris: & qui cũ peculio in extremis inuẽtus fuerit, & nõ restituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam, qđ intelligendũ est de omnib.religiosis. Abbas aũt qui ista diligenter non cauerit, officij sui iacturã se nouerit incursurum . Item nullũ officium pretio alicui ꝯcedat, alioquin dãtes & accipiẽtes à ministerio fiãt ecclesiastico alieni.In fi.dicit,q̃ Priores, qui per electionẽ canonicã capl'i sui fuerint instituti, non mutentur, nec remoueat nisi pro manifesta causa. No. q̃ monachus pro sua receptione in monachũ,nihil debet dare. Item non debet habere peculiũ Item solus habitare non debet. Item pęna dantis pecuniam pro sua receptione, est q̃ non potest ad sacros ordines promoueri. Item in casu monachus potest habere peculiũ,ca usa administrationis. Item pęna habentis peculiũ est penitus in morte carere sepultura. Item Prioratus vel officia pro pretio alicui dari non debent. Item no. hic differentia inter Priorem conuentualẽ & alium:quia Prior ꝯuentualis deponi non potest nisi pro manifesta & rationabili causa,puta,si sit dilapidator,vel viuat incontinenter.

c Pretio.] j.de simo.quoniam simoniaca.

d Peculium.] nisi pro iniuncta administratione, vt j.sequitur.

[Glos. seq. reci. per obiectionem de canonibus. 16. q.1.& cæt.]

qd molestiæ inferatis.[a] Aut si quid illic pro diuersorum † deuotione accesserit,[b] vobis vendicare æstimetis : Cum monachis ibi seruientibus debeat proficere , quicquid à fidelibus taliter offerri contingit .

¶ Ex Concilio Laterañ. †

¶ *Monachi non debent poni singuli per parochias. hoc primò. Si pro monachatu aliquid detur, receptus à sacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio suspenditur; hoc secundò. Monachus habens peculium sine licẽtia abbatis, ab altaris communione remouetur: & sic decedens , sepultura & fratrum communione priuatur. hoc tertiò. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officiũ in monasterio, dans & recipiens deponuntur hoc quarto. In prioratibus conuentualibus per electionem instituti non sunt remouendi sine causa rationabili, & de causa rationabili , tria ponit exempla. hoc dicit comprehendendo substantiam .*

CAP. II.

MOnachi non pretio[c] recipiãtur in monasterio, nec peculiũ[d] † ꝑmittant̃ habere: nec singuli per villas & oppida,ꝑ quascunq; parochiales[e] ponant̃ ecclesias : sed in maiori conuentu, aut cũ aliquibus fratribus maneãt:nec soli inter seculares homines spiritualiũ hostium cõflictũ expectent,Salomone † dicente, Vę soli:[f] quia cum † ceciderit,nõ est qui subleuet eum .

¶ Si quis autem exactus ꝓ sua receptione aliqd dederit , ad sacros ordines[g] nõ ascendat: Is verò qui eũ receperit,† officij suspensione mulctet̃. ¶ Qui † verò peculium habuerit:nisi ab Abbate fuerit ei ꝓ iniũcta administratione permissũ ,[h] a cõmunione remoueatur altaris: & qui in extremis cũ peculio inuẽtus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat,nec inter fratres † accipiat sepulturam:[i] quod etiã de vniuersis religiosis præcipim⁹ obseruari. Abbas autem , qui diligenter ista non cauerit,† officij sui

e Parochiales.]& sic patet,q̃ monachi singuli in parochialibus ecclesijs esse non debent. Et istud quidem ius commune est,quod hic dicitur ex dispẽsatione: tamen videtur q̃ monachus potest præfici in parochiali ecclesia.16.q.1. in parochia. & c. cum pro vtilitate. & c.doctos. & c. si monachus. & c. si quis monachus . in collegiata verò ecclesia videtur quòd de iure cõmuni possunt eligi. j.eod. quod Dei timorem. arg. s. tit. proxi.per tuas.T

f Væ soli.] 7. quæstio.1.illud.81. dist. in omnibus.

g Ad sacros ordines.]& insup de monasterio expellatur s.eo q̃ traditur j. de simo.quoniam simoniaca. Vel debet sibi pecunia restitui , & intret aliud monasterium.eo.tit. veniens.

[Gl.seq.signat cõtrarium,opin. ponit, cui signat contrariũ, & ponit opinio. Hugo. quam approbat , cui signat cõtrarium de decret.dudum.

h Administratione permissum.]alias ꝓprium habere nõ potest.12.q.1.non dicatis.27.q.1.monacho. 18.q.1.c.1. & j.eod. cũ ad monasterium. Arg.ꝯ 27.q.1. de viduis. Illud planũ est, q̃ monachus ꝓpriũ habere non potest: 3 immo si & sub ea cõditione fieret monachus vt habeat proprium,conditio frangitur , & remanebit monachus.arg. j. de conditio. appo. quicunque .vbi tenet matrimonium , & conditio frangitur.argu. ad hoc ff. si vsusfru. peta.l.1.§.1.ff.de vsu & habi. sed neque.& C.de institut.sub condi. reprehendenda.Arg.contra.manifestum. j.de conditio. appoli. c.vlt.vbi dicitur,q̃ si conditio, quæ fit contra substantiam matrimonij,apponitur in matrimonio,matrimonium nullum est:sed hæc conditio de proprio retinendo , est contra substantiam monachatus , vt videtur : quia dominus Papa in eo dispensare non potest , sicut nec in continentia. 4 j.eo.cum ad monasterium,in fi. & est arg.ad hoc 32.q.2.solet. In hac opin.fuit Hug.& idem credo q̃ non sit monachus: quia proprietatis abdicatio & continentia castitatis sunt de substantia monachatus sicut in matrimonio carnali Arg.contra,s.de conuer.coniug.dudum.

i Sepulturam] sic infra eod. tum ad monasterium. & c. super quodam. & hoc idem locum habet in quolibet , quem constat decessisse in mortali peccato. 88. dist.neque apud.13.q.2.pro obeuntibus.& 23.q.5.placuit.Ala.

† Peculium. id est , proprium. vide l.cogi. ff.ad Trebell.

† Ecclesiastes,cap.4.

† si

† recipit.

† Vide concilium Trident. sessio. 25.tit.de regularib.c.2.

† Qui dicantur [illegible], & q̃ monachi, & quo differant à canonicis regularibus,tradit [illegible] in authe.ingressi. C. de sacros.eccl.

† [illegible]rauerit, in concilio.

2 Nec obst. 20.q.3.constituit.quod loquitur de illectis, qui non sunt simoniaci, secundũ Tãc. Vincent. & Goff. Io.A.

3 De ho. vide concilium Tridẽtinum paulò ante citatum.

4 De hoc articulo vide citatos infra ho. tit. cap. fi. in vltimis verbis illius cap.

a Nulli tradantur.] vt fiat ibi custos, vel procurator sibi cõstituatur. 1. q. 1. si quis episcopus. & q. 3. saluator. [Gloss. seq. recitatur per contrarium de §. tales.

b Non mutentur.] hoc intellige de illis, qui instituuntur perpetuo per canonicã electionem capituli, & confirmationẽ superioris. Isti sine certa causa remoueri non debent: quia sine culpa nemo priuari debet iure suo. 56. dist. sicut & peruenimus. & 16. q. vlt. inuentum. s. de iudic. c. 1. Alij Priores, q̃ p electionẽ canonicã non creantur: ad voluntatem abbatum suorum remouentur. s. eo. cum ad monaster. in §. tales. & huiusmodi regularibus non confirmantur Priorat. s. de cõfirmatio. porrecta. T.

c Dilapidatores.] propter hoc bene remouetur, 3. q. 2. quia ea quæ & j. de simo. licet Hely. & cap. gratuas. & s. de off. del. c. venerabilis, & hoc si probetur, & propter incontinentiã remouetur abbas. 18. q. 2. si quis Abbas.

Recolẽtes.] Diuiditur in quattuor partes. Primo Cisterciẽ. ordo secundum antiqua tẽpa multipliciter cõmẽdatur. Sc̃do modernis tẽpibus cõsideratus reprehẽditur. Tertio vt Cisterciẽses suis terminis sint contenti monentur. Quarto, q̃ domus ei aggregatę debeãt se moribus istius cõformare, instruuntur. Sc̃da ibi, Dolẽtes. Tertia ibi, Ideoque. Quarta ibi, Cæterum. Abb. Siculus.

CASVS. Abbates & cõuentus Cisterciẽ. ordinis in multis recesserũt a sua prima institutione, in tm, vt multi ex illis cõtra regulam ordinis, ibi villas, ecclesias, & fidelitates, & alia, quæ ab honestate regulari discrepant; de quibus Papa dicit se cõdolere: vnde mandat eis; quatenus domus illorum suis terminis sint contentæ, sicut q̃ a prima sui origine fundatę sũt: Si enim suas institutiones reliquerint, &

†al. ita vt videlicet, sed in antiquis, & in cõcilio, vt est impressum.

† aliud

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cõpi. Et d ordine Cisterciẽsiũ, eorũq; origine, vide Antoninũ par. 2. historial. tit. 15. §. 18. & plenè Cassaneũ in catalogo gloriæ mũdi, par. 4. consider. 58.

In vno vetustissimo.

iacturã se nouerit incursurum. ¶ Prioratus quoque seu obedientiæ, pretii donatione nulli tradãtur,[a] alioquin dantes & accipientes, à ministerio fiant ecclesiastico alieni. ¶ Priores autem cum in ecclesiis cõuentualibus, per electionem capitulorũ suorũ canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutentur;[b] videlicet† si fuerint dilapidatores,[c] si incontinẽter vixerint, aut tale aliquid † egerint, pro quo amouendi merito videantur; aut si etiam pro necessitate maioris officii, de consilio fratrum fuerint transferendi.

¶ Alexander tertius Abbatibus, & conuentibus Cisterciẽ. ordinis.

¶ Monet Cistercienses, vt seruent regulam secundum primaeuam institutionem. h. d. primo. Et domus religiosa aggrauata Cisterciensibus, eorum mores seruare tenetur. h. d. secundo.

CAP. III.

CASVS. Significatum fuit domino Papæ, quòd quidam subiecti archiepiscopo Burdegalen. solitarij habitabant in quibusdam Prioratibus contra statutum Lateranensis concilij: vnde mandat Papa eidem archiepiscopo, quatenus abbates, seu Priores ipsorum vt vel ipsos reuocent ad claustrum, facientes per clericos facultates in eisdem ecclesijs deseruiri, vel associent sibi alios monachos, cum quibus vitam regularem obseruent, per censuram ecclesiasticam monitione præmissa compellat. Nota, quòd monachi in ecclesijs soli, sine alijs monachis habitare non debent, contra Concilium Lateranensẽ. Item episcopi possunt compellere abbates ne monachos solos per villas dimittant.

a Diœcesana.] i. iurisdictione. De hac lege no. ʒ. de off. ord. dilectus.

b Generalis concilij.] hic vocat Papa Lateraũ. concilium generale, quod habet ʒ. de sta. mona. c. 2. sed concilium Innocentij semper sic appellatur.

moniam. Et nota quòd ius patronatus apud vnumquemque hæredum est in solidum quo ad omnẽ eius effectu. ff. de bo. li. si lib ertus. in fi. præter sacerdotis præsentationem, quæ est apud oẽs, i. ita quòd apud nullum, vt hic patet. & ʒ. c. prox. sicut electio. quia res simplex est & indiuisibilis, & sic ad quemlibet hæredem in solidum transit, etiam si ex diuersis & inæqualibus partibus sint hæredes. argum. ff. de seru. via. C. de relig. si sepulchrum. & ff. eodem. l. quod si lo c. & ff. ad l. Fal. l. 1. §. si vsusf. & ff. de vsu, & habit. vsus. quia incorporalia diuidi nõ possunt. argum. 7. q. 1. nihil. Quid si nõ conueniant, possent pacisci adinuicem, vt alternis vicib. præsentaret? Arg. quò. sic. ff. de vsufru. quoties. ff. de seruit. via, in fi. ADDITIO. Et ff. cõi diuidundo. l. cõmuni diuidundo § si de vsufructu. Ion cõtra, cum sic res spiritualis. vide clem. § lares, eod. titu.

[Gl. seq. ponit differentiam quam improbat.]

c Eisdẽ associent.] & ita epi cõpellere debent abbates, ne monachos per villas solos dimittant, secus i canonicis regularibus, si eligerẽtur ad regimen animarum, t. m illi non cõpelluntur alios secũ habere, nisi id commodè facere possint. ʒ. de sta. mo qd Dei timorem. sed ibi est collegium: vnde idẽ vf de regularibus, sicilicet, quod nõ deberent esse soli in capellis.

† Quod citatur ʒ. c. præcedenti.

† claustra.

bi diœcesana [a] subiecti, in quibusdã Prioratibus habitant solitarii, cõtra statutum generalibus [b] cõcilii. † Ideoq; mandamus, quatenus ipsorum Abbates seu Priores, vt vel ipsos ad Claustrũ † reuocent, facientes in ipsis ecclesiis deseruiri per clericos seculares: vel alios monachos eisdem associent, [c] cum quibus vitam possint ducere regularẽ, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam compellas.

& infra. ¶ Nobis visum est, quod ecclesia inter hæredes patroni diuidi nõ debeat. [d] Et si simultates inter eos surrexerint, propter quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit; si aliter prouideri non poterit, præcipiatur ab episcopo, vt nullo modo ibi Missarum solẽnia celebrentur, [f] donec ad concordiã redeant, & ecclesia sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere.

DE IVRE PAtronatus.

Supra visum est de præb. & dignit. item de relig. dom. itẽ de capel. mona. sed quia ad istas fit institutio nonnunquam per p̃sentationẽ patroni, & sic posset dubitari de iure patronatus, & de modo p̃sentãdi meritò post tul. ricas p̃cedentes subijcitur ista. Abb. Sicu.

De hac materia tractat. 16. q. 6. piç mentis. §. cum ergo, vsq; ad fi. q. 16. q. 1. si quis episcopum.

† De materia totius tituli vide latè per Lambertinum in libris de iure patronatus. adde Cõcilium Trident. ʒ. suis locis citandum.

† In omnib. antiquis ita: ex concilio Mediomatricis. idem Burchard, lib. 2. decre. c. 42. & in 2. compil. eo. tit. c. 1. Iuo parte 3. c. 46 habet ex cõcilio Mediomatricensi, ca. 10. extat tñ hoc decretũ in conciliis vulgatis in synodo Cabilonensi secunda, habita sub Imperatore Carolo Magno, ca. 26.

TITVLVS XXXVIII.

De iure † patronatus.

¶ Ex cõcilio Mediolanensi. †

¶ *Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore, cessatur in ecclesia à diuinis, tolluntur reliquiæ, & ostia clauduntur, si aliter sine scandalo ecclesiæ prouideri non potest. hoc dicit cũ cap. sequenti.*

CAP. I.

P Erlatũ est:

Erlatum est.] Duo facit concilium. Primo prohibet ecclesiam inter patronos diuidi. Secundo ponit quid facere debeat episcopus cum patroni non ordinant ecclesiam. Secunda ibi, Et si. Abbas Siculus.

CASVS. Aliqñ contingit, quod vnus patronus ecclesiæ relinquit plures hæredes: quilibet hęredũ vult pro suo arbitrio ecclesiã ordinare cum vacat: statuit cõcilium, quod inter hæredes patroni ecclesia diuidi non debeat: & si discordia fuerit inter eos. propter quam sacerdos ibi ordinari non possit, episcopus præcipiat vt nullo modo Missarum sollennia celebrentur ibidem, donec ad concordiam redeant, & canonicè prouideant ecclesiæ. Nota, quòd ecclesiæ diuidi non debeat. item episcopus potest compellere patronos ecclesiarum discordantes per subtractionem diuinorum vt ad concordiam redeant.

[Gl. seq. fortificat tex. per rationẽ, ad quam inducit quattuor iura. Secundo tractat, an ius patronatus cuiq; patrono competat in solidum. In fi. quærit & arguit.]

d Non debeat.] quia ad mutabilitatem mendaciorum necessitatum ecclesia turbari non debet. 10. dist. lege. & 3. q. 6. hæc quippe. & 100. dist. c. 1. & ʒ. eod. quoniam.

e Simultates.] id est, latẽtia odia, siue discordiæ.

f Celebrentur.] sic 16. quæst. septima, considerandum & capitulo, si plures. sed hoc hodie seruari nõ debet, si aliquo modo sine scãdalo possit ecclesia ordinari. infra eodem, quoniam. Bern.

Ex concilio Tributieñ. †

¶ *Summatum est in capitulo proximo.*

CAP. II.

Q Vęcũque ecclesia, & infra. ¶ Si contingat pro ecclesia dissidere patronos, vt eam nolint sub vno presbytero procurari, † episcopus (si aliter non poterit ipsi consulere) tollat inde reliquias, [g] atque eiusdẽ ecclesiæ claudat ostia, vt sacrũ mysteriũ †

Q Væcunque.] CASVS. Si patroni ecclesiæ discordes fuerint, vt eam nolint de vno presbytero ordinare: si epũ opus aliter ecclesiæ consulere non poterit, tollat inde reliquias, & claudat ostia ecclesiæ, nec diuinum ibi celebretur officium, donec canonice vnum elegerint presbyterum. Ista duo capitula reducenda sunt ad cap. sequens. Nota quòd episcopus potest cõpellere patronos discordantes, ad ordinãdam ecclesiam de vno presbytero.

[Gl. seq. ponit triplicem lecturam, Melen. Ioan. Fauen. & Alani.]

g Reliquias.] quidam dicunt, sicut Melendus, quòd hoc capitulum non tenet, & illa capit. similiter non tenent. 16. quæstione septima, considerandum. & capit. si plures. & capit. sequen. quoniam. & capit. eam te. nisi forsitan ex facto episcopi magnum scandalum orietur, tunc posset seruari hoc, quod hic dicitur ad tempus, quod satis videtur. Ioannes Fauen. dicebat, tollat reliquias, id est, non ponat. Ala. intelligit de reliquijs, quæ sunt in capsis extra altare, quod est verum, quia de illis, quæ sunt in altari non intelligitur.

† De eg... [illegible]

† Cõcil. Tribur. cap. ... [illegible]

† In vet... [illegible]

† al. mi... [illegible]

Quoniam.

QVoniam.] Primo ponit abusum patronorum. Secundo constitutionem: ibi, Præsenti. Abbas.

CASVS. In quibusdam locis patroni ecclesiarum, vel eorum hæredes abutuntur potestate sibi ab ecclesia concessa: quia, cum ecclesia vnius debeat esse rectoris, ipsi in discordia plurimos præsentant: vnde statuit Lateranen. Concilium vt si fortè vota patronorum in plures partes se diuiserint, ille præficiatur ecclesiæ, q plurimorũ eligitur & approbatur assensu, & aliàs idoneus fuerit: Si autem hoc sine scandalo fieri non poterit, episcopus ordinet ecclesiam secundũ qd melius sibi visũ fuerit; In fine dicit si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos: & illa infra quattuor mẽses non fuerit diffinita, ex tũc superior ordinet ecclesiã. Nota q ex fundatione ecclesiarum acquiritur ius patronatus. Item plures rectores non debent institui in vna ecclesia. Item electio maioris partis tenet, dũmodo electus sit idoneus. Itẽ propter scandalum aliquid recedit à iure. Itẽ si quæstio iuris patronatus infra quattuor mẽses nõ finiat, episcopus postea ordinare potest ecclesiã.

[Gl. seq. recitat p q. an refectione, &c. & ponit opi. Lau. quã determinat, secũdò quærit arg. ff. & j. & tenet vltimũ.]

a Fundatores.] no. q ex fũdatione ecclesiæ acquiritur ius patronatus, vt hic, & 16. q. 7. filijs. & j. ea. nobis. sed ex refectione vel reparatione nõ acquiritur, vt dicebat Lau. arg. ff. ne quid in loco publi. l. prætor, §. vicinales. ea videlicet ratione, quia qd humani iuris esse desijt, seruitutem non recipit. ff. cõmu. prædi. tam vr. quam ru. l. caueri, quod intelligo cum omnino non est destructum monasterium vel ecclesia: sed si funditus destructum sit, & de consensu episcopi aliqui. vellet reædificare ecclesiam, credo p hẽat quis ius patronatus, quia perinde est ac si ab initio ecclesiam construxisset. j. de Iudæ. consuluit. argum. Item quid si reædificata est ecclesia de eadem materia, numquid prior patronus remanet patronus? Videtur q sic, quia eadem ecclesia intelligitur. ff. de iud. proponebatur. & 7. quæst. 1. denique. & argum. ff. de vsufru. si in area. & ff. de ser. vr. prædi. seruitutes. §. si sublatum. & hæc ecclesia loco prioris succedit. vnde eadẽ intelligitur. argum. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. & ff. si ex noxa. cau. l. 2. in fi. ff. de vsuf. dominus. in prin. ff. de ser. ru. prædi. Attilicinus; arg. contra quia desinit esse patronus. & obligatio semel extincta, &c. ff. de solu. quia res. §. aream. & de consecra. dist. 4. queris. quod verius videtur.

b Abutuntur.] & ita perdere debẽt priuilegium. 11. q. 3. priuilegium & 74. dist. vbi ita didicisti.

c Qui maioribus.] simile 63. dist. si fortè. Sed nunquid requiritur q maioris sit meriti, & q plures eũ præsentent: hoc videtur velle hæc litera, sed vt sufficit si sit idoneus, cũ ã habeat maiorem partem, licet alius sit melior. De hac materia dicitur s. de elect. ecclesia vestra.

d Sine scandalo.] arg. q pp scandalum receditur à iure. j. de præbend. cum teneamur & j. de no. ope. nun. cum ex iniũcto. & s. de tẽp. or. ad aures. vbi de hoc.

e Ordinet antistes.] ponendo ibi rectorem, ita quod ipsum postea repræsentet, si voluerit. arg. j. eod. si verò.

f Infra quattuor.] j. eod. cum propter. cõtra j. c. eam te. ibi soluitur.

CAP. III.

QVoniam † in quibusdã locis fundatores [a] ecclesiarum, aut hæredes eorũ, potestate, in qua eos ecclesia huc vsq; sustinuit, abutuntur.[b] & cum vna ecclesia vnius dẽat esse rectoris, pro sua dissensione † plurimos repræsentãt: Præsenti decreto statuimus, vt si fortè in plures partes † fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur ecclesiæ, qui maioribus [c] iuuatur meritis, & plurimorũ eligitur & approbat assẽsu. ¶ Si† aũt hoc sine scandalo [d] esse nequiuerit, ordinet [e] antistes ecclesiam, sicut melius eã secundum Deũ viderit ordinandã. Et idipsum nullus in ea celebret, antequã vnum eligant presbyterũ, qui sacrosanctã sit idoneus procurare. etiam faciat, si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui cõpetat, infra quattuor [f] menses non fuerit diffinitum.

¶ Ex Concilio Laterañ. †

¶ *Si patroni præsentando discordant, præfertur præsentatus a maiori parte, si est idoneus, & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni infra tempus debitum non præsentant, episcopus ordinabit ecclesiam.*

¶ Ex eodem. †

¶ *Excommunicantur patroni laici, qui clericos instituũt & destituunt in ecclesijs etiã patronatis, vel bona ipsarum aliter administrant: Et clerici qui institutionem laicorum recipiunt, communione priuentur.*

CAP. IV.

PRæterea, quia in tantum quorundã laicorũ processit audacia, vt epõrum auctoritate neglecta, clericos istituãt [g] in ecclesijs, & remoueãt cum voluerint, possessionem quoque, atque alia ecclesiastica [h] bona, pro sua voluntate plerumq; distribuãt, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui ecclesiam per laicos [i] sine proprij episcopi auctoritate receperit, communione priuetur: [k] & si perstiterit, à ministerio ecclesiastico, & † ordine deponatur.

PRæterea.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, Clericus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laici patroni in tantã audaciã prorũpũt, vt sine auctoritate epõrũ clericos instituant in ecclesijs, & destituant. & possessiões & alia bona ecclesiarum pro sua voluntate distribuant: pp qd Laterañ. cõcilium decernit illos anathemate feriẽdos: Clerici verò, qui ecclesias de manibus recipiũt laicorum sine auctoritate epi sui, cõione priuẽtur: & si eas non dimiserint, à ministerio ecclesię & ordine deponant. Not. q laici et patroni de rebus ecclesiarum spiritualibus vel tẽporalibus, sine auctoritate epi sui nihil disponere debent. Itẽ sine auctoritate epi clerici non debent institui in ecclesijs. Item pœna clerici recipientis beneficium de manu laici est, vt cõmunione priuetur. Item pœna clerici non dimittentis beneficium receptum a laico est, quod deponi debet.

g Instituant.] 16. q. 7. laici. & c. per laicos.

h Ecclesiastica.] 16. q. 7. decimas.

i Per laicos.] j. de priuileg. cum & plantare.

[Gl. seq. ponit opi. signat litteræ Zenzelini, & remittit.]

k Communione priuetur.] & ita non est ipso iure suspẽsus 4 q recipit ecclesiã à laico. & p hoc intellige illos ca-

3 De hoc articulo vide quos citaui s. in cap. cõstitutis. 46. de appella. † Scili et cõcil. Lateran. sub Alex. iij. c. 14. §. præterea. & c. 5. e. tit. in 1. comp.

† al. vel

4 Quod credo. Tanc. & Vinc. & Hostien. cũ nec laici sint excõmunicati s. proximo responso. Io. And.

illos canones. 16.q.7. si quis deinceps. & c. si alijs cap. seqq. quae hoc dicere videtur. Item alia poena etiā imponitur ei, qui per abusum laicorum consentit suae electioni, quia fit ineligibilis. ī. de elec. quisquis. arg. ȝ. ј. eo. cura. & c. ecclesia possit haberi per laicum. ibi solui.

¶ Vbi de hoc & ī. de renū. quod in dubijs. & habet locū hoc iura vbi laicus dat ecclesiā i titulū, sec⁹ si in pprietatē. fm Vincen. Io. And.

QVod autē.] Duo sūt dicta. Secūdū ibi, De cetero. Ab bas Sic.

CASVS. Patronus ecclesiae ad vacantē ecclesiā praesentauit praelato suo (ad quē pertinet institutio) clericū idoneū; clericus ille non fuit à praelato admissus: postmodū patronus volūtate mutata aliū idoneū praesentauit, qui fuit ab epo institut⁹ & in possessionē inductus: quaeritur qs priorum alteri pferri debeat? Rndet, q in casu isto melior est cōditio possidentis, quia antequā praesentatio per epm approbetur, ratum non est quod à patrono fuit inchoatū. No. q licitū est laico patrono variare ante institutionem psentati. Itē nota casum, in quo melior est cōditio possidētis, scilicet qn laicus patronus praesentat primo vnū, nec recipitur, & praesentat secundo aliu, & recipitur: secus est in clerico patrono.

¶ Post cōcil. Latera. sub Alex. iij. p. 25 c. 1. § qa uo. & c. 7. e. tit. in 1. cōp.

a Possidentis.] sic ј. eod. pastoralis. hoc intellig. cū laicus psentat: sec⁹ si ecclesia sit ca persona, cui tali tēt variare non licet. ј. eo. cū autē. sed eps punitur, vt in c. pastoralis. Et est simile qd dicitur C. ue rei ven. quoties. simile ī. de psēr. ad aures. & ita ille potior est in iure q prior possessionem fuerit adept⁹. a

a Si verò laicus psentās nō variasset; psentat⁹ ab eo remoueret quēlibet institutū de re iud. cum Bertholdus. Ioann. And.

ADDITIO. De hac materia tractatur ī. de offi. ordi. cum vos. & melius ī. de off. leg. dilectus.

¶ Alexander iij. Eboracen. archiepiscopo.

¶ Si patronus laicus successiuè praesentat duos, & secundus instituitur ab episcopo, valet institutio h. d. primò. Patronus non potest clerico vel alteri ecclesiae conferre ecclesiam patronatam, vel alteri donare.

CAP. V.

QVed † autem cōsulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam praesentatus nō fuerit ab episcopo dioecesano admissus, & postmodum alius idoneus praesentatus, & institutus ab episcopo, possessionē tenuerit corporalē: an primo clerico ecclesiam petente, debeat posterior remoueri, vl posterior priori praeferri; Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis: a quoniam antequā praesentatio per dioecesanum episcopū approbetur, ratam non est quod à patrono fuerat inchoatū.

DE CETERO. Aliquis laicus patronus concessit ecclesiam, & instrumentum fecit sub hac forma: Ego talis concedo & do ecclesiam talibus clericis, siue collegijs & praesenti charta confirmo, queritur, an talis concessio teneat? Respondet Papa, si consensus episcopi nō accedat, nihil agitur: quia pro non dato habetur, quod datur ab illo, qui donare non potest. Not. quod laicus ecclesiam nemini dat, potest sine consensu episcopi. Item pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure donare non potest.

[Glo. seq. quaerit, ponit sol. Lau.]

b Sine consensu.] & ita si cōsensus episcopi accesserit valet talis donatio vel concessio. ј. e. c. illud. & c. null⁹. Sed quid intelligitur dare patronus? ecclesiam dare nō potest: quia ad eum non pertinet: imò ad episcopum. Lau. dixit, quod iuspatronatus solummodo intelligi tur donare, quod suum est, de consensu tamen episcopi. supra de dona. pastoralis. ne delusoria intelligatur donatio, vt res potius valeat, quā pereat. & arg. ff. de leg. 1. si domus. § vlt. & hoc probatur ex eo quod dicit pro non dato habetur, &c.

[Glo. seq. signat contrarium.]

c Pro non dato.] sic ergo pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. ff. de acqui. re. domi. traditio. & C. de poe. l. 2. ff. eo. l. a. § vlt. & ј. de do. post duo. re sti. nuper. & C. q. p fua iuridi. dare dari ve. pos. l. vnica. & 1. q. 7. Daibertum. Arg. contra. ј. eo. cura. & melius c. consultationib⁹. Supple hic, nec est in possessione vel quasi: alias si esset in quasi possessione nō vi, non clam, nō precario, nulla quaestione sibi mota: quia tunc ius acquiritur praesentatio, & obtinet. ј. eo. ex litteris. & c. cōsultationibus. sed isti laici erāt in possessione saltē de facto: & nisi cōsēsus episcopi accesserit, nō valet donatio, & ita concordat cum illa. ј. eo. cura.

¶ De cetero tuae prudentiae respōdemus, quod si laici clericis, vl collegijs, de concessionibus vel donationibus instrumenta confecerint † in haec verba vel similia: cōcessi, vel dedi ecclesiam, & praesenti charta firmaui: si consēsus b episcopi nō accesserit, nihil agi videtur: quia pro nō dato c habetur, quod ab illo datur, qui nō potest de iure donare.

¶ Idē Exonen. † episcopo.

¶ Comparans vel emens ius patronatus, eo spoliari debet. Vel sic. Qui emit ius patronatus vt possit praesentare filiū vel nepotem siue quem vult, eo priuari debet hoc dicit. Et vtraque lectura potest sustentari.

CAP. VI.

QVia † clerici quidē aduocatias d † ecclesiarum comparant, e vel quocumque modo possunt, acquirūt, vt postmodum eorum filij, f vel

QVia clerici.] Primò ponitur excessus. Secundo poena: ibi, Eosdem. Abbas.

CASVS. Quidam clerici comparāt ius patronatus ecclesiarū vel alio mō, quo possunt acquirunt, vt postmodum cum vacauerint, eorum filij vel nepotes praesentētur ad eas. praecipit Papa epo Exoniē. vt hoc districtè prohibeat, & eosdem clericos aduocationibus taliter acquisitis appellatione remota spoliet. No. quod qui iuspatronatus emit, eo debet priuari.

d Aduocatias.] id est, iuspatronatus, 3 quod quandoque dicitur aduocatio, vt hic; quandoque vicedominatus, vel custodia, siue guardia, vt ј. eo. praeterea. Item dicitur ius frequentationis vel processionis. 16. quest. 7. piae mentis. & ea. Fulgentius. quandoque gratia. 16. q. 5. si quis episcoporum. T.

[Glo. seq. reci. per contrarium. de decre. ј. c. proxi.]

e Comparant.] per se tantum: quod esse non potest. cum sit spirituali annexum. ј. eo. de iure. sed cum vniuersitate potest obligari. ј. eod. c. proxi. & vēdi. ј. eo. c. cum seculum 4 ad instar fundi dotalis. ff. de fun. do. l. 1. ff. de acqui. rerum dom. l. quaedam.

[Glo. seq. recitetur per quaestionem, quam soluit, signat contrarium, & ibi remittit.]

f Filij.] licet aliquis sit patronus, se praesentare non potest. ј. eod. per nostras. filios autem satis credo quod possit praesentare. 5 ff. quod cuiusque vni. l. illud. Arg. contra. ј. eo. consuluit vbi de hoc.

[Glo. seq. quaerit, & soluit, refert aliam quaestionem. arg. negatiuè, & illud tenet.]

a Spe-

Margin (right, partially cut): † al. consensus; † Exon; † Cap. ... tit. ... & post Conc. Latera. ... 15 ... & e. ... ; † Aduocationes ...; 3 Q ...; 4 Cons...; 5 Sed ...

a Spoliando.] sed cui applicabitur? Potest dici quod ecclesię, cui per huiusmodi emptionē facta est simoniaca iniuria. arg. j. de sim. de hoc. & 17. q. 4. si qs in atrio. 1 & sic ecclesia erit patrona suipsius. Sed quid si ipsa ecclesia eandem ecclesia emisset iuspatronatus à suo patrono, nunquid amittit patronus ius patronatus, vt sic remaneat apud ipsam ecclesiam? ar. quod n. j. eo. illud. quia venditio nō tenuit: qa spirituale uel spirituali annexū uēdi nō pōt. j. de simo. querelam. & j. eo. de iur. & sic remanebit penes patronū restituta pecunia. Ar. contra posset hic colligi. qa hic dicitur quod emptor spolietur, & non uēditor: vnde eo ipso quod imponitur pęna emptori, & non uenditori, uidetur remanere penes ipsū patronum iuspatronatus: quia si voluisset priuari, hoc dixisset sicut de alio. Vel dic qd prius dixi. Ber.

nepotes ad easdem ecclesias præsententur: Præcipimus, vt id arctius inhibere procures: Eosdē aduocationibus taliter acquisitis, appellatione postposita spoliando. a

¶ Idem Herfordeñ. † episcopo & abbati de Forde.

¶ *Ius patronatus consistēs in aliqua vniuersitate temporalium, transit cum ipsa vniuersitate, etiam si vniuersitas transeat tantum quo ad vtile dominium, nisi ius patronatus specificè sit exceptum. hoc dicit. Et est notabilis casus, & quotidie allegatur.*

CAP. VII.

EX † litteris I. Salabrieñ. † episcopi accepimus, quod defuncta persona ecclesię de Latoñ. G. miles, qui uillam in qua ecclesia sita est, à monasterio de Vinton. ad firmam [b] tenebat, ad eandem uacantem; G. † clericum prædicto episcopo præsentauit: postmodum abbatissa prædicti monasterij alium præsentauit [c] eidem, ad ecclesiā suprascriptā † quo nolente præsentatū ab ea recipere, apud Cātuariensem [d] archiepiscopum, grauem de episcopo deposuit quæstionē: & inf. ¶ Mādamus, quatenus si vobis cōstiterit, quod præfato militi præscripta villa fuerit, non excepto [e] iure patronatus, ad firmam concessa: vel antequem [f] de iure patronatus inter

EX litteris.] Diuidit in duas partes. Primò ponit querela epi. Secūdo dat sibi iudices, & istruūtur quomodo debeāt diffinire: ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Abbatissa & moniales monasterii de Vintoñ quandam villā suam, in qua sita erat ecclesia de Latoñ pertinens ad monasterium ipsum, locauerunt ad firmā G. militi. miles ille ad ecclesiā ipsam postmodum vacantem præsentauit episcopo V. clericum, quem episcopus instituit; postmodum abbatissa prædicta episcopo alium præsentauit: sed episcopus admittere noluit præsentatum ab ipsa: vnde abbatissa apud archiepiscopum Cantuarieñ. de episcopo deposuit quęstionem: qui primum præsentatum fecit remoueri & secundum sibi præsentatum fecit institui, vnde orta fuit contentio inter eos Salabrieñ. episcopus qui primum instituerat, significauit hoc domino Papæ: vnde mandat iudicibus, quatenus si constiterit quod prædicto militi prædicta villa fuerit concessa; non excepto iure patronatus, vel etiam si constiterit, quod antequā de iure patronatus inter abbatissam & militem controuersia orta esset, præfatus V institutus fuisset per episcopum ad præsentationem militis, ecclesiam eidem adiudicent, dummodo idoneus sit: ita quod abbatissa obtineat aduersus militem, prædictus V. illi de temporalibus debeat respondere: & sic in vtroque casu obtinebit. No. quod ius patronatus transit cum vniuersitate, nisi specialiter excipiatur. Item lite mota super iure præsentandi vel eligendi, præsentatio postea fieri non debet, uel electio: & si fieret, non debet confirmari vel infirmari pendente quæstione iuris patronatus uel electionis. Item præsentatio facta ab illo qui in possessione iuris patronatus est, valet.

[Glos. seq. ponit opinionem.]

b Ad firmam.] dicunt quidam, quod talem cōtractum celebrauerunt inter se, quod utile dominium transiret in conductorem, & sic in ipsum transiuit ius patronatus: secus in creditore. j. de re iud. cum Bertholdus. B.

c Præsentauit.] supple & episcopus ipsum recepit.

d Apud Cantuariensem.] qui fecit primum remoueri, & institui præsentatum per abbatissam, vnde orta fuit contentio inter eos.

e Non excepto.] arg. concessum uideri quod non est nominatim exceptum. j. de sponsa. cū apud. 2 Item arg. quod idem iuris est in toto & in parte. arg. ff. de off. pręf. vrb. l. 1. §. 3. & 12. q. 2. cognouimus. 3 De hoc tractatur s. de transl. inter corporalia.

[Gl. seq. reci. pri. q. an is cui mota est quæstio, &c. ar. negatiuè per hoc c. ponit opi. cōtrariam, soluit dupliciter. & respondet ad contraria. Iterum reassumit opi. cōtrariam. in fi. obijcit, & soluit.]

f Vel antequam.] arg. est hic a contrario sensu, quod res litigiosa nō debet transferri in aliā personā lite pendēte. 11. q. 1. qa res. & 16. q. 4. uolumus. & s. ut lit. pēd. à memoria. & quasi per totū. Et ita videtur quod si moueatur alicui quæstio de iure patronatus, & interim vacet eccla, quod nō possit præsentare ante finē causæ. Sed non est verū hoc secundum quosdam, prout dicitur s. de in integ. restit. cum venissent, immo si quis est in quieta possessione præsentandi, non debet inde amoueri, ut dicunt quidā vsque ad finem causę. 16. q. 4. volumus. & s. vt li. pend. à memoria. & sufficit esse in possessione. j. eo. consultationibus. & supplent hic, maximè. Sed litera ista manifestè contradicit, & certè verius videtur, quod eligere vel præsentare quis non possit, postquam ei mouetur quæstio super proprietate. Vel si dicat, quod possit præsentare lite mota, tamen præsentatus non debet institui pendente controuersia, ex qua pendet. s. de in integ. rest. c. 2. & est arg. opt. s. de elec. Cumana. vbi clerici & capellani erant in quasi possessione eligendi, & mota fuit eis quæstio super iure eligendi vacante ecclesia: & quia non probauerunt de iure suo, non valuit eorum vox. 4 Nec obstant contraria quæ dicunt, quod lite pendente non est priuandus possessor sua possessione: quia ibi alia ratio est: ibi, enim omnia restituūtur, & fructus post litem contestatam. Sed hic nō debent restitui fructus præsentationis: quia canonicè institutus non remouetur sine culpa, & hoc uerius credo. Contra tamē notauit Ioan. s. quod potest licitè eligere, qui est in quieta possessione, licet moueatur ei quæstio. s. de in integ. rest. cum venissent, & ita si fuit iste præsentatus ante quæstionem motam, obtinebit: quia ille credebatur patronus, cum esset in possessione totius villæ, & ita credebat se esse patronum, & bona fide. sic j. eo. consultationibus. & si postea obtineat abbatissa in iure patronatus: quia probabit quod excepit ius patronatus, respondebit illi de temporalibus. 16 q. 2. sanè. & j. de priuil. cum & plantare. §. in ecclesiis. & ho. dicit hic in fine. Contra hoc tamē s. de re iudi. cum Bertholdus. & j. eo. consultationibus vbi dicit, si tempore præsentationis fuæ ius patronatus ecclesiæ possideat. sed hic non erat i possessione iuris patronatus, licet possideret uillam:

Marginalia (left): quæ iurit hic centius ecclesia li erit ab cato. ...nd. | ...fordeñ. ...ettefor. | 23. q. 8. ... in c. cōp. po: cōci. Laterañ. 15. c. 5. p intelle uide Bal. à pcura. C. man. & in l. ... C. de ... nupt. ... c. quan ... | ...debe- ...alesb.

Marginalia (right): 2 Concord. l. i. & ibi Doctores. ff. de procur. | † V. | VV. | 3 Nota etiā quædam ex generalitate transire, quæ spāliter transire non possent. sed contra. ff. de pignor. l. obligatione, & s. de offi. lega. qd transl ationē. ibi soluitur. Fra. Hostiēsem. Ioan. And. | † supradictam. | 4 Sed hoc fuit ex virtute protestationis cōtra eos factæ: qui ipsi clerici consenserunt, vt ibi notatur. Ioan. And.

lam: quia hoc non colligitur per literã: sed intellige quod erat in possessione iurispatronatus, & sic cessant contraria. & satis bene colligitur, quod miles erat in possessione iurispatronatus, ex eo quod dicit in fine: ita quod si abbatissa obtineat aduersus militem, illi de temporalib. debeat rndere. Ex hoc apparet quod miles reus erat, & abbatissa contra militem agebat: & sic relinquitur quod miles credebatur patronus, & sic agebat vt patronus, vnde tenuit præsentatio & institutio eo tẽpore facta, quo quiete iuspatronatus ecclesię possidebat. ſ. eo. consultationib. & ſ. de elec. querelã. & ita lite mota non debet præsentare: vel si præsentat, suspẽditur institutio in euẽtum sententiæ, vt dictum est.

abbatissam & militẽ cõtrouersia esset suborta, præfatus G. † in præscripta ecclesia per episcopũ, ad præsentationem militis institutus fuisset: ei (dũmodo aliàs sit idoneus) adiudicetis ecclesiã: ita quod si abbatissa obtineat aduersus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

Idem Vintonien. † epo.

¶ *Si laicus, clerico vel religioso loco concedit ecclesiam sine consensu episcopi: non obstante tali concessione, que non valet, ad ipsam ecclesiã cum vacauerit, poterit præsentare, & eam alteri ecclesia de consensu episcopi poterit concedere. hoc dicit cum cap. cum laici, & cap. suggestum. infra eo.*

CAP. VIII.

ILlud † prætereundum non duximus, quod si laicus episcopo incõsulto ecclesiam, a non vacãtem cõcedit religiosæ domui, & postea cum vacauerit, ad præsentationem eiusdem laici, clericus ibi fuerit per diœcesanum episcopũ institutus, prior cõcessio secundam institutionem, quo minus habeatur rata, & firma, non potest aliquatenus impedire b cum illa concessio de iure nullius possit esse momenti: tum quia de re non vacãte c facta est: tum quia laicus sine auctoritate episcopi, nemini d potest ecclesias † dare: Licet religioso loco e iuspatronatus † conferendi liberam habeat facultatem. Si verò iuspatronatus vacante ecclesia, religioso loco cõtulerit, f & aliquis sine præsentatione fratrũ eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus, eius secundum rigorem iuris est instituțio irritanda.

¶ Idem eidem.

¶ *Instituti in ecclesiis patronati, per nouos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines ecclesiarũ per eos fieri.*

CAP. IX.

QVerimoniam: † & infra. ¶ Absurdum videtur omnino, vt ad singulas patronorum secũdum humanam cõditionẽ, mutationes, a ecclesia

ILlud.] Diuiditur: quia ponit duo dicta. Secundum ibi, Licet. Abbas.

CASVS. Patronus ecclesiam non vacantẽ concedit alicui religiosæ domui incõsulto epõ, postmodũ vacãte ecclesia, patronus præsentauit clericum epõ, ad ecclesiã illã vacantem, & eps illũ instituit: quæritur vtrũ prima concessio impediat secũdam? Respondet Papa, quod secũda concessio tenet non obstante prima, quæ de iure nullius est momẽti, tũ quia de re non vacante facta est: tum quia laici sine auctoritate episcopi, nulli põt ecclesias dare, quis iuspatronatus possit loco religioso cõferre. Si autem ecclesia vacante iuspatronatus loco religioso cõtulerit, & aliquis sine præsentatione fratrum eiusdem loci fuerit institutus, eius institutio est de iuris rigore irritanda. No. quod non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Item ecclesia non vacans concedi non potest. Item laici sine auctoritate episcopi ecclesias dare non possunt. Item laici possunt dare iuspatronatus loco religioso.

[Glo. seq. ponit opinionem.]

a Ecclesiam.] quidam intelligunt, quod per hanc concessionem laicus iste intẽdebat dare ecclesiã quo ad proprietatem, vel ecclesiam in vsus proprios. quod facere non poterat ſ. de donat. pastoralis. 10. q. 1. nouerint. & c. sic quidam. cum alius eam possideret: secus si dedisset iu. patronatus etiam sine consensu episcopi, vt dicunt, ut not. ſ. eo. c. in notula. hæc litera innuit, &c.

[Glos. seq. argum. alleg. duo iura. & tria alie. in contrarium.]

b Aliquatenus impedire.] ar. quod non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. arg. ſ. eo. quod autem, ſ. de elect. bonæ. Arg. contra ſ. de elect. confidimus. & c. auditis, & ſ. de sponsal. ad audientiam.

c De re non vacante.] & ita patet, quod ecclesia non vacans cõferri non potest priuatæ personæ, vt ſ. de dona. cõsultationibus. sed loco religioso de auctoritate episcopi et eclesia non vacãs põt concedi, vt in decret. consultationibus.

d Nemini.] idest nulli priuatæ personæ licet.

e Licet religioso.] hæc litera innuit, quod laicus possit dare iuspatronatus loco religioso sine auctoritate epi, sed ecclesiam non, arg. 16. q. vlt. nemini tegũ. sed nõ credo. vnde supple hic de consensu epi. quia siue concedat ecclesiam, siue iuspatronatus, necessaria est auctoritas episcopi. ſ. eo. quod aũt. & ſ. de donat. consultationibus. & ſ. eod. nullus.

ADDITIO. Hæc opi. reprobat per ca. vnicum, eo. tit. lib. 6.

[Glos. seq. quærit, ponit opin. Vinc. & respondet cap. quod Vinc. alle.]

f Contulerit.] de auctoritate episcopi, vt dixi. Sed nunquid laico potest dari iuspatronatus? Vinc. dixit quod sic. arg. ſ. eo. ex insinuatione. sed ibi non fuit donatio, sed frater cessit fratri suum, seu renonciauit ei quantum ad se ius præsentandi: & ita nõ fuit donatio, cum ipse in solidum esset patronus. vt ibi dicitur, sed cum uniuersitate bene potest dari, vel vẽdi & obligari. supra eo. ex literis. & ſ. eod. cum seculum.

QVerimoniam.] Habet duo dicta. secundum ibi, Et vicissitudines. Abbas.

CASVS. Dicitur in capitulo isto, quod propter mutationes patronorum ordinatio ecclesiarum mutari non debet ab ipsis patronis, vel ab aliis: quod esset absurdum, cum in patronorum potestate ecclesia non consistat. No. propter mutabilitatem rerum mundanarum mutari non debet dispositio ecclesiarum.

[Glo. seq. exponit, signat contrarium, & soluit.]

a Mutationes.] licet patroni mutentur successione vel alio modo, ecclesiæ status propter hoc mutari nõ debet, cũ in ipsorum dispositione ecclesia non sit, sed potius epi: nec possunt illam extrahere de sua potestate. 10. q. 1. sic quidã. & c. nouerint. ar. ſ. 16. q. vlt. decernimus. & c. filiis. sed hic habent tantum potestatem defendendi ecclesiam, & denunciare sacerdotis excessus epo, sed super rebus nullam habent potestatem. ſ. eo. præterea.

a Mutationes

† V. VV.

† Vinton. Vvinton.

† Cap. 10. eo. tit. in prima compil. & post concilium Lateran. par. 15. c. 6. Et vide concilium Trident. sessio. 14. de refor. c. 13. adde concilium Moguntien. tempore Arnulphi c. 4. & concilium Salegustadien. c. 13. & de intellectu uide Lambertinum de iure patron. artic. 2. q. 2. parte 3. lib. 2.

a De hoc vide to hic latius per Io. And.

† ecclesia

† Patronatus contere di, &c.

† Cap. ... [illegible]

a Mutentur.] simile. 10. dist. lege. & 101. dist. peruenit 1. & 3 q 6. c. hoc quippe.

b Vicissitudines] id est, permutationes, vt puta si patroni haberent plura iura patronatus, nō possunt illa permutare sine auctoritate episcopi. Hostień.

Cum laici.] Summatū est š. eo. c. illud. primo ponit dictum. Secundo ratio, ibi, Non enim. Abb.

CASVS. Aliquis laicus patronus cōcedit ecclesiam vacātē alicui clerico, ignorāte epō, aut nō cōsentiēte, postea pœnitentia ductus clericum aliū pñtauit epō, & eps ipsum instituit: quæritur quæ concessio valeat? Dī φ institutio illius valere debet, quia auctoritate epi est institutus, non obstante prima cōcessione, quæ nulla est: quia non licet laicis clericos in ecclesijs ordinare. No. φ locus est pœnitenti vel pœnitentiæ, & ex hoc surgit illud, φ aliquis potest ɔ̃ factū suum venire. Item nō præstat impedimentum quod de iure nō sortitur effectum. Item laici ecclesias ordinare non debet.

[Gl. seq. ponit brocar. quod licitum sit pœnitere allegā. iura, in ɔ̃riū alle. 5. sol. ponēdo regulam, & sex casus ɔ̃ illā.]

rū ordinationes mutentur: [a] Et vicissitudines [b] ecclesiarū ab aduocatis vel alijs† præsumantur.

¶ Idem Eboraceñ. archiepō.

¶ *Patronus ecclesiam clerico conferre non pōt epō ignorāte aut nō cōsentiente, & si contulerit, potest hoc non obstante ad ecclesiam præsentare rectorem.*

CAP. X.

Cum† laici episcopis nesciētibus, aut nō consentientibus, ecclesias clericis cōcedunt, in quibus habēt ius patronatus: postea pœnitētia [c] ducti, alios ad easdē episcopis repræsentāt, & illi ad eorum præsentationem, in eisdem ecclesijs ab episcopis instituuntur; eorum debet institutio stare, qui auctoritate sūt episcopi instituti: cōcessione priori (quę nulla est [d]) omnino euacuata. Non enim licet laicis, [e] clericos in ecclesijs præsumptione propria ordinare.

¶ Idem Abbatibus, Prioribus, & clericis per archiepiscopatum Eboraceñ. constitutis.

¶ *Religiosi vendicare vel retinere non possunt ecclesias sibi concessas à laicis, sine diœcesani cōsensu: nisi legitimè præscripserint, vel postea diœcesanus consenserit.*

CAP. XI.

Cura† pastorali: & infra. ¶ Mādamus, quatenus ex donatione laicorum, [f] nisi auctoritas diœcesani episcopi, & cōsensus adsit, nullus vestrū aliquas sibi ecclesias vēdicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi legitima [g] † fue-

c Pœnitentia.] & ita licitum est pœnitere, & ɔ̃ factum suum venire, vt š. de elect. nosti. & 2. q. 6. c. ei qui. §. si quis libellos. 12. q. 1. certe. ff. de mino. si minor. C. qui bo. ce. pos. l. 2. ff. de mu. & hon. vt gradatim. §. sed & reprobari. ff. deposi. l. 1. §. si verò depositum. & š. de depo. bona fides. & ff. de act. emp. & vend. si sterilis. §. vlt. Arg. š. de fil. presby. veniens. ť. de cler. coniug. diuersis fallacijs. & 17. q. 4. sunt qui opes. ť. de depo. impu. de illis 1. & 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. Solu. non est locus pœnitentiæ nisi in casibus, puta si iusta causa subest. 12. q. 1. certe. 63. dist. quia sancta. §. verum. vel si aliquid inopinatum emergat. 22. q. 2. ne quis arbitretur. & in omnibus delictis & maleficijs. arg. 50. dist. ponderet. & supra de re. eccle. alie. vel non, si quis presbyterorum, vel in his quæ fauore sui tantum sunt introducta, quibus renunciare potest. 7. q. 1. quum periculosum, & in his quæ recepta non sunt plenè, ff. de iurisd. om. iud. si conuenerit. Vin. & in casu isto, vt hic patet, & ť. eo. cum autem. & c. pastoralis.

[Glo. seq. not. alleg. tria iura. & vnum alleg. in contrarium, & ibi remittit.]

d Quæ nulla est.] sic. š. eod. illud. & ita prima electio quæ nulla est, non impedit secundam. ť. de elec. bonæ memoriæ. & cap. congregato. & ť. de appel. constitutis. Arg. contra, š. de elec. auditis, vbi colligitur, quòd electio quæ nulla est, impediat secundam, sed illud contra. ibi soluitur.

e Laicis.] nec etiam clericis patronis licet ecclesiam ordinare: vnde habes similem casum de clericis, ei quod dicitur hic de laicis, ť. eo. c. vlt. Ala.

Cura pastorali.] Tria facit. Primo ponit dictum. Secundo exceptionem ibi, Nisi. Tertio rationem ipsius ibi, Cum enim. Abbas.

CASVS. Quidā religiosi & alij ēt clerici, recipiebāt ecclesias de manibus laicorū sine auctoritate eporum, quod erat ɔ̃rium iuri: vnde mandat Papa prædictis religiosis, φ nullus eorū ecclesias recipiat ex donatione laicorum, sine auctoritate & consensu diœcesani epi, vel retinere p̃sumat taliter acquisitas: nisi legitima fuerint p̃scriptione muniti, vel postea consensū habuerint diœcesani episcopi: quia enim laici non possunt in alios, nisi ius quod habent transferre, hmōi concessiones irritæ sunt censendæ. Nota φ laici ecclesias conferre nō possunt. Item titulus non idoneus acquiritur alicui. Item ratihabitio retrotrahitur. Item nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.

f Laicorum.] laici. n. ecclesias cōferre non possunt. 16. q. 6. si quis deinceps. & c. si quis eps. & c. si quis clericus per laicos. & ť. de priuileg. cum & plātare. nec debēt iterasse electionib9, vtibi habeāt vocem in eccľa collegiata. š. de ele. Massana. & c. sacrosancta.

[Glo seq. obijcit per locum à diuisione, & tripliciter soluit.]

g Legitima.] id est, quadragenaria, quæ sola currit contra ecclesiam, vt 16. q. 3. c. placuit. vers. quas actiones. Sed obijcit contra hoc isti monachi vel clerici, q̃ præscripserunt has ecclesias, aut habuerunt bonā fidē, aut malam; Si dicas bonam, hoc non potuit esse, nisi quia ignorabant ius: sed ignorantia iuris non prodest ad vsucapiendum, 2 ff. de vsuca. nunquam. & qui contra legū interdicta mercatur, nō præscribit. C. de agri. & censi. quemadmodū. lib. 11. & isti contra interdicta canonum receperunt ecclesias. 16. q. 7. si quis deinceps. si quis episcopus. si quis clericus per laicos. š. e. p̃terea. & c. quod autem, & c. illud. & ita præscribere non possunt. Si malam fidem habuerunt, nulla præscriptione iuuantur, ť. de præscri. vigilanti, & c. quoniam omne. & 34. q. 2. si virgo. Potest dici, quòd hic toleat huiusmodi præscriptio propter scandalum, quia ecclesiæ non poterant reuocari sine scandalo. Quidam dicunt, quòd eo ipso quòd episcopo sciente, & non contradicente possederunt, intelligitur episcopus consentire: & quod sequitur; aut diœcesani habuerint postea consensum supplent, expressum: & tunc non est necessaria præscriptio, cum habent consensum episcopi. Vel potest dici, quod illi qui ecclesias receperunt de manu laicorum, nō possent præscribere, quia contra iura recipiunt: sed eorum successores præscribere possunt, qui hoc ignorant, & bonam fidem habent, ex quo inueniunt ecclesiam in possessione: 3 quia qui in locum alterius succedit, iustam habet ignorantiæ causam. ff. de regul. iur. qui in alterius.

† Cap. 13. eo. tit. in 1. cōp. & post Cōcil. Lateraň. par. 15. ca. 9. Et de intellectu vide Couarruuiā in regula: possessor. de regulis iuris lib. 6. & in 2 part. relectionis, §. 11. & Lamberti nū de iu. pa. art. 11. q. 1. par. 2. li. 2.

† al. longa quā ēt vocē hic agnoscit Hostiensis.

2 Et quoad hoc æquiparam9 vsucapionē p̃scriptioni nrā: in vtraq; .n. requirit bona fides. Fin. Vin. Io. An.

3 Istā glossā dicit hic Panormitanus singularē in suo effectu.

a Consensum.] Arg. quod ratihabitio retrotrahitur. 16. q. 1. c. vlt. arg. contra. ff. de re iur. l. penul.

[Glo. seq. ponit brocar. quòd nemo plus iuris, & c. alleg. quinque iura pro, & quinque contra: & soluit.]

b Nisi ius.] nemo enim pôt plus iuris in aliũ transferre, quàm ipse habeat. ff. de reg. iur. nemo. ĩ. de do. post diuor. rest. nuper. ff. de acq. re. do. traditio. ĩ. eo. quod aũt. in fin. 54. dis. abbati. arg. contra. ff. de acq. re. do. non est nouũ. Inst. qui. alie. non licet. §. econtra. C. de distr. pig. quãdiu, & l. si cessante. ff. de vsufru. quod nostrũ. ff. de acqu. poss. interdũ. Sol. primũ verũ est, & ista contraria specialia sunt, nec etiã istud ius quod habẽt, scilicet ius patronatus, possunt cõferre sine auctoritate epi, vt dixi ĩ. eod. illud, & ĩ. eo. nullus.

rit præscriptione munit[a], aut diœcesani episcopi habuerit postea consensum. [a] Cum enim laici non possint in alios nisi ius, [b] quod habent, transferre, huiusmodi concessiones irritas penitus esse censemus.

† Lingon. Lundon.

¶ Idem Lingoneñ. † epo.

¶ Si patroni ecclesiæ vacantis infra tempus à iure concessum non præsentant, episcopus ordinabit ecclesias.

CAP. XII.

¶ Cap. 15. eo. tit. in 1. cõp. & post Concil. Latera. par. 15. c. 12.

SI † verò ordinatio alicuius ecclesiæ ad tuã institutionẽ spectat, & pro cõtrouersia laicorũ de iure patronatus inter se disceptantium, prorogatur: [c] Fas tibi sit appellatione remota, in eadẽ personam idoneam instituere: Ita quod repræsentetur [d] ab eo, qui ius euicerit patronatus.

SI verò.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio, ibi, Fas. Tertio limitatio, ibi, Ita. Abbas.

CASVS. Inter aliquos vertitur controuersia de iure patronatus sup aliqua ecclesia, pp quã cõtrouersiam differtur vltra tẽpus à iure cõstitutum ordinatio ipsius: dicit Papa, quod eps appellatione remota ordinet ecclesiã de psona idonea, ita, quod institutus repsentetur ab eo, qui ius obtinuerit patronatus. No. quòd dr hic, quod dictũ fuit in illa decre. ĩ. eo. qm in quibusdã. Item persona idonea debet institui in ecclesia. Itẽ licet institutus pleno iure gaudeat, tamen repræsentari debet à patrono, qui ius euicerit patronatus: quod verũ est, non vt ius aliquod sibi crescat, sed ne de facto postea vexetur.

c Prorogatur.] vltra quattuor menses. ĩ. eo. quoniam. & ĩ. eo. cum propter.

[Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.]

d Repræsentetur.] sed quid valet hæc repræsentatio cum iam sit institutus, & ius habeat? Per hanc repræsentationem nullum ius acquiritur huic, sed psentatur vt patronus per hoc sit in quasi possessione sui iuris, ne postea vexetur de facto. 1 ĩ. e. c. consultationibus.

1 Ipse patronus vel psbyter à patrono, sm Ala. Ioan. And.

¶ Idem Hospitalarijs.

¶ Et ius patronatus ecclesiæ deuenit ad exemptos, per hoc in nullo debet lædi ius episcopale.

[Glo. seq. ponit quattuor, vel quinque modos, q bus transit ius patronatus, & ponit versus.]

e Emptorum.] sic ergo ius patronatus trãsfertur venditione cum vniuersitate: & hoc verũ est, nisi specialiter sit exceptũ, ĩ. e. ex litteris, & venditio feudi facta intelligit de voluntate dñi, aliter non valeret. in constitutione Friderici de feudis. transferi etiã successione. a ĩ. eod. qm in quibusdam. & c. 1. & 2. & 16. q. 7. filijs. & permutatione. 16. q. 6. nemini regum. & alienatione vniuersitatis, vt hic, & donatione cũ cõsensu epi facta. ĩ. eo. quod aũt. & cap. illud. & ĩ. eo. nullus. Vnde versus.

Iura patronatus transire facit nouus heres.

Res permutata, donatio, vẽditioq;.

Bernardus.

CAP. XIII.

CVm † seculũ relique ritis: & infra. ¶ Prohibemus, ne cũ ratione feudorum emptorum, [e] aliterve acquisitorũ, vel etiã alio modo ius patronatus in ecclesiis parochialibus acquisieritis, episcopo ius parochiale minuere [f] præsumatis.

¶ Idem.

¶ Sine consensu patroni non potest quis ecclesiã occupare.

CAP. XIIII.

EX † insinuatione O. clerici accepimus, quòd cum ei frater eius, ius patronat[9] quod in quibusdã ecclesiis habebat, liberaliter contulisset: [g] eas quidã sine ipsius assensu occuparunt, & detinent occupatas: & infra. ¶ Mandamus, quatenus (si est ita) earũ detentores, vt eadẽ prędicto clerico restituant, [h] per eum liberẽ, [& † pacifice] ordinandas, monitione præmissa compellas.

f Minuere.] & ita nihil plus iuris debent isti religiosi habere, quam illi à quibus ius habuerunt: & sic episcopus ius suũ integrum habebit: quia permutationẽ talẽ ecclesię ordinatio mutare nõ dẽt, ĩ. eod. quærimoniã. & ĩ. eod. cura, simile ĩ. de dona. inter dilectos, ĩ. de relig. dom. quia monasterium.

CVm seculum.] Primo exordium decisum. Secundo prohibitio, ibi, Prohibemus. Abb. Sic.

CASVS. Hospitalarij aliquando acquirunt ius patronatus in ecclesijs parochialibus ratione feudorum emptorũ, aut etiam alio modo: prohibet eis Papa, ne ius episcopale hac occasione diminuant epo diœcesano. Not. quòd ius patronatus transit cum vniuersitate in venditione. Item religiosi viri nõ habent plus iuris in ecclesijs, in quibus ius patronatus habent, quã alij.

EX insinuatione.] Primo narrat factũ. Secdo dat iudices ibi, Mãdamus. Abb.

CASVS. O clericus conquestus fuit domino Papæ, quod cum frater eius contulerit ius patronatus, quod cõiter habebant in quibusdã ecclesijs, q dam clerici sine ipsius assensu & præsentatione, illas ecclesias occupant, & detinent occupatas: mãdat Papa, quatenus, si est ita, detentores illarum compellantur, vt illas prædicto clerico restituant, per eum libere ordinãdas. Not. quòd patronus pôt dare ius patronatus, sine ius præsentationis personæ priuatæ.

[Gl. seq. reci. per obiectionẽ, quã dupliciter soluit.]

g Liberaliter contulisset.] sic ergo videtur, quòd laicus ius patronatus possit donare priuato, et sine consensu episcopi, sed supple, quòd de consensu episcopi hoc fecit. Verius vr, quòd hæc nõ erat vera donatio: qa vterque istorũ fratrum erat verus patronus in solidum. ĩ. eo. ca. 1. & de ope. lib. l. si libertus. in fi. quia res est indiuisibilis. argu. ff. si ser. vend. loci corpus. §. si fundus, & ideò nihil dedit in veritate, sed cõcessit fratri tantũ liberam ordinationẽ ecclesiarum, vt ipse solus posset psentare. & est simile. ff. de ser. seruitutes. §. seruitus.

h Restituant.] quia non habuerunt canonicum ingressum: vnde debent expelli. sic 16. quæstio. vltima. decernimus.

Consa-

Consuluit.] Primò ponitur ratio. Secundò dispositio, ibi, Non decet. Abbas.

CASVS. Dr hic, quod sanctuarium Dei hæreditario iure possideri non potest: & ideò sustineri non debet, quòd clerici auctoritate propria detineant ecclesias à parentibus eorũ fundatas, nec laici possunt ecclesias cõcedere filijs, aut aliquibus alijs, cũ sola præsentatio, & non concessio, pertineat ad patronũ. No. quod successio hæreditaria in ecclesia reprobatur. Itẽ laici patroni ecclesiarum aliquibus ecclesias cõcedere non possunt auctoritate propria.

a Hæreditario.] successio hæreditaria in ecclesia esse non debet 8. q. 1 Apostolicæ. s. de fil. presb. ex transmissa. & c. ad extirpandas.

[Gl. seq. cum seq. recitatur per q. an pater filiũ, & c. secũdò quærit de plurib. patronis, & soluit.]

b Propria auctoritate.] secus si ad præsentationem parẽtũ: quia ipse se præsentare non posset, s. eo. p tuas. vnde non videt hic prohiberi præsentatio filij, i vnde permitti intelligitur, ar. s. de sponsa. cũ apud.

c Concedant.] auctoritate propria. idẽ intellige de clericis. s. eo. tit. cap. vltimo. sed eps præsentare potest patronus filiũ, vt dictum est s. quia suffragiũ patris valet filio. ff. quod cuiusque vniuer. illud notandũ. Sed si plures sunt patroni, nunquid possunt vnum de se præsentare? Credo, quod sic. 2 arg. sup. de elect. cum in iure.

¶ Idem Adonen. † episcopo.

¶ Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.

CAP. XV.

Consuluit † nos: & infra. ¶ Cum sanctuarium Dei iure hęreditario [a] teneri non possit: non decet aliquatenus sustineri, vt clerici ecclesias à parentib. suis fundatas, propria auctoritate [b] detineant; aut laici filiis, vel aliquib. aliis, concedant [c] easdem.

¶ Idem.

¶ Ius patronatus per se vendi non potest.

CAP. XVI.

De † iure verò patronatus: & infra. ¶ Mãdamus, quatenus si R. illud comparauit, (cũ inconueniens sit vendi [d] ius patronatus, quod est spirituali annexum [e]) cõtractum illum irritũ [f] esse decernas.

f In nomine patris.] de consec. dist. 4. in synodo multi. Arg.]. dist. ea. à quodã. Solu. illa litera. In nomine Trinitatis, intelligitur explicitè. & quid sequitur ibi, in nomine Christi tm̃, dispositum fuit illud ab Apostolis ex causa, vt in principio baptizarent in nomine Christi. 3 in quo verbo intelligitur vnctus, inungens, & per quem vngitur, idest, pater, filius, & spiritus sanctus: sed hodie non seruatur forma illa: tamen si aliquis sic hodie baptizaretur sub his verbis, baptizatus esset: licet fieri nõ debeat, vt dixit Io. in illo cap. à quodam. hæc est ergo forma baptismi, quæ hic traditur, quã seruat ecclesia, & qui omittit hanc formã, nihil agit.]. tit. prox. veniens. saluo eo qđ dr in nomine Christi, quia illud intelligitur implicitè, qđ est in ista explicitè. Et hoc dicunt quidã dictum fuisse ex causa i primitiua ecclesia, vt ampliaretur nomẽ Christi in illo tempore, qđ nomen homines abhorrebãt tunc: & quod tũc implicitè dicebatur, in nomine Christi, modo explicitè debet dici nominibus trium psonarum expressis, vt dicitur in hac decre. alias Nicola[9] decepisset illos, quibus respõdit, illos esse baptizatos, qui baptizati erant in nomine Trinitatis, vel in noĩe Christi tãtum in primitiua ecclesia, vt in actibus Apostolorũ legitur, vt dicitur in cap. prædicto à quodam vbi Hug. manifestè comprobat formam, quæ hic traditur, ostendendo causam, quare in primitiua ecclesia tẽpore Apostolorũ baptizabãt in hac forma, in nomine Trinitatis, siue in noĩe Christi tantum, & Nicolaus in sua responsione, quam fecit in cap. à quodam. retulit se ad tempus primitiuæ ecclesiæ. dixit Hugo, quòd de hac forma, quæ hic traditur, nihil est mutandum vel diminuendum secundum quod notauit de consec. dist. 4. multi. Ber.

g Baptizatus.] arg. quòd vbi aliquid deest de substantia eius quod exigitur ad esse rei, nihil actum est. arg. 1. q. 7. Daibertum. arg. contra.]. de sacra. non ite. c. 1. & vlt. vbi supplentur quę omissa erant, sed illa vnctio non est de substantia sacramenti.

DE quibus dubium.] CASVS. Si de aliquibus sit dubium, an sint Baptizati, datur forma, quibus verbis præmissis debeant baptizari. Nota, quòd ratione dubij fiunt, quæ aliàs non fierent.

h De quibus dubium.] sic de consec. distinct. 4. si nulla. & distinct. 1. sollemnitates. & cap. ecclesiæ vel altaria. idem & in ordine. 68. distinctio. presbyteri. quos & §. sequenti.

[Glos seq. ponit opi. quam reprobat.]

i Baptizo.] dicunt quidam, quòd si prius fuit baptizatus, eundem charactẽrem iterare non est inconueniens vt reiteretur. arg. illius c. 68. dist. presbyteri. quod nihil facit & dicunt similẽ: quia eadem possessio ex pluribus causis acquiritur. ff. de acqui. poss. possideri. §. si ex pluri-

†Ca. 1. tit. de baptismo puerorũ i 2. comp. Et de itellectu vide B. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. & Sotũ li. 4. sent. dist. 3. q. 1. art. 5.

2 Vide quos citaui initio dcretalis, ex qbus intelliges veram esse hãc glossę sententiã.

3 De materia hui[9] glossæ, an. s. valeat baptismus in noĩe Christi, vel in nomine Trinitatis vide B. Th. 3. part. q. 66. art. 6. & ibi

Caiet. Sotus [...]

† Vide Tho. [...] q. 66. ar. [...]

plurib⁹. sed hoc non est verū: quia si primo baptizatus fuit; nihil secundo additur: sed ad vocem refertur talis reiteratio; & est signum solummodo, quòd sit baptizatus arg. ad hoc. 68. dis. c. psbyteri. §. q͂a ergo. vbi Gratianus. h. d. arg. C. de ind. vid. l. 2. vbi dr̄, sc̄dam manumissionem nihil addere vel minuere. Ala.

Maiores.] Diuiditur decr. hæc tota in duas partes. Primo, ponit exordium, ꝓbās magnasq̄ōnes, maximè fidē tangentes, referendas esse ad Papā: scd̄o ibi, Quibusdā. ponit epistolā, q̄ quattuor habet partes, sicut quattuor sūt q̄ōnes. Scd̄a ibi, Votū. Tertia ibi, Sed adhuc. Quarta ibi, Itē q̄ritur. Prima subdiuidit. Primo ponitur hæreticorū obiectio duabus auctoritatib. munita. Scd̄a ibi, Ad id ipsius solo. Tertia ibi, Cęterū. auctoritatibus rñ. let. Abbas.

CASVS. Quidā hæretici fecerūt quasdā q̄ōnes catholicis: archieps Arelateñ. postulauit dn̄m Papam illis q̄ōnibus rñdere: dicebāt. n. q͂ paruuli inutiliter baptizanī, ad quod ꝓbandū inducebant auctoritatē B. Iacobi Apostoli dicētis; Charitas operit multitudinē peccatorū: & auctoritatem Euāgelij de peccatrice, q̄ lauit pedes Domini dicentis. Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. sed nō nisi per charitatem, & in charitate crimina dimittūtur, & paruuli nec sentiūt, nec cōsentiunt, nec charitatem habent, quæ tantum sentientibus & consentientibus infunditur, & ita paruulis peccatū non dimittitur in baptismo: Ad quod respondet Papa, quòd baptisma circūsioni successit, sed absit, vt in illā hæresim incidamus, quæ asserit, legem cum Euāgelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam: quia dicit Apostolus. Si circuncidimini, Christus nihil vobis prodest: Sed circuncisio & paruulis & adultis cōferebatur, & baptismus, qui successit loco illius generalior est; & cum tam viri, quàm fęminę baptizentur, nō debet esse minoris effectus: & ita tam paruulis, q̄ adultis est conferendus: sicut enim in veteri lege dicebatur. Anima cuius præputij caro circūcisa non fuerit: perit de populo Dei: ita nunc dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab ista generalitate nec sexus nec ætas excipitur: Verumtamen notandum est, quantum plus hodie baptismus cōferat Christianis, quàm Iudæis circuncisio olim contulisset: In fine auctoritatis prædictæ. Anima cuius, &c. dicitur, peribit de populo suo. In auctoritate Euangelij dicitur: non intrabit in regnum Dei. N. P.

CAP. III.

Maiores † ecclesiæ causas, presertim [a] articulos fidei cōtingentes, ad Petri sedē referendas intelliget, qui eum [b] quęrenti Domino, quē discipuli dicerēt ipsum esse, respondisse notabit: Tu es Christus fili⁹ Dei viui; & pro eo Dominū exorasse, ne deficiat [c] fides eius. ¶ Quibusdam igitur quęstionib⁹, quas contra Catholicos hæretici mouerant, nos postulas respondere. Asserunt enim paruulis inutiliter baptisma conferri; quod nitunť probare, illud primo & pręcipuè inducētes, q͂ cum secūdum verbum Iacobi Apostoli dicentis in epistola sua; Charitas operit [d] multitudinē peccatorū; & iuxta illud testimonium veritatis in Euāgelio de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis. Dimissa sūt ei peccata multa, quoniam dilexit multū: non nisi per charitatem, & in charitate, crimina dimittanť: paruulis, qui nec sentiunt, nec consentiūt, & charitatē non habent, quę sentientibus & consentiētibus tātum infunditur, peccatum non dimittiť in baptismo; & infrà. ¶ Ad id autem taliter † respondemus, quòd † baptisma circūcisioni [e] successit. (Absit enim, vt in illā damnata hęresim incidam⁹, quę perperā affirmabat, legem cū Euangelio, & circuncisionē cū baptismo seruādam: quoniam secundum Apostolum dicentē ad Galatas: Si circuncidimini, [f] Christus vobis nihil ꝓdest.) Cum ergo circuncisio tā adultis, quā paruulis ex [g] precepto Domini conferretur: ne baptismus, qui successit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum † tā viri, quàm fęminę [h] baptizētur, minoris videať effectus, tā adultis, quā paruulis est conferēdus. Sicut enim sine distictione qualibet Mosayca lex clamabat. Olim per circūcisionem licet culpa originalis peccatī dimitteretur, & periculum vitaretur, non tamen perueniebatur ad regnum cęlorum: sed per baptismum culpa remittitur, vitatur periculum, & ad rognū cęlorum peruenitur, quod omnibus vsq; ad mortem Christi fuerat obseratum. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereāt, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin Deus aliquod remedium illis procurauerit, ad salutem: prædictę verò auctoritates, quas inducebāt hæretici, intelligēdę sunt de adultis, qui habēt multitudinem peccatorū: quia de paruulis nō possent intelligi, qui peccato tantū originali grauantur: & eo sē modo illa auctoritas. Qui crediderit & baptizatus fuerit, tota intelligit de adultis, cum paruuli non possint credere, sed adulti. Nōquod cū de articulis fidei dubitatē, ad Romani sedē est recurrendū. Item baptism⁹ loco circūcisionis successit. Itē per circūcisionem peccatum originale dimittebatur. Itē ianua paradisi in morte Christi fuit aperta: & per hoc approbatur: quòd antēquàm sancti Patres descendebāt ad inferna. Itē licet Christus mortuus sit pro omnibus quo ad sufficientiam, tā prædestinatis tantum quo ad sufficientiā. Item vniformis debet esse intellect⁹ cuiuslibet auctoritatis.

† al. ita. tibi rñdemus. † Hic locus ex antiquis exemplarib. est restitut⁹ vt est impressus, vulgatis perperā legit ita. quia baptisma successit circuncisionis, &c. in quibus nullo pacto conuenire hæreticos, vt manifestè dicant.

Gala. 5.

† al. ita: & tā viri, &c. sed lectio, quā retinuimus, sanior est.

† Idest, ad sinū Abrahæ. vbi supernæ pacis ingressū ipse fęlici expectabāt, vt ait Beda super Euangel. Luc. 2.

a Causas præsertim.] 17. dist. huic sedi. & 24. quæst. 1. quoties.

b Eum.] id est, Petrum.

c Ne deficiat.] ex hoc patet, quòd ecclesia nō pōt esse nulla. 23. q. 1. pudenda. in fi. vbi August. hoc probat. ad idem 21. dist. c. 1. ad fi. in vers. ego pro te rogaui, &c.

d Charitas operit.] hæc est prima obiectio hæreticorum, quòd si non habuerimus charitatem, etiam si sanguinem nostrum effuderimus, & nostram substantiam totam dederimus pauperibus, magis tormenta sunt, q̄ corona victoriæ. 1. q. 1. vide quantum bonum. vnde dicitur charitas recta voluntas, bonis terrenis ac sumptibus semper aduersa. de pœnit. dist. 2. charitas.

e Circūcisioni successit.] q̄ supplebat vicē baptismi in paruulis, q. erāt de stirpe Abrahæ: in alijs aūt supplebat fides parētū de cōsecr. dist. 4. q̄d aūt apud. & c. ex quo.

f Circumcidimini.] 28. q. 1. sic enim. circa fi. per vnam columnam, ver. ecce ego Paulus, &c.

g Ex præcepto.] in veteri Testamento.

h Fęminæ.] sed circuncisio ad fęminas non pertinebat, sed offerebantur. 28. dist. in templum. & ibi nomen imponebatur. vnde baptismus generalior est.

: Vide Magistrū sent. lib. 4 dist. 1. §. q̄ritur aūt & ibidem alios Doctores, & Beatū Tho. 3. par. q. 70. art. 1.

Anima, cuius præputij caro circũcisa nõ fuerit, peribit de populo [a] suo; ita nunc indistinctè vox intonat Euãgelica. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sãcto, nõ intrabit [b] in regnũ Dei. ab hac generalitate nec sexũ, nec ętatẽ excludẽs. [c] ¶ Cautè tamen notandũ est, quãtum plus baptismus hodie cõferat Christianis, q̃ quondam Iudæis circũcisio contulisset, dictũ est in fine prędictę auctoritatis inductæ de veteri lege: Peribit de populo suo. In Euangelica verò auctoritate subiunctum est; Non intrabit in regnum Dei. qm̃ etsi originalis culpa remittebat [d] p circũcisionis mysteriũ, & damnationis periculũ vitabat, non tñ perueniebat ad regnũ cęlorum, ꝙ vsq; ad mortẽ Christi fuit oĩbus obseratum; † sed per sacramẽtũ baptismi Christi sãguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnũ cęlorũ etiam peruenitur, [e] cuius ianuã Christi sanguis fidelib⁹ suis misericorditer reserauit. [f] Absit enim vt vniuersi paruuli pereãt, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors De⁹, q nemĩnẽ vult perire, aliquod remediũ procurauit ad salutem. ¶ Cęterũ ex vi literæ satis patet, prædictas auctoritates [g] intelligẽdas esse tm̃modo de adultis, qui hñt multitudinẽ peccatorum; cũ de paruulis nõ possit † intelligi, q peccato tm̃ originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluẽda; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, & cætera; [h] cũ nõ possint credere paruuli, sed adulti; & ob hoc tota auctoritas [i] hic † intelligenda est de adultis; ne ad alios prima, & ad alios scd̃a clausula referatur: q̃uis nonnulli concedãt, ꝙ paruuli credũt, non per vsum, sed p habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo; sicut & alia multa verba, secũdum cõem vsum loquẽdi non ad actum, sed ad aptitudinẽ [k] referuntur. ¶ Illud † verò quod opponentes inducũt, fidẽ aut charitatem, aliasque virtutes paruulis, vtpotè nõ consentientibus, nõ infundi, à plerisq; nõ con-

[Gl. seq. allic. 2. concor. signat vnũ ɔ̃rium, & sol. dupl.]

a Peribit de populo.] hic colligitur, ꝙ per circuncisionem saluabantur in veteri testamento, sic de cõsec. dist. 4. ꝙ apud. & c. ex quo. Sed ɔ̃, de pęn. dist. 1. §. itẽ vt Christus ait, in fi. vbi dr̃, ꝙ circuncisio data est Abrahæ, in signũ iustitiæ, non in cãm iustificationis. Sed illud intelligitur quo ad ipsum Abraham, qui iam iustificatus erat, & non quo ad alios. Vel exponit illa litera & suppletur ibi, solum vel tãtũ. Ber.

b Non intrabit.] de consecr. dis. 4. firmissimè. Bern.

c Aetatẽ excludẽs.] immo includit, qm̃ sub noĩe masculino, dũ dixit Nisi qs renatus fuerit, & c. etiã fœminas cõprehẽdit. ff. de verbo. sig. l. 1. & de pęn. dist. 1. si quis cũ telo.

d Culpa remittebatur.] i. originale peccatum, nõ tñ penitus adhuc est sublatũ, sed manet in homine, non tamen obest. de consec. dist. 4. c. 2.

e Peruenit.] de cõsec. dis. 4. per aquam.

f Reserauit.] de cõsecr. dist. 4. propriè.

g Auctoritates.] s. Iacobi. c. charitas operit multitudinẽ, & c. & illam in Euangelio de peccatrice. Dimissa sunt ei, & c.

h Et cętera.] s. saluus erit: Qui autem nõ crediderit, nec baptizatus fuerit, condemnabitur.

[Gl. seq. alleg. vnã concor. & vnũ ɔ̃riũ.]

i Tota auctoritas.] vniformis. n. decet esse cuiuslibet auctoritatis intellēs. arg. 16. q. 7. & hoc dicimus. Arg. ɔ̃. 1. q. 4. hi qui.

K Ad aptitudinẽ.] sicut & illud participium, retinẽs, qđ ponitur in descriptione matrimonij, ad aptitudinẽ non ad actũ refertur; quę hr̃ 27. q. 2. §. 1. Matrimoniũ est cõiunctio maris & fęminæ, indiuiduã vitæ consuetudinem retinens. intellige quãuis non retineatur quo ad actum, tñ quo ad aptitudinem retinetur, sicut consueuit dici de iustitia. ff. de iustit. & iu. l. iustitia. secundum ꝙ iustitia est in creatura.

ILLVD VERO. Opponebant prædicti hæretici fidem, aut charitatem, & alias virtutes paruulis non infundi: quia non consentiunt: sed istud non simpliciter conceditur, cum inter Theologos quæstio referatur: Quidam dicunt per virtutẽ baptismi paruulis culpam remitti, sed gratiam non conferri. Alij dicunt, & peccatum dimitti, & virtutes infundi quo ad habitum, non quo ad vsum habentis eas, quousque peruenerint ad ętatem adultam: Sed ex hac responsione quidam viam inueniũt ad alias qõnes, ex eo, ꝙ dr̃, paruulis in baptismo peccatũ dimitti originale: dũt eadem rõne adultis dormiẽtibus, & amẽtibus si baptizent peccata dimitti: quia cũ nec isti, nec illi tũc sentiãt vel dissentiant, idẽ iudiciũ est habẽdũ. Sed hic Papa dicit distinguẽdũ. Peccatũ duplex est, originale, & actuale: Originale qđ sine ɔsẽsu ɔ̃hitur, sine cõsensu, remittit p baptismũ: Sed actuale qđ cõsensu ɔ̃hitur sine cõsensu nõ relaxatur. Sed adhuc q̃rit, quare dormientibus, & amentibus originale peccatũ nõ dimittit in baptismo sicut paruulis? Ad hoc rũdet Papa: Dñs, q totũ hominẽ sanũ fecit in sabbato, opus imperfectionis non nouit: & ideò peccata nõ ex parte, sed ex toto dimittit: † pterea pœna originalis peccati, est caretia visionis Dei; pœna verò actualis, est cruciat⁹ ppetuus; vnde si primu dimitteretur aliqui altero nõ dimisso, talis non careret visione Dei p p originale cõmissũ & cruciaret̃ p ppetuo p p actuale: Sed hęc tanq̃ incõpatibilia se nõ cõpatiunt, immo aduersant. Itẽ quęrit in §. isto, vtrũ dormiẽtibus, & amẽtibus, si baptizentur, saltẽ character imprimatur, vt excitati à somno, vel ęgritudine liberati, nõ sint vlterius baptizãdi? Ad hoc dicunt quidã, ꝙ sacr̃a, quæ per se sortiuntur effectum, vt ordo, baptismus, & consimilia: non solũ dormiẽtibus, & amẽtibus sed etiã inuitis & ɔ̃dicentibus ɔ̃ferũtur, & si non quantũ ad rẽ, i. quantũ ad remissionẽ peccatorũ, tñ quantum ad characterem, cũ & paruuli, qui nõ consentiunt, & ficti, qui non ore corde tñ dissentiunt, recipiant sacr̃m. Sed istis opponitur, si isti fuissent inuiti & reluctãtes immersi, saltẽ ratione sacr̃i ad iurisdictionem ecclesię pertinerent, vnde compellendi essent ad fidem seruãdam. Sed istud esset incongruum Christianæ religioni, vt inuitus & ɔ̃dicens compelleretur ad fidem: vnde distinguendum est inter inuitũ & inuitum, coactum & coactum: Si. n. aliquis terroribus atq; suppliciis violenter trahitur, & ne detrimentũ incurrat, baptismum suscepit, talis characterem suscipit sacramenti; sicut ille, qui fictè baptizatur: vnde cogendi sunt ad obseruationem fidei; in quo casu debet intelligi decretũ Toletani concilij, ne nomen Domini blasphemetur: & fides quam susceperunt, contemptibilis habeat-

Gen. 2.

Ioan. 3.

Gen. 17.

† Hoc itelligẽ put diffiniuit Cõcil. Trid. sess. 5. §. decreto de peccato originali. §. si quis p Iesu Christi.

† Idest, clausum, in multis vulgatis mendosè legitur, obseruatum.

Leuit. 12.

† Poss sed ferm gẽdum, | sint.

Matth.

† hoc

† Vi Tho q. 69.

habeatur. Sed ille, qui non consentit, & penitus ↄ̃dicit, nec sacramentũ nec eff. eũ recipit sacramenti: sicut nec ille peccatum incurrit, qui thurificare idolis cogitur violẽter. Dormientes aũt & amẽtes, si antequã dormirẽt, vel antequam amentiã incurrisset, in ↄ̃dictione ꝑstitissent, si fuerint sic baptizati, characterẽ nõ suscipiunt sacramenti, quia adhuc intelligũtur in cõtradictione ꝑsistere. Secus aũt esset, si prius cathecumini extitissent, & habuissent ꝓpositũ baptizandi, vñ tales cathecuminos cõsueuit ecclesia in necessitate baptizare. tunc enim character imprimit, cũ obicẽ, voluntatis contrariç sacramẽtalis operatio non inuenit obsistentem. Not. ꝙ de similibus simile debet esse iudiciũ. Item particulariter non dimittitur peccatum: quia aut totum remittit aut nihil. Itẽ pœna originalis peccati est carẽtia visionis Dei, pœna actualis ẽ gehẽnæ cruciatus. Itẽ duo contraria in eodem subiecto esse non possunt. Item baptismus & ordo cõsensu accipientiũ conferuntur, si non ↄ̃di at expressè. Itẽ coacta volũtas volũtas est, & qui tali voluntate aliquid facit, valet, & cõpellitur illud seruare, vt hic dicitur, qui verò simpliciter cogit actacius violenter, nihil agit per talẽ coactionem. Item plus est expressè ↄ̃tradicere, quam minime cõsentire.

a Absolute.] idest, indifferenter.

b Ex hac solutione.] & ita oritur quæstio. ex solutione. sic ĩ. de vo. ex multa.

c In cõsimilibus.] arg. ꝙ d similibus simile iudiciũ debet esse. ĩ. de rescr. inter ceteras. & ĩ. de transla. Iter corporalia. & ĩ. de re iu. in causis. & ff. de leg. non possunt. & C. de leg. l. vlt. & ĩ. de confir. vti. cum dilecta. quia vbi eadem rõ & idem ius, ut ibi, & ĩ. tit. prox. cum Marthæ. §. si.

d Duplex.] de conse. dist. 4. non ex quo.

e Sine consensu.] partium. ĩ. de reg. iur. omnis res. fin. de conse. dist. 4. si lius Dei.

SED ADHVC. Diuiditur iste §. Secũda pars ibi, Ad hoc. Abbas,

f Opus imperfectionis.] duplicitatis, n. Deus aspernator est. 22. quæst. 5. qui periectire paratus est. §. ex his omnibus.

[Glo. seq arg. alleg. 2. iura in contrarium. Demum elicit tria argumenta.]

g Ex parte.] de conse. dist. 4. regenerante. & de pœn. dist. 3. sunt plures. Et est arg. ꝙ si aliqs excõmunicatus est pluribus excommunicationibus, si absoluatur, omninò est absolutus. Sed est arg. contra ĩ. de sent. excom. cum pro causa. 2. quæstio. 3. ca. si quem. §. præuaricator. versi. si crimina plura. Item arg. ꝙ nihil reputat actum dum aliquid superest ad agẽdum. 7. quæstio. 1. nihil. 38. distin. quę ipsis C. ad Sylla. l. vltima. Et argumentum, ꝙ sentẽtia nõ debet pro parte valere & ꝓ parte non valer. ff. famil. erciscun. in hoc iudicio. 1 Itẽ non valet pro parte aliquid fieri, nisi id totum fiat. ff. de ꝓcur. in causę. ff. pro ler l. Ro. l. 3. ff. de transactio. cum hi. sic nec liberatur pignus, licet de parte debiti sit satisfactũ. C. de distra. pignor. quamdiu Et qui aliquid debet facere, faciendo pro parte nõ liberat. 2 ff. de verbo oblig. in executione. §. pe. Et impietas est, ab eo, qui iustus ẽ, dimidiã sperare veniã, vt in preal lega. §. sunt plures. ADDITIO. Vnde, versus.

Larga Dei pietas veniam non dimidiabit.

Nam nihil aut totum te lachrimãte dabit.

h Carẽtia visionis.] paruuli enim, q sine baptismo decedũt, i tenebris manẽt. de cõsecratione distinctio. 4. nulla præter. & pœna illa mitissima est omnium. de consecratio. distinctio. 4. regenerante & tamen sempiterno igne 3 puniuntur. distinctio. ead. firmissimè. Sed mitis dicitur pœna illa carentia visionis respectu aliarum: sed mors perpetua dicitur. 30. quæstion. 1. ad limina. Bernardus.

[Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.]

i Propter originale.] sed nonne ꝑ p actuale debetur carentia visionis Dei adulto? 4 Quid ergo expedit originale

ceditur absolutè, a cũ pp hoc inter Doctores theologos quæstio referatur; alijs asserentibus per virtutem baptismi paruulis quidẽ culpam remitti, sed gratiam nõ conferri: nonnullis dicentibus. Dimitti † peccatum, & virtutes infũdi hẽntibus illas quoad vsum donec perueniãt † ad ętatem adultam.

¶ Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiã non consentienti, vt paruulis: secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu ita non relaxatur sine consensu. h. d. vsq; ad § sed adhuc Abbas.

¶ Verum quidã ex hac solutione b inuenisse se credunt viam ad alias quęstiones, argumentãtes ex eo, quod dicimus paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quod & adultis dormientibus vel amentibus, peccatũ (si baptizentur) ratione simili dimittatur. cum enim neutri sentiãt tũc vel consentiant, dicunt idẽ in consimilib. c iudicandũ. Hic verò dicimus distinguẽdum, qd petm̃ est duplex, d originale scilicet & actuale: originale qd absque consensu contrahitur: actuale quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu e contrahitur, sine cõsensu pvim remittitur sacramẽti: actuale verò, quod † consensu cõtrahitur sine consensu minime relaxatur.

¶ Licet in baptismo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen, amentibus, vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale: & item etiam nec originale hoc dicit.

¶ Sed adhuc quæritur, quare nõ saltem originale peccatum amentibus, & dormiẽtibus in baptismo, sicut paruulis dimittatur? Ad hoc est taliter respondendum, quod Dominus, qui totum hominem saluum † fecit in sabbato, opus imperfectionis f non nouit: & ob hoc peccata non ex parte, g sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati est carentia visionis h Dei: actualis verò pœna peccati, est gehennæ perpetuę cruciatus; vnde si dimitteretur alicui primũ altero nõ dimisso, talis nõ careret visione Dei pp originale i dimissum & cruciaretur in gehẽna perpetuò, propter reatũ

† Al. itaq; & cũ † consensu ꝯ̃trahitur, &c.

1 De hoc ĩ. de conuersi. con. coniugata cet. Io. And.

2 De hoc ĩ. de pœn. suã. Ioan. And.

† san. legit vt plurimũ in antiquis codicibus.

3 Ita vt sensisse aliorũ B. Augustinus; cuius est hæc auctoritas, sed vide latè per Sot. li. 1. de natura & gratia, c. 14. & lib. 4. sent. dist. 45. q. 1. arti. 2.

4 De hoc in cõstitutione Benedicti, q incipit, Benedict. Io. An.

criminis actualis : sed hæc tanquam incompassibilia a † sese minimè patiuntur, imò sibi mutuò aduersantur.

¶ *Amentes & dormientes baptizati, si ante dementiam vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt: aliàs secus, coacti verò causatiuè suscipiunt. hoc dicit vsque ad finem.*

¶ Itē quæritur, † vtrum dormientibus & amentibus sacramenti saltem character in baptismate imprimatur, vt excitati a somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quæ per se [b] sortiuntur effectum, vt baptismus, & ordo ceteraque similia, non solum dormiētibus, & amentibus, sed inuitis & cōtradicentibus, & si non quantū ad rem, [c] quantum tñ characterem cōferuntur: cū non solum paruuli, qui non consentiunt, sed & ficti, [d] qui quamuis non ore, corde tamen disentiunt, recipiant sacramētum. Sed opponitur talibus, quod qui fuissēt inuiti, & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticā pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. verū id est religioni Christianæ † contrarium, [e] vt sēper inuitus & penitus contradicens, ad recipiendam & seruandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter † quod inter inuitū & inuitum, coactū & coactū, alij non absurdè distinguūt, quod is, qui terroribus atq; supplicijs violenter attrahitur, & † ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis (sicut & is, qui fictè ad baptismū accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquā cōditionaliter [f] volens, licet absolutè non velit, cogendus est ad obseruātiam † fidei Christianæ; in quo casu debet intelligi † decretum concilij Toletani, † [g] vbi dicitur, quod qui iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum

ginale dimitti, cū etsi dimittatur, tñ debetur carētia visionis Dei ob aliud, s. actuale: nam & vbi aliud debetur ex pluribus causis, vna remissa, alia petitio restat: vñ qui repudiauit successionem p, vnde liberi, admittit ad successionē p, vnde cognanti. ff. de succ. edi. l. 1. §. sed & vidēdum. & argu. ff. de ser. vrb. pdi. si domus. arg. p & §. 7. de cau. pos. pastoralis. & 7. de iud. examinata. Sed potest dici, ꝙ hæc ratio supficialis est & prima verior ē: quia Deus opus imperfectionis non nouit: quia in baptismo oīa crimina dimittūtur. de cōse. d. 4. regenerāte. Vl' diuersifica. pro actuali reuera debet si solū carētia visionis Dei: sed & maior pœna, & ita nō directè. sed pro originali debet tñ carētia visionis Dei directè: & sic nō prodest dimissio originalis peccati, cū postea actualis superuenit tāquā maius, de quo non pœnituit. q. a qui peccat in vno, factus est omniū reus. 7. de reg. iur. deflear. Sed paruuli nullum peccatū hab. actuale, & ideò nō ē simile de amētib. & dormientibus qui originali, & actuali grauātur, & ideò etiā originale non tollitur: q. a nō prodesset, nec debet probari, quo pbato nō pdest. C. de pbat. ad pbationē. & 7. de offi. dele. cū contingat, i illa gl. q̄ icipit, nota, ꝙ non dēt.

[Glo. seq. arg. alleg. iura.]

[a] Incōpassibilia.] argu. ꝙ eadē res non operat̄ 3rios effect⁹. 37. dist. si qs in ęgritudine. psumitur eñ ibi, ꝙ peccata nō sint dimissa ei, qui timore ægritudinis baptizatur, quæ psumptio non tollitur per baptismū, cū baptismus ipsam inducat: vnde non operatur hos cōtrarios effectus: sic eadē res non patit obligtionē & liberationē. ff. de solu. qui hominem. § vlt.

ITEM QVAERITVR. In prima ponit q̄ō. In secūda ibi, Sunt autem quorūdam opiniones. In tertia ibi, Sed opponitur, illi q̄ōni opponit. In quarta ibi, Propter quod opiniones. veritatē exprimit. In quinta ibi, Dormientes. principaliter q̄ōnem soluit. Abb.

[b] Quæ per se sortiuntur.] idest, absque cōsensu accipientis. Lau.

[c] Ad rē.] idest. quantum ad solutionē peccatorū. Ber.

[d] Sed & ficti.] vt 1. q. 1. sicut ficti. & de conse. dist. 4. solet quæri. Ber.

[Glo. seq. alleg. ar. a con. or. figūat vnum contrarium & dupliciter soluit.]

[e] Contrarium.] arg. ꝙ ad fidem nullus debet cōpelli inuitus: sed sicut libera voluntate petijt, ita libero arbitrio conuertatur. 45. dist. de Iudæis. & c. qui syncera. & 23. q. 5. ad fidem. Ar. 5. 23. q. 6. c. 1. vbi dr̄, ꝙ Paul' coactus venit ad fidē. Sed illud diuino iudicio factū, cuius facta ad consequētiā trahi nō debent; speciale in ipso fuit. vl' ita; Paulus persequebat̄ fideles & inter ipsa flagellā mutatus fuit, & fact⁹ volens. 23. q. 4. displicet. vers. qualiter Paulus, &c.

[Glo. seq. arg. pro, & sol. ponit opinio. Ioan.]

[f] Conditionaliter volens.] & sic coacta volūtas, volūtas ē 15. q. 1. merito quęritur. & ita coactio cōditionalis non impedit sacramētū baptismi, vt hic patet, sicut non impedit sacramentū ordinis. 74. dist. vbi ista. 45. dist. de Iud. neque sacramentum matrimonij. 22. q. 4. inter cetera. & 7. de spō. veniēs. talia enim iuramēta sine interitu salutis æternæ possunt seruari. 7. de iureiu. si verò. c. cū cōtingat. impedit tñ matrimoniū spirituale. 7. qd met. cau. perlatum. sed ibi fuit iust⁹ metus mortis, s. qui cadit in constantē virū. in prędictis verò concor. non fuit metus, qui caderet in cōstantē virū, sed coactio q̄dam cōditionalis, quæ non impedit matrimoniū spirituale, siue carnale, q. a idē esset in vtroque. Sed nunquid ille, qui cōditionali coactione recipit ordinem, tenetur continere? Bene videtur. ꝙ sic quia coacta voluntas est voluntas. 15. q. 1. merito maxime si dicatur, ꝙ votum est annexū ordini 28. dist. diaconi. & 84. dist. cū in pterito. Satis vr̄, ꝙ cōtinere cōpellatur, quia licet quodā modo inuitus ordinē susceperit, volens tñ fuit; vnde rōne illius indirectę volūtatis cogitur continere. Io. dixit, ꝙ non cogitur q. a integritas corporis res est voti, & non pcepti 32. q. 1. integritas. & 7. quod met. cau. perlatum. nā continētia non est nisi voluntaria. 31. dist. ante triennium. & ar. 20. q. 3 præsens clericus, & sic ordinatus non habet priuilegiū clerici; si tñ vult uti eo, potest, secus dicit in baptismo, quia illud est sacramentum necessitatis. similiter non valet testamētū eius, qui inuitus testatus est. vel si testes teneantur inuiti. ff. de testa. qui testamento. §. vlt.

[g] Cōcilij Toletāi.] 45. di. de Iudę. cui⁹ verba hæc sūt.

† al. incompassibilia.

† Vide B. Tho. 3. par. q. 80. arti. 9.

b Plus est.] sic. j. de simo. sicut. & j. de homi Petrus. & 1. q. 4 quia præsulatus. arg. ff. de ar. l. nō cogēdū in fi. C. de filijs fa. l. 1. li. 10. simile est in personis coniūctis, quæ agere possunt sine mandato. s. de rescrip. nonnulli. & c. ex parte. ff. de procur. Pomponius, ad fi. sed contra mandatum non possunt, ff. eo. sed & hæ personæ.

[Gloss. seq. quærit, arg. pro. secūdo obijcit, & soluit.]

b Perdurare.] simi. j. de sent. excō. à nobis. nā semp durare psumit volūtas, nisi probet mutata. s. de his q vi, metusve cā fiūt placitū. ff. de pb. eū qui. & ff. de le. 2. l. Luci⁹, in fi. Sed q si qs ab infantia fuit amēs: nūquid pdest ei si baptizet? ar. q sic. ff. de leg. 2. cū pater. §. surdo. quia perinde hr ac si nūc sit infans. q a nullo peccato grauat nisi originali. 3. q. 9. indicas Sed quare amens vl dormiens nō recipit sacrm baptismi, & ille qui coactione absoluta cogit, cū i baptismo nō regratur intētio baptizati, sed baptizātis. 1. q. 1. sicut ficti. & de cōs. di. 4. solet? Hæc qō quā mouet hic Io. soluit p litterā, quia amēs & dormiēs qui ante catechumeni fuerūt recipiūt bene sacrm qui verò semp iuiti fuerūt & cdixerunt, non recipiunt: vñ adhuc psumunt inuiti, & nemo inuit⁹ ad fidē cōpellit, ut dr j. & c. sicut fict. & c. solet non cdicunt: q a illi ore exprimūt, licet corde dissentiāt, & ideo sacramentū recipiūt, & quia ecclesia dare intendit sed tale sacramentū nō prodest ad remissionem peccatorum nisi cū fictio illa recesserit. de consecra. dist. 4. tunc valere.

c Non suscipiunt.] sed quid si excitati à somno ratū habeāt? Non proficit. quia nihil recipit: & ideo nō est quod ratum habeat, sed iterum baptizetur. Bern.

d Tales.] scilicet catechuminos.

e Obsistentem.] simile de conse. dist. 4. quæris à me. ff. ad S. C. Maced. si filius. & ff. de acquir. hæred. l. qui in aliena. §. si is. Bern.

DEbitum. Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus. Abbas Siculus.

est temporibus† religiosissimi principis Sisibuti; quia iam constat eos sacris diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini extitisse participes; oportet ēt, vt fidem, quā necessitate susceperunt,† tenere cogantur: ne nomē Domini blasphemetur: & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille verò, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramēti; quia plus est [d] expresse contradicere, quā minimè consentire: sicut nec ille notam alicuius reatus †incurrit, qui cōtradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut † dormirent, in contradictione persisterent: quia in eis intelligitur cōtradictionis propositū perdurare: [b] & † si fuerint sic immersi, characterē non suscipiunt sacramēti: secus autem si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi. vnde tales, [d] in necessitatis articulo consueuit ecclesia baptizare. Tunc ergo charactērem sacramētalis imprimit operatio, cū obicem volūtatis contrariæ non inuenit obsistentē. [e]

¶ Idem Meten. episcopo.

¶ *Nemo potest se ipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.*

CAP. IIII.

DEbitum. † & infra ¶ Sanè intimasti, q quidam Iudæus in mortis articulo constitutus, cum inter Iudæos tantū existeret, in aquam seipsum immersit, dicendo; Ego baptizo me in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & infrà ¶ Respondemus, q cum inter baptizantem & baptizatū debeat † esse discretio, [f] sicut ex verbis Domini colligitur, dicentis Apostolis. Ite, † baptizate omnes gētes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: memoratus Iudæus est denuo ab alio baptizandus vt ostendatur, quod alius est qui baqtizatur & ali⁹ qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus, non à se ipso, sed a Ioanne [g] voluit baptizari: quamuis si talis [h] continuo decessisset, ad cælestem patriam protinus euolasset, [i] † ppter sacramenti fidem, & si non † propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis generatio † celebratur, de qua veritas ait: [k]

CASVS. Quidam Iudæus in mortis articulo cōstitut⁹ cū inter Iudæos existeret, nec aliqu Christianū habere posset, seipsum in aquā immersit, dicēdo Ego baptizo me in nomine Patris & Filij & Spiritu sancti, amen: q̄rit an iste sacrm ba ptismi receperit? Rñdet Papa, q cū inter baptizatem & baptizatū debeat esse discretio, sicut q ex verbis Dñi colligitur, q dixit Apostolis: Baptizate omnes gētes in nomine Patris, & Filij, & Spirit⁹ sācti pdict⁹ Iudæus est ab alio baptizandus: vnde etiā Dñs non à se ipso, sed a Ioanne uoluit baptizari: tū si statim decessisset, ad patriā conuolasset, nō p sacrm baptismi, sed p fidem q̄ habeit sacramēti In baptismo illa spiritualis generatio celebratur, d qua dixit Dñs: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō intrabit in regnū Dei: sicut enim i carnali generatione ali⁹ est qui generat, & alius qui generatur: sic & in spirituali alius debet esse qui spiritualiter generat, vel generet, & alius qui spiritualiter generetur. No. q differentia est inter baptizantē & baptizatū; q a nemo debet oriri à se. Item nota hic tertium genus baptismatis, scilicet baptismum flaminis. Item not. hic regulam Aristotelis q natura correlatiuorū est, q simul nō patiuntur se in eodē subiecto.

[Glossa sequēs inducit duo similia; & vnum dissimile.]

f Discretio.] sicut inter præsentatū & præsentantem. s. de iurepat. per tuas. alias per nostras, & inter dantem & recipientem. s. de insti. c. vl. quia nemo oriri debet à seipso. 24. q. 1. didicimus potest tamen apud semet ipsum emācipari. ff. de adopt. si consul.

g A Ioāne.] de cōse. di. 4 p aquā. 2 & c. catheceminū.

h Talis.] scilicet Iudæus, ille. Bern.

i Euolasset.] de pæn. dist. 7. c. ult. ver. nullus expectet, quando peccare non poterit.

K Veritas ait.] 1 q firmissimè.

† Cap. 2. eodē tit. in tertia compilatione. Vide Sotum lib. 4. sente. dist. 3. q. vni. ca. ar. 1. ver. circa secundum.

† In codice Ba batiæ ita: debeat distinctio personarū, &c.

Matt. 28.

† Verbum: ite, deest in aliquot antiquis codicibus.

† conuolasset.

† In recentioribus codicibus ita: & non propter, &c. sed ex antiquis restituimus ut est impressum.

† regeneratio.

3 Dicit Abbas, q hęc cōcordantius adaptant ad verbum, euolasset. Ioan. And.

[Glos. seq. inducit vnum simile.]

a In carnali.] sicut alia est similit. do inter carnalē & spiritualem generationem, vt sicut vir non potest sibi filium legitimum carnalem quęrere, cuius vxor mater non sit, ita nec spiritualem, quin vxor eiusdem cōmater sit parentibus illius. 30. q. 4. si quis ex vno. & j. de cogn. spirit. Martinus Bertam. Lau.

b Referantur.] natura enim correlatiuorum est, quod simul non patiuntur se in eodem subiecto, ar. 35. q. 1. c. 1. Laur.

NOn vt apponeres.] Cōmunis diuisio. Secūda pars ibi, Respōdem^9. Abbas Siculus.

CASVS. Ecce, aliquis puer erat baptizandus propter periculum mortis: cum aqua non posset haberi nec sacerdos, aliquis simplicitate ductus liniuit puerum in caput, & pectus, & inter scapulas saliuæ aspsione loco baptismi, quæritur, an talis esset baptizatus? Respondet Papa, quod cū in baptismo duo sint necessaria, verbum & elementum, cum Dominus dicat. Nisi quis renat^9 fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cęlorum, dubium non est, quod ille non est baptizatus in quo deest nō solum alterū, sed vtrū que. No. quod forma verborum est de substātia baptismi. Itē nō potest quis baptizari in alio liquore, quā in aqua.

[Glos. seq. recit. contrariū, & tripliciter expon. literā.]

c Verbū.] 1. q. 1 detrah, vbi de hoc. Ista duo necessaria sunt in baptismo aquæ: secus in baptismo sanguinis vel fluminis, de consecr. dist. 4. baptismi uicem. Quod dicit, verbū, sic itelligę, si quis baptizat, & non dicit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sācti, nō est baptizat^9, quia nec elemētum nec verbum tantum sufficit. Vel verbum, idest, fides, quasi diceret, si quis baptizat & non addit in nomine Filij. non est baptismus de consecr. dist. 4. in synodo. vel verbum, idest, forma: quasi diceret, si non seruetur forma, quæ traditur s. eod. c. 1. & hic non est baptismus.

d Elementum.] idest, aqua, & sic non est baptismus sine aqua.

e Veritas ait.] de consec. dist. 4. pprię.

f De elemento.] de consecr. dist. 4. ca. 1. & 1. q. 1. cap. firmissimè. Hic enim exprimitur forma baptismi: quę si obseruata non fuerit, nō est baptismus. de hoc dictum est s. eod. c. 1.

g Vtrunque.] scilicet aqua, & verbum.

LIcet Græcos.] Pręmittit exordiū, & duplicē narrat Græcorū excessum. Secūdo id fieri prohibet. Tertio pęnam imponit. Secunda ibi, Volentes. Tertia ibi, Si quis. Abbas Siculus.

CASVS. Postquam Gręci se subtraxerūt ab obedientia Ecclesiæ Romanæ, inchoauerunt abominari Latinos, quod inter alia quę ipsi committebāt, si quā sacerdotes Latini in eorum sacrificassent altarib^9, nō prius sacrificabāt in ipsis, quam ea, tāquam per hoc polluta, lauissent: & baptizatos à Latinis psumebant ausu temerario rebaptizare. Præcipit Papa, vt talia de cætero non præsumant, conformantes se tanquam filij obedientiæ Romanę Ecclesiæ matri suæ, vt fit vnū ouile, & vn^9 pastor. Si quis tale quid præsumpserit, excōmunicationis sententia percussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponat. Notaritus Græcorū reprobatos: quia mēbra debēt conformare se capiti suo. Item ipso iure sunt excommunicati, qui hæc faciunt, quæ hic prohibentur.

h Reuertentes.] de iure. n. ecclesia Græcorū subiecta est Romanę Ecclesię 1. 24. quæst. 1. rogamus.

i Tanquam per hoc.] s. dictum est s. de maior. & obed. c. solitæ.

a Vt si

Marginalia: † sicut enim — † per quam proles. — † Indrosien. Nidrosien. — † Cap. 3. ecc. ... Vid. B. Tho. 3. par. q. 60. art. 5. 6. & 7. & q. 66. art. 3. 4. & 5. — † aspersione — Matt. 18. — † Inclusa ... sunt in omnibus antiquis codicibus Vaticanæ. — Ioan. 3. — Marc. 16.

Oportet vos nasci denuò: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto nō intrabit in regnū cęlorum. Sicut ergo † in carnali [a] generatione, qua † proles ex viro & fęmina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur: sic & in sacramentali generatione qua soboles ex aqua, & Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, & alius qui spiritualiter generetur. Sanè cum corpus exterius siue cum cor interius baptizatur, oportet vt vtrobique paternitas & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans & baptizatus adinuicem referantur.[b]

¶ Idem Morosien. † epo.

¶ *Vbi deest verbum, vel elementum aqua, non est baptismi sacramentum.*

CAP. V.

NOn † vt apponeres: & infra. ¶ Postulasti, vtrum paruuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis cōstitutos, propter aquæ penuriam, & absentiam sacerdotis, aliquorum simplicitas, in caput & pectus, ac inter scapulas pro baptismo saliuæ cōspersione † liniuit. Respōdemus, quod cū in baptismo duo semper, videlicet, verbum,[c] & elemētum,[d] necessario requirātur, iuxta quod de verbo veritas[e] ait. Euntes in mundum vniuersum † prædicate † Euāgelium omni creaturæ, &) baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: eademq; dicat de elemento[f] Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit i regnum cælorū, dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solum vtrumque[g] prædictorum, sed eorū alterum est omissum.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Baptizatos à Latinis Græci rebaptizare non debent.*

CAP. VI.

LIcet † Græcos dieb. nostris, ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes,[h] fouere ac honorare velimus, mores acritus eorum (in quantum cum Domino possumus) sustinendo: in his tamen illis deferre non † volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum ecclesia, cum quibusdam cōplicibus, & fautoribus suis, ab obedientia sedis Apostolicæ se subtraxit, intantum Græci cœperūt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impiè committebant, si quādo sacerdōtes Latini sup eorū celebrassēt altaria, nō pri^9 ipsi sacrificabāt i ipsis, quā ea tanquam per hoc[i] ignata, lauissēt, baptizatos etiā à Latinis, ipsi Græci rebaptizare, ausu temerario præsume-

c glos. nec est ... rdi, ... abetur ... etustis ... ibus.

a Vt sit vnum.] supra de maio. & obedien. solitæ. circa fin.

tur: & sic huiusmodi quæstionibus sopitis, ecclesia potest preces & hostias Deo offerre pro presbytero memorato. Nota quod per fidē quā quis habet de baptismo, licet nō sit baptizatus, sed in fide illa decessit, saluatur.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

Visto de baptismo, quia aliqui sæpè promouētur nō baptizati ad ordines, de quibus dubitari poterat vtrum essent vere ordinati, vel an deberent baptizari: merito post præcedentem subijcitur ista. Abbas.

De hac matria tractatur 1. quæstio. 1. si quis confugerit. &c. si quis per ignorantiam.

SI quis.] Breue est. & hoc sum nat. c. si. ī. eo. Abb. Sicul.

CASVS. De se patet. Nota, quòd de iure non fit, pro nō facto habetur.

b Ordinatus.] de facto: quia qui de iure ordinatus non est, presbyter non est censendus, vt 1. q. 1. si quis confugerit. & cap. si quis per ignorantiam.

c Iterum ordinetur.] ex hoc patet, quod nullum ordinem recepit ī. eod. veniens. quia baptismus est ianua omniū sacramentorum. 32. dist. præter §. verum. & ī. eo. veniēs. si ergo primo ordinem suscepisset, iterum non esset ordinandus. 1. quæst. 1. quod quidam. Ber.

APostolicā.] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo responsio: ibi, Inquisitioni. Abbas Siculus.

CASVS. Quidā sacerdos credens se baptizatum, & in fide baptismi persistens, mortuus est: postmodum cōpertum est, quod non fuerat baptizatus: quæsitum fuit a Papa, vtrum ecclesia deberet eū habere pro baptizato, vt pro eo posset orare? Respondet Papa, quod si presbyter ille in fide sanctæ matris ecclesiæ, & in confessione nominis Christi perseuerauerit, ab originali peccato solutus, gaudium cælestis patriæ fuit adeptus: In viij. libro Augustini de ciuitate Dei legit Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit: & in lib. Beati Ambrosij de obitu Valentiniani idem legitur...

bant & adhuc (sicut accepimus) quidam hoc agere nō verentur. ¶ Volentes igitur tantū scandalum ab ecclesia Dei amouere, sacro suadente concilio directe præcipimus, vt talia de cetero nō præsumant; conformantes se tamquam filij obedientiæ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suę: vt sit[a] vnū ouile, & vnus pastor: Si quis aūt talle quid præsumpserit, ex communicationis mucrone percussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur.†

TITVLVS XLIII.

De presbytero non baptizato.

¶ Ex concilio apud Compendium.

¶ *Si non baptizatus ordinatur, ordinis characterem nō recipit.*

CAP. I.

SI quis † presbyter ordinatus,[b] deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.[c]

¶ Innocentius tertius † episcopo Cremonēn.

¶ *Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.*

CAP. II.

APostolicā † sedem consulere decreuisti: & infra. Vnde inquisitioni tuæ taliter respondemus. Presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali[d] peccato solutum †; & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter. Lege insuper octauo libro Augustini[e] de ciuitate Dei, vbi inter cætera legitur: Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus† necessitatis excludit. Librum etiā beati Ambro[f]sij de obitu Valentiniani idem asserentis, reuolue. Sopitis igitur quæstionibus Doctorum patrum sententias † teneas: & in ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo † offerri iubeas pro presbytero memorato.

¶ Innocentius tertius Ferrariēn. episcopo.

¶ *Non baptizatus ordinari non potest: & si de facto ordinetur, nō recepit ordinis characterem, licet credatur baptizatus.*

CAP. III.

VEniēs ad Apostolicā sedē I. lator præ-

d Ab originali.] & etiam ab actuali peccato. de conse. dist. 4. catechumenum. Sed ō de conse. dist. 4. firmissime. & 1. q. 1. firmissime. in quib[9] dicitur, quod sine baptismo nullus saluatur: quod verū est de eo qui potest baptizari, & non baptizatur: iste vero credebat se baptizatū, & in fide illa saluatur: & ille non contēpsit. Et est triplex baptism[9], scilicet fluminis, & flaminis, & sanguinis. hi autem baptismo flaminis inuisibili baptizatus fuit, per fidem quam habuit de baptismo. si. ī. ca. prox. debitum.

e Augusti.] prout habes de consec. distin. 4. baptismi vicem, & cap. catechumenum. & ca. non dubito, aliàs, non dubium.

f Beati.] Ambrosij.] legitur beatum Ambrosium dixisse de Valentiniano, qui dum properaret ad baptis. tum in itinere decessit: Ventrem meum doleo, quia quē regeneraturus erā perdidi: ille tamen gratiā quam poposcerat nō amisit. Lux hic ergo patet, quod iste per solā fidem, quā habebat de baptismo, saluatus est. Iste credebat se sacerdotem fuisse, sed non erat in veritate ī. eo. ca. proxi. ī. eo. c. proxi. Nunquid conficiebat? non in veritate: sed quo ad se bene cōficiebat, & quo ad alios; qui credebant: & tamquam verum sacramentum conficeret, sibi & recipientibus ab ipso, credo quod proficiebat. De hac materia s. Sotū li. 4. sen. dist. 26. q. 2. art. 3. circa fi. & B. Thomā citatū ī. hoc tit. c. 1.

tia dicitur ī. de elect. dudum 2.

VEniens.] Pro summa accipe c. 1. ī. eo. Primo ponit de baptismo tradito ei, qui non fuerat ritè baptizatus. Secunda ibi, Cumque. circa ordinem allegat pro, & contra. Tertia ibi, Quia verò diffinit. Abb.

CASVS. Quidam credens se baptizatum s[m] formā ecclesiæ promotus fuit vsque ad sacerdotium. tandem

† absolutū.

† al. supocta uu si liorū.

† articulus.

† sunt uti.

† Domino.

† Hoc est, credebat se conficere.

† Cap. vnico eo. tit. in 3. cōp. Vid.

inuenit, quod non fuerit secundum formam ecclesiæ baptizatus: accessit ad Papam hoc sibi exponens: vnde Papa fecit eum ritè baptizari: postea disputatum fuit super ordinibus, vtrum videlicet ordines suscepisset: Et quidam dicebant, quod cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum, ante baptismum nō suscipitur aliud sacramentum: quia vbi fundamentum non est, superædificari nō pōt. Sed cōtra videtur, quod per solā fidē baptismi efficitur quis membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, et si baptismū nō habeat, habet vtique fundamentū & ita superædificari posse videtur sicut salutifera opera, sic & q̄libet ecclesiastica sacramenta; præterea sacramentū ordinis pōtificalis, & sacerdotalis, & leuitici ex institutione sua præcessit baptismū: per quod vr quod etiam ante baptismum huiusmodi ordines possint ritè conferri, maximè his qui baptizati creduntur: His præmissis dicit Papa, quod cū in concilio apud Compendium sit constitutum, vt si quis in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatū, baptizetur, & iterum ordinetur: mandat Papa quatenus iste per singulos ordines, vsque ad sacerdotiū ordinētur, & ministret i officio sacerdotis: quia non intelligitur iteratū, quod ambigitur esse factum: nec de sacramēto malè sentitur, cum illud nō contēptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit. Si enim aliquis natus est de Christianis parentibus & inter Christianos fideliter conuersatus, præsumit quod fuerit baptizatus, vt huiusmodi præsumptio pro certitudine habeatur, donec in contrariū manifestis constiterit argumētis. Nota quod baptismus est fundamentū omniū sacrorum, ita vt qui eum non habet, ad ordines non poterit promoueri. Itē non intelligitur iteratum, quod nescitur esse factū. Itē præsumitur baptizatus, qui inter Christianos tanquam fidelis fuerit conuersatus: tamen contra huiusmodi præsumptiones probatio admittitur. Et sic nota hic, quod violenta præsumptio recipit probationem in contrarium.

† Fuerat.

In codice Barbatiçita: Cumq; super ordinibus contra vobis fuisset aliquam diu disputatum.

[ten]ti sunt ad seruandam regulam suam. Itē hic est vnus casus, in quo monachi possunt eijci de suo monasterio: scilicet quando nolunt viuere secundum regulam suam. Item semper reformari debet monasterium de hominibus eiusdem professionis, si fieri potest.

a Appellatione remota.] maximè, q̄a idem etiam si non apponatur: quia in huiusmodi correctionibus non admittitur appellatio. ī. de appellat. reprehensibilis. & c. cum specialiter si. & cap. ad nostram. Bern.

[Glos. seq. notat, quod vniuersitas delinquit.]

b Eis eiectis.] in pœnam illorum. episcop⁹ enim illud auctoritate sua facere posset: argu. 16. q. 6. d lapsis. 18. q. 2. Abbates. Sed si non delinquunt, eos expellere nō potest. 16. q. vl. inuentum. 56. dist. satis peruersum. Nec etiam arctiorem regulam potest eis imponere argu. 12. q. 1. integritas. ī. de eccl. ædific. ad audiētiā. Itē dicitur hic, quòd vniuersitas delinquere potest. Arg. 25. q. 2. ita nos & 7. q. 1. sicut vir. & ff. q̄ metus caus. metum. §. animaduertendum.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

c Inducas.] sed qualiter ibi erūt? Refert qualiter introducantur, & qualiter expulsi sint, an in perpetuum, an ad tēpus donec illi corrigātur & reuertātur. Arg. j. de diuor. gaudemus. C. de pœn. l. seruus. & 81. dist. dictum. & hic in fine dī.

d Impiorum.] 23. q. 7. quicunque. & c. seq.

seculariter viuūt, et alios exemplo suo † corrumpunt. Ideoque mandamus, quaten⁹ eos ad obseruantiam regulæ † appellatione remota [a] cōpellas; velt si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis, [b] fratres alterius ordinis (si nō potest pręscriptū monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: [c] vt labores impiorum [d] iusti edant: & illi tandem rubore pfusi, † ad sui ordinis obseruantiam reuertātur.

¶ Innocentius iij. Esculan. † episcopo.

¶ Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt desistant à tabellionatus exercitio.

CAP. VIII.

Sicut † te accepimus referente: & infra. ¶ Fraternitati tuę mādamus, quatenus clericis [e] in sacris ordinibus cōstitutis, tabellionatus officium per beneficiorum subtractionē, appellatione postposita, iterdicas.

Sicut.] CASVS. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti, indifferenter exercebant officium tabellionatus: mandat Papa diœcesano episcopo, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis appellatione remota per beneficiorū subtractionem, interdicat officium tabellionatus. Nota, q̄ clericus in sacris ordinibus constitutus tabellio esse non debet.

e Clericis in sacris.] sed quare isti prohibent exercere officium tabellionatus, dum tā abstineant à seruis scripturis siue sententijs? Dicas q̄ isti passim vtebantur officio illo in omnibus causis, in quocunque foro, vt habetur in integra: vel verior est illa ratio, officiū illud extraneum est ab officio clericorū saltem in ordine sacro. 10. q. 3. eos. quia genus negotiationis est etiā abstinendo à criminalibus, maximè si competentia beneficia habent. arg. ī. de post. c. 1. Sed nunquid in causa ecclesiastica siue spirituali, coram ecclesiastico iudice possunt esse tabelliones? Videtur quod non, quia simpliciter prohibentur, vnde generaliter intelligen-

† Dictio suo, deest in pluribus antiquis codicibus.
† regularem
† & si tibi.
† Non secularē, sed regularē alteri⁹ ordinis, vt notat hic Ioann. And. quē videto.
† confusi.
† Esculan. Asculano.
¶ Cap. 1. eo. tit. in 4. cōp. In antiqua cōpil. initio capitis citata ita hr̄: quos ibidē inuenit passim tabellionatus officiū exercentes.
De hoc articulo vide plenè hic p Doctores. & q̄ od fit de alijs cāis ecclesiasticis, dicas q̄ i cā hæresis non solū clerici seculares, sed et q̄libet religiosi tabelliones esse possunt, c. vt officiū. §. ad cōscribēdas de heret. libro 6. Vide Eymericū in Directorio Inquisit. 3. p. q. 18. & 19. & Annotat. in Director. libro 3. Schol. 84.

dum est. arg. 19. dist. si Romanorum. & j. de priuile. q̄a circa. ff. de serui. vrba. prædi. si seruitus. arg. contra. ī. de proba. quoniam. 27. q. 2. multorum. Ber.

Sententiam.] Habet multa dicta: ideò commodè summari non potest, generaliter pōt sic summari. Clericis probibetur oia illa, ex quibus sequit vel seq. pōt vitę amissio, vel sāguinis effusio, hoc dicit. Et habet quattuor dicta principalia. Secūdū ibi, Nec quisquam. Tertium ibi, Nullus. Quartum ibi, Nec quisquam. Abbas.

CASVS. Statuit cōcilium generale, q̄ nullus clericus sn̄iam sanguinis dictet vel proferat, nec vindictam sanguinis exerceat, nec vbi exerceat intersit; Si autem occasione hui⁹ statuit aliquis ecclesijs aliqd dispendium inferre psumpserit, p censuram ecclesiasticā cōpescatur. Item null⁹ clericus litteras scribat, aut dictet p vindicta sanguinis destinādas: seu laicis officiū in curijs principum committat. Itē nullus clericus pponatur ballistarijs, aut huiusmodi viris sanguinum, & subdiaconus & sacerdos artē chirurgiæ non exerceant, quæ adustionem, vel incisionem inducat; nec impendant ritum alicuius benedictionis purgationi aquæ frigidæ, vel ferri candentis: saluis phibitionibus de monomachijs siue duellis antea promulgatis. Nota q̄ iudicium sanguinis clericus exercere non debet. Item litteras vindictam sanguinis continentes scribere, vel dictare non debet. Item clericus viris sanguinum præesse nō debet. Item clericus in sacris ordinibus chirurgiā exercere non debet. Item purgatio aquæ, vel ferri candentis fieri non debet.

¶ Idē in concilio generali. †

¶ Clericus nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet; nec quicquā aliud exercere, per quod ad vindictā sanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem pręstare non debet.

CAP. IX.

Sententiam † sanguinis [f] nullus cleric⁹ dictet, aut proferat; sed nec sanguinis vindictā exerceat: aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autē huiusmodi occasione statuti, ecclesijs vel ecclesiasticis psonis aliquod psum pserit inferre dispendiū, per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisquā clericus litteras dictet, aut scribat p vindicta sanguinis destinādas. Vnde in curijs principum [g] hæc solicitudo non clericis, sed laicis cōmittatur. Nullus quoque clericus ruptariis † vel ballistariis, aut huiusmodi viris sāguinū præponatur: nec vllā † chirugię artē subdiaconus,

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f Sanguinis.] epi non possunt sniās sanguinis ferre. j. de exces. præl. ex litteris. & ī. eo. clericus. vbi de hoc. nec dare consiliū, nec interesse, nec dictare, nec scribere sententiam, vt hic dicit & 23. q. 4. illud. sed alijs debent vices suas committere, vt dictum est ī. eo. clericis. & arg. prædictæ decret. illud. & 2. q. 7. sicut licet sm leges non possit delegare nisi cū iudex necessariam habeat causam pficiscendi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. l. 1. Sed si interest tantum, nunquid propter hoc efficitur irregularis, v. propter hoc deponatur? Nō videtur quòd debeat deponi: sed aliàs debet puniri, quia interfuit contra præceptum huius canonis.

g Principum.] ī. eod. clericis. & c. sed nec. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a Adm.

† Solicit[udo] ... terat. ... c. 3. eo ... in 4. comp.
† Præter ... vid. Fely... ca. sicut ... mit. & ... confes. ... tit. de 7. ... clerici ... ad ord... vers. de... vero ...
† al. ruptarijs.
† al. rutarijs vt o... Hostiensis ... is ois⁹ ... canis ... impress.
† al. ita vllā chirurgiæ part...
† al. ... nō vllā ... rurgiæ ...

a Adustionem.] ex hoc videtur, q̄ ecclesia pœnam adustionis infligere non debet, & sic est contra illud. ꝫ. de cri. fal. ad audientiam, vbi dicitur quòd nota cum ferro candenti ponitur in fronte: sed illud intelligitur ita quòd ad effusionem sanguinis non procedat. Item presbyteri & personatus habentes non debent audire phisicam vel leges, aliàs sicut religiosi puniuntur.

c Leges vel physicam.] C. de epis. & cleri. repetita. & l. parabolani.

b Monomachijs.] idest de pugnis singularib. Dicit enim monomachia à monos, quod est vnum: & machia, pugna: quasi pugna vnius contra alterum.

Super.] Pars huius ꝫ. de magistris, & de priuileg. specula. Diuiditur in quinque partes Primò ponitur decisum exordium. Secundò ibi, Contra relatio Turonen. concilij. Tertiò ibi, Verum. opiniones variæ circa illud. Quartò ibi, Nos. determinatio. Quintò ibi: Quia verò. constitutionem extendit. Abbas.

CASVS. Alexāder Papa statuit in concilio Turonēn. ꝫ. eod. non magnopere. q̄ regulares p̄sonæ exeūtes ad audiendas leges vel physicam, vt nisi infra duos menses ad claustrū redierent, sicut excōicati ab oībus vitarentur, & in nulla causa si patrocinium præstare voluerint, audiantur; reuersi autem ad claustrum in choro, mēsa, capitulo, & ceteris, vltimi fratrum existant, & oēm spē p̄motionis amittāt, nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicę. Sed q̄a nonnulli p̄p̄ diuersas opiniones quorundā, excusationem assumebāt, volēs Papa vt de cetero ipso facto sententiā excōmunicationis incurrāt, mandat quatenus tā diœcesani epi, q̄ capitula ipsorū & alij, in quorum diœcesibus tales commorantur, publicè denuncient eos excommunicatos, & prædictis pœnis ob noxios: Verum quia dñs Papa theologię studium desiderat ampliari, vt fides catholica circumcincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientibus ex aduerso: statutum Concilij Turonen. extendit ad archidiaconos, decanos, plebanos, prępositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros: nisi infra spatium pręscriptum destiterint: & appellatione postposita præcepit obseruari. Nota quòd religiosi nō debent audire leges vel medicinam. Item ipso facto quis excommunicatur. Item constitutio post duos menses à tempore ipsius constitutionis ligat. Itē Theologia super omnes scientias est fauorabilis.

diaconus, vel sacerdos exerceat, quę adustionē a vel incisionem inducit: Nec quisquā purgationi aquę feruētis vel frigidę, seu ferri cādentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut cōsecrationis impendat: saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis b siue duellis† antea promulgatis.

¶ *Honorius tertius.*

¶*Constitutio Turonen. concilij puniens religiosos audientes leges vel physicam, est canon latę sententia: & incidētes in illam debent per ordinarios puniri hoc primo. Secundo extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates & personatus, & ad presbyteros.*

CAP. X.

Super specula: & infra. ¶Contra religiosas personas [de† claustris] exeuntes ad audiēdum leges, vel physicā, c Alexander † prędecessor noster olim statuit in Cōcilio Turonē. vt nisi infra duorum mensium d spatium ad claustrū redierint, sicut excōmunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa (si patrociniū præstare voluerint) audiantur. e Reuersi autem, in choro, mensa, capitulo, & ceteris, vltimi fratrum existant, & (nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicę) totius spem promotionis amittāt. f Verum quia nōnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant: Nos volentes vt de cetero ipso facto, g sententiam excommunicationis incurrant, districtè† præcipiendo mādamus, quatenus tā à diœcesanis & capitulis ipsorum, quàm à ceteris episcopis, in quorum diœcesibus in huiusmodi studēdent, tales excōmunicati, prædictis h pœnis obnoxii publicè nuncient. ¶ Quia† verò theologiæ studiū cupimus ampliari, vt dilatato sui tentorii loco, funiculos suos faciat lōgiores, vt sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorū, i q̄bus resistere valeat ascēdentibus ex aduerso: & archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos p̄sonatus habētes necnō presbyteros k

d Duorū mensium spatium.] à tempore scientiæ huiusmodi cōstitutionis siue publicationis cōnumerandum. & nisi destiterint, ipso iure sententiam excommunicationis incurrūt, vt ꝫ. sequit. Verba ista quæ hic ponuntur vsque ibi, verum quia. sunt Turonen. concilij. ꝫ. eod. non magnopere.

e Audiantur.] tam q̄ ipso iure excommunicati, aliàs etiā monachi & canonici regulares ab aduocatione repellunt. ꝫ. de postulatio. c. 2. & 16. q. 1. alia. & c. placuit. & c. monachi. &c. de pręsentiū & 15. q. 2. c. 1. in fi. nisi pro vtilitate ecclesiæ suæ, 1 Abbate nihilo min⁹ imperante, vt in prędicto cap. monachi.

f Amittant.] dic vt sup. eo. cap. non magnopere.

g Facto.] sic ipso facto negamus Deum. 22. q. 5. cauere & ipso facto amittit q̄s priuilegium suum sic. ꝫ. de vi. & honest. cle. ca. vlt. vbi plures concor. de hoc.

h Prædictis pœnis.] scilicet, quòd promoueri non possunt sine dispensatione Apostolicæ sedis, & alijs superius positis.

i Bellatorū.] idest, prædicatorum, qui possunt hæreticis resistere auctoritate diuinæ scripturæ, qui contra nos surgunt, & ex aduerso impugnant nos: quos prælati ecclesiarum de sua diœcesi expellere tenentur in tantum, quòd si negligentes extiterint, ab administratione remoueantur. ꝫ. de hæret. excommunicamus. in fi.

† al. ita; districtè præcipimus, & mandamus. 1 Vel pauperū secundum Io. & Phi. vide q̄ dixi de postul. c. 2. Io. And. † Vide cap. 1. ne clerici vel monachi. lib 6. & quod statutum est in concilio Lateranēsi sub Leone x. sessio. 8. paulo post principium, in cōstitutione incip. Apostolici regiminis.

Con- Late sub ... iij. & Cō ... Tri- sessio. refor. ... 19.

ec duo ... : de stris, de in om- ... anti- & ma- script is ... tanæ. sita: Ale ... pp p̄. n. est, Ale ler Pa- ędecessoster.

[Glos. seq. reci. per q. quid de beneficijs curatis, & personatibus non curatis.]

k Presbyteros.] ad omnes prędictas personas pœna ista extenditur, etiam si huiusmodi personatus curam animarum non habeat: quia idem iudicium est de personatibus curam animarum non habentibus, sicuti de beneficijs curam animarum habentibus annexam. ꝫ. de electione, dudum. & quod habentes curam animarum tenentur, patet: quia qui ad curam animarum eligitur, debet primò promoueri ad ordinem sacerdotij, aliàs fit ea ipso iure priuatus. ꝫ. de præben. extirpandæ. § qui

§. qui verò. & in propriis personis deseruiunt nisi in duobus casibus, vt ibi dicitur, & idē iudicium de personatibus, & de habentibus curam animarum est habendū, vt prædicta decr. dudum. & ī. de præb. de multa: maior enim ratio est de habentibus curam animarum, quam de personatibus non habentibus curam animarū. Credo quòd nullus archidiaconus, decanus, plebanus præpositus, cantor, & nulli qui habent personatus, & qui habent curam animarum, possint audire leges, vel physicam propter pœnam istius constitutionis, nulla facta distinctione, ex quo tales sunt: nisi aliam interpretationem super hoc viderent: quia Papa nullam adhibuit interpretationem: ergo nec nos adhibere debemus. 2. q. 5. consuluisti. & sup. de transl. inter corporalia, sufficit enim, quòd ita scriptum est, vt 6. q. 3. scriptum est in lege. & ff. qui & à qui. ma. lib. l. prospexit.

(nisi ab his [a] infra spatium [b] prescriptum destiterint) hoc [c] † extendi volumus [& † mandamus] & appellatione postposita firmiter obseruari.

† Hæc, pro hoc in multis Vaticanis.

ADDITIO. Dic tamen, quòd hæc constitutio non habet locum in habente curam parochialem, si aliàs non est presbyter, nisi sit talis cura, sine plebania, quæ habeat sub se capellam, vel capellas in quibus clerici perpetuò instituantur. c. 1. eo. tit. lib. 6.

a Ab his.] scilicet legibus, vel physica, de quibus præmissum est supra. Ber.

[Glos. seq. principium reci. per quæstio. finis quærit, & soluit.]

b Spatium præscriptum.] duorum mensium connumerandorum à tempore publicationis 1 huius constitutionis, quia ante publicationem nemo tenetur sup. de consti. cap. 2. ex quo enim constitutio publicè promulgata est & publicata, quilibet tenetur ad eius obseruantiam post duos menses. in auth. vt fac. no. consti. circa prin. coll. 5. 16. dist. quod dicitis. sup. de postu. prel. cap. 1. sed ante non. arg. 32. q. 4. dixit Sara. 82. dist. proposuisti. sed cum ista constitutio sit iam diu publicata, nullus habet excusationem. Sed nunquid episcopi possunt tales absoluere? Credo quòd sic: quia conditor huius constitutionis non retinuit sibi absolutionem: & ideò alijs relicta videtur. ī. de sent. excom. nuper. ī. de cri. fal. dura. & ī. de præben. de multa, in fine.

1 De materia hui9 glossæ vide Decium, & Doctores in c. cognoscentes. sup. de cōsti. & Sotum lib. 1. de iustitia & iure q. 1. art. 4.

[Glos. seq. reci. per q. an habentes personatus egeant dispensatione Papali, sicut & monachi. alleg. quòd sic. & hoc tenet in additione. in tertia glos. tenuit contrarium.

† Re verba dans [illegible]

c Hoc extendi.] scilicet, præmissas pœnas, de quibus superius facta est mentio, scilicet quòd sint excommunicati, & in nulla causa patrocinium præstantes audiantur. Et ita videtur, quòd isti spem promotionis amittunt, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum, sicut dicitur supra de monachis: quia pronomē, hoc ostendit omnes pœnas supradictas. Sed hoc non credo, quòd isti propter hoc sine dispensatione domini Papæ promoueri nō possint. & quod dicit; hoc extendi, &c. respicit tantum quod dixit s. excommunicati. & quòd in nulla causa eorum patrocinium admittatur: quia si hoc voluisset, hoc dixisset de istis quòd dixit de illis. arg. ī. de transla. inter corporalia. ī. de dec. ad audientiā. & pœnæ non sunt ampliandæ, sine odia, sed potius restringendæ, de pe. dist. 1. pœnæ. ff. de lib. & posthu. cum quidam. ff. de hære. insti. l. 1. §. vlt. & illa clausula. Nisi forte ex misericordia, &c. respicit tantum præcedentia, & non subsequentia arg. ī. de app. inquisitioni. Tutius est dicere, quod incurrat omnes pœnas prædictas, cum litera hoc expressè dicat, dum dicit, hoc extendi, &c. & supra dum dicit; prædictis pœnis obnoxij.

Bernardus.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QVARTVS, DE SPONSALIBVS ET matrimonijs.

¶ In præcedenti libro visum est de actib. & gestis spectātibus ad clericos, merito nūc restat videre de spectantibus ad laicos. Et hæc rubrica habet duas partes. In prima dicit de sponsalibus: In secunda de matrimonijs. Abbas.

De hac materia tractatur 27.q.2. in plerisq; capitibus. & 29.q.1.& 33.q.2. & 3.& 32.q.1.2.& 3. per totum.& 30.q.5.§. his omnibus. vsq; ad fi. q.& 33.q.2.§. sed q.a. vsque ad finem quæstionis.

De Frācia.] Diuiditur Primo ponit casum. Secundo diffinit ibi, Diffiniuit.

CASVS. Quidam iuuenis de Francia, duxit vxorem quandam nobilem mulierem de Saxonia sm cōsuetudinem Saxonum: iuuenis ille dicebat, quod in matrimonijs ɔhendis Franci non vtuntur eisdē cōsuetudinibus cū illis de Saxonia, & hoc iō quia desponsauerat eam nō lege sua, sed Saxonū. Dimisit ergo illā, & aliam vxorem duxit. In cōcilio quæsitū est, quid de hoc fieri deberet? Statuit cōcilium, vt ille transgressor Euangelice legis subijciatur pœnitentię: & a secūda vxore separet, & ad primā redire cogatur. Nota quod in matrimonio ɔhendo potius ɔsideratur intentio ɔhentium, quā verba, qbus mediantibus ɔtrahunt, dummodo animo ɔhendi hoc faciant. Itē solemnitates non sunt de substantia matrimonij. Item uerba debēt seruire intētioni, & nō intentio verbis. Item ad intentionem recurrendum est.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus & matrimonijs.

¶ Ex Concilio Triburiensi. †

¶ *Matrimonium solo consensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patria non seruetur.*

CAP. I.

De Francia quidam nobilē mulierē de Saxonia, lege [a] Saxonum duxit in vxorē: verum quia non eisdē vtūtur legibus [b] Saxones & Francigenæ, causatus est, quod eam non sua, idest, nō Francorū [c] lege despōsauerat, dimissaque [d] illa, aliam superduxit. Diffiniuit sup hoc sancta synodus, vt ille transgressor Euāgelicę [e] legis subijciatur pœnitentiæ: [f] & a secunda cōiuge [g] separetur, & ad priorem redire rogatur.

¶ Innocentius tertius Exoneñ. † episcopo.

¶ *Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluūt, etiam si fuerint iurata.*

CAP. II.

Præterea † hi, qui de matrimonio contrahēdo purè & sine omni conditione [h] fidem dederunt, cōmonendi sunt & modis oībus inducēdi, [i] vt pręstitam fidē obseruent. ¶ Si autem se adinuicē admittere noluerint: [k] ne fortè deterius [l] inde contingat, vt talem scilicet ducat, quā odio [m] habet: † videtur, quod ad instar eorum, q societatē [n] interpositione [o] fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittūt, hoc possit in patientia tolerari. [p]

¶ Eugenius Papa.

¶ *Si maior septennio duxit in vxorē minorem septennio, & eam traduxit ad domū, oritur ex tali contractu publica honestatis iustitia. hoc dicit inhærendo litera. Panormitanus.*

e Euangelicæ legis.] quia dicit, nullus dimittat vxorem suam excepta causa fornicationis. 32.q.1.dixit Dominus. ĩ.eo. ex parte.

f Pœnitentiæ.] pro eo quod primam dimisit, & secūdam duxit.

g Cōiuge.] scilicet nomine, non re.

Præterea.] Primo iubet moneri. Secundo diffinit ibi, Si autem. Abbas.

CASVS. Quidam vir & mulier volunt ɔhere: promittunt ad inuicem purè & sine condōne, fide hinc inde pstita, & ɔhēt matrimoniū: postea mutant proposicū. Quæritur, qd sup hoc sit agendū, an videlicet, sint compellendi, vel non? Rūdet Papa, quod commonēdi sunt, & modis oībus inducēdi, vt fidem præstitū obseruent. Si aūt hoc facere noluerint, non sunt cōpellēdi, ne deterius indè contingat, vt illam ducat, quam odit: sed ad instar illorum, q societatem ɔhunt fide dāta, & postea illā sibi remittunt, potest in patiētia tolerari. Nota quod licet fides sit pure & simpliciter hinc inde data de matrimonio ɔhendo, si postea displiceat cōtrahentibus, nō sunt vt contrahant compellendi, ne deterius inde contingat. Idē intellige in societate.

h Sine omni cōditione. per hoc vr, quod solui nō possit, qa q sine ɔditione pmittūtur, sine cōdōne soluūt. 32.q. vlti. c. vlt. & 22 q.4. iter cętera.

[Glo. seq. supplet suppletioni. signat contrarium, &c.]

Cap. II. & post cōcil. Lat. sub Alex. iij. par. 6. c. 33. Et de intellectu & materia huius c. vid. Couar. in epitome li. 4. decre. par. 1. c. 5. in principio.

† Exonieñ.

† habet.

a Lege.] idest, consuetudine.

b Legibus.] idest consuetudinibus.

[Glo. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.]

c Francorum lege.] quam putabat esse de substantia matrimonij. arg. 30.q.5. aliter. vbi vr, quod matrimonium omissis solemnitatibus non ualeat: sed non est uerum, quia illa quę dñr in cap. aliter. potius ad solēnitates referuntur, quæ tamen seruandæ sunt: sed si quis non seruentur, tenet matrimonium, quia solus consensus facit matrimonium, 27.q.2. sufficiat.

d Dimissaque.] quod facere non debuit auctoritate sua, ut 33.q.2. seculares 35 q.6. multorum etiā si impedimentum manifestum subesset. ĩ. de diuortijs, porrò.

i Inducendi.] & ēt compellendi si iurassent. ĩ. e. ex litteris. propter periculum iuramenti. arg. ĩ. ẽ. requisiuit. sed illud soluitur ibi. Sed cōtra uidetur. ĩ. eo. capi.

k Noluerint.] idest, absolute restiterint.

l Deterius.] scilicet, adulterium cum secunda, uel quod eam fortè interficeret.

m Quam odio.] quia quod quis non diligit, facile contemnit. 20.q.3. præsens clericus. & 31.q.2.§.1. Ber.

n Societatem.] ff. pro soc. l. uerum. §. ult. & l. actione. §. diximus. Ber.

o Interpositione fidei.] siue per iurm etiam, quia æquipollent. s. de fideiuss. peruenit. & 22.q.5. iuramenti.

[Glo. seq. ponit duas lecturas, scilicet Tanc. & Hug. & secundam approbat.]

p In patientia tolerari.] hoc ideo dicit, quia ex quo non est processum ad matrimonium ɔtria uoluntate accedente, possunt se inuicem absoluere, ut ur: quia omnis res per quascunque cās nascitur, &c. ĩ. de regul. iu. omnis

ois res.& ff.de reg.iur.nihil tam naturale. quia in tali causa fide pstita sine iuramento subintelligenda est cõditio,s.si in eadem voluntate permanserint. arg. ī.de. iureiu.quemadmodum.& 22.q.2.ne quis arbitretur.hęc fuit opinio Tanc.† dicentis,ꝙ hæc decretalis continebat ius cõe. Hug.dicebat, & bene,ꝙ loqꝰ de cõparatiua ꝓmissione,vt ī.qui cle.vł vo.c.iueniẽs. quod & mihi vł: & loquitur dispensatiuè. Et hoc apertè indicant ista verba, hoc possit in patientia tolerari, ne deterius inde contingat: nam multa per patiẽtiã toleramus, &c.ī. de pben.cũ ĩl dudum. alias de iure mero debẽt cõpelli, vt fidẽ sine iuramẽtũ seruent. De hoc dicitur ī. e.cũ litteris 2. Ber.

IVuenis.]Si maior septẽnio cũ proxima septẽnio, in qua malitia supplet ætatẽ,sponsalia ɔhit, ex his oritur iustitia publicæ honestatis,maximè si cõmiceri tẽtauerit.Ita cõiter sũmatur. sed ĩ veritate summariũ non colligitur ex litera. Diuiditur. Primo narrat factũ, & casũ dubiũ. Secũdo duplici rõne diffinit,ibi,Quia igitur.Abb Sic.

CASVS.Quidam iuuenis duxit quãdam puellam nõdũ vij.annorũ sponsalia ɔhendo cũ ipsa,& tentauit cũ ipsa quod cõpellere non potuit.Tandem mortua fuit. vel dictus iuuenis ab ipsa recessit,anteꝙ post vij.annũ sponsalibus consentiret:& cum alia consanguinea ipsius puellæ matrimoniũ ɔtraxit.Quærebat,vtrum possent simul remanere? Rñdet Papa,in his quę dubia sunt,quod certius est,seruari debet:& ideo tam propter honestatem ecclesiæ,q̃a dicebaẽ spõsa eius,quam propter prædictum dubium, debent abinuicem separari.Nota tãdũ ergo, ꝙ in dubijs semper tenendum est illud,quod securius est & certius.

[Gl.seq.not.in dubijs, &c. & soluit contrarium. Secundo obijcit per locum à diuisione,& soluit.]

a Dubia.]sic ergo patet, ꝙ in dubijs semper certius est tenendũ de pæn.dist.7.c.2.§.itẽ si vbi dr,tene certũ, & dimitte incertũ.& ī.de homi. ad audientiam. & 14. dist.sicut.& in re dubia certa non potest ferri sñia. 11. q.3.graue.& 33.dist.habuisse. & 30.q.vlt.§.vlt & Inst. de re.diui illud quæsitum.Inst.de act.§.curare.q̃nq; tñ cum obscura suam iura partiũ,certa fertur sententia. ī. de fi.instru.inter dilectos.in fin. Sed non dr dubia res ibi, quia actor non probauit clare , & ita ꝓ possessore iudicari debet. 2 Sed quare dicit,in his q̃ dubia sunt? Quia si ex toto ante septennium ducta fuit, & post vij. annũ non consensit,vel ante recessit, res non est dubia, sed certa quia non impeditur matrimoniũ cum consanguinea,etiam cum matre ī.tit.prox. litteras.& c.accessit.si post septimũ annũ consensit, sponsalia tenuerũt [illegible] dubia. ī.eo sponsam.& ī.ti.prox.contra [illegible] ver. Solu.Sic intellige, puella ista post vij.annum non consensit,vel nõ constabat de consẽsu quia statim recessit ab eo, vel mortua est,verũtñ quia tentauit forsitan quod complere nõ potuit,præsumitur ꝙ erat doli capax. siue quia malitia supplebat ætatem quo ad spõsalia, sicut supplet malitia quo ad matrimonium. ī.titu.proxi.de illis.& c. vlt. vnde propter hoc dubiũ,tũ q̃a hoc plene non constabat,tũ et ꝓp honestatẽ ecclesiæ,non potest habere consobrinam illius. ī.cap.pxi.arg. aliæ non videtur, ꝙ posset stare illa litera,si diceremus , ꝙ post vij. annos cõsensit,vt dixit Tanc.q̃a sic nõ essettes dubia.

b Cõiux.] i.spõsa.

[Glo.seq.signat cõtrarium & solut.]

c Diuidas.] arg. ī. 35.q.3. extraordinaria.Sol.ibi extra naturalia eam polluit. & non maritali affectu.hic verò tentauit in naturalibꝰ,& maritali affectu.

CAP. III.

IVuenis, † qui puellã nondũ septennem duxit,quamuis ætas repugnaret : ex humana tamen fragilitate forsan tẽtauit quod complere nõ potuit. Quia igitur , in his , quæ dubia [a] sunt , quod certius existimamus, tenere debemus: tum propter honestatẽ ecclesiæ, quia ipsa coniunx [b] ipsius fuisse dr: tum propter prędictam dubitationem; Mandamus, † quatenus consobrinam ipsius puellæ , quam postmodũ duxit, diuidas [c] ab eodem.

¶ Alexander tertius Papien. episcopo.

¶ Ex sponsalibus contractis cum consanguinea , oritur publica honestatis iustitia.

CAP. IIII.

AD † audientiã nostri Apostolatus peruenit, quod cum H.Papiensis ciuis , filiam suã cuidam filiorum L.dare vellet vxorem : iurauit, quod si ille [d] eã habere casu aliquo interueniẽte non posset , alteri filio , quem de alia vxore genuerat,eandẽ matrimonio copularet . Contractis autem à filio priore sponsalibus;quidam cõsanguinitatem inter eos esse, iuramẽtis interpositis firmauerunt: Ideoque pręfatus H. eandem dare alteri filio nititur, vt iurauit.Sed quoniam scriptũ est, † quod sponsam [e] fratris,frater habere [f] non potest: Mandamus, quatenus eum suũ

A D audientiam.] Primo narrat factum. Secundo decidit,ibi,Sed qm.Abb.

CASVS. Quidam ciuis Papien.nomine Hugo, volebat copulare filiam suam matrimonialiter cuidã filiorum cõciuis sui nomine L.iurauit,ꝙ si ille eam aliquo casu habere nõ posset, alteri filio quẽ ab alia vxore genuerat, eandem matrimonio copularet , & sic contraxerunt sponsalia: postea quidam probauerunt consanguinitatem inter eos , vndè præfatus H. eandem filiã dare vult alteri filio,vt iurauit Quæritur, an possit ? Respondet Papa , scriptum est , ꝙ frater sponsam fratris habere non potest: Vnde mandat,quod ille suum propositum non adimpleat,& pęnitentiam accipiat de illicito iuramento,& si opus fuerit , per excommunicationis sententiam compellatur. Nota , quod sponsalia quæ nulla sunt , impediunt matrimonium contrahendum cum consanguinea alterius: sed hoc facit sola publicæ honestatis iustitia. Item illicitum iuramentum non est seruandum. Item ad pœnitentiam quis potest compelli,admoneri tamen prius debet,& postea compelli.

d Quod si ille.] hæc conditio nulla fuit ex quo despõsatur uni fratrum,alius eam habere non potest.27.q.2. si quis vxorem,& cap seq. nisi forte ante septennium contracta essent sponsalia. ī.ti.prox.litteras & ca.accessit.& c. duo pueri.cessante eo quod dicitur ī.titu. & 27.q.3.si quis desponsauerit.

[Glo.seq.alleg.2.concor.signat vnum contrarium,& soluit.]

e Sponsam fratris.]26.dist.c.vna tantum.§. Ioannes. 27.q.2.si quis desponsauerit. Arg.contra 8.q.1. olim. & ī.de diuor.c.vlt Solutio,illud mysticũ fuit & obtinuit in fratre sine sobole defuncto,hodie secus.

[Glo.seq.obijcit,allegat pro,& soluit.]

f Habere non potest.]sed uidetur, quod hæc rõ nulla fuerit,quia inter eos nullũ obligatorium vinculum de iure fuit contractum , consanguinitate impediente, quia

Marginal notes:

† Ca.1.&c.ti. in 1.cõpil.& post cõc.La. par.12.c.8. Et vide cõc.Tri. ses.24.de refor. matri. c. 3.& Couar.i epitome li. 4. decretalium par. 2. c.2.

† Hęc Tanc. opinio vera est, & cõiter sequuñ eã Doct.tũ hic, tum alibi vt docet Couar.initio capitis citatus, quẽ videto.

† al.Mandamus , vt absque voce, quatenus.

a Facit qd no.3 q. 9. de [illegible] & hic de triplici ambiguitate , vt [illegible] 33.dist.vl.& qd dicit his Viuiãce i Sp. de sen. pla. §. qualit. [illegible] Ioan.

† Ca.[illegible] in 1.co & [illegible] hic [illegible] pedim [illegible] [illegible] gd [illegible] vide [illegible]

† Vide [illegible] c.20.& [illegible] c.14.[illegible]

quia impossibiliũ nulla est obligatio Instit. de inutil. stipula. §. si impossibilis. & ff. quæ sent. sine app. rescin. Paulus. Sed impossibile est id quod ꝯ bonos mores est ff. de condi. instit. filius fa. & 22. q. 2. faciat homo. & ei quod esse non potest, nulla est promissio. Inst. de inut. stipu. §. 1. & arg. optimũ in decret. Greg. ꝟ. de pact. c. vlti. ergo hic nulla spõsalia fuerũt, quæ sunt promissio futurarũ nuptiarũ 30. q. 5. nostrates. ff. de spons. l. 5. ergo nulla fuerunt prędicta spõsalia. ergo nõ præstant impedimẽtum quo minus illa possit cõtrahere cum alio fratre. ꝟ. tit. ex literas. & c. accessit. Sed ꝯ matrimoniũ plerumque attẽditur considerato facto, nõ iure. ꝟ. de big. nuper. & C. de adul. eum q plus enim in talibus consideratur quandoque opinio, quam veritas. ꝟ. qui fil. sint legi. cũ inter Ioannem. Quid ergo respõdes? Potest dici ꝙ publicę honestatis iustitia impedit, vt ꝟ. c. prox. & 27. q. 2. si quis despõsauerit. Ber.

a Propositũ.] quod illicitũ fuit, & ideo non seruandum. 22. q. 4. in malis.

b Compellas.] ar. ꝙ quis compelli pt ad satisfaciendũ de quolibet crimine. 24. q. 3. itaq; & 6. q. 1. illi q. & 22. q. 1. ꝑ licã dum. 1 & ad ecclesiã pertinet decernere de quolibet peccato, & corripere quemlibet Christianum. ꝟ. de iu. li. nouit. B.

implere propositũ [a] non permittas; sed vt pęnitẽtiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa, ecclesiastica districtione compellas.[b]

¶ Idem Panormitano archiepiscopo.

¶ Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit. si tamen per eam stetit, quo minus matrimonium perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.

CAP. V.

De† illis autem, qui prestito, iuramento promittũt se aliquas mulieres ducturos, et postea eis incognitis, dimittũt terram, se ad partes alias transferentes:[c] Hoc tibi volumus innotescere, quod liberũ [d] erit mulieribus ipsis (si non est amplius i facto processum) ad alia se vota trãsferre; recepta tamen de periurio pęnitentia, si per eas steterit, [e] quo minus fuerit matrimoniũ cõsummatum.

De illis.] Communis diuisio. Secũda pars. ibi, Hoc tibi. Abbas.

CASVS. Quidam promittunt iuramento interposito, se ducturos in vxores aliquas mulieres, & postea antequam matrimonium ꝯhũt transferunt se ad partes alias. Quærebant quid facere deberent illæ mulieres, verũ possint cum alijs ꝯtrahere? Rñdet Papa. ꝙ si non fuerit amplius in facto processum, liberũ est illis mulieribus cum aliis ꝯhere, recepta pęnitentia de periurio, si per eas steterit, quo minus matrimonium fuerit cũ aliis consummatum. Nota, ꝙ sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundum nec diu ipsum expectare sine aliqua pœna dummodo non fuerit in mora.

[Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat.]

c Transferentes.] vnde non tenetur sequi ipsum vagabũdũ. ff. de oper. lib. quod nisi fiat. §. ex prouincia. & sic de sponsa intelligunt quidam illud ca. 34. q. 2. si qs. Sed non est verum, immo de vxore iam cognita.

d Liberum erit.] post tres annos secundum leges C. de repu. l. 2. Et hoc intellige de spõsa de futuro, de qua hic loquitur: secus in spõsa de præsenti. ꝟ. eo. in præsentia. & ꝟ. de secun. nup. dominus noster.

Glo. seq. obijcit, & soluit, & ponit tres casus, quibus soluuntur sponsalia de futuro.]

e Si per eas steterit.] vnde in culpa fuerunt, quare imponitur eis pęnitentia. Sed si per eas stetit, quare dat ecclesia licẽtiam ꝯtrahendi? Rñdeo, ne deterius inde contingat. scilicet periculum fornicationis. sim. ꝟ. qui cleri vel vouen. veniens. sed si per eas non steterit, quo minus matrimoniũ cõpleuissent, nõ imputaretur eis periuriũ. ꝟ. eo. sicut. si hoc certum esset. si verò dubiũ esset, ꝑꝑ tale dubiũ imponitur eis pęnitentia saltem ad cautelã. Habes ergo vnu casum, [2] in quo sponsalia de futuro soluũtur aliũ habes ꝟ. de furtiur. quẽadmodũ. Itẽ si ꝯtrat cũ aliqua per uerba de præsenti. ꝟ. e. si inter virum. & ꝟ. de spons. duorum. c. 1. Bernar.

ADDITIO. Pro istis & similibus dãtur tales uersus.

Lepra, sugnemiẽs, furor, ordo, sanguis, & absens.

Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas.

Ac hæresis lapsus fideique remissio prorsus:

Sponsos dissociãt, & vota futura retractant.

Idem Paduano episcopo.

¶ Non omnis violentia impedit contractum matrimonij. hoc dicit, quo ad titulum.

CAP. VI.

De† muliere, quæ est inuita tradita viro & detenta: cũ inter vim & vim [f] sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, certũ [g] nobis nihil postea expsisti, nihil certum † inde tibi possumus respondere.

De muliere.] Cõtinuit. ꝛ sum matur quo ad titulum, sed quo ad literam sic. Incerto quæsito, non potest dari certa responsio. Abbas.

CASVS. Quædam mulier per uim tradita fuit uiro & detẽta: Quærebãt à Papa, an inter eos esset mrimoniũ? Rñdet Papa: Inter uim & uim est differentia, nec constat, an post uiolentiam consensus interuenerit: & ideo certum Papa non potest dare responsum. Not. ꝙ inter uim & uim est differentia. Item certa & finita debet esse q̃stio, & non duplex, ad hoc, ꝙ certa dari possit responsio.

f Inter uim & uim.] hoc ideo dicit, quia duplex [3] est uis, siue metus, qui cadit in constantem uirum, & ille metus excusat, nisi postea consentiret. infra titu. proxim. de illis 2. & alius est metus uanus siue uis, & illa uis non excusat. ꝟ. eo. ueniens. & c. consultationi. & ꝟ. de his quæ vi, metusue causa fiunt, cũ dilectus. & ff. de re iudi. si quis ab alio. & ff. quod metus causa. l. 2. Ber.

g Certum.] quia nesciuit quæ violentia fuit illata; vnde certum non potuit dare responsum. 11. quæst. 3. graue. & 30. q. vlt. §. vlt. & ꝟ. c. iuuenis. unde dicit lex. Vt congruum possit habere responsum, insere pacti exemplũ. C. de transact. ut responsum poterat tamen si voluisset respondere distinguendo inter uim & uim vt ꝟ. c. veniẽs. & c. consultationi, & de eo, qui renunciat epis op. capit. 1. Ber.

Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.

CAP. VII.

EX† litteris; & infra. ¶ De hoc autem ꝙ

EX litteris.] Diuiditur quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio, ibi, Respõdemus Abbas.

CASVS.

[Marginal notes:]

[2] Casus, in quibus sponsalia dirimũtur enumerat, & explicat B. Th. in quæstionibus additis ad 3. par. q. 43. ar. 3. Syl. in sum. uer. sponsalia. qõ. 10. Dñicus Sot. lib. 4. sen. di. 27. q. 2. art. 5. & Couarru. initio capitis citatus.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõp. & post cõci. Latera. par. 6. c. 19.

† Vox certũ, deest in oĩbus antiquis codicibus, in uno peruetusto ita: nihil in itẽtioni tue possumus & c.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõp. & post cõci. Lat. par. 41. c. 3. Vide Alex. cõs. 152. in 5. uolu.

[3] Pro intellectu huius glossæ & textus uide B. Tho. in qõnibus additis ad 3. par. q. 47. arti. 1. & seq. & Magistrũ sent. & ibi late Sotũ & Doctores lib. 4. dist. 29.

CASVS. Quidam vir & mulier contraxerunt sponsalia, nec alter intellexit quod alter proposuit, & dicebat se non intellexisse. Quærebatur quid deberet obseruari? Rñdet Papa, iudex primo debet videre verũ contrahentes sint idonei ad hoc discretione & ætate, vt per hoc præsumatur pro eo qđ dicunt, vel contra: quo facto seu cognito, si alter nõ intellexit quod alter proposuit, recurrendum est ad communem intelligẽtiam verborum, & vterque compellatur verba prolata in eo sensu retinere, quẽ solent rectè intelligẽtibus generare. Nota ꝙ in matrimonio discretio & ætas est attendenda & consideranda. Item uerba obscurè prolata ad cõmunem intelligẽtiam sunt reducẽda.

consuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respõdemus, ꝙ inspiciẽdum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendũ sint idonei scientia [a] & ætate [b] quo cognito, si alter non intellexerit [c] quod alter proposuit, [d] ad communẽ verbi intelligentiam [e] recurratur, † & cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

Idem Vigiliẽsi. episcopo.

Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis, impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.

CAP. VIII.

SPõsam † alterius (maxime si ẽ nubili [f] ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

¶ Idem abbatibus S. Edmundi † & Demer. †

¶ Si vir & mulier inuicem promittunt, quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti hoc dicit, & est casus notabilis.

CAP. IX.

EX † parte C. † mulieris nobis intimatum est, ꝙ Andreas iuramentum præstitit, quod

†Concord. tex. in l. Labeo. & ibi Barto. ff. de supel. leg.

a Scientia.] idest, discretione: Nam furiosus contrahere nõ potest quia non habet cõsensum. 32. q. 7. neque furiosus. & ꝟ. c. o. dilectus, nisi ꝑ interualla dilucida laboraret. 7. q. 1. quamuis triste. 3. quæst. 9. indicas.

b Aetate.] xij. annorum in muliere & xiiij. annorum in viro. ꝟ. tit. prox. attestationes. & cap. continebatur. vel cum malitia supplet ætatem. ꝟ. tit. prox. de illis 2. & cap. vlt.

c Intellexerit.] idest, si dicat se non intellexisse siue ꝑ se, siue ꝑ interpretẽ, ff. de verb. oblig. l. 1. in fi. cum tñ contrarium præsumatur, cum sint eiusdem vulgaris.

[Glo. seq. dist. an actor tantum, an reus, an vterque committat dolum. Secundo arg. non recedendũ, &c. alleg. 6. iura. & 2. alleg. in contrarium.]

d Proposuit.] nota ẽm canones si actor tantum dolum adhibet, intelligẽda sunt verba, vt reus intelligit, qui non adhibet dolum. 22. q. 5. humanæ. §. itẽ obijcitur. & c. quacunque. Si ergò reus tantũ, tunc ẽm quod actor intellexit. 22. q. 5. §. ex his. & cap. quacunq; & q. 2. ne quis. Si verò vterque dolum adhibet, locũ habet quod hic dicitur, vt verba prolata in suo proprio sensu intelligãtur. Et sic est argu. ꝙ non est recedendum à significatione verborum, nisi cum constat testatorem aliud voluisse. ff. de leg. 3. non aliter. & infra de verb. signifi. intelligentia argu. de conse. dist. 4. retulerunt & ff. qui & a q. maio. l. prospexit. quia nõ ex opinionibus singulorum, sed communi vsu nomina sunt intelligenda. ff. de supel. leg. l. Labeo. & ꝟ. de deci. ad audientiam argu. contra. C. de verb. signifi. cum quidam. & de consecr. dist. 2. in calice.

[Glo. seq. de ambiguitate uerborum determinat & subdiuidit ponit primo duo membra Et primũ sub diuidit in duos, secundum in tria, & illorum tertiũ iterum in duo.]

1 De hoc supra de restitu. spo. cũ ad sedem. Ioan. And.

e Intelligentiam.] huiusmodi ambiguitas verborũ quandoque incidit in iudicijs, quandoque in cõtractibus: In iudicijs circa litis exordium 1 plus creditur actori q̃ reo. ff. de verb. oblig. inter. stipulantem. §. j. postea in confessionibus urgeri debet confitens, ut certũ confiteatur: alioquin id accipietur quod magis expedit aduersario suo. ff. de confess. certum. ff. de inter. act. de ætate. §. nihil. In contractibus & pactis distinguitur 2 aut certum est quod consenserunt, & tunc quod valet agitur aut non consenserunt, & tunc non valet quod agitur. ff de contrahen. emp. & ven. in venditionibus 2 & 10. q. 2. vbi, aut dubitatur ꝙ senserint, & tunc sub distingue, quia aut valet intellectus secundum vnã partẽ, aut sẽm vtranque: si sẽm vnam partem, commodius est id accipi vt res de qua agit magis valeat q̃ pereat. ff. de reg. iur. quoties idem sermo. & ff. de verb. obli. l. quoties. & ꝟ. de fidẽ instrumẽ inter dilectos. ꝟ. de verbo. signifi. abbate. si secundum vtranque, tunc id quod verisimilius est accipiendum est. ff de verbo. obli. cum qui calendis. & quod sǫq; cõsueuit accidere a 8. d. de Syracusanæ. vel 3 tra eum sit interpretatio, qui pactum apposuit, qui debet legẽ id est pactũ apertius apponere. ff. de pact. veteribus. & secundum promissorẽ fit interpretatio: quia liberum fuit stipulatori verba latè concipere. ff. de verborum obligat. quicquid.

ADDITIO. De hac materia nota. ff. de verb. oblig. quoties in stipulationibus.

2 Sequitur vtrisque sensus ... [illegible]

† Capellanus ... [illegible]

† Ramon ... [illegible]

SPonsam. CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ sponsam alterius maximè nubilem & septẽnem, nullus de cõsanguinitate uiri ducere potest in uxorem: Nota quod sponsam consanguinei consanguineus habere non potest.

f Nulli.] illud, maximè, ponitur propriè comparatiuè: quia ex quo habet vij. annos tenent sponsalia, & ita nullus consanguineorum potest eam habere ꝟ. tit. prox. litteras. & c. accessit. ergo multo fortius impedit: cum est proxima nubili ætati. Idem videtur si est proxima septennio, & doli capax. ꝟ. eo. iuuenis. Ber.

EX parte.] Primo ponit casum narratum. Secundo diffiniendum committit: ibi, Quia igitur. Abbas.

CASVS. Quidam Andreas nomine, iuramentum præstitit, quod C. mulierem ab eo tempore in antea pro uxore haberet. & ei fidem seruaret & illa similiter promisit eidem. Quo facto, dictus Andreas illam dimisit, & aliã superinduxit, vnde illa mulier domino Papæ fuit conquesta. Dicit Papa, nemini licere suam vxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc aut debet illam sibi reconciliare, aut viuere continenter ea viuente: unde mandat dictum Andream compelli, ut illam quam superinduxit, dimittat, & ad primam redeat, & affectu maritali pertractet. Nota quod qui uxorem suam causa fornicationis dimittit, aliam super inducere ea uiuente nõ potest, & debet cõtinenter uiuere. Item qui dimissa uxore legitima, contrahit cum alia, debet compelli eam dimittere, & ad primam redire.

Pro

a Pro coniuge teneret.] & sic contractum fuit matrimonium inter eos. Sed nunquid per ista verba tantū cō trahitur matrimonium. Iuro, quòd de cætero habebo te pro legitima coniuge, & econuerso, &c. non vr, quia ista verba tantum futurum tempus respicere videntur. hæc quæstio ponit 30. q. 5. c. si quis diuinis. Et dicit Ioan. quod est matrimonium, secūdum quod ex illa nouella satis patet: & hic videt Hugo, aliter intelligere illa verba, scilicet, quod post matrimoniū contractum de præsenti accedant illa verba, vt notauit ibi. Arg. contra. s. eo. de illis. Ber.

b Eandem.] supple, & cum alia cōtraxit.

c Manifesta.] probata scilicet, & sentētia subsecuta: quia aliàs non licet dimittere. 33. q. 2. seculares & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum. & j. de diuor. porro.

d Continere.] quia non potest cum alia contrahere. 32. q. 1. dixit. & si cum alia postea fornicaretur, cōpelleretur redire ad ipsam, non obstante sententia. j. de diuor. ex litteris.

e Cogatis.] & super inductam, si nollet ab ea recedere, vel si impedimentum præstaret, posset excommunicari. j. eod. veniens. in fi. Ber.

eam absque eo tempore pro coniuge [a] teneret, & ei sicut vxori suę fidem seruaret. Ipsa quoque eidē Andreæ iurauit, se illum pro marito habiturā, † & fidem ei tamquā viro proprio seruaturam: quo facto, prænominatus A. reliquit eandem. [b]

¶ Quia igitur nemini licet vxorem suam, sine manifesta [c] causa fornicationis dimittere, & tūc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere: [d] Mandamus, quatenus eundem, vt super inducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissa, per ecclesiasticam censuram cogatis. [e]

¶ Idem Pictauien. epo. †

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.*

ij Ex litteris.] Primò ponit casū narratum. Secundò committit ipsius diffinitionem ibi, Quia igitur. Abb.

CASVS. Duo nobiles viri Syluanen. episcopatus, scilicet G. & B filios & filias impuberes habebant, conuenerunt inter se, quòd eos adinuicem copularent, quod promiserunt adinuicem facturos, & hoc tam parentes, quam filij iurauerunt. vnus illorum, scilicet G. filiam alterius consentiente patre iurauit ducere in vxorem: postmodum verò voluit aliam ducere in vxorem; Episcopus compellebat eum ducere illam, quam iurauerat. Quæsiuit episcopus à Papa, quid esset in hac causa faciendum. Respondet Papa, periculosum esse dicto G. contra iuramentū suum venire. Mandat Pictauien. episcopo, vt si de hoc sibi constiterit, moneat illum & compellat quatenus ipsam recipiat quam iurauit, & eam maritali affectu pertractet, nisi rationabilis causa impediat. Nota, quod sponsalia contrahi possunt per verba generalia. Item iuramentum impuberis tenet. Item compellitur quis accipere illam quam iurauit se ducturum in vxorem.

[Glos. seq. alle. vnam concor. obijcit, & soluit.]

f Tam patres.] sim. 31. quæst. 3. si qui parentes. Sed videtur, quod istud iuramentum non valeat, & sit anceps periurium, cum sit de facto alterius. ff. re. amo. Marcellus. §. 1. & ff. de in lit. iur. videamus. Et argumen. ad hoc ff. de verbor. obligat. stipulatio ista. quia ibi dicit, qui alienum factum promittit, non obligatur: tamen hic factum suum potius promiserunt, vt procurarent bona fide, quod filij contraherent, vt ea lege, & in illa stipulatione. Ber.

[Gl. seq. obijcit, & soluit, secundò quærit alle. pro, & contra, ponit opi. quam reprobat, reprobationem impugnat. Impugnationi respondet.]

CAP. X.

ij EX † litteris Syluani episcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri sui episcopatus G. † scilicet de Monstra, & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se conuenerunt, quod eos adinuicem matrimoniis copularent: & hoc tā patres, [f] † quam filii, sub iuramento [g] † se promisere facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se iurauit ducere in vxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, vt quod iurauerat, adimpleret: & infra.

¶ Quia igitur prædicto G. periculosum est, contra suū iuramentū venire. Fraternitati tuę mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas: [h] & si nō acquieuerit monitis, ecclesiastica

g Quam filij subiuramento.] isti erant impuberes, vndè nō tenuit iuramentum. 22. q. 4. patuuli. & c. pueri. & 4. quęst. 3. c. 1. Sed illa intelligun tur cum ad testimonium perhibendum inducuntur, sed aliàs si sint doli capaces, benè tenet iuramentum. j. de delic. puer. pueris. Hic posuit Lau. talem quæstionem: Aliquis iurauit accipere in vxorē vnā de filiabus Titij, & postmodum dormiuit cum vna illarum: quæritur an præcisè debeat compelli eā ducere, cum aliā ducere non possit? Arg. quod sic. ff. de contrahē. emp. si in empti. §. si emp. & ff. de solutiō Stichū aut Pāphilū. & ipse se ad hoc artauit. ff. si quis cau. l. 2. §. vlt. 15. q. 1. si quis insaniens: imò videtur, quod statim sit matrimonium j. de conditio appo. de illis. & j. eo. is qui. arg. contra. ff. de rit. nupt. generali. ff. si quis caused & si. §. quæsitum. & ff. de vsufruct. quoties. Quidam dixerunt eum non compellendum, quia inuitæ nuptiæ, & cætera. 31. q. 2. §. 1. c. 1. & s. eo. præterea. Sed contrariū est verum, quod debeat compelli. Sed vr, quod non sit cōpellendus, eam recipere: quia in veritate nec sponsalia præcesserunt, nec matrimonium: quia cum dixit. Volo accipere vnā de filiabus. Titij, nulla cum aliqua illarum sponsalia contracta sunt: quia in personam certam consentire debuit, & incerta sponsalia non sunt sponsalia. arg. 30. quæst. 5. nostrates. & argumen. ff. de testa. tut. l. duo sunt Titij. & si dico. Exhæredo vnum de filijs meis, cum plures habeam, nullus est exhæredatus. ff. de lib. & posth. nominatim. & certus debet esse hęres, alias non valet testamentum. ff. de hære. insti. in tempus. §. quoties. & ff. de manumis. testa. cum ex pluribus. Dic, quod non compellitur ex vi sponsaliorum, sed propter iuramentum forte debet compelli, licet ad illam recipiendam non se obligauerit directè, nisi deterius indè contingeret, vt nota. sup. eod. præterea. & infra. in glos. quæ incipit, arg. contra. Ber.

h Eum moneas.] & si non acquieuerit. argumentum, quod admonitio semper debet præcedere vindictam. 11. quæst. 3. indignè. & infra de sentent. excommu. sacro.

[Glos. seq. assignat contrarium, dupliciter sol. vtramque solutionem impugnat: & in fine ponit tertiam solutionem. Iterum obijcit, & soluit.]

a Vnde si eos nō stat, nō sūt periuri, nec deberet pęna promissa: sm Vinc. j. eod. Gemma. & no. j. eod. sicut in glo. 1. Io. And.

a Sponsalibus.] ergo si contraxissent ante carnalem copulam, coitus nihil postea operaretur quia nihil est ibi purũ vel conditionale, quod confirmet uel ducat ad esse talis coitus. s. tit. prox. c. ult. in fi. argu. supra de confirma. examinata. Ber.

[Gl. seq. notat, allegat cõcordan. & causã exprimit.]

b Probatum.] no. quod cõ eũ sit interpretatio, qui testes produxit, cum expresse non probant id ad quod inducuntur, sed obscurè sic s. de probationi. in præsentia. & quia per confessionem vtriusque constabat, quod pluries post sponsalia contracta carnalis copula fuit subsecuta: & ideò quia non expresse constat per testes, quod contradictio patris præcessit copulam, sit interpretatio pro matrimonio præsumpto, cum iam esset fundata intentio mulieris.

SI conditiones.] Diuiditur quia sunt duæ partes. In prima tractatur de conditione turpi, quæ est contra substantiam matrimonij. In secunda de turpi vel impossibili: ibi, Licet. Abbas.

CASVS. Aliquis cõhit matrimonium sub cõditione, q̃ est cõ substantiam matrimonij, hoc mõ Contraho tecũ, si prolẽ euites, vel donec inueniã aliã digniorẽ honore vel facultatibus, vel si pro quæstu te adulterandũ tradas. Quæritur, vtrum in talibus casibus teneat matrimonium? Rñdet Papa, quantũcũque matrimonialis cõtractus sit fauorabilis, tñ in casib. prædictis caret effectu. q̃uis aliæ appositæ conditiones in mrimonio, si turpes fuerint, aut impossibiles debeant pro non adiectis haberi p p fauorẽ matrimonij. No. q̃ conditio apposita in matrimonio cõ substantiã ipsius reddit matrimonium nullũ. Aliæ verò conditiones pro nõ adiectis habentur, si apponantur.

c Contra substãtiã coniugij.] q̃ dr hic, sumptũ fuit de illo canone. 22. q. 2. solet. & c. aliqñ. No. ergo q̃ quædam conditiones 1 apponi possunt i matrimonio licite q̃ à iure admittunt, puta si centum mihi dederis, si patri meo placuerit, vt s. eo. de illis. sup. eo. per tuas. hmõi n. conditiones honestæ sũt, nec sũt cõ substãtiã matrimonij: q a potest esse cũ illis & sine illis: vñ dẽ nõ probat hoc esse, q̃ ab hoc contingit abesse. s. de transla. iter corpalia. Est & alia cõditio honesta, quæ est de substantia matrimonij, vt cum Christianus dicat Iudææ vel hæreticæ; cõho tecum, si vis fieri Christiana: sine ista non 4 teneret matrimonium. 28 q. 1. non oportet. Sunt & aliæ cõditiones inhonestæ, & turpes, de quibus hic fit mentio; & illarum quædã sunt cõ substantiam matrimonij, ita ut illis appositis non teneat matrimonium, de quib. hic habes in principio, & c. pdictis, solet aliqñ. Sunt & aliæ inhonestæ, turpes, aut impossibiles, ut si dicatur contraho tecum si furtũ feceris, si homicidiũ feceris, istæ enim sunt turpes. Idẽ est si sit impossibilis, vt si dico. Cõtraho tecũ si dederis mihi imperium, si digito cælum tetigeris. ff. de inru. rup. testa. l. cum in secundo. huiusmodi conditiones non sunt contra substãtiã matrimonij, & de talibus intelligitur, quod dicitur in fi. si turpes aut impossibiles: & ideò si apponantur, pro non adiectis haberi debent, vt dicit in fi. & s. eo. c. 1. quod de huiusmodi conditionibus intelligitur, & matrimoniũ tenet. & sic vr q̃ omnis conditio, quæ est cõtra naturã contract⁹, ipsũ impediat, si apponat. Et hęc est ratio, cũ tria debeant esse bona matrimonij saltem quo ad propositum. s. fides, proles, & sacramentum. 27. q. 2. omne itaque. Per illas tres conditiones extinguuntur illa tria bona, quæ in quolibet matrimonio necessario requirũtur, aliter, non erit matrimoniũ, vt hic patet. Sed cõ vr 10. q. 1. c. 1. vbi tenet contractus non obstante cõditione cõ naturã contractus. Et arg. cõtra 28. dist. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se velle habere vxorem, quod est contra ordinis substantiam. Idem quid si dicat, profiteor talem religionem, ita quod possim proprium habere, & vti matrimonio. Videtur quod tenet monachat⁹. j. ti. prox. insinuante. Nõ credo quod teneat monachatus sub hac conditione: quia illa est contra substantiã monachatus. supra de statu mona. cum ad monasteriũ. in fi. & ar. s. de conue. coniug. dudũ. hęc fuit opinio Hug. quam inuenies. 19. q. vlt. c. si qua mulier. § nunc autem. Alij contradicunt.

d Si generationẽ. &c.] ista * cõditio est cõ bonũ prolis

e Donec inueniam aliam.] hęc * conditio est cõtra sacramentum, quod debet esse indiuiduum.

f Aut si pro q̃stu.] exemplum * est de conditione, quę est contra bonum fidei.

[Glo. seq.

† cõmixtione.

1 De hac quęstione uide Aretinum consil. 82. & omnino Syluestrum in summa, uerbo matrimonium 3. q. 8. ubi optime interpretatur sententiam glossæ & Doctorũ hic.

2 Idem hic Vin. & Gof. supra c. prox. quia ex conditionali obligatione sola spes oritur. Insti. de uerb. oblig. ex conditionali. Io. An.

3 Hæc opinio glossæ cõiter reprobatur, & preter Doctores hic uide omnino Sotum libr. 4. sen. dist. 29. q. 2. art. 1. uersi. hinc. colligitur Syluestrum uerbo, matrimonium 3. q. 2. & Couarruiam in epitome li. 4. decre. par. 2. cap. 3. §. 2. ver. est & aliud.

[Gl. seq. dat simile in vltimis voluntatibus.]

a Impossibiles.] sim. s. de pact. c. vlt. & sic in testamento turpis conditio pro non adiecta habetur. C. de insti. & substi. reprehendenda. & ff. de condi. instit. quidam. & C. de his quæ pę. nomi. in testa. re. l. vnica, in fine. & ff. de lega. 1. tur pia. ff. de vsu & habi. sed neque. sic turpis siue impossibilis stipulatio, etiã in alijs contractibus nõ obligat. ff. de verb. oblig. generaliter. & l. Seq. & ff. de act. & oblig. non solum. Insti. de inuti. stipulatio. §. impossibilis.

b Propter eius fauorem.] sic ergo matrimonium est fauorabilis est: vnde propter ipsius fauorem pater & mater in ipsius prærogatiua ad testimonium admittuntur, qui in alijs cõtractibus repelluntur. j. qui matri. accus. pos. videtur in fine. & plura alia specialia ibi obseruantur, vt notat s. vt lite nõ cõtestata. ca. 1.

tæ in matrimonio, si turpes aut impossibiles[a] fuerint, debeant propter eius fauorem[b] pro non adiectis haberi.

TITVLVS VI.

Qui clerici vel vouẽtes matrimonium contrahere possunt.

QVI CLERICI vel vouẽtes matrimonium contrahere possunt.

¶ Supra visum est de vno impedimẽto cõtra substantiam matrimonij, nunc restat videre de alijs impedimẽtis. Et aduerte, quod rubrica ista nihil ponit dispositiuè, sed procedit interrogatiuè, scilicet, q clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt.

De hac materia tractatur 27. dis. per totum. & 17. q. 1. & q. 2. & 27. q. 1. per totum.

¶ Alexander iij. Rhemeñ. archiepiscopo.

¶ Diaconus vel subdiaconus matrimonium cõtrahere non possunt, & si contraxerint, etiam si sint facti irregulares, debent separari.

CAP. I.

DE † diacono, qui in sabbato sancto alium diaconem vulnerauit, & vxorem[c] accepit: Hoc tuæ prudẽtiæ respondemus, quod si contrito & humiliato[d] corde ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa, quam accepit in vxorem, & absolutione[e] obtenta: iniuncta † sibi pęnitentia de vtroque excessu, post eam peractam, dispensatiuè[f] poteris ei diaconatus officium reddere: & si perfectæ vitæ & conuersationis fuerit, eũ in presbyterum ordinare. Subdiaconem autem, siue hominem interfecerit,[g] siue non, matrimonium non posse contrahere, sacrorum canonum[h] censura demonstrat.

† al. ita: iniũcta quoq; sibi, &c.

DE diacono.] Habet duo dicta. Secundum ibi, Subdiaconem. Abbas.

CASVS. Quidam diaconus in sabbatho sancto alium diaconem vulnerauit, & vxorem accepit: Quid sit agendum de ipso queritur, Respondet Papa, si corde contrito & humiliato ad ecclesiam redire voluerit, absolutione obtenta, & imposita sibi pęnitentia de vtroque excessu, ea peracta poterit episcopus suus cum ipso dispensare, & officium diaconatus sibi reddere, & si bonæ vitæ apparuerit, in presbyterum ordinare. In fine dicit, quòd diaconus qui homicidium fecerat siue etiam non fecerat, matrimonium contrahere non potest. Nota quòd episcopus potest dispensare cũ his qui in sacris ordinibus contrahunt matrimonium.

c Vxorem accepit.] de facto: quia non potuit de iure. 32. dist. erubescant. & ca. placuit.

d Contrito & humiliato.] aliàs non est recipiendus: quia venia nõ datur nisi correctis. 24. q. 2. legatur. nec potest gaudere se correctum, nisi prius doleat se fuisse peruersum. 23. q. 7. quemadmodum. Et dicit lex, delicti enim veniam pęnitentibus indulgemus. C. de hære. Manichęos. C. de summa Trini. & fide catho. l. vlt. & de pœn. dist. 1. neminem. & de consecr. dist. 4 omnis qui. & dixit Salomon. Qui abscondit peccata sua, non videbit lumen in æternum.

[Glos. seq. recit. per quæst. s. à quo debeat absolui: & dupliciter soluit.]

e Absolutione obtenta.] non dicit à quo debet peti, vnde vr quod à Papa tm, 17 q 4. si quis suadẽte & pcipuè pp atrocitatẽ facti, vndè et si eẽt monachus, abbas ipsum absoluere non posset. j. de senten. excom. cum illorũ: Vel fortè ex ista indulgentia speciali ipsum potuit absoluere, quod est verũ, vt patet in antiqua.

[Gl. seq. alle. concor signat contrariũ, & soluit, secundò signat contrarium, & ibi remittit.]

f Dispensatiuè.] & ita epi possunt etiam dispensare cum clericis constitutis in sacris ordinibus, si contrahant de facto sic. s. de cle. coniu. sanè 2. Arg. cõtra s. de biga. nuper. sed illud intelligitur de illo, q in sæculari habitu vnam habuit de iure vxorẽ, & in sacro cõtraxit: cum illo tanquam cum bigamo non potest dispensari. argum. contra. j. c. prox. sol. vt ibi. B.

[Glo. seq. reci. per q. quę fuit dubitationis causa.]

g Interfecerit.] putabat enim fortè iste archieps pp homicidiũ, quod degradari debeat, & quod amisisset ordinem, quod non est verum: quia character in anima impressus non tollitur, vt 1. q. 1. quod quidam vnde non potest cõtrahere, propter delictum enim non est alicui subueniẽdum. ff. qui ex cau. maio. sed & si per prætorem. §. actio, nec stulti melioris conditionis debent esse quàm periti. ff. quòd vi aut clam. seruus. nemo enim delinquendo fit melior, ff. ad l. Fal. pretia. 3 & 16. q. 1. legi. sic malæ fidei possessor nõ debet esse melioris cõditionis quàm bonæ fidei ff. de petitione hæreditatis, si à domino, vel à patre. §. si prædo.

h Canonum.] 32. dist. si quis eorum. & cap. de illu & c. 1. & 84. dist. cum in preterito. Ber.

¶ Idem Cęnoman. episcopo.

¶ Subdiaconus matrimoniũ contrahere non potest.

CAP. II.

EX † literarum tuarum tenore accepimus, quod lator præsentiũ in subdiaconatus officio constitutus, quandam sibi in coniugẽ copulauit, quam † eundem

† Ca. 2. e. tit. in 1. comp. & post cõc. Lat. par. 50. c. 59.

† al. ita, quã eãdẽ, &c. in altero veteri ita: quàm eundem P. nomine abiurare, &c.

3 Loquit de estimatione serui q dedit noxam. Ioan. And.

EX literatum.] Communis diuisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi, Super quo. Abbas.

CASVS. Quidã subdiaconus copulauit sibi quandam mulierẽ in vxorem: Eps suus fecit illũ abiurare ipsam, mittens ipsum dño Papæ, petens quid fit de ipso faciẽdum; Papa commendat ipsum, mandans quatenus si ad religionẽ transire voluerit, & dignus apparuerit, poterit illũ ad maiores ordines promouere: quòd si ad religionẽ transire noluerit, neq; in subdiaconatu pmittat illum administrare, neque ad maiores ordines promoueri: Sed in minoribus poterit ministrare. Nota, quod hic non permittit Papa dispensare cũ illo, qui contraxit in ordine subdiaconatus. Sed in præcedenti capitulo dicit Papa, quòd episcopus cum tali dispensare potest: ratio redditur

redditur in glossa in capitulo isto signata. Item fauore religionis mitius agitur cum aliquo. Item si subdiaconus contrahit matrimonium in ordine subdiaconali, ministrare non debet.

[Gl. seq. signat contrarium & soluit dupliciter.]

a Abiurare.] arg. cõtra. ī. de cohab. cle. & mulie. clericos. illud intelligẽdum est vbi suspicio habetur de periurio, vt sæpè faciũt inter se côcubinarij, tunc nõ exigitur iuramentum, vt ibi satis colligit: vel illud circa contubernium, hoc in diuortio cuiuscumque matrimonij. 34. q. 6. ab isto de.

[Glos. seq. obijcit decretali proximæ & soluit dupliciter.]

b In subdiaconatu ministrare.] arg. cõtra ī. c. px. vbi dispensatur cum eo, q in pluribus deliquerat, quã iste: Quę fuit ergo ratio? placuit hoc dño Papæ, vt maiorẽ gratiam ı faceret illi quã isti. Illa potuit esse ratio: quia nõ videbatur verè pœnitens, & præsumptio erat contra ipsum de sua incontinentia, & cum talibus non est dispensandum, cum pro reuersionis spe prauæ actionis desideria concipere non formidant. 50. d. c. 1. & c. vt cõstitueretur. & ideò Papa prohibet, ne cum ipso dispenset, cum alias suo iure dispensare posset, vt ī. c. proxi. sed si intrare voluerit religionem, tunc fauore religionis poterit circa ordinem dispensare. sic ī. de aposta. c. 2. vel de consilio loquitur cum de iure suo episcopus posset dispensare cum ipso, vt ī. c. prox. & ī. de cler. coniug. sane. Ber.

c In minoribus.] sim. 30. distin. placuit. & 35. q. 8. si quis presbyter. Ber.

¶ Vox, monasticum, deest in omnib. manuscriptis.

¶ al. ita, q si ad religionẽ se conferre, &c.

¶ Vvigorniẽ. Vvigorn.

ı Vin. ponebat talẽ versiculũ, Hic est ergo minor, ibi dispensatio maior.

¶ Cap. 6. eo. tit. in 1. cõp. & post Cõc. Lateran. pa. 6. c. 9. Vide oinò magistrũ sen. ibi Doctores li. 4. dist. 37. & 38. & B. Th. in quæstionib. additis ad 3. part. q. 53. ar. 1. & 2.

abiurare[a] fecisti; Super quo prudentiam tuam in Domino commendamus: Mandantes, quatenus si ad monasticum† ordinem transire voluerit, & tibi post laudabilem conuersationem ipsius visum fuerit, eũ ad maiores ordines promoueri concedas, quod † si ad religionem se transferre noluerit, eum neque in subdiaconatu [b] ministrare, neque ad altiores permittas ordines promoueri: in minoribus [c] tamen ordinibus poterit ministrare.

¶ Idem Vigorien. episcopo.†

¶ Votum sollemne impedit & dirimit matrimonium post contractum; votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum.

CAP. III.

Meminimus: †[d] & infra. ¶ Respondemus, quod si quisquam, qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem[e] fecit, postmodũ sibi aliquam copulauerit, est cogendus ab ea recedere, & ad ecclesiã cui se contulit, sine contradictione transire. Verum si nec habitum [f] susceperit, nec professionem, sed votum solummodò fecit, & se ad religionem transiturum [g] promisit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad religionem transire, & matrimoniale votum rescindere.

Meminimus.] in prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda distinguens responsio. Secundum membrum ibi, Verum. Abb. Sic.

Aliquis suscepit habitum religionis: quæritur, an possit postea contrahere matrimonium? Respondet Papa, quòd si se deuouerit religioni, & professionem fecerit, postea matrimonium contrahere non potest: quòd si contraxerit postea compellendus est eam dimittere, & ad monasterium redire: sed si nec habitum suscepit, nec professionem fecit, sed solummodò votum fecit, si postea contraxerit, non est cogendus ad religionem transire, nec matrimonium debet rescindi. Nota, quòd votum simplex non impedit matrimonium contractum, cum sit fortius vinculum, quam votum simplex.

[Glos. seq. casum inchoat.]

d Meminimus.] CASVS. * Aliquis promisit transire ad religionem, & habitum religionis suscepit, postea contraxit matrimonium, quæritur, quid iuris? & respondetur prout sequitur in litera.

e Professionem.] quæ etiam sola facit monachum. ī. de reg. porrectũ. vndè in sæculo remanere nõ debuit, nec cõtrahere matrimonium, imò compelli debet redire ad monasterium. ī. de re. si cui. vt hic dicitur. argu. 27. dist. quod interrogasti. & 27. q. 1. quasi per totum.

[Glos. seq. soluit contrarium.]

f Nec habitum.] maximè: quia solus habitus nõ facit monachum, sed pfessio regularis. ī. de reg. porrectum. nisi gestaret habitum monachalẽ cum alijs per annũ: quia tunc præsumiẽ professionẽ fecisse, vt postea ei exire nõ liceat. ī. de re. ex parte. & c. vidua.

g Transiturum promisit.] & ita votum fuit simplex tãtum: quod per fortius vinculum tollitur. ī. eo. rursus 27. dist. si vir. 27. q. 2. nos nouimus. æqualiter 3 tñ cũ sollemni obligat apud Deũ, vt dr. it illa decretalis, rursus. vbi de hoc dicetur.

¶ Idem Lucen. episcopo.

¶ Susceptio habitus professorum extra religionem à non habente potestatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.

CAP. IIII.

Consuluit † nos tua fraternitas, quid faciendum sit de nobili muliere, quæ vestibus pretiosis abiectis, mutauit habitum, [h] & de manu presbyteri velamen [i] assumpsit,

Consuluit.] Susceptio habitus sine professione non dirimit matrimoniũ cõtractum, sed cõtrahẽdum impedit. hoc dicit. sed hæc summatio est nimis generalis. Primò ponit consultatio. Sedò risio ibi, Cõsulatiõi. Ab.

CASVS. Quædam nobilis mulier vestibus pretiosis abiectis mutauit habitum, & de manu presbyteri velũ assumpsit, sed nõ renunciauit proprijs, nec intrauit claustrum, nec in manu alicuius professa est, vel obedientiã promisit; postmodum anno elapso matrimonium contraxit; Quæritur, quid iuris? Respondet Papa, quòd sicut simplex votum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum, ita habitus sine professione susceptus impedit ne contrahatur, sed non dissoluit iam contractum. Nota, quòd votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Item habitus sine professione monachum non facit.

h Mutauit habitum.] nulla facta professione seu voto, vndè non impeditur 4 matrimonium. 17. q. 2. Consaldus. & ī. eo. c. prox. Ber.

i Presbyteri velamen.] scilicet, probationis, qui distinctus esse debet ab habitu professorum. ī. de regu. c. penul. qui non dirimit matrimonium iam contractum. ī. c. proxi. & ī. eo. rursus.

a Non

a Non renunciauit.] per hæc, quæ hic enumerantur patet, quòd non assumpsit religionem, nec habuit propositum mutandi seculum: vndè liberè exire potuit infra annum, & etiam anno completo. supra de regular. cap. penult. vbi dicitur, quòd euidenter debet apparere ꝗ seculum mutare voluerit, & ita signa mutationis euidenter debēt apparere, ad hoc vt aliquis censeatur monachus alias exire poterit ĩ. annum, & anno finito. 20. q. 1. illud.

b Super altare.] vide qualiter quis potest profiteri in manu episcopi. 27. q. 1. viduitatis. & in manu etiā monachi. & ĩ. eod. insinuante. & coram sacerdote per ipsius benedictionē. 27. quæst. 1. sciendū. & 20. quæst. 1. vidua. & sup. altare, vt hic dicit.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c Non dirimit.] 27. distinct. cap. presbyterus § hinc distinguendum. & cap. si vir. & infra eod. rursus sup. de regu. porrectum.

d Susceptus.] sed videtur, quòd eo ipso, quòd suscepit habitū & velamen, votum suū sollemnizauerit, ita vt ad monasterium redire cogatur. arg. ĩ. de regul. vidua. 27. dist. quod interrogasti. litera illius c. satis soluit contraria illa; hic cōstabat, quòd absolutè habitum non mutauit, ibi verò eo animo & ꝓposito habitum & velamen susceperunt, vt monachæ essent: vndè postea non audiuntur, etiam si contrarium vellent iurare. Ber.

sed nō renunciauit a proprijs, nec intrauit claustrū, nec in manu alicuius episcopi, abbatis, vel abbatissæ, aut super altare b professa est, vel obedientiam promisit, postmodū verò elapso anno, abiecto religionis habitu, cuidā nobili nupsit: Consultationi tuę taliter respōdemus, ꝙ sicut simplex † votum matrimoniū impedit contrahendum, & non dirimit c iā contractum: ita habitus sine professione susceptus, d ne contrahatur impedit, sed cōtractum nequaquam dissoluit.

¶ Idem.

¶ Votum castitatis de præsenti impedit matrimonium contrahendum: ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoque permittit. h. d. inhærendo litera.

CAP. V.

VEniens † ad præsentiam nostrā M. eremita proposuit, quod I. mulier cuidam viro absenti, e fide data, se nupturam promisit: f sed postmodum audiēs plura de seueritate g ipsius, ei noluit copulari. cū itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manib[9] suis continentiæ votū h promisit: non tamen locum, aut vestem mutauit: quo audito vir aliam sibi copulauit. ¶ Nos itaque attēdentes tutius esse, vt præfata mulier post fidem, & votum simpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quàm fornicationis i reatū incurrat: Mandamus, quatenus si plus non processit, sibi de fide mētita & voto violato k cōgruam satisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubendi in Domino licentiā tribuere non postponas. l

¶ Cælestinus tertius.

¶ Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimoniū sequens: secus in voto sollēni.

e Absenti.] argument. quòd matrimonium inter absentes contrahi potest. 32. quæstio. 2. honorantur. & 30. quæst. 5. nec illud. & supra de conuers. coniug. ex parte 2. & eodem modo sponsalia, vt hic. & ff. de spon. l. 4. & 5. Ber.

f Promisit.] per interpositam personam, quæ mandatū habeat ad hoc, aliàs nihil esset.

[Gl. seq. recitetur per quæstionē, an ille timor excusaret.]

g De seueritate.] timor iste van[9] erat, vndè non excusatur quo minus debeat cōpelli ad matrimonium contrahēdum ꝓpter fidem datā, si ille cum alia non contraxisset, non obstante voto simplici arg. ĩ. de spons. ex litteris 2. prima enim 3 fides seruari debet. ĩ. de sponsa. sicut. nisi fortius vinculum superueniat, vt supra de spon. si inter.

h Continentiæ votum.] mulier ista vouit continentiā, nec mutauit locum, nec vestem, nec etiam fecit professionem, & tamen post votū cōtinētię dē præsenti 4 contrahere potest. & ita est arg. opt. ꝙ votū nō sollemnizatur per votum continentiæ tantum. De hoc dicitur ĩ. cap. prox.

[Glo. seq. arg. allegat quatuor iura.]

i Fornicationis.] ar. minus malū tolerādū, vt mai[9] euitet. 33. q. 2. si ꝙ verius. 27. q. 1. hi ꝙ. 22 q. 1. cōsidera. & 4. d. deniq;

[Glo. seq. ponit duas lecturas.]

K Voto violato.] id est violando. sim. ff. de iureiur. admonendi, in verbo, absolutus, id est, absoluēdus. Vel dic, violato animi destinatione: quia petebat sibi dari licentiam contrahendi. 5 nec intelligo, quòd imponatur pęnitentia nisi sub ea conditione, si contraxit, vel imponetur postquam contraxerit, vel etiam de voluntate mutata agitur pęnitētia. arg. 17. q. 4. sunt qui opes.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

l Non postponas.] sed qualiter datur hic licentia contrahendi contra votum continentiæ, licet sit simplex, cum apud Deum æqualiter 6 obliget cum sollēni. infra cap. proxi. ergo debuit compelli, vt seruet votum sicut fit in sponsalibus. supra de sponsal. ex litteris 2. Dicas quòd non dat hic ecclesia licentiam contrahendi directè, sed est hic quædam comparatiua permissio, ne deterius inde contingat, vt ex litera paret. 7 & quia in perturbatione animi votum emisit, argumen. 17. quæstio. 2. Gonsaldus. vnde datur ei licentia contrahendi, aliàs non daretur: nā votum continentiæ seruandum est etiā à coniugatis 8 & 33. q. 5. quod Deo pari.

VEniens.] Primo narrat casum præmissa causa. Secundo ponit mandatum: ibi, Nos itaque. Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier promisit fide data se nupturam cuidam viro absenti: postmodum audiuit plura de crudelitate ipsius: noluit cum eo contrahere: & cum timeret ne compelleretur contrahere cū ipso, in manu M. eremitæ votum continentiæ promisit, quæ tamen vestem, vel locum non mutauit; Vir hoc audito cum alia contraxit. dictus eremita ad dominum Papam accessit, proponens ei prædicta: ipse considerans tutius esse, vt prædicta mulier post fidem & votum simplex matrimonium contrahat, quàm fornicationem incurrat; mandat, vt si non est amplius in facto processum, de fide mentita, & de voto violato pœnitentiam imponat, & ei det licentiam contrahendi. Nota, quòd post votum continentiæ simplex matrimonium contractum non dissoluitur.

[Glo. seq. arg. allegat tria iura.]

2 Cōco. tex. ĩ l. mulierē. ff. de ritu nupt. & ibi Doct. adde Silue. in summa, verbo: matrimoniū 5. q. 13. & 16.

3 Quidā nō habent has cōcor. & bñ faciunt, ꝙa dicit absentem sponderi sic posse dūmodo sciat, uel ratū habeat. Io. An.

4 R. dixit ꝙ fuit hic uotū de futuro. Io. And.

5 Vel forte iā violauerat inhonestè viuēdo. Io. A.

6 Vide B. Tho. citatū in ca. rursus.

7 Et hoc tenet Gof. ꝙa mulier iuuenis erat, & suspecta. & idem Ioan. 17. q. 1. in fi. Ioan. And.

8 Vide Mag. & Doct. l. 4. sen. dist. 32.

hoc ... de Apo... I. A. ... om... itatos ante remi... ... oxtie.

... leo. ... cōp. ... cōc. ... 4. ... ide ... sen. & ... ho. ... q. ... k 3. ... 88. ... d le ... fin. ... di ... h.

RVrsus.] Votum sollemne dirimit matrimoniũ ꝯtractum, scilicet sequens, simplex vero impedit, sed non dirimit. Primo ponitur qõ. Secundo distinguẽs solutio: ibi, Vnde. & secundũ mẽbrum: ibi, Quòd si, Abb.

CASVS. Quidã emisit votũ castitatis, & postea iurauit se ducturũ q̃dam i vxoré. Quæsitũ fuit ꝙ istorũ potiꝰ seruare deberat, votũ, vel iuramentũ? Rñdet Papa, ꝙ simplex votũ apud Deũ nõ minus obligat, q̃ sollemne: Vñ ꝓ eo ꝙ iurauit, agat pęnitẽtiã, & votũ suũ studeat obseruare. Si vero postq̃ iurauit ꝯtraxit, matrimoniũ tenet & valet; q. votũ simplex mrimoniũ ꝯtrahẽdũ impedit, sed nõ dirimit iã ꝯtractũ. Not. ꝙ votũ simplex & sollẽne quoad Deũ ęqualiter obligãt. Itẽ votũ simplex ĩpedit mrimoniũ ꝯtrahẽdũ, sed nõ dirimit iã ꝯtractum.

a Castitatis.] simpliciter. s. e. c. proxi.

† Cap. 3 conti in 2. cõp. uide B. Thõ. citatũ in c. pręcedenti. & in qõnibꝰ additis ad 3 par. qñ. 53 ar. 1. & 2. ubi explicat hãc decretalẽ & cã tribuit Clẽ. ẽ tũ sed fortassis inest mẽdum.

CAP. VI.

RVrsus † quidam votũ castitatis [a] emittens, iurauit se quãdam ducturum postea in vxorem: Vnde à fraternitate tua requisiti arbitramur, ꝙ cum simplex votum apud Deũ [b] non minus obliget, quam sollemne: pro eo quòd iurauit temere, pęnitentiam agat: & votum; quod Deo fecit, studeat obseruare. [c] Quòd si postquã huiusmodi prę stitit iuramentum, ad nuptias metu proprio cõuolasset: cum votũ simplex matrimoniũ impediat contrahẽdum, non tamẽ dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis quęstio tua continere videtur [d].

¶ Innocentius tertius Vlis. lon. † & Colimbrien. epis.

¶ *Votum sollemne impedit & dirimit matrimoniũ post contractum.*

CAP. VII.

INsinuante † I. nobili muliere, nostro est Apostolatui reseratum, quòd à quibusdã curialibus fuit regi Legionen.

[Clu. seq. reci. per obiectio. & sol. Sc̃do quærit, dicens, quod sit votũ simplex, & quod solemne. subdit opiniones diuersorum.]

b Apud deum.] ergo videtur æqualiter obseruandum et sollẽne, quod falsum est, qa sollẽne seruat post ꝯtractum matrimoniũ. ĩ. c. prox. illud vero non. 27. dist. si vir. & hic dicas, ꝙ ab initio sunt ęqualiter [1] obseruãda, & vtrumq; in tantum obligat, quod qui ꝯtrauenit, peccat mortaliter. Et dico, non minus i. non minori tẽpore: quia vtrumque in ꝑpetuum obligat, & vtriusq; ꝯtractio est mortale peccatũ, licet vnus minus peccet alio: quod patet ex minori pęnitentia. 27. dist. si vir. & 27. q. 1. virginibus. & c. deuotã. Vel hoc cõtingit ꝑ ꝑ adiunctum, s. ꝑ ꝑ bonũ matrimonij. arg. 27. q. 1. nuptiarũ & est simile quod dr̃, inter simplicẽ loquelã & iuramentũ non facit Deus differentiã 22 q. 5. iuramenti. & collige ex hoc quod hic dr̃, votum ex sui natura non dirimere matrimoniũ, sed cõstitutio facta sup voto. Quia fit hic mentio de voto simplici & sollẽni: vide quid sit vtrũque. Votũ sollemne est [2] quod fit interueniẽte aliqua istarum sollẽnitatũ, videlicet ꝑ susceptionem sacri ordinis. 28 dist. diaconi. & 84. dist. cũ in præterito. Itẽ ꝑ susceptionem sacræ vestis, quæ tm̃ profitentibus dari debet. s. de reg. statuimꝰ. & maxime si cũ alijs incipiat cantare, & obligationẽ facere in ecclesia 27. q. 1. viduæ. & s̃. de reg. vidua. & 27. distin, quod interrogasti. Tertio modo cũ ꝑ professionẽ deuouet se alicui religioni in manu abbatis vel abbatissæ, vel etiam in manu monachi. s̃. de regular. statuimus & sup. eod. consuluit. & inf. eo. cap. proxi præsentibus testibus, per quos possit probari professio, si ille negaret, & ne hoc negari possit, fiat inde publica scriptura. 27. q. 1. omnes feminæ. in qua scriptura ꝓfiteatur se velle religiose viuere. 20. q. 1. viduæ. & tale votũ impedit mrimonium ꝯtrahendum, & dirimit iã contractũ. 27 q. 1. per tot. vsq; ad c. nuptiarum. Alias autẽ votũ ꝯtinentiæ factũ, q̃ quis coram multis, dr̃ simplex, quasi nõ vestitũ, siue institutum aliqua sollemnitate & tale votum impedit matrimoniũ ꝯtrahendũ, sed non dirimit iam contractũ. quasi dicat non debet contrahere post tale votum: tamen si contrahat, tenet. sup. eo. consuluit. & c. veniens. & 27 q. 1. nuptiarum. cum seq. c. & post hoc votum continentiæ, cum quis dicit: voueo continentiam, dat ecclesia licentiam contrahendi. sup. c. prox. Hæc opinio hodie quasi [3] cõmunis est, & in hac opinione fuit Gratianus. 27. dist. §. vlt. & cap. vlt. Hug. vero dixit, quod votum continentiæ perpetuæ inter omnia vota impedit & dirimit matrimonium iam contractum, & in nullo casu est matrimonium post votum perpetuæ continentiæ, quo ad Deũ: & si postea cõtrahat, de solo facto contrahit & mortaliter peccat; & hoc dicit esse Hug. verum si votum continentiæ proprie nominatur. Proprie dicitur votum continentiæ, cum dico; voueo perpetuam continentiam. Improprie dicitur; voueo, siue promitto, quòd post annũ, siue post mortem vxoris meæ, vouebo perpetuam continentiam; quod est dicere, votum de pręsenti & de futuro. Et dicit Hug. quod sollemnitates prænotatæ, non sunt de substãtia voti, sed signa & probationes voti, si votum reuocetur in dubium. Ioannes dixit, quod si aliquis coram tota ecclesia dicat, voueo perpetuã continentiam: non sollemnizatur votum, nisi aliquid de præmissis interueniat: vnde si postea contrahat, tenet matrimonium. Hug. vero contra, vt patet. Sed certe quod dicit Hug. magis videtur tutum: licet enim aliquis non efficiatur monachus, bene potest se obligare ad continentiam perpetuam per votum, sicut potest se obligare ad alia vota: quia uotum continentiæ excedit omnia alia uota, unde non posset commutari in maius bonum. arg. 32. q. 1. nuptiæ. unde & si coniugati continentiam promittant, eam seruare tenentur 33. q. 5. qd Deo pari. Hugo contradixit Alexandro supra c. proximo, cui potius standum [4] est.

ADDITIO. Vnde versus.

Votum sollemne demonstrant quattuor ista:
Ordo sacer, scriptum, professio præstita sponte.
Et professorum vestis suscepta scienter.

Vel sic.

Ordo sacer, vestis, professio religionis,
Quæ sit facta palam faciunt sollemnia voti.

c Obseruare.] quod si prius iurasset, & postea uotum simplex emisisset, tene quod dicitur supra de spon. commissum.

d Videtur.] quia remanebit cum illa. s̃. eo. consuluit.

INsinuante.] Primo ponit factũ. Secundo diffiniendum committit. ibi, Nos igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam curiales regis Legionen. supplicauerunt ipsi regi, ut I. nobilem mulierem faceret copulari in matrimonium cuidam uiro. Cum istud peruenirèt ad notitiam consanguineorum, ipsi eidem mulieri consuluerunt, ut uirum acciperet: & ipsa respondit, quod nubere nolebat, consilium recipiens ab eisdem quod uotum emitteret castitatis: quod fecit in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini, hoc adiecto tenore, quod in domo sua cum omni substantia remaneret, & sic in habitu eiusdem ordinis postea per biennium permansit, coactam & inuitam metu regio id asserens se fecisse; Tandem considerans, quòd inuita uotum emiserat, eo dimisso matrimonium publicè contraxit de parentum consilio

[1] Fodẽ mõ explicat B. Tho. initio decre. citatꝰ d. q. 53. arti. 2. ad 1. arg. ubi addit [alia, quæ hũc locum illustrant.

[2] Vide Mag. sẽ. & Docto. scho asticos li. 4 dis. 38. & oĩo B. Th. 2. 2. q. 88 artic. 7. & ibi Caiet. & de materia glossæ ad c. hic plenissime ꝑ Prę positum]

pro ipsius copula supplicatū, a quod cū ad consanguineorum eius notitiam peruenisset, vt maritū acciperet, ei sub obtestatione regia suggesserunt: ipsa verò quod tūc nollet nubere ꝓtestans, consilium accepit ab eis, quòd votū emitteret castitatis: quod in manibus b cuiusdā de fratribus sancti Augustini fecit, † eo adiecto tenore, vt in domo c propria cū oī substantia sua remaneret. Sanè in eiusdē ordinis habitu, biennio post permāsit, licet id se inuitam fecisse asserat & coactam, nō tamen metu regio, quam parentum: & infra.

¶ Tandem attendens, quod inuita votum emiserit, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaeli † publice fuit matrimonialiter copulata: de quo † quatuor sustulit filios tēpore procedente, & infra. ¶ Nos igitur attendentes, quod in emissione voti, quod p̄cessit, nulla vel modica e coactio affuisset, quam patiētia f & perseuerantia sequētis temporis penitus profugauit, & quod sequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta. Mandamus, quatenus si pręmissis veritas suffragatur, præfatā mulierē ad malè dimissum religionis habitum resumendum, & seruandum quod vouit, monere & inducere procuretis; & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coercere.

TITVLVS VII.

De eo † qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

¶ Alexander iij. Abbati Sancti Albani.

¶ *Si quis viuente vxore contrahit cum secunda hoc ignorante, prima mortua; ad sui petitionem non separabitur à secunda.*

CAP. I.

PRopositū † est nobis, q̄ vir quidam vxorē habēs sibi aliam

…mo: mulier desiderans aīæ suæ saluationem, dño Papa fecit scribere prædicta: Vnde Papa scribit duobus modis, considerans q̄ in emissione voti quod pręcessit, nulla vel modica coactio interuenit, quā etiam patiētia temporis sequentis profugauit, & coniunctio iniqua fuit: mādat, quatenus si prædicta vera sūt, p̄dictā mulierē moneant, vt habitū malè dimissum reassumat, & seruet qđ vouit, & si opus fuerit, p censurā ecclesiasticā compellāt eandē. Nota, q̄ quis pōt ꝓfiteri in manu monachi. Item votum cōtractum per metum, per patientiā sequentis temporis fit validum, & postea violētia profugat. Item q̄ habitum regularem dimittit, debet compelli ad reassumēdū.

a Supplicatū.] contra illa iura; nam à principe non est petēda vxor. 36. q. 2. nullus & pęnam deportationis meretur. C. si nu. ex rescrip. petāt l. 1. & quia debent esse libera 1 matrimonia supra, de sponsalibus. Gemma.

b Quod in manibus.] & ita solemnizauit votum cōtinētiæ, tradendo se ordini sancti Augustini in manib' illius monachi, vt ꞇ. patet, & habitum professorū suscipiendo.

[Gloss. seq. obijcit ꝓbans p quatuor iura pro textu in sucit duo, sed concludit ꝓ obiectione. ponit opinionem & remittit, & ad hanc litteram respon.]

c Vt in domo propria.] ergo non erat monacha, ex quo ꝓ propriū retinere. arg. s. de statu monachorum ad monasterium. in fi. cum talis conditio sit contra substantiam monachatus. s. de conditio. appo. ca. fi. & 32. q. 2. solet. & argu. ff. de actio ni. & obli. non solum. Argum. 10. q. 1. sic quidem. & s. de condit. appo. cap. 1. talis enim conditio est contra substantiam monachatus, vnde ea retenta impedit monachatum. Quidam tamen dicunt', quod ea adiecta tenet monachatus & pro non adiecta haberi debet. arg. huius litteræ. De hoc dixi s. de condit. apposi. cap. vlt. verba ista in domo propria, cum omni sua substantia: sic expone, idest, cum vsufructu suæ substantiæ olim ante monachatum; vt de vsufructu illarum rerum victum & vestitum haberet in vita sua: quicquid enim sup. e. st, debet esse & est monasterij: & si quid deest ei, suppletur à monasterio. similis enim expositio habetur 27. q. 1. si quis rapuerit, & sic ista erit monacha, & potest remanere in domo quondam sua, cum vsu rerum, quas contulit monasterio. sic 27. q. 1. de viduis.

[Glo. seq. arguit, signat ꝯriū, & arguēdo dat simile.]

d Metu regio.] arg. q̄ imperiū regiū non sufficit ad iustum metum. argu. C. q̄ met. cau. ad inuidiam, arg. ꞇ. C. eod. l. vlt. & 23. q. 8. conuenior. similiter imperium parentum non sufficit. ff. de ritu nuptia. si patre. 32. quę 7. omnes causationes.

d Vel modica.] nota, q̄ leuis metus nō excusat i voto, vt hic & s. quod met. caus. cū dilecti. sed in electione leuis metus sufficit 1. q. 1. si quis antē. similiter in matrimonio, vt videtur: quia plena debet sēcuritate gaudere, vt s. de spon. cū locum, ff. de rit. nup. si patre. tamen talis debet esse, qui possit cadere in constantem virū. ꞇ. de spon. veniens 2. & c. consultationi.

[Glo. seq. no. quod ex tempore, &c. allegat sex iura.]

e Patientia.] nota, q̄ ratione temporis euanescit exceptio: quia præsumitur cōsentire. 1. quæst. 1. cōstat. s. de spon. ad id quod. ꞇ. de frig. ca. 1. C. quod met. caus. l. 1. ff. de condi ob tur. cau. si ob turpem. ff. de rit. nup. si pater. Bern.

† De materia huius tituli vide Magistrū sent. & ibi item Theologos scholasticos li. 4. dist. 37.

DE EO QVI DVXIT I MATRIMONIŪ, QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

¶ Supra visū est de quibusdam impedimentis matrimonij, scilicet ordinis, & voti: nunc subijcit de alio impedimento, quod scilicet causatur ex adulterio vel machinatione in morte coniugis. Abb. Sic.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōp. & post cō. i. Lateranē. par. 6. cap. 1. Vide Magistrū lib. 4. sen. di. 35. §. solētēs qri.

De hac materia tractatur 31. q. 1. & 32. q. 4. per totum. & q. 7. in multis capitulis:

PRopositum.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Licet autem. Abb. Sic.

CASVS. Quidam habens vxorem, ea ignorante cōtraxit cum alia: Tandem prima mortua vult recedere à secunda: quæritur quid iuris? Respondet Papa, quod licet in canonibus habeatur, vt nullus ducat in matrimonium, quam polluerat prius per adulterium, & præcipue illam cui fidem dedit de ea ducenda viuente vxore, vel quæ machinata est in mortem vxoris: tū quia mulier fuit nescia, q̄ ille haberet aliam vxorem viuentem, & ille vir de dolo suo cōmodum non sentiat, dicit Papa, q̄ nisi mulier illa diuortium petat, ad petitionem viri non sunt aliquatenus separandi. Nota hic duos casos in quibus non potest

 quis con-

quis contrahere cum ea, cum qua adulteratus est. Item de dolo suo non debet quis commodum habere. Item argumentum, quod cõtractus pro parte tenet, & pro parte non tenet.

[Gl. seq. tractat quomodo ignorantia valet ad duo, residuum recitat per q̃stionẽ, an mortua prima incipiat esse matrimoniũ. soluit, & dat simile, allegat duo iura in 3rium.]

a Insciam.] hoc excusauit mulierẽ ab adulterio, q2 ignorãs non committit adulterium. 34. q. 2. in lectum. & ff. de adul. l. vlt. alioquin si fuisset cõscia, nõ posset postea cũ eo remanere. j. eo. cũ haberet. imò plus pdest. q2 filij de tali matrimonio legitimi sunt cẽsendi, pp bonã fidẽ vxoris j. q. fi. sint legi. ex tenore, & c. cum inter. & tñ non fuit matrimonium inter eos, etiam post mortem primæ vxoris: licet enim ista crederet eũ liberũ, ligatus tñ erat: & in primo consensu; qui nullus fuit, intelligitur perdurare. sicut non matrimoniũ cõtrahitur cũ seruo, licet credatur liber, aliàs non contractura, etiam si postea manumittere tur eo ignorante: quia post manumissionem factam manendo cum eo, approbare semper intelligitur primũ consensum, qui erroneus fuit, & non alium: vnde matrimonium non procedit. Arg. j. ff. de offic. procon. obseruare §. vlt. imò vr expressum ff. de iure do. Proculus. prius dictum verum est, tamen si mulier vult, compellitur ipsam ducere propter dolum & fraudem illius, vt in fine dicit.

† al. ita: in canonibus habeatur expressum.

† Vide l. iure gentiũ. & ibi gl. ff. de ritu nup.

huiusmodi rei insciã [a] copulauit. sed prima mortua nitiš discedere a secunda. & inf. ¶ Licet autem in † canonib. [b] habeatur, vt nullus copulet matrimonio, quã prius polluerat adulterio: & illam maximè, cui fidem dederat [c] vxore sua viuẽte, vel quæ machinata [d] est in mortẽ vxoris: quia tñ præfata mulier erat inscia, quod ille aliam haberet vxorem viuentem: nec dignum est, vt prędictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo [e] reportet: † Consultationi quæ taliter respõdemus, quod nisi mulier [f] diuortium petat, ad petitionẽ viri non sunt aliquatenus separandi.

b In canonibus.] 31. q. 1. c. 1. & j. eo. ex 1tuarum. cum haberet. & c. vlt. in fi.

c Fidem dederat.] vel si de facto eam duxit. j. e. cum haberet, & supple, & eam cognouit viuente sua vxore: alias non impediretur contrahere cum ea. j. eo. c. vlt.

d Machinata.] 31. q. 1. si quis viuente. & j. e. sup hoc.

e De suo dolo.] s. de rescri. sedes Apostolica. & 30. q. 1. dictum.

[Gl. seq. arg. q contractus claudicat allegat 12. iura.]

f Nisi mulier.] & ita compellitur vir remanere cum ea, si voluerit, p p culpam & dolum ipsius viri, sed ẽ cõuerso. sim. j. de adul. c. 2. & ita est arg. q 3tus pro parte tenet, & pro parte non s. de despon. imp. de illis. ff. man. potest. C. de resci. vẽ. l. 2. & insti. de auct. tu. circa prin. ff. locati. sicut emptio. § interdum. & ff. de act. emp. & ven. Iulianus, §. si quis à pupillo. 29. q. 2. si qs ingenuus. 32. q. 5. proposito. & 31. q. 2. aliquando. & 37. q. 2. §. 1. & 31. q. 2. c. 4. & 5. si tamen cõtraheret cum alio, teneret matrimonium. j. eo. veniens.

ADDITIO. Et hoc est verum, ante primum vel nouum consensum.

Significauit.] In prima parte decisa consultatio. In secũda ibi, Mandamus distinguẽs cõmissio. & secũdũ membrum ibi, Alioquin. Abbas.

CASVS. Quidã O noie. Andegauensis coactus fuit iuramẽto interposito quandã mulierem recipere in vxorẽ; Post modum aliã in vxorẽ accepit, g pp quã dicta A. cũ traxit in cãm corã Eboraceñ. archiepo, q cõpulit ipsũ O. iurare, q ad illam, quã spõte cepit in vxorẽ, non accederet, donec inter ipsũ O. & dictã A. lis esset in ecclesiastico iudicio terminata: Sed anteq̃ cã cognosceret, pdicta A. diẽ clausit extremum, tñ idem O. n audebat redire ad illam, quã spõte acceperat, pp iuramentũ vnd hoc significauit dño Papæ: vnde mandat Papa cuidã Abbati, quaten si cõstiterit, q illi O. tãta vis fuerat illata, q coactus & non sponte in illã A. cõsenserit, nec post iuramentũ pstitũ eã cognouit: ad illã quam postea spõte accepit, libere reuertat: alioquin eidẽ pcipiat sub interminatione anathematis, ne ad sũdam fuer tat, aliã tñ accipiat, si volu rit i vxore. Nota q matrimoniũ q vim actũ nõ valet: quia libera dẽbẽt esse matrimonia. Item licet vis pcesserit, verũtñ p sequentẽ carnalẽ copulã cõsũmat matrimoniũ. Itẽ qd ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit.

¶ Idem abbati de Fontibus.

¶ Si viuente prima vxore, & non cognita, quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognouit: etiã mortua prima secundam habere non potest, & secus si prima erat non legitima vxor.

CAP. II.

Significauit † g nobis O. Andegauensis; & infra. ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quod eidem O. tanta vis [h] illata fuerit, quod non spontè, in primam consenserit, nec post pręstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit, [i] propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in vxorẽ accepit, reuertendi liberam tribuas facultatem. † Alioquin sibi, ne ad secundam [k]

† Casus m. cont. & par. Linna pa. 6.

† Vide l. filiũ. C. ...

† Præsu...

g Significauit.] iste O. coactus fuit quandam desponsare in uxorẽ pstito iuramento: postea verò 3xit cũ alia spontanea uoluntate conscia huius facti: prima petit illum in uirum coram Eboraceñ. Archiepiscopo, qui eũ cõpulit recedere à secunda præstito iuramento, donec lis iudicio esset ecclesię terminata inter ipsum & primam: lite pendente mortua est prima: dubitabat iste O. an deberet redire ad secundam, quam sponte duxerat in vxorem. Respondet Papa, prout sequitur.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

h Tanta vis.] q possit cadere in constantem uirum. j. de spon. veniens 2. & c. cõsultationis. sim. j. q d me casperlatum. & c. cũ dilecti. Arg. j. 15. q. 1. merito qri. & s. de iureiu. si uerò. Iuramentu istud poterat seruari sine interitu aiæ, ergo debuit seruari, ut ibi dr: & hæc nõ habẽt hic locum: quia matrimonia libera debẽt esse, & nõ coacta. s. de spon. cum locum. & cap. pręterea. & c. cũ qui finit. & c. Gemma.

[Glo. seq. argumentatur, allegat 5. iura.]

i Cognouerit.] quod si fecit anteq̃ contraheret cum secunda, consensisse uidetur, unde amplius secundam habere non posset. s. de spon. ad id qd. s. eo. de spon. impube. de illis. & j. de his qui ma. accusa. possunt, insuper. & est argu. q ratihabitio retrotrahitur. sic s. de regu. significatum, ad finem. 1. q. 1. constat. 63. dist. Salonitanæ. de coniug. seruo, proposuit. & s. quod metus causa perlatum.

k Ne ad secundam.] consciã huius facti: aliàs enim bene posset eam habere. s. c. proxi.

[Gl. seq. ponit brocar. ad nega. alleg. quattuor iura, ad affir. tria. & soluit.]

a Re-

reuertatur,[a] sub intermi natione anathematis in hibens, des ei licentiam ducendi aliã in vxoré.

¶ Idem Baraneñ. † episcopo.

¶ Nõ poteſt quis cum illa cõtrahere, quam uxore uiuente cognouit, ſi machinata fuit in mortem uxoris.

CAP. III.

SVper hoc verò quod q̃ſiuiſti, an liceat alicui cũ ea cõtrahere matrimonium, quã vxore ſua uiuente ſibi de facto mr̃imonio copulauit,[b] Taliter reſpondemus, ꝙ ſi adultera eſt in mortẽ vxoris aliquid machinata[c] ſiue fidem[d] dederit, (ſiue † non) quòd ea defuncta hanc eſſet ducturus: ſecundum canones ab eius cõſortio ꝓhibetur: & hæc prohibitio ꝑpetuò eſt ſeruanda.

¶ Clemens tertius.

¶ Qui uiuente vxore etiam ab eo ſeparata quo ad torũ, ſecundam conſciam ducit uxorem, prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit.

CAP. IIII.

EX† literarum tuarũ inſinuatione accepimus, ꝙ T. vxorem ſuam in adulterio deprehenſam,[e] de tui anteceſſoris aſſenſu abiecit: quæ poſt modum accepit † habitum monachalem: ſed dictus T. antequam illa decederet, aliam ſuperin duxit:[f] † & plures ſuſcepit filios ex eadem: & infra. ¶ Fraternitati tuæ igitur reſpondemus, quòd illos debes ab inuicé ſeparare.[g] Idem verò vir inducta ei de adulterio pœnitentia, aliam[h] ducere poterit in vxorem.

¶ Idem. †

¶ Qui uiuente uxore legitima cum ſecunda contrahit adultera, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda, etiam ſi longo tempore ei cohabitauit, & filios ex ea ſuſcepit.

C A P. V.

CVm † haberet vxorem legitimam A. nomine, I. lator præſentium, cum M. adulteriũ perpetrauit. Cũq. ſuper

a Reuertatur.] arg. eſt hic q̃d ab initio nõ valet, tractu tp̃is non conualeſcit, licet ꝑueniat ad eũ caſum, à quo potuit habere initium. Inſtitu. de leg. §. an ſeruo 2. q. 1. in primis circa prin. Inſti. qui. teſt. ta. poſ. §. vlt. 36. q. 2. c. vlt. ar. ꝫ. 1 30. q. 1. ad limina. ff. d̃ ſer. vt pomũ. 34. q. 2. in lectum. Prima rubrica locũ habet qñ perpetuum ſubeſt impedimentum: contraria adaptant ad hãc regulã: Multa ĩpediũt faciẽdum, q̃ iã factum nõ dirimunt: q̃a quod ab initio legitimè factũ eſt, ex ſuꝑuenienti delicto nõ mutat̃ ff de iti. actuque pri. nec enim. niſi lege vel canone illud exprimat̃, vt patet ꝑ ꝫ ria: quod ꝑpetuò ꝓhibet̃ fieri quolibet caſu ſuperueniente, prohibitio durat, vt in primis concor. & ꝫ. c. proxi.

SVper hoc.] Præmittit quæſtioné. cui reſpondet ibi, Taliter. Abbas.

CASVS. Aliquis viuẽte vxore ſua de facto aliam ſibi matrimonio copulauit. Tãdẽ vxor ſua mortua ẽ: q̃rit̃ an ipſe poſſit cõtrahere cum illa, quã ſibi mr̃imonio copulauit viuẽte ſua vxore? Rñdet Papa ꝙ ſi adultera in mortẽ vxoris aliq̃d machinata fuerit, ſiue fidẽ dederit, ꝙ ei duceret poſt mortẽ vxoris illam habere nõ põt: & hæc ꝓhibitio eſt perpetua. Not. ꝙ adulter cũ adultera põt cõtrahere, niſi ei fidem dederit cõtrahendi, uel niſi fuerit machinata in mortem vxoris.

b De facto matrimonio copulauit.] & eam viuẽte ſua uxore cognouit, aliàs non prohiberetur. ꝫ. eo. ca. vl. & ea ſciente, ꝙ haberet uxorem, ſecus ſi ignoraret. ſ. e. ca. 1. & 2. & ꝫ. e. ti. ex tuarum. & c. cum haberet.

[Glo. ſeq. exponit, & ponit opi. quam reprobat. ſecũdò quærit, & ſoluit.]

c Machinata.] 31. q. ſi quis viuente. & ſ. eo. cap. 1. & intellige cum effectu, ut dicit c. ſi quis uiuente, ꝙ dicit, machinata: quia uerba cum effectu ſunt accipiéda, ſ. de cle. non reſi. relatum. & ſ. de ſpon. c. ulti. de pœn. diſt. 1. §. hæc autem verba. & ff. ꝙ quiſq; iur. l. 1. §. hoc autem. & arg. ꝫ. eo c. ult. Quidam dicũt ꝙ ſufficit conatus ſine effectu: & ſufficit quod ita ſcriptũ eſt. 2 ff. q. & à quibus proſpexit. & 6. q. 3. ſcriptum quod non eſt verum. ꝫ. eo. c. ult. Quid ſi aliquis interficiat aliquem in bello, non eo propoſito quod uelit uxorẽ eius ſumere, nunquid poteſt illam ducere in uxorẽ? Dicas ꝙ ſic. ſ. de conuer. infidel. l. laudabilem.

d Fidé dederit.] 31. q. 1. relatũ. & ꝫ. eo. ſignificaſti. B.

EX litterarum.] Communis diuiſio. Secunda ibi, Fraternitati. Abbas.

CASVS. Quidam auctoritate ꝓlati ſui dimiſit vxorem ſuam in adulterio deprehenſam, quæ poſtmodũ aſſumpſit habitum monachalem: ille maritus aliã ſuꝑinduxit illa viuente, tandem prima deceſſit; quæritur an ſimul debeant remanere? Rñdet ꝙ ab inuicem ſunt ſeparandi, & ille vir pœnitentia ſibi iniũcta de adulterio, poterit aliã ducere in vxorem. Nota ꝙ mulier in adulterio deprehenſa dimitti poteſt ſcilicet quo ad torũ. Itẽ vir viuente vxore aliam habere non poteſt. Item nota mirabilem caſum, ꝙ viro non ꝓiudicatur quo ad cõtinẽtiam, ſi vxor non intret religionẽ; votum viri propter introitũ vxoris ſolemnizatur.

e Deprehenſam.] ideſt, conuictam, ſola enim deprehenſio non ſufficeret ad hoc vt ſepararetur. 2. q. 1. c. 2. & 3. licet ſufficiat ad infamiã. ff. de ritu nuptia. palam. § ulti.

Glo. ſeq. recitetur per contrarium.]

f Aliã ſuperinduxit.] vxorem, quæ fuit cõſcia, ꝙ aliam habebat vxorẽ, aliàs non noceret. ſ. eod. ca. 1. & ꝫ. eo. veniens.

g Separare.] ꝫ. eo. cap. proxi. & cap. ſignificaſti. 32. quæſt. 1. relatum.

h Aliã ducere poterit.] acta pœnit. ne tia. argum. ſ. de ſpõ. cum in Apoſtolica. vel etiam parte pœnitentiæ, ſi timetur de incontinentia. 33. q. 2 in adoleſcentia. Bern.

CVm haberet.] Primo ponitur conſultatio. Secundo reſponſio, ibi, Tale. Abbas.

b Ab executione ordinũ per triẽniũ.] & ita simoniaci iudicantur, nec tamen deponũtur, nisi quia ad tempus suspenduntur. sed hoc forte ideò est, quia nihil datur vel recipitur pro ordinatione vel præsentatione, quia simonia est z studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia. ar. 1. q. 1. q. studeti sed emptio vel venditio sine pretio non consistit. Institutionũ de emp. & venditio. §. preciũ autem, & ff. eodem l. 2. §. fine, sed hic nullum pretium datum est. Sed contra iste remisit ius quod sibi competeret ex tali præsentatione contra præsentatorem, vel ordinatorem. qui tenebatur sibi ad prouisionem, supra de præbend. c. sum secundum Apostolum sed idem est remittere quod dare, supra de testi. veniens: & ff. de caluun. quinetiam & ita debent deponi. Hic nihil remittitur, quia nihil adhuc debetur, sed renunciatur iuri, quod in futurum posset acquiri si præsentatur debito modo: sed in contrarijs remittitur quod in præsenti debetur. sed si hic fieret talis remissio, deponeretur tam dans, quam recipiens, si conuinceretur supra eodem, de hoc, & c. insinuatum & ideò minor pœna imponitur ꝓpter affectũ cum opere subsecuto, supra de biga. nuper, & ca. vlti. & hoc intellige, si crimen sit occultum. si verò esset manifestum, semper essent suspensi, & si accusarentur & cõuincerentur, deponerentur ex tali promissione vel iuramento. Ber.

z Vide B. Th. 2. 2. q. 100. art. 1.

c Dispensationem.] sic supra eod. per tuas nobis.

d Per sedem Apostolicam.] hic patet, quod cum simoniaco scienter in ordine, solus Papa dispensat. idẽ intelligo in dignitate & beneficio; vt dixi supra eod. de simoniacè, & supra de renunciatio. post translationem.

e Suspensos.] ipso iure.

MAndato.] CASVS. Quidam recepit in mandatis à Papa, vt secundum constitutionem generalis concilij, supra eodem quoniam dispensaret cum monachis, qui per simoniam aliquo dato in monasterijs sunt recepti, nulla de Abbatibus in mandato Papę habita mentione; consuluit iste Papam vtrum auctoritate illius mandati posset dispensare cum abbatibus? Item aliqui sunt adepti spiritualia nullo dato precio nullo pacto dandi vel recipiendi præcedente, sed solo affectu animi antecedente hincindè; quæritur, vtrum isti ꝓpter istum affectum teneãtur ad resignationem huiusmodi spiritualium. Ad primum respondet Papa, quod mandatum Apostolicum ad abbates extenditur; & sic constitutio illa quoniã si moniaca, continet dispensationem per Papam exhibendam. Ad secundum respondet, quod isti pro huiusmodi simonia nõ tenentur ad resignationem spiritualium vel tẽporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente ex vtraque parte taliter acquiruntur; sed sufficit delinquentibus, per solam pœnitentiam in hoc casu suo satisfacere creatori. Nota, quod beneficium principis latissimè interpretandum est. Item simonia solo affectu animi non committitur; nec renunciare quis tenetur spiritualia, vel temporalia pro tali simonia; licet aliàs peccet. Item affectus siue voluntas punitur.

CAP. XLVI.

MAndato † nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo, locum in monasterijs sunt adepti, secundum cõstitutionem generalis concilii [f] dispensares: & infra.

¶ Consultationi tuæ breuiter respondentes, dicimus mãdatum Apostolicum, etiam ad Abbates [g] extendi; Et ad resignationes spiritualium & temporalium, quę nullo pacto, sed affectu animi [h] præcedẽte, vtrinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiã suo satisfacere creatori)

f Concilij.] supra eo. quoniam.

g Abbates.] Mandatum fuit alicui, vt dispensaret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi, nulla mentione habita de abbatibus, & tamen hoc extenditur ad abbates, & ita habes hic argumentũ, quod beneficium principis largissimè interpretandum est, infra, de verb. significatione, olim. & ff. de constitutione princ. beneficium. & supra de dona. cum dilectus. in fi. argumento quia in beneficijs, vt ibi dicitur plena est interpretatio facienda. Item arg. cui conceditur minus, & maius concessum videtur. vt 16. q. 2. visis. z sed potius contrarium dici consueuit supra de deci. ex parte. sic quod monachis dicitur, ad regulares extenditur, supra de postulan. ex parte. Ber.

h Affectu animi.] Ergo sola voluntas, siue affectus animi non facit aliquem simoniacum, licet aliter peccet, vt dixi supra c. consulere. & est simile s. eo. tua, ad fin. & sim. j. de vsur. in ciuitate. sed secus. videtur in vsura, vbi sola spes vsurarij vsuram inducere videt̃, vt 14. q. 3. ca. 1. & infra de vsur. consuluit. Item habes hic, quod affectus siue voluntas punitur, & meritò; quia non ambitione, sed labore ad honorem conuenit peruenire. C. de re mil. contra publicam. lib. 12. & 61. distin. miramur, in fi & talibus honor est auferendus 8. q. 1. in scripturis. & j. q. 6. sicut is, & hic, & hęc ambitio sola pœnitentia purgatur sine renuntiatione, & huiusmodi le-

sis simonia potest leuiter indulgeri. sic 68. distinct. si-qui, & supra, de accusat. cum dilectus, & ita collige, quod aliquis promouetur cum mortali, nec deponitur, nec dicitur propriè simonia talis affectus animi. Bernardus.

NE PRELATI vices suas, vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

eos pro simonia huiusmodi non teneri.

TITVLVS. IIII.

Ne Prelati vices suas, vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

Supra visum est de simonia in genere, nunc submittit de quadam ipsius specie, scilicet, ne plati vices suas, &c. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 89. distinctio. & prima quæstio. quarta per totum, 21. q. 2. præcipimus.

¶ Alexander iij. in Concilio Laterañ. ſ

¶ Qui dat pecuniam, vt episcopalem, vt spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonicè punietur h. d. cum sequentibus.

Præterea.] Primo ponit excessum, quē secundo punit, ibi, Præsenti. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam episcopi pro certa quantitate pecuniæ vendebant episcopalem iurisdictionem quibusdam, qui Decani vocabantur: statuit concilium Lateraneñ. quod qui de cætero iurisdictioné episcopalem taliter receperint, officio suo priuentur, & episcopi conferendi hoc officium potestatem amittant. Not. quòd iurisdictio episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri, aliàs puniuntur, vt hic dicitur. Item punitur quis in eo quo deliquit.

CAP. I.

PRæterea, qm̄ quidam in quibusdam partib. sub pretio statuuntur, qui Decani [a] vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate [b] episcopalem iurisdictionem exercent: Præsenti decreto statuimus, vt qui † de cætero hoc presumpserit, officio suo priuetur: & episcopus conferendi [c] hoc officium, potestatem amittat.

a Decani.] idest, archipresbyteri rurales, qui spiritualem habent iurisdictionem, 50. distin. in capite sic appellantur. i. de censib. cum Apostolus, & i. de off. archidiaco. ad hæc. § vlt. Ber.

Glo. seq. principium reci. per distinctionem, aut vicarius dat episcopo, &c. secundo argum. signat contrarium, & ibi remittit. tertio dicit de pertinentibus ad titulum.

b Quantitate.] data episcopo pro sua iurisdictione, quam emunt isti Decani: quod non licet, vt hic patet, sed è conuerso episcopus si committat vices suas alicui, potest & debet ei constituere salarium de camera sua, cum ille ad hoc non teneatur, ar. 12 q. 2. charitatem, & quicunque 2. 1 Item est hic arg. ꝙ plebani siue archipresbyteri non habent iurisdictionem, & hoc satis videtur, nisi habeant ex consuetudine infra de excess. prælat. ad hoc. arg. contra. i. de offi. ordi. cum ab eccl. siarum. vbi de hoc. & hæc decret. & sequens pertinent ad primam partem tituli: & expone, vices, idest, iurisdictiones. vnde consueuit dici, committo tibi vices meas, idest iurisdictionem meam.

c Conferendi.] vt in eo puniatur in quo peccauit, sic supra titu. proxi. capitu. pen. & supra de elec. cum in cunctis, & capitu. nihil est, prima quæstione prima, si qui episcopi, & supra de tempo. ordi. litteras, & in pluribus alijs capitulis ibi, & qui recipit, officio suo priuabitur, sic ergo patet, ꝙ iurisdictio vendi non potest, infra, capitu. in proximo, & vigesimaprima quæstione secunda, præcipimus, argumen. contra infra eodem capitulo vltimo. non est contra, quia ibi non loquitur de iurisdictione, sed de fructibus, qui conceduntur ad firmam. Ber.

¶ Idem in Concilio Turoneñ.

¶ Summatum est supra capitulo proximè.

Quoniam.] Diuiditur: quia primo ponit excessum, quem expressa causa finaliter prohibet: Secundo pœnam addit, ibi, Quod si quis. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopi, & archidiaconi ad agendas vices suas, & causas ecclesiasticas terminandas qui buidam Decanis seu archipresbyteris sub annuo pretio committebant, quod in subuersionem iudiciorum, & grauamen sacerdotum redundabat: statuit Cōcilium Turoneñ. quod istud de cætero non fiat: quod qui fecerit, remoueatur a clero: & episcopus qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonicè puniatur. Nota, quòd episcopus gratis iurisdictionem suam impendere debet.

CAP. II.

QVoniam † in quibusdam partibus decani, vel archipresbyteri, ad agendas vices episcoporum, seu archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas, sub annuo pretio [d] statuuntur: [e] quod ad sacerdotum grauamen, & subuersionem iudiciorum non est dubium redundare: id vlterius fieri prohibemus. Quod si quis de cætero fecerit, remoueatur à clero. Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, ...

d Precio.] quod non licet, supra capitulo proximo, imo simoniacum est: & ne subditi hac occasione vltra debitum aggrauentur. argumento vigesimatertia quæstione prima, militare. & vbicunque episcopus aliquid gratis facere debet ratione officij, si aliquid exigat, simoniam committere videtur: maximè cum iurisdictio sit spiritualis, vt prima quæstione tertia ex multis, & capitu. vendentes, & capitu. non solum. T.

e Statuuntur.] nunquid episcopus potest dare ordinarium iudicem? non, sed tantum princeps, vel lex. argumen. secunda quæstione sexta, capitulo à iudicibus, §. quod de arbitris, ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & quia, sed ab vniuersitate eligendus est: & tunc lex dat ei iurisdictionem ordinariam. argumen. sexagesimatertia distinctione, si in plebibus, in Authentic. de defen. ciuita. § nos igitur, collatione tertia. Si tamen consuetudo est, quod episcopus dat ...

† In codice Barbatiæ ita vt q. talia de cætero psūpserint, officio suo priuentur.

† Post 3. c. Lateranen. sub Alex. iij. part. 1. c. 1. & c. 2. tit. de Prælatis, ne vices suas, &c. in 1. com. Et de intellectu & materia vide Turrecre matā in c. pcipimus. 21. q. 2.

ordinariam, admittenda est, ita tamen, vt perpetuo instituatur, & non sub censu certo, ar. C. de emancip. l. 1. Lau.

a Canonica percellatur.] vt dictum est supra c. prox. quandoque tamen deponitur. 81. distin. dictum quandoque verò ad tempus suspēditur, 1. q. 1. quicquid, & 21. q. 4. præcipimus, episcopi, presbyteri. arg.

ij Quoniam.] Primo narrat cõsuetudinem, quam secundo prohibet, ibi, Ne id. Tertio causam reddit. ibi, Quia. Abbas Siculus.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam locis contra institutiones sanctorum Patrum introducta, vt sacerdotes sub annuo pretio ad regimen ecclesiarum cõstituantur: præcipit Cõcilium Turonēn. ne id de cætero fiat: quia dum Sacerdotium taliter venale disponitur, ad præmium retributionis æternæ consideratio non habetur. No. quod cura animarum sub annuo censu constitui non debet.

b Regimen statuātur.] tanquam Prælati: quia simoniacū est, si pro pretio ecclesiarum regimen committitur. 1. q. 3. saluator, sed si iusta causa absētes esset, vel aliàs attendere episcopus non posset, constituere potest sibi vicariū, cui de suo prouideat, vt dixi, s. e. c. 1. & 2. talis vicarius habebit curam animarum delegatam s. de off. vica. c. vlt. Lau.

c Prohibemus.] 21. quęst. 2. præcipimus, & 1 quęst. 3. si quis dator.

d Sacerdotium.] id est, prælatura, & pertinet ad secundam partem tituli. Vel ecclesias. i. prælationes, quę pretio dari non decent, nec esse debent censuales: sed ecclesia bene posset constitui ab initio censualis, s. de censi. si ientes, & c. prohibemus.

stinuerit, & † ecclesiasticam iurisdictionem sua pariter dissimulatione peruerti, districtione canonica percellatur. [a]

¶ Idem.

¶ Regimen ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.

CAP. III.

ij Quoniam † enormis quædam cõsuetudo in quibusdam locis, contra sanctorum Patrum institutiones inualuit, vt sub annuo pretio Sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur: [b] Ne id fiat, modis omnibus prohibemus: [c] Quia dum Sacerdotium [d] sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

¶ Idem Exon. episcopo.

¶ Fructus ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.

CAP. IIII

Querelam † magistri G. recepimus, quod cum ecclesiam de Chephalai, † à G. persona eiusdem ad annuũ censum tenendam, per septennium suscepisset ipse antequam eam, per vnius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit: quáquam præstita [e] fide firmauerit, quod vsque ad statutum terminum, [f] nullam ei exindè molestiam, vel grauamen inferret. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, eum districtè compellas, vt præfatam ecclesiam. [g] dicto

Querelam.] Primo ponit conductoris querelam: Secundo dat ei iudicem mil i, Ideoque. Abbas.

CASVS. G. rector ecclesiæ de Cephalai, prouentus ipsius ecclesiæ concessit ad firmã, seu locauit magistro G. vsque ad septennium, certum censum eidem rectori annuatim reddendo, præstita fide ab ipso rectore dicto magistro, quod vsque ad dictum tempus nullam iniuriam, vel grauamen super ipsa ecclesia inferret eidem: sed ipse contra fidem præstitam veniens, ante vnius anni spatium ecclesiam ipsi G. auferre præsumpsit: vndè ipse magister conquestus est domino Papæ, ideoque mandat Papa episcopo Exonen. quatenus si ita est rectorem illum compellat, vt præfatam ecclesiam dicto G. restituat, & vsque ad tempus constitutum seruandum, quod inter eos conuenit, ipsum eandem ecclesiam permittat pacificè possidere. No. quod ecclesia, id est obuentiones ecclesiæ possunt ad tempus locari, sine contentu pro certo censu annuatim reddendo.

e Præstita fide.] Si enim contra fidem, vel iuramentum nulla venisset necessitate compulsus, priuari poterat ecclesia s. de iureiuran. querelam, & sup. de fideius. peruenit.

[Glos. sequens quærit & soluit.

f Statutum terminũ.] Sed pone quod interim moriatur G. persona ecclesiæ, quę locauit nunquid successor 2 tenetur stare contractui? Potest dici si nomine ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in vtilitatem ecclesiæ cõuersa fuisset, teneretur successor stare contractui, supra de sol. cap. 1. 12. quæst. 2. c. hæc huius placiti, & c. quicunque suffragio, & 10. q. 2. hoc ius. §. & his creditor. & supra de deposi. c. 1. 35. dis. ecclesiæ principes, in fi. Si verò non pro vtilitate ecclesiæ, sed vt ipse tanquam Prælatus perciperet redditus ad firmam, successor stare non tenetur, supra de pre. c. 2. quia vlt. tempus suum ecclesiam locare non potuit, & si soluit aliquid vltra, sibi imputet, quia hoc præuidere debuit ff. loca. si quis domum. §. 1.

[Gl. seq. obijcit. & soluit ponendo sex significationes huius verbi ecclesia. Secundo quærit opponendo, & soluit. Tertio quærit de ratione, & respondet.

g Præfatam ecclesiam.] Hæc decretalis videtur contraria rubricæ, & supra cap. proxi. vbi ecclesia sub annuo censu concedi prohibetur, & hic promittitur: vnde non facit ad titulum istum: Solue per hanc distinctionem Ecclesia 3 multis modis dicitur: quia dicitur ecclesia malignantium: vnde Psalmista. In ecclesiam malignantium non introibo. Et dicitur ecclesia collectio fidelium, de conse. distin. 1. ecclesia. Et dicitur ecclesia murorum ambitus de conse. distin. 1. de fabrica. Et dicitur ecclesia corpus Christi. 1. quæst. 1. ecclesia, & 26. q. 2. sed & illud. Et dicitur etiam ecclesia prælatura ipsius ecclesiæ, vt supra cap. proxi. Item dicitur ecclesia ipsæ obuentiones ecclesiasticæ prouenientes occasione ecclesiæ: vt hic, & in hac significatione, ecclesia conceditur ad firmam sub annuo censu reddendo, quod licet, quia nullum spirituale locatur: & ideo non contradicit, ap prox. neque rubricæ. Sed quare ponitur in titulo isto: melius poneretur supra de iuretur. vbi similis decretalis ponitur, querelam. Sed ideo ponitur, ne videretur prohibita talis locatio, eo quod simpliciter videtur prohiberi, quod ecclesia sub annuo censu nõ concedatur in titulo isto. Sed quare potius prohibetur iurisdictio sub annuo censu concedi? Respondeo quod illi qui iudicant, nihil debent accipere, in Auth. vt iud. sine quoque suffra coll. 2. cum ex officio suo ad hoc teneantur, & administrationem episcopatus ad hoc eis sint deputati, sed hic locantur ipsi fructus.

† Aliàs ita, & ecclesiastica iudicia sua, &c.

† Post Conc. Lat. sub Alexan. iij. par. 2. c. 2. & c. 3. eo. ti. 1 cõp. Et uide Turrecrematam in præcedēti ¶. citatum.

1 Ad hoc s. de appel. c. peruenit. de cle. ægro. de rectoribus & cle. nõ resid. c. pe. & s. de elec. c. a cũ ex eo. §. porro. lib. 6. per qđ uidetur, qđ eps hoc facere deat. Ioã. And.

2 De ma[...] ra he[...] sę vide [...] ne per A[...] nis Gem[...] ziū tomo [...] varia. [...] c. 3. de lo[...] tione, & c[...] ductione.

† Cap. 4. [...] in 1. c[...] & post C[...] cilium La[...] par. 2. [...] Et de ma[...] ra tetet[...] glosa [...] nissime T[...] recremat[...] pud Gra[...] num 1. q[...] in princip[...]

† Ceph[...]

† Capel[...]

3 De var[...] gnifica[...] huius no[...] nis eccle[...] vide ple[...] me p T[...] cremata[...] Sũma d[...] clesia l[...] 2. vbi p[...] alias a[...] significa[...] nes.

stio, qui etiam aliàs possunt vendi & distrahi.

DE MAGISTRIS ET NE ALIquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Supra visum est qualiter spiritualia precio non cōcedi debent: nunc submittit de quibusdam habētibus instar spiritualium: vt de magistris, & licentia docendi; vt in nigro. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 37. & 86. distin. per totum. 61. dist. statuimus. & c. miserum. 8. quæst. j. oportet. 92. distin. quis dubitet. extra de elec. cum in magistrum.

QVoniam.] Diuiditur in tres partes: in prima prouidere mandat de magistro. In secunda factum reprehensibile inhibet: In tertia pœnam imponit, reddens causam. Secunda ibi, Pro licentia. Tertia ibi, Qui autem. Abbas Siculus.

CASVS. Volens ecclesia tanquam pia mater pauperibus scholaribus, qui parentum opibus sustētari nō possunt, prouidere, ne legēdi opportunitas subtrahatur eisdem: Statuit concilium Lateran. quod per vnamquāque cathedralem ecclesiā, vni magistro competens, beneficium assignetur: qui clericos & scholares eiusdem gratis doceat. Secundò dicit, quod pro licentia docendi nullus pretium exigat: vel sub obtentu alicuius cōsuetudinis ab his qui docent aliquid petat. nec aliquem qui sit idoneus, petita licentia impediat: qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico beneficio fiat alienus, quia dignum est vt in ecclesia fructum sui laboris non habeat, qui ecclesiasticum profectum nititur impedire. Nota quod pro licentia docendi nihil debet exigi. Item qui est idoneus admitti debet ad docendum. Item punitur quis in eo in quo delinquit, vt in fi. dicit.

a Per vnamquamque.] vt 37. d. de quibusdam. & infra. quia.

b Magistro.] nomen hoc dicitur à monendo, siue à monstrando. ff. de verb. sig. quibus.

c Competens aliquod beneficium.] sic infra. eod. quia: debet ergo doctor beneficium habere sui laboris: sic & tutor dat alimenta præceptoribus pupilli, quoniam non tantum præest rebus, sed moribus. ff. de admini. tut. cum plures: §. cum tutor. & beneficium ei constitui debet secundum dignitatem, & scientiam suam, sicut aduocatis. ff. de var. & extraordi. cogni. l. j. §. in honorarijs. arg. ff. de præben. de multa. Vin.

d Precium exigat.] quod si exactum fuerit, restituatur, j. ca. proxi. quia gratis est danda docendi licētia, cum donum Dei sit. inf. cap. prox. Bernardus.

e Consuetudinis:] quasi simoniacum reputatur hoc: quia consuetudo hic non habet locum, sicut nec in sacramentis ecclesiasticis. supra de simo. cum in ecclesiæ. & in pluribus alijs cap. Ber.

f Qui sit idoneus] No. quod ei qui idoneus est, nō est deneganda licentia docendi, quia per consequens denegat doctrinam ignorantibus, vt dicitur in fin. quam dispensare alijs tenetur. argu. 16. quæstio. 1. reuertimini 1 ergo si non est idoneus, potest iustè denegari, quia malorum Doctorum doctrina mala est. 1. q. 7. conuenientibus & imperit^a matheseos visui patebit. 37. distinct. qui de mensa. qui alios docet, ab alijs tunc edoceri non debet, in Authen. de san. episcop. §. damus collatio. 9. pœna verò huius est priuatio ecclesiastici beneficij: vt hic dicit. Bernardus.

g Sui laboris] lucrum & pietatem ex eodem facto vendicare non licet, vt decima septima quæstio. quarta, miror. cap. frater & coepiscopus. & ff. de minor. auxilium.

G. restituat, & vsque ad terminum constitutum (secundum quod inter se conuenerint †) ipsum eandem permittat pacificè possidere.

TITVLVS V.

De magistris, † & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶ † Ex Consilio Lateranen.

¶ Ecclesia cathedralis prouidere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat: & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio priuatur.

CAP. II.

QVoniam ecclesia Dei, sicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi, & proficiendi opportunitas subtrahatur, per vnamquamque [a] cathedralem ecclesiam magistro, [b] qui clericos eiusdem & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium [c] præbeatur: & infra. ¶ Pro † licentia verò docendi nullus precium exigat, [d] vel sub obtentu alicuius consuetudinis, [e] ab eis, † qui docent aliquid quærat: nec docere quemquam qui sit idoneus, [f] petita licentia interdicat. Qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, vt in ecclesia fructum † sui laboris [g] non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.

¶ Alexander tertius Vinton. † episcopo.

¶ Pro licentia docendi nihil exigi debet vel promitti, & exactum restitui, & promissum remitti debet, & negligente inferiore Prælato ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.

CAP. II.

PRohibeas, † ne in parochia pro licentia docendi exigatur aliquid,

PRohibeas.] Sunt duo dicta. Secundum ibi, Sane. Abbas Sicu.

CASVS. Quia quidam pro licentia docendi pecuniam exigebant, præcipit Papa Vintoniēn. episcopo, vt prohibeat ne pro licentia docendi in parochia sua aliquid exigat, aut etiā promittatur, & si postea solutū aliquid fuerit, illud faciat restitui: & si aliqd promissū fuerit

---

Marginalia: conuenit. — de oīno ... Tri. sess ... §. de re ... c. 1. & ... 23. de ... c. 18. — tera sub ... j. c. 8 ... in compilat. ... concil. ... proxi ... statum ... dat cō ... Lat. Inn. iij. ... refert quia, j. vbi hoc ... tum to ... tur. — † De hoc articulo vide quos citabo in c. seq. — † In aliquot Gregorianis ita: ab eis quos docēt &c. — † fructus. — † Vincon. † Vitonien. qđ est aptius. — † Ca. 1. tit. in 1. cem & post conc Lat. sub Ale. iij. par. 1. ca. 17.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

rir, faciat remitti promissum: quia scriptũ est: gratis accepistis, gratis date. Se undò dicit, quod si aliquis distulerit instituere magistros in locis congruis, liceat huic epõ appellatione postposita, ad instructionem aliorum, ibi præficere viros ad hoc idoneos. Nota quod exactum vel promissum pro licentia docendi, põt repeti: promissum facere remitti. Item negligentiã subditorũ episcopus supplere dẽt. Itẽ per negligentiam amittit ius suum. Sed hic non est appositũ tẽpus: sed posset dici, φ hoc põt referri ad arbitriũ superioris: vel tãtũ tps posset dari, quantũ datur pro beneficijs, vacãtibus. s. vt per sex menses expectetur ille qui dẽt istituere magistros, q̃a in tanto tempore nõ est magnũ dãnũ.

Metth. 10.

[Glo. seq. obijcit, dat solu. Vin. & aliã subdit.

a Exigatur aliquid aut ẽt promittatur.] Ex hoc vr, φ turpitudo ex vtraq; parte versat tanq̃ in spiritualibus: vt 1. q. 1. quos constiterit: Quid est ergo qđ dicit solutũ restitui, cũ in pari cã turpitudinis potior sit conditio possidentis. ff. de cõdi. ob. tur. cau. l. 3. & l. si ob turpem causam? Dixit Vin. quod subuenit huic non in fauorem sui, sed in odiũ exigẽtis. simile s. de simo. veniens Sed qualiter illud intelligatur. dictum fuit eod. tit. de hoc. Vel potest dici, quod qui soluit, licet nihil dare debuerit, q̃a tñ quasi coactus redimit ius suũ, non delinquit: vñ sibi potius restitui debet, q̃ remanere penes illum, qui plus peccauit, vt 1. q. 3. si quis dator.

† In codice Barbatæ ita: † ad aliorũ institutionẽ præficere viros prouidos & discretos.

†Ca. 3. eo. ti. in 1. cõpilatione & post cõciliũ Lateranen. sub Alexan. iij. par. 1. ca. 18. Hoc c. vt ait Vincentius, fuit impetratum φ Cancellariũ Parisiensem, qui Marchã vnã à quolibet docente exigebat. quod est notandũ φ intellectu huius ca. & præcedẽtis.

aut etiam promittatur.a Si quid verò postea solutũ fuerit vel promissum, remitti b promissum facias, & restitui appellatione cessante solutum, sciens quod scriptũ est: Gratis accepistis,c gratis date. ¶Sane si quis distulerit magistros in locis congruis instituere, tibi liceat d appellatione postposita, ibi † aliorũ institutioni pficere viros prouidos, honestos, et discretos.

¶ Idem.

¶ Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo.

CAP. III.

QVanto † Gallicana ecclesia: & infra. ¶ Dignos esse animaduersione censemus, qui nomen magistri scholarum, & dignitatem assumunt, & sine certo pretio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam nõ impendunt: Cum aũt hæc praua consuetudo à cupiditatis e radice processerit, & decorẽ admodum ecclesiasticæ honestatis cõfundat: Mandamus, quatenus (consuetudine ipsa de vestris ecclesijs extirpata) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: districtè præcipientes, vt quicunque viri idonei & lrati voluerint regere f studia lrarum: sine molestia & exactione qualibet, scholas regere permittantur: g ¶Si qui verò hmói prohibitionis vel pręcepti extiterint transgressores, eos officijs h & dignitatibus spolietis.

[Glo. seq. dat duplicem lecturam, eius quod de remissione hic dicitur.

Mat. 10.

b Remitti.] hoc bñ notabile est, quod authoritate huius canonis nõ solum hẽt quis exceptionem, sed etiam liberationis conditionem similẽ. ff. de neg. gest. si quis mandato. ff. de contrahen. emp. pactũ, ff. de lib. leg. si ei cui fundum. & ff. de condi. cau. da. causa non secuta qui se. ff. de condit. sine cau. qui sine causa. ff. quod metus causa. metum. §. seu quod prætor. & sup. de iureiuran. ex administrationis. s. de vsu. tua, vel quod dicit, remitti, intellige de facto, qñ turpes promissiones nullæ sunt s. de pact. c. vlt. ff. de verb. obl. generaliter. Lau.

c Gratis accepistis.] 1. q. 3. si quis episcopus. & cap. tes ecclesiæ.

d Liceat] Negligentiam subditorum eps supplere debet 9. q. 3. c. si simus. & s. de cõcel. præb. nulla. s. de supplen. neglig. præla. sicut nos is. & c. dilecto. Ala.

QVanto.] Primò ponit factum damnabile: Secundò pœnam apponit, ibi, Si quis verò. Abbas.

CASVS. Consuetudo erat in ecclesia Gallicana, quod magistri scholarũ sine certo pretio alicui docendi lciam non concedebant. Papa volens illam prauam consuetudinem extirpare, quę de radice cupiditatis procedit, prohibet sub anathematis interminatione, vt quicunque idonei fuerint regere scholas, sine molestia vel exactione aliqua permittantur: & si qui h nõi prohibitionis fuerint transgressores, offi. ijs, & dignitatibus suis spolientur. Nõ. pp dignitatẽ delinquentis crimẽ grauius puniendũ esse. Itẽ Prælatis ascribitur φ in subditis laudabile repertũ & eis imputat φ in eis reprhẽsibile pbatur. Item nota magistros scholarum dignitatem habere.

e A cupiditate.] quæ est radix omniũ malorum, 47. dist. bonorum.

f Idonei.] sic s. eo. c. 1. hmõi autem magistri primum moribus, demum facũdia excellere debẽt. C. de profes. & medi. magistros. li. 10. boni. n. cõuersationẽ dẽnt habere testem doctrinę 63. dist. Valẽtinian.

[Glossa seq. quærit, & soluit.

g Permittantur.] Quid si vult regere in sua persona, nec licentiat alios, nunquid debet cõpelli? Arg. φ nõ. 93. dist. illud. credo quod nihilominus tenetur dare alijs licentiam.

h Offi. ijs.] sic supeo. c. . Ber.

† Scilicet in tertia collatione ... c. vn. co. e. ti. in cõpi. ation. cõcordet ... ca. lit ... ut. sub Ale. iij. c. ... tum ... c. ... vide ... ssime ... creta in c ... tertio Tri ... sessio. 5. ... reforma. ... & ... de reforma ... ca. 1.

Innoc. iij. in Concilio Generali. †

¶ In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia in facultatibus sufficienti, debet à Prælato vel Capitulo vnus magister eligi, cui redditus vnius prębendę debent assignari. in metropolitana verò ecclesia etiam eligi debet theologus: & si ad grammaticum & theologum non sufficit, prouideat ipsi theologo ex redditibus suæ ecclesiæ, & grammatico faciat prouideri in aliqua ecclesiarum suæ ciuitatis vel diœcesis.

QVia nonnullis.] Primo ponit antiquum concilium, quod secũdò innouat & supplet ibi, Verum. Abbas Siculus.

CASVS. Statuitur in Lateraũ. cõcilio, quod in vnaquaque cathedrali ecclesia instituatur magister, qui pauperes clericos gratis doceat: sed quia illud male obseruabatur, concilium generale illud præcipit obseruari audiens, vt non solum in cathedrali ecclesia sed & in qualibet alia vbi facultates sufficiunt cõstituatur magister idoneus, & in metropolitana ecclesia theologus constituatur, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in alijs, quę ad curam pertinent animarum; & cuilibet magistrorum à Capitulo assignantur prouentus vnius prębendæ. & pro theologo a metropolitano tãtum lem non tamen propter hoc efficitur canonicus. Quod si forte metropolitana de duobus grauetur, theologo prouideat, & grammatico faciat in alia ecclesia prouideri. Nota quod magister idoneus debet institui in ecclesia, in qua sufficiunt facultates. Item magister iuxta posse suum debet instruere discipulos suos. Item à Capitulo debent assignari magistro prouẽtus vnius prębendæ. Item aliquis põt habere pbẽdam sine canonia.

a Sub-

CAP. IIII.

QVia nonnullis pp inopiam, & legēdi studiū, & opportunitas proficiendi subtrahit,[a] in Laterań.[b] cōcilio pia fuit constitutione † prouisum, vt p vnāquamq; cathedralem ecclesiam, magistro, qui eiusdē ecclesiæ clericos, aliosque scholares pauperes[c] gratis † instrueret, aliquod competēs beneficiū pręberetur: quo & docentis releuaret necessitas, & via pateret discētibus ad doctrinā. ¶ Verum qm̄ ī multis ecclesijs id minimā obseruatur:[d] Nos p̄dictum roborantes statutum: adijcimus, ut nō solū in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in alijs, quarū sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, à Prælato cū capitulo, seu maiori & saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarū ipsarum gratis in grammatica † facultate ac alios instruat iuxta posse. ¶ Sane Metropolis ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat: & ī his pręsertim informet, quæ ad curā animarum spectare noscuntur. Assignet aūt cuilibet magistrorum à Capitulo vnius præbendæ[e] prouentus:[f] & pro theologo à Metropolitano tantundē: Nō q̄ ꝓpter hoc efficiatur canonicus, sed tamdiu redditus ipsos p̄cipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quod si fortè de † duobus ecclesia Metropolis grauetur, theologo iuxta modum pręedictum ipsa prouideat: grammatico verò in alia ecclesia suæ Ciuitatis siue dięcesis, quæ sufficere valeat, faciat ꝓuideri.

¶ Honorius tertius.

¶Prælati & capitula ad studia theologiæ scholares dociles, transmittere tenenentur qui in absentia redditus præbendarum suarum, & beneficiorum, per quinquennium integraliter percipient, & si proprij redditus ad sustentationem studij non sufficiunt debet Prælatus cum capitulo eis prouidere: magistri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum suórum.

CAP. V.

SVper † specula: & infra. ¶ Volumus & mādamus, vt statutum in supra de præb. licet. Ber.

a Subtrahitur.] 1 quia non habent à quo discant vñ habent excusationem: aliàs non. 37. dist. vlt. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. 1. ff. de bo. pos. in bonorum, & quia quidam expensas non habent, vndè statuitur, vt beneficia habeant, prout sequitur.

b In Laterań.] ī. eo. cap. 1.

[Gl. seq. quærit ad negatiuam, alle. tria: soluit distinguendo.

c Pauperes.] Sed nūquid à diuitibus pōt petere collectā? Videtur q̄ non, quia si vult dici philosophus, proijciat pecuniam exemplo Socratis. 12. q. 2. Socrates. aliàs est sub illo c. gloria epi. Itē sciētia donū Dei est, ergo vendi nō pōt. 1. q. 3. non solū. Item professores iuris licitè recipiunt pecuniam, sed non licitè petūt, ff. d var. & extraordi. cogni. l. 1. §. est enim. quidam. potest dici, q̄ iste cui cōpetens beneficium constitutum non est à diuitibus pōt petere collectā, & hoc non ꝓhibetur ex ista litera, sed à clericis eiusdē ecclesiæ, & à pauperibus nihil exigere debet, sed gratis docere, qa pp illos statuit beneficiū, & nō pp diuites. sed si ex honestate gratis omnibus seruiret, honestè faceret, & laudādus esset: aliàs diuitibus gratis laborem suum impendere nō tenet. si verò bñficiū nullū super hoc constitutū est, sicut Bonoñ. doctoribus, licitè exigunt collectā: quia suis sumptibus hoc facere non cogūtur. ī. de præscr. cum ex officij. 12. q. 2. charitatē. & c. quicunq;. & c. ecclesiasticis. & 18. q. 1. iam nunc, in fi. sicut iurisperitus. consilium vendere potest. 14. q. 5. non sanè. Nec obstat si dicas, q̄ gratis debent docere: quia nihilominus potest petere laboris sui mercedem: sicut testis, qui gratis testificatur, licitè petit sumptus 4. q. 4. c. si testes. §. venturis. & ī. de simo. cum sit Romana. & iudex petit sumptus qui gratis debet iudicare. ī. de vi. & hon. cle. cum ab omni. licite ergo potest petere collectam, cui beneficium constitutum non est. Io.

d Minimè obseruatur.] Vnde instaurendum est, & procurandum vt fiat: vt 8. dist. quæ contra.

[Glo. seq. quærit & soluit: iterum quærit, alleg. pro & contra & soluit, tertio quærit, & soluit.]

e Vnius prębendæ.] Quid si non vacat aliqua præbēda? Expectet quousq; vacet. Nunquid canonici tenent aliū eligere, vt numerus sit plenus, cū ille magister non sit canonicus? Vr̄ q̄ ñ, ī. de inst. in ecclesia. ff. de decur. l. generaliter. §. pen. & si canonici ad tp̄s iusta de cā retineant fructus p̄bendæ: nihilominus eligere debent: aliàs curreret tp̄s. ī. vt eccl. bñfi. vt nr̄m, maxime si numerus certus est & iuratus. Sed hoc non vr̄, quia iste electus nihil perciperet: sed spūalia sine tp̄alib. diu esse non pōt, sicut nec anima sine corpore, 1. q. 3. si qs obiecerit. 2 Et dic q̄ canonici eligere nō dēnt alium auctoritate huius concilij, nec dñr facere ꝯ numerū vel iur̄m, nec currit eis tempus ad eligendū bñficio huius ꝯstitutionis, q̄ diu fuerit ibi magister, q̄ doceat & pcipiat illud bñficiū, qa nec dr̄ bñficiū illud vacare, nisi ab eo tpe, quo magister ibi non fuerit. secus dico cū ex cā retinerent ꝓuentus ad tp̄s, qa tūc currit tp̄s: vt in p̄dic. decre. vt nr̄m. qa tunc electus modicū tp̄s pōt expectare. Item nunquid aliqs magister posset eligi in canonicū sub illa ꝯditione, vt doceret? 3 Nō credo: quia cessare debet omnis conditio. sed si vacante aliqua p̄benda, statuerunt, q̄ illud onus esset annexum illi præbendæ, non credo q̄ tunc esset simonia. argum. ī. de præb. significatum. imò satis licitum. Bernar.

f Prouentus.] 4 Non tamen percipiant quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus dari consueuerunt.

SVper specula.] Primo ponit statutum antiquum, quod secundo addendo corroborat: ibi, Statuentes. Abbas.

CASVS. Quod statutum fuit per concilium generale in cap. præcedenti de magistris theologos, præcipit Honorius inuiolabiliter obseruari, statuens, ne propter raritatem magistrorum se forsan possent aliqui excusare, vt ab ecclesiarum Prælatis & capitulis ad theologiæ studium aliqui dociles destinentur: qui cum docti fuerint, alios postmodum instruant & informent, quibus si prouentus ecclesiastici non sufficiunt, Prælati &

Hæc glossam non ... in ... exē... nec ... Bernar esse.

...ssōne,

De materia ... tus & glos ... vide B. ... 2. q. ... ar. 3. ad argumen... Sotum ... 9. de iu. ... iure q. 6. ... 2. ad ter... argumē Turrecre... ... in ca. ... solū. 1. q. Syluestrū ... Simo ... q. 10. & ... oratiū Lu... tract. de ... priuil. Scho... ... priuilegio. 88.

Grātice.

† Alias ita: de duobus magistris.

2 Et idē canonicat⁹ cēseretur duplici iure: vno habente spūalia: & alio habēte tp̄alia: qd̄ nec debet esse. xi. q. 3. cognouimus. ſm Gog. Io. And.

3 De hoc artic. vide amplius hic per Host. Io. An. Pano. & Doctores.

† Pars huius c. ī. tit. ne cleri. vel monachi & ī. de priuil. cap. sup specula.

4 Hęc glossula deest in antiquioribus codicibus.

lati & capitula necessaria subministrent. In fi. dicit, quod docentes in theologica facultate, & studentes in ipsa integre per ann. v. de licentia sedis Apostolicę percipiāt beneficiorū & pbendarum suarum prouētus, nō obstante ꝯtria consuetudine vel statuto: cum pmio fraudari nō debeāt in vinea Dñi operantes: No. quod vna ꝯstitutio confirmat aliā. Itē docentes & studētes i theologia debēt per quinquenniū prouentus beneficiorū suorū percipere. Itē tollit consuetudo inducta contra istud statutum.

de translat. in c. corporalia. & ff. de condi. instit. quę sub conditione, §. vlt. sed executio sola impetrari debet, si capitula hoc non faciant, qui parum valeret esse iura i ciuitate, nisi esset quia ea exequatur. ff. de origi. iuris, l. 2. post originem. Ber.

concilio gñali [a] de magistris theologis per singulas metropoles statuendis inuiolabiliter obseruetur: [b] Statuentes, vt quia super hoc pp raritatem [c] magistrorum se possent aliqui forsitā excusare, ab ecclesiarū Prelatis & capitulis, ad theologicæ † professionis studium aliq docibiles [d] destinentur: qui cum docti fuerint, in Dei ecclesia velut splendor † fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit hri Doctorum: qui velut stellæ in perpetuas æternitates mā suri, ad iustitiam valeat plurimos erudire: quibus si proprij prouentus ecclesiastici non sufficiunt, prædicti [e] necessaria subministrent. ¶ Docentes † verò in theologica facultate, dum in scholis docuerint: & studentes in ipsa, integrè [f] per annos [g] quinque percipiant de licētia [h] Sedis Apost. prouentus præbendarum, & beneficiorum suorum: non obstante aliqua alia consuetudine, vel statuto: cum denario [i] fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

TITVLVS VI.

De Iudæis & Sarracenis, & eorum seruis.

¶ Ex Concilio Mateñ. †

¶ Si seruus à Iudæo emptus causa mercimonij, factus est vel fieri desiderat Christianus, pro xij. solidis redimitur.

CAP. I.

PResenti cōcilio sancimus, vt nullum Christianū mancipium Iudæo seruiat, [k] sed datus [l] xij. soldis pro

a In concilio generali.] ī. c. prox. Bern.

b Obseruetur] nec tamē seruatur, & ita nullus est fructus illius statuti & aliorū.

c Propter raritatem.] Qui non hnt à quo discāt, bñ hnt executionem: alias non. 37. dist. §. vlt. & ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. 1. & ff. de bon. poss. in bonorū. & quia quidā expensas non habent, vndè statuit quod bñficia hēant, prout sequit.

[Gl. seq. tria dicit. principium & finis de missione & suppletione, medium de superfluitate.

d Docibiles.] i habiles ad docēdū; i & isti à capitulis pñt eligi, vt mittant, vt post modū doceāt: & si ꝓpria ben. fi. ia illis nō sufficiāt de bonis capituli suppleantur, prout sequitur. Sed vt quid etiam membranas occupant? 19. distinct. si Romanorum. cum illius constitutionis, quo ad hunc articulum nullus fit effectus, sicut nec præcedentis. leges n. istæ impositæ sunt verbis, & non rebus, cum potius contrarium sit verum, C. commu. de leg. l. 2. in fi. Sed nūquid qui docibiles sunt, possunt petere, vt suppleatur quod eis deest? arg. quod sic, ex hac constitutione. Be.

e Prædicti.] s. prælati & capitula ex hoc est argu. quod possunt ad hoc compelli.

f Integre.] Non tñ pcipiēt quotidianas distributiones, quę tantum residentib. dari consueuerunt, ī. de præbendis, licet. vbi de hoc.

[Glo. seq. quærit, respondet, alleg. contrarium.

g Per annos quinque.] Nunquid determinatio ista determinat omnia præcedentia? non videtur, quod primis aliquod tps adijciatur: sed docentibus, & alijs qui à capitulis non eligentur, & quia illi maius tempus requirunt ad hoc vt doceant, quod satis videtur ex hoc § quia hic non fit mentio de illis. Sed contra. supra de app. inquisitioni. argumen. in fin. quia hęc determinatio in fine ponitur, vt ibi dicitur.

h De licentia.] scilicet generali, concessa auctoritate huius constitutionis, vndè non est necesse aliam indulgentiam impetrare. sic 80. distinct. non debere, & 16. quæst. 1. cunctis, & 100. distinct. quoniam. & ī.

i Denario.] id est, præmio. imò qui venit extremus, dispensatore vocante tantundem recipit, quātum qui venerat ante. arg. ī. de constit. cum omnes. Ioan.

DE IVDÆIS ET Sarracenis, & eorum seruis.

¶ Supra visum est de his, qui Spiritum sanctum per simoniam vendendo blasphemāt, consequenter submittit de his, qui Deum dehonorant malè colendo, vt sunt Iudæi & Sarraceni, & de his auctor tractaturus submittit etiam de eorum seruis. Et aduerte, quia serui dicuntur stricto modo, carentes libertate, sed largo modo, etiam seruientes pro mercede, vt famuli: dicuntur etiam serui à seruiendo. & de vtrisque tractatur in hoc tit. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 23. q. 4. & q. 5. & 6 & q. 8. in c. dispar. & 28. q. 1. & q. 2. per totum & 56. distinct. Ismael. 45. dist. c. 2. & cap. 4. 11. quæstio. 3. ad mensam.

PRæsenti.] Primo ponit constitutionem de batizato, vel baptizari volente: Secundo eius causam: ibi, Quia. Abbas Siculus.

CASVS. Iudæi retinebant seruos Christianos, statuit concilium istud, quòd de cætero Iudæi seruos Christianos non retineant, sed liceat Christiano cuilibet datis xij. solidis pro quolibet mancipio, ipsum redimere siue ad libertatem siue ad seruiendum sibi: & si seruus Iudęi Christianus fieri desiderat, & non permittitur, idem fiat, quia nefas est Iudęum in seruitutis vinculis retinere illum, quem Christus sanguine suo redemit. Nota, quod Iudæi vel Pagani Christianos seruos habere non possunt, sed hoc ipso in libertatem scribuntur.

K Seruiat.] Nec cum Iudæis Christiani morentur, vigesima octaua quæstione prima. Iudęi. & c. sępe, & cap. nullus. Sed in agro, vbi cum Iudęo non moratur, benè potest seruire, infra c. proxi.

l Datis.] Sic infra capitu. proximo vbi de hoc. Et intellige hoc cap. secundum illud de mancipio empto causa mercimonij: alias nullo pretio dato eripitur in libertatem. Vel si venalis infra tres menses non fuerit expositus, vt ibi. Ber.

† theologię.

† Vide in authē. habita. C. ne filius pro patre.

† Vide concil. Trid. sess. 5. de refor. c. 1. circa fi. §. docētes verò. & Hora. Luciū trac. de priu. scholariū priui. 98. vbi plenissimè de materia huius §.

a Vñ melius dixisset, dociles: quia homo docilis, sciētia docibilis: quandoque tñ sumit vnū pro alio. Vñ Ioan. 6. Et erunt omnes docibiles Dei. & similiter verbū 22. di. q. cōs. sm Goff. Io. And.

† Maistr. † Mat co. | Mate. Sed etiam concilijs ... Matiscone ... 16 ... Burchar. l. 4. decr. c. ... Ivo par. ... Grat. ... ne Palea ... dist. c. 14 ... c. j. eo. tit. ... comp.

[Glo.

[Glo.seq. declarat de quo seruitio intelligatur, & quid si pretium habere non potest: subdit, & soluit duas quæstiones.

a Seruitium.] non tamen erit seruus illius, sed restituet ei pretium, & erit omnino liberatus. argum. Inst. de noxa. act. § dñs. Vel si non potest habere statim pretiũ, seruiat ei tñ, ꝙ seruitium compẽsetur cũ suo, & postea eat liber quo vult. C. de capti. & postl. reu. l. vl. 36. q. 1. de raptorib. Quid si plures ẽptores simul sẽ cõcurrãt? Locus erit gratificationi. ĩ. de iu. patro. cum autem, ff. ad Sil la. si quis in graui §. si cũ omnes. Quid si nullus emptor appareat? nihilominus erit liber, & ostiatim quærat pretium. ff. de manumit. l. 4. § suis autem. aut pro pecunia operas præstet, vt dicitur in l. prædicta C. de cap. l. vlt. scilicet quinq; annis, vt ibi dicitur.

b Fiat.] prout dictum est, & ĩ. e. c. vl.

c Blasphemum.] idest, Iudæum blasphemãtem Christũ. arg. ĩ. eo. cum sit.

quolibet bono mancipio ipsum qcunque Christianorum, seu ad ingenuitatẽ, seu ad seruitium.[a] licẽtiã habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & nõ permittitur, idẽ fiat:[b] Quia nefas est, quẽ Christus redemit, blasphemum[c] Christi in seruitutis vinculis detinere.

¶ Gregorius episcopo Luceñ. †

¶ Iudæus Christianum in seruum habere non potest, in ascriptitium verò potest.

CAP. II.

Multorum † ad nos: & infra. ¶ Nulli Iudæo liceat Christianum mancipiũ in suo dñio retinere: sed si q apud eos inueniunt, libertas[d] eis seruetur.

¶ Hi verò, qui in possessionib eorum sunt, licet legũ districtione [sint] liberi:[e] tñ quia colendis [te]ris eorũ diutius adhæserunt,[f] vtpotè cõditione† loci debentes,[g] ad colenda rura remaneant, consuetas pensiones prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, q̃ de colonis vel originarijs iura præcipiunt, peragant: & nihil eis extra hoc oneris indicatur.

¶ Quod † si quisquam Iudæorum aliquem de his,[h] vel ad alium transferre locum, vel ad aliud obsequium retinere[i] voluerit, ipse sibi imputet,[k] qui ius colonariũ, & ius dominij[l] sibi iuris seueritate[m] damnauit.[n]

¶ Idem G. ñ. † episcopo.

¶ Iudæi antiquas synagogas reficere possunt, nouas erigere non possunt.

CAP. III.

Iudæi † de ciuitate: & infra. ¶ Sicut legalis[o] diffinitio Iudæos nouas non patit erigere synagogas, ita eos sine inquietudine veteres hr̃e pmittit.[p]

Multorũ.] Diuiditur, quia duo sunt dicta: Secundũ, ibi, Hi verò. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus Iudæus Christianum mancipium debeat in suo dominio retinere: sed qui apud eos inueniuntur, libertate donentur. Secundo dicitur, quod originarij, qui in possessionibus Iudæorum sunt, qui diutius adhæserunt, quamuis liberi sint, remaneant ad colenda rura illorum, & iura sua eis exhibeant, & nihil aliud ab eis exigant: Tertiò dicitur, ꝙ si aliquis Iudæorum aliquem de originarijs suis ad alium locum transferre voluerit, vel in seruitio suo secum retinere, ius colonarium quod habet in eo, amittat. Nota quod Christiani cum Iudæis habitare non debent. Item originarij liberi sunt, quamuis glebæ sint adstricti. Idem arg. quod ex tempore seruitus acquiritur. Item Iudæus, qui Christianum liberum contra ius retinere voluerit, hoc ipso ius illud amittit. Idem arg. quod iuris seueritas siue rigor seruandus est.

d Libertas.] 44. dist. mancipia.

e Sint liberi.] No. originarios siue ascriptitios liberos esse, C. de agr. & cens. l. diffinimus, lib. 11. ergo non repelluntur à legitimis actibus arg. ff. de testi. l. 1. C. de postul. l. vit quod verũ est, tñ ad ordines non admittuntur, nisi de licentia dñorum, 54. dist. si quis obligatus, & c. admittuntur. Arg. contra dist. ea. si seruus. sed ibi nihilominus tenetur seruire domino. Ala.

[Glo. seq. arg. & signat contrarium, & remittit. secundo arg. & soluit contrarium.

f Diutius adhæserunt.] Argu. ꝙ ex tempore seruitus acquiritur, & seruitia consueta prestari debent, 18. q. 2. seruitium, ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. sicut ff. si ser. ven. si quis diuturno. 2 C. de ses. l. 1. & 2. Argu. contra, 1. q. 1. nullus episcopus de hoc dictum est sup. de consue. c. vl. ĩ. de centib. peruenit. Et ita habes hic, quod ex tẽpore aliquis efficitur originarius, scilicet triginta annorũ. ‡ C. de agr. & cens. l. cum satis, libro 11. Arg. contra C. de præscript. quæ pro libertate opponitur. l. vlt.

g Debentes.] idest, obligati, & astricti ad colenda rura. Ber.

h De his.] scilicet, originarijs vel colonis.

i Retinere.] fortè in domo ad seruiendum sibi: quod esse non debet, vt dicit in princ. cap. 1. ĩ. eo. Iudæi siue.

k Ipse sibi imputet.] s. Iudæus, qui transtulit colonũ ad aliũ locum, vel ad aliud seruitium, imputet sibi, quia hoc ipso amisit ius colonarium, quod habebat in colono, & colonus liber erit ab illo iure. sic & in colono liberi hominis: vt si dominus velit vendere fundum, & transferre colonum ad aliũ locum: nõ potest eo inuito. C. de agri. & censi. quis prædium lib. 11. vel si velit diuidere aliquam agnationem colonorum, vel affinitatem transferendo eos ad aliam colonariam, redintegrandi sunt, C. comm. vtriusque iudi. possessionem & de agric. & censi. diffinimus, lib. 11. & sic Iudæus sibi imputet.

l Ius dominij.] s. quod habuit in gleba, quo ab ea recedere non poterat: dominus enim personæ non fuit, quia liber homo est, vt ĩ. eo. cap.

m Iuris seueritate.] Arg. quod iuris seueritas siue rigor seruandus est, sed hoc est in odium illorum Iudęorum. Ber.

n Damnauit.] i. abstulit sibi ius colonarium ipso facto. Vel expone, damnauit, i. fecit id, propter quod damnatur & aufertur eis ius colonarium; vel ipse colonus sibi imputet, qui non vult agere contra Iudeum qui transtulit ipsum, sed primum verius quantũ ad alteram partem disiunctæ, vt si vellet retinere Christianũ colonum secum in domo, illud non est permittẽdum, immo excommunicandi sunt, infra eod. iudæi, 2. respon so. & capitu. ad hoc. vbi redditur causa quare. Bernardus.

Iudæi de.] CASVS. Iudæi secundum leges nouas synagogas erigere non debent, sed veteres permittuntur habere. Nota, quod iudæi non possunt facere nouas synagogas, licet possint veteres retinere.

o Legalis diffinitio.] C. de Iudæ. lege vltima. Bernardus.

p Habere permittit.] Et si corruerint, de nouo possunt illas reædificare in pristinum statum: ita tamen ut ampliores non faciant, ĩ. eo consuluit. ar. ff. de no. openunciatio. l. 1. §. opus nouum. & §. si quis ædificium. Bernardus.

‡ Et tunc si proles est originaria; licet xxx. annis ibi non manserit, ut in l. tam fatis. Io. And.

† Aliàs item Verũ si quisquam.

† Genuen.

† Iañ.

Sed in registro B. Gregorij tit. 7. epist. 5. indic. 2. vñ hoc est sumptum ita habetur, Ianuario epo Calalitano.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compil. Vide extrauagantes præcedenti c. ciuitas, & Marquar. de Susa trac. de Iudęis, par. 1. c. 3.

b Tolerandi.] Sed quare non sunt tolerandi in habitu sæculari, cum liceat illis qui sunt in minorib. ordinibus, vxorem recipere, & cum ea morari. ī. de cle. coniu. c. 1. 32. di. si qui verò. & c. electores, & c. seriatim: apostata. n. excōicatus non est. Vt cesset ōis obiectio intellige ꝙ hic dr. de eo q. infamat' est in ordine sacro vł aliqua professione, cui non licet vltra ad sæculum redire, vñ tollerandi ñ sunt in habitu sæculari, sed p cēsurā ecclesiasticā cōpellēdi, nisi se purgauerint, accusatore deficiente redire ad ordinem vel religionē. arg. ī. de reg. c. pen. & 20. q. 3. eos qui semel. Immo incarcerari possunt, infra eo. c. 1. ne damnabiliter euagentur. De alijs in inferioribus ordinibus constitutis intelligi non posset: quia pōt renunciare in totum ordini clericali, supra de vi. & ho. cler. c. vlt. & supra de cler. coniug. Ioannes, & c. pen. & vlt. Bern.

...mus rndendum: Quod clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerūt habitum clericalem, a nō sūt in sæculari habitu tolerādi: b sed per districtionē ecclesiasticam coercēdi, donec deficiente probatione, ad infamiā abolendam purgationem canonicā curauerint exhibere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Baptizati, alterius secta, vel fidei ritus dimittere compelluntur.*

CAP. IIII.

Qvidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndam baptismatis volūtarij † accesserunt, veterē hominem omninò non exuunt, vt nouo c perfectius induātur: cū prioris ritus reliquias retinētes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo, q terram duab. d vijs ingreditur: & indui veste non debeat, lino lanaque e cōtexta. Statuim9, vt p Prælatos ecclesiarū talis obseruantia veteris rit9 omnimodo compescatur: vt quos christianę religioni liberæ voluntatis f arbitriū obtulit salutiferę coactionis necessitas, in eius obseruatione conseruet: cum minus malū existat viam Domini non agnoscere, quam post agnitā retroire. g

¶ Honorius iij. archiepiscopo Turon.

¶ *Apostata incarcerari & affligi possunt, vt habitum reassumant.*

CAP. V.

ANobis † expetijt tua fraternitas edoceri, qd de apostatis sit agēdū cum in custodia detinentur, qui minis h vel blanditijs i nullatenus possūt induci, vt abiectum habitum reassumāt. Ad quod tibi breuiter respondemus, quod tales (si volueris) poteris † sub graui custodia carcerare: ita quod solūmodo vita sibi misera reseruet. k donec a suæ psūptionis neqtia resipis...

Qvidam.] iudæi baptizati ritus iudaicos compelluntur dimittere. Primo ponit iudæorum baptizatorum excessum, contra quem secundo prouidens, duas auctoritates permittit, & duas rationes submittit. Secunda ibi, cum autem. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Iudæi seu infideles voluntati baptizati fuerant retinentes reliquias prioris ritus non reijciunt: vñ Christianę religionis decorem confundunt; quæsitum fuit in concilio, quid de talibus sit agendum: Cum maledictus sit homo, qui duabus vijs terram ingreditur, & indui non debeat veste de lana & lino contexta, statuit concilium, vt per Prælatos ecclesiarum tales obseruantiæ veteris ritus compescantur: vt sicut libero arbitrio ad baptismum accesserunt, ita necessitas coactionis eos in eius obseruatione conseruet: cum minus malū existat viā Dñi non agnoscere, q̄ post agnitā retroire. Nota, q qui baptismū recipiūt sponte, cōpellendi sunt vt fidē obseruent. ītē duab. vijs homo ite nō dēt. Itē plus peccat Christianus aberrans à fide, quā alius qui fidē ñ agnouit.

c Vt nouo.] Illud, vt si tenet ꝙ fc. sed ironicè hic dr. q nō induunt nouum hoiē, ex quo reliquias prioris hoīs retinēt.

d Duabus viis.] Nā si qōq; ratione officij, 3. q. 7. § tria, in fi. & ī. de prumpt. litteras, & ff. de rei vendicat. inter officium. sed illud ignorauit, ꝙ præstaret patrocinium in re sua.

e Lanaq;.] 16. q. 7. in noua & ī. de electio. & electi pōt. cū causam. & nemo dēt claudicare in duas partes. 49. disti. c. vl. ꝙ nemo potest duobus dominis seruire, 26. dist. acutius. & ī. de cler. coniugat. diuersis fallacijs. nemo autē fili9 Dei, & diaboli simul esse potest, de pœniten. dist. 1. cap. resuscitatus. §. item vt Christus ait. Nec duobus dominis seruire, vt ibi.

f Volūtatis.] Sicut n. libero arbitrio homo obediens serpēti perijt, sic se gra Dei vocante: proprie mētis conuersione saluetur: sed tamen si ꝯdōnali cōdōne coacti si tē suscipiūt, eā seruare cogūt. 45. dist. de iudæis, & c. 1. & 2. 23. q. 5 ad fidē ethi.

g Retroire.] q qui posuerit manum ad aratrū, & respexerit retro, non est aptus regno Dei ī. de voto, magnæ. & 12. q. 1. scimus, in fi. de pœnit. dist. 4 si refugientes. versus fi. Ber.

ANobis.] Cōis diuisio. Scda ibi, Ad q Abb. Siculus.

CASVS. Quidam clerici apostatæ in custodia detinentur, nec induci pōt minis vel terroribus vt habitum reassumant: qritur quid de his sit agendum? Rndet Papa ꝙ tales sub graui pōt custodia detineri & carcerari, ita quod solummodo misera sibi vita reseruet donec à malitia sua resipiscant. Not. clericos apostatas posse in carcere detineri, donec à sua nequitia resipiscant.

h Minis.] comminando diuinum iudicium, 2. q. 1. si peccauerit, 14. q. vl. si res, 27. q. 1. cap. vlt. & supra de temp. ord. cap. vlt.

i Blanditijs.] Blāditijs. n. & non asperitatib. ad fidem est aliqs inuitādus, 45. dist. qui syncera. immo & ōmis qōque, 23. q. 4. debet homo. tñ si isti apostatæ per huiusmodi non proficiunt, fiat quod hic dicitur. quod intelligo de his qui sunt in sacris ordinibus, aut in aliqua professione, vt supra eod. tuæ.

k Reseruet.] sicut reseruat vita de misericordia filijs eorū qui crimē læsę maiest. cōmittūt, 6. q. 1. c. qro. §. verū,

Margin: 2. Pet. 2. — † Vide Hostiensem in sum. tit. c. apostatis, § qualiter puniantur. & Bern. Diaz in practica crim. canon. c. 104. — † potes

ver. fi. C. ad l. Iul. ma. si quis cum militibus, vt vitã sibi pęnam existiment, 74. dist. quorundã. sic clericus pōt vxorem suam ligare. 33. q. 2. placuit. vt sic pœna docente humiliter debeat obedire, s. de elec. cum in cunctis, & 27 quæst. 1. si homo esses.

a Resipiscāt.] Tūc cũ venia poterit recipi: qa ecclesia nõ claudit gremium redeũtibus, C. de sum. Tri. inter claras. in fi. Et 6 ar. 1. q. 7 si g s oém.

Consultationi.] CASVS. Quidam monachus sacrum ordinem i apostasia recepit: tandẽ pœnitentiam agens abbati suo reconciliatus fuit; quæritur, vtrũ ministrare possit in ordine sic suscepto? Respōdet Papa, q quantumcunque reconciliatus fuerit, & pœnitentiã egerit, absque dispensatione sedis Apostolicæ i ordine sic suscepto ministrare non pōt. Nota, q solus Papa dispensare pōt cum eo, qui in apostasia ordines suscepit, vt in ordinib. sic susceptis ministret.

b Dispensatione Romani Pōtificis] Hic ergo Papa reseruat sibi dispensationem. sic supra, de hæret. excommunicamus, § fanè. sic s. de filijs presbyte. ca. penult. & vltimo. Item si iterata vnctione fuerit maculatus, 1. quæst. vlt. cap. saluberrimum, in fine. Item qui rebaptizati sunt de consecrat. distinctio 4. qui bis, & cap. eos quos. Itẽ & qui in subuersionem fidei, ordinationem recipiunt ab hæreticis 1. quæstio. 7. conuenienticibus; in fine, in quibus casibus solus Papa potest dispensare: tamẽ si ad aliam religionẽ transisset, & ordinẽ ibi suscepisset sine dispēsōne posset in suscepto ordine ministrare, s. de tempor. ordina. ex parte: quia ordinem non suscepisset in apostasia. Bern.

cant.[a]

¶ Idem archiepo Lugduneñ. †

¶ *Monachus in apostasia ordinatus non potest sine dispensatione Papæ in suscepto ordine ministrare.*

CAP. VI.

Consultationi † tuæ breuiter respōdem⁹, quod monachus aliquẽ sacrum ordinem in apostasia recipiens quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati, et receperit pœnitentiam, absque dispensatione[b] Romani Pōtificis ministrare nō poterit in ordine sic suscepto.

TITVLVS X.

De his, qui filios occiderunt.

¶ Alexand. iij. Tornaceñ. epo.

¶ *Mulier occidens sponte filium debet perpetuò in monasterio pœnitere: si tamen timetur de incontinentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.*

CAP. I.

Veniens † ad nos M. mulier lachrymabilr nobis confessione monstrauit, quod cum de quodam filium genuisset, & ille sibi sæpè turgido vultu improperasset, quod filius eius nō esset, ipsa iracundiæ[c] calore ducta, eundem filiũ interfecit:[d] & infra.

¶ Mãdamus, quatenus eam labores inducere, vt ad aliquod monasteriũ transeat in quo peccata sua perpetua pęnitētia de ploret. Si autẽ (repugnãte carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubēdi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat vni soli, q̃ inhoneste multos[e] admittat.

¶ Lucius iij. Parisieñ. episcopo.

Mulier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet sed alia pœnitētia sibi imponitur.

CAP. II.

Intelleximꝰ, † quod M. mulier filiam paruã furore accensa diabolico iugulauit; propter quod dominus terræ, maritũ eius ipsam compulit abiura-

DE HIS QVI FILIOS OCCIDERVNT.

Supra in quatuor proximis titulis visum est de his qui peccant principaliter in Deum, consequenter restat uidere de his, qui peccant in hominem & in Deum &, vt de committentibus homicidium; sed quia inter homicidiorum genera homicidium filiorum est grauius, ideò primo de his præmittitur. Abbas Siculus.

Veniens.] Loquitur ista decretalis in foro animæ & duæ sunt partes, consultatio & responsio. Secunda ibi Mandamus. Abbas.

CASVS. Quædam mulier filium de quodam suscepit; ille verò improperabat eidem, quod eius filius non fuisset: vnde ipsa diabolico furore accensa, filium interfecit: vnde ipsa lachrymabiliter ad Papam accedens petijt sibi impendi consilium salutare; Mandat Papa episcopo loci, vt laboret eam inducere, vt ad aliqđ monasterium trãseat: in quo pœnitentiam agat de commisso: Si autem ad hoc induci non poterit, det ei licentiam, vt in Domino nubat: quia tutius videtur vt nubat vni, quam inhonestè multos admittat. Nota, quod dominus Papa votum reuocat, & commutat, etiam si de iure naturali debeatur.

c Iracundiæ calore.] Vndecima quæstione tertia, ita sæpe, & c. cũ apud. Bernardus.

d Interfecit.] Sic j. cap. proximo. De pœna istius habes C. eodem titulo l. vnica. & secundum canones non ita puniuntur: quia Deus non vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, &c. 26. quæstio. 6. agnouimus, & 26. quæstio. vlt. his à quibus. De hac pœna secundum canones infra eo. cap. vltimo.

e Multos.] sim. trigesimaprima quæst. 1. quomodo virginibus. & sim. supra qui cleri. vel vouen. veniens. si autem nō esset præsumptio de ipsius incontinētia, non daretur sibi licentia contrahendi propter crimen suum. 23. quæstione secunda, in adolescentia.

Intelleximus.] Non diuiditur; Et loquitur in foro animæ, vt dixi in præcedenti capitulo. Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier diabolo instigante filiam suam occidit, propter quod dominus terræ maritum ipsius ipsam compulit abiurare; Significatum fuit hoc domino Papæ, vndè mandat episcopo diœcesis, quatenus super hoc ita prouideat, quod de commisso excessu pœnitentiam agat; & saluti suæ & filiorum consulatur, & non obstante iuramento prædicto, eam viro suo restituat, ita quod filios suos possit liberè gubernare. Nota quod iuramentum illicitum non est seruandum. Item nullum maleficium separat matrimonium legitimè contractum, quo minus alteri adhærere teneatur nisi esset crimen idololatriæ.[a]

a Abiurare.]

† Lundeñ.

† Vide præ alijs hic Hẽricũ Boich. & Hostiẽ. p̄cedenti c. cītatum.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Later. sub Alex. iij. par. 50. cap. 12. Et p̄ter Doct. hic vide late per Hostien. in summa hoc eo. tit.

1 Præter Do hic vide Legistas ind. vnica, C. his qui pa vel lib. c cid. & in alia deinc instit. pub. iud.

† Cap. 2. eo in 1 com pil. & p concil. terã. par. ca. 15.

2 Idest nisi . cumulibe alterius delinquat. tamen sol[illegible] [illegible] legitime [illegible]

a Abiurare.] Et male:quia quos Deus coniunxit, homo non separet. 33.q.2.c.1. & ob hanc causam, eam maritus dimittere non posset, 32.q.2.quicquid,& q.7.omnes causationes.

b Iuramento. Tale iuramentũ illicitum fuit, ī. de iureiur. tua nos, tamen in hoc non multum peccauit, quia cõpulsus hoc fecit, sed potius debuit quęlibet mala pati, quam malè consentire. 32.q.5. ita ne, vndè iurare non debuit: quia sine periculo salutis æternæ seruare non potuit iuramentum: mitius tamen agetur cũ ea, ꝑpter filios quos debet nutrire.

re. a Quia verò illam alios habere filios intimasti: Mandamus, quatenus, ita super hoc prouideas, quod sui sceleris pęnã luat, & saluti eius, ac filiorum per tuã prouidentiam cõsulatur: & non obstante iuramento, b quod à viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituas: ita quod filios suos liberè possit, & pacificè gubernare.

¶ Idem.

¶ *Se summat, ponit pœnitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.*

CAP. III.

De † infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre, & matre: & non apparet, vtrum à patre, vel à matre oppressus sit ipse, vel suffocatus, vel propria morte defunctus: non debent indè securi esse parentes, nec ẽt sine pœna. c sed tamen consideratio dẽt esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus d mortis causa fuerit. Si autem eos† non latet, ipsos interfectores esse, scire debent se grauiter deliquisse. Quidam autem pœnitentiam trium annorum iudicant esse debere, quorum vnum peragant in pane, & aqua. l

De infantibus.] CASVS. Infantes aliquando reperiuntur mortui cũ patre, & matre in lecto, nec apparet, vtrũ à patre, vel à matre oppressus sit, vel propria morte defunct⁹ quæritur quid sit in hoc casu agendum patri, vel matri? Respondet Papa, quòd parentes non debent esse indè securi, nec sine pœna, verumtñ discretio pietatis debet adhiberi, vbi nõ fuit voluntas, sed euentus mortis causa: Si verò eos interfecerint, scire debent se grauiter deliquisse. quidam dicunt, ꝙ pœnitentiam trium annorum agere debent, quorum vnum peragant in pane, & aqua. Nota, quod in pœnitentia imponenda voluntas, euentus, & aliæ circumstãtiæ considerandæ sunt.

[Glossa sequens obijcit, & soluit, determinans demum, quod si spõtè, vel casu, ex graui, vel leui culpa, vel ex nulla.]

c Nec etiam sine pœna.] Sed si nõ constat eos interfectos à patre, vel matre, sed euentus fuit causa mortis, non debet eis pœnitentia imponi: quia non peccauerunt, licet hoc non constet, tamen ad cautelam tutius est, quod indè pœnitentiam agant, quia forsitan minorem diligentiam illis adhibuerunt, argu. 23.q.5.excommunicatorũ, & 34.q.2.in lectum mariti, quia bonarum mẽtium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est, supra de obser.ieiu.consilium.§.2. & inf. 5.dist.nõ ẽt ad eius verò, & ī. de pœni. & remis.quæsitũ. Et arg. ī. de spon.iuuenis, & hoc secundum discretionem pietatis, vt hic, dicit, ad arbitrium imponentis, vt in cap. quæsitum, de pœn. & remis. Si verò sponte hoc fecerunt, tunc grauissima pnia debet eis imponi, aliquantulum maior, q̃ pro alio homicidio: quia magis peccare vr̃ proprium filium occidendo. Arg. inf. de homi.cum iuramento, & de pęni.dist.1.ex aut facta, & secundum leges fortiori pęna puniuntur. C.eo.tit. l.vnica, & ff. ad leg.Pomp.de parric.l.1. Si non casu, sed culpa graui præcedente, tũc pnia vij. vel v. annorum est eis imponenda. ar.50.distin.si qua fœmina, si quis spontè, & ī. de pęni. & remi.quæsitum. Si verò leuis culpa præcessit, posset imponi pœnitẽti triũ annorũ, vt hic dicitur. Si aũt nulla præcessit culpa, vel negligẽtia, de iure in nullo sunt puniendi. Ar. ī. de homici.ex litteris 1. sed ad cautelã (vt dictũ est) dẽt imponi pp ambiguum duplicitatis, consideratis omnibus circunstantijs, de pęn.di.5. cõsideret, & ī. de pę. & remiss.is qui.Tan.

d Euentus.] 50. di. stin.studeat.

† Vox, eos deest in quibusdã exemplaribus.

TITVLVS XI.

De infantibus, † & languidis expositis.

† In codice Barbatiæ ita De infantib. lãguidis, vel expositis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Infans expositus à patre, vel alio eo consentiente, vel ratum habente, hoc ipso à patria potestate liberatur. Idẽ in seruo, & liberto, qui ob prædictam causam liberantur à dominica potestate. Et idem iuris est in prædictis languidis cuiuscunque ętatis, sic expositis, vel si eis alimenta denegantur, hi tamen qui prædictis alimenta pręstiterint, nullum iũs in eis acquirunt.*

CAP. I.

SI † à patre, siue ab alio sciẽte e ipso, aut ratũ habẽte f relede languidis prædictis expositis, cuiuscunque ætatis fuerint, vel si alimenta alicui de prædictis personis.s.filijs, libertis, & seruis languidis negari contigerit: verumtamen qui hos suscipiunt, propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare non possunt. Nota, ꝙ ratihabitio in maleficijs retrotrahitur, & mandato comparatur.

DE INFANTIbus, & languidis expositis.

Quia exponentes infantes, & lãguidos eos quasi occidunt, ideò post rubr. ꝓced. subijcit istam. Abb.

De hac materia tractatur 87.dis.c.vlt. & ī. i rub. de homicid. ver. quid iuris de infantibus.

Si à patre.] CASVS. Si à pře, aut ab alio (patre sciẽte, aut ratũ habẽte) infans expositus fuerit ꝫ officiũ pietatis, hoc ipso filius à potestate patria est liberat⁹, & in hoc casu libertus efficit ingenuus, & seruus in libertatem eripitur. Et hoc idẽ intellige

† De materia, & intellectu præter Doct.hic, vide Turrecrematã in c. si exposit⁹. 87. dist. Syluestrũ in Sum. verbo, expositus, & Iul. Clar. i prac. crim.q.83.

e Sciente.] ipso.sim.54.dist.si seruus sciente, & ī. de his, quæ fi.à Præl.si.consen. cap. c.2. & ita est hic argu. ꝙ qui tacet, consentire videtur, vt 65.dist.si forte, & 27. dist.diaconus, vbi de hoc.

f Ratum habẽte.] Ratihabitio in maleficijs retrotrahitur, & mandato comparatur. ff. de vi, & vi ar.l.1.§. sed, & si cum quis, & ī. de rest.spol. cum ad sedẽ, in fi.

Ffff 4 & ꝓ-

(Marginal notes, left edge, partially cut:) ap.vnico tit.in 2. Et vide s in hac tit. & tit. in ia, verhomici- 24.q.23.

& generaliter dicit lex, q omnis ratihabitio retrotrahitur. C. ad Maced. l. si filius familias. Bern.

a Pietatis officio.] & re uera relegato, quia debuerunt viscera eius commoueri super filio suo. ff. de praesump. afferte, & paternus affectus omnem vincit affectum. C. de cura. fur. l. vlt.

gato pietatis a officio) infans expositus extitit: hoc ipso à potestate fuit patria liberatus. b Nam † & hoc casu in ingenuitatē libertus, & seruus in libertatem eripitur, quod & de praedictis cuiuscunque aetatis languidis, c si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impiè denegari contigerit, est dicendum. Sanè qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorū personis ius aliquod vendicare. d

¶ In codice Barbatiae, ita: Nā & in hoc casu &c.

TITVLVS XII.

De homicidio † voluntario, vel casuali.

¶ In Exodo. †

¶ Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curiae seculari, vt moriatur.

¶ Vide Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 7.

¶ Exod. c. 21. & c. 1. eo. tit. in 1. comp.

[Gl. se. distinguit, & teci. potest signando contrarium de c. si. 87 distin.

b Liberatus.] de istis expositis hēs 87 di. c. vlt & intelligas illud s'm istud. No. ergo sup hoc, aut exponitur infans sciente patre, vel dño seu patrono, aut ignorante: Si sciente, & non ꝯdicente, vel ratū habente expositus sit, filij sic expositi sui iuris existant, liberti in ingenuitatē, serui in libertatē eripiant. & multo magis si ipsemet ipsū exposuit: qa nec dicere sibi postea poterit, q. perentem contēpsit. C. eo. tit. l. 2. & 3. tenor quarū hic cōprehendit: si n. ipsum alere non poterat eū in xenonē mittere debuit, vel quo poterat mō eum adiuuare. C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. sed scimus, & vr q tanq homicidae dānent: vt 87 dist. c. vlt. & ff. de lib. agno. necare. vñ expositi, sanguinolēti dicuntur. C. eo. in rub. Si verò ignorante, vel inuito, non praeiudicat ei, q n possit illū repetere, sed restituat expensas nisi a fure vendicet. C. eo. l. 1. & hic in prin. vt ibi dicit: sciente eo, aut ratū habēte: ergo si ignorante, vel ꝯdicente, nō nocet pri, vel dño. c. illud, si expositus, intelligit Hug qñ infans expositus est ab alio, quam à patre, vel dño, vt tunc possit repeti post contestationem publicè factā ꝫ decē dies, & hoc c. non cōtradicit. Bern.

[Glo. seq. inducit simile de monacho.

c Languidis.] Idem iuris est circa pdictas psonas cuiuscunq; aetatis sint, si languidae fuerint, siue alimenta eis impiè negent, vt tā filij sui iuris efficiantur, q serui, & liberti in libertatē, & ingenuitatē eripiantur: qa hūt hos pro derelictis. ff. pro derelic. l. vlt. & C. de lati. lib. tol. l. vnica, §. sed scimus, nec ad eorū bona vlterius aspirabūt, vt §. sed scimus. Sic & Abbas dēt recolligere monachū suū, ne dānabiliter euagetur, ne pereat, ꝫ. de relig. & transeu. ad reli. c. vlt. qd si nō fecerit, & ille in seculo remanens aliqua acqrat, & sic moriat, monasteriū qd neglexerit illu, ab ipsius bonis maneat segregatū. arg. pdicti §. & est hic arg. ad hoc q crederē si monasteriū ipsū expulit, vel et si redire voluit salua ordinis disciplina, & si fuit admissus, qa sic ipiè alimēta negauit. B.

d Vendicare.] Imò liberi erunt, & sibi acquirunt: vt C. eod. tit. l. vlt.

DE HOMICIDIO VOLVNTArio, vel casuali.

Viso de homicidio in specie, merito subijcit rubricam generalem de homicidio: & quia homicidiū quoddam est necessarium, quoddam voluntarium: vt ꝫ. eod. sicut dignum, ideò subijcit de utroque. Abb.

De hac materia tractatur 50. dist. §. quod verò vsque ad §. sed exēplo. 23. q. 5. & q. vlt. si quis, & de pœnit. periculose, vsq; ad c. si propterea, & c. si quis cum telo. & c. seq & praeced. 15. q. 1. & 32. q. 2. quod non est, & duob. ca. sequen. & 33. q. 2. latorem.

CAP. I.

SI † quis per industriā e occiderit proximū suū, & per insidias, f ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

¶ Ex pœnitentiali Romano. †

¶ Ponit pœnitentiam occidentis latronem, cum se poterat aliter liberare: si verò aliter liberare si non poterat, non tenetur agere pœnitentiam, nisi ad cautelam.

CAP. II.

INterfecisti † furem aut latronem, g vbi cōprehendi poterat absque occisione: qa ad imaginē h Dei creatus est, per quadraginta dies non intres ecclesiam, & lanea veste i indutus, ab escis, k & potibus, qui interdicti sunt, & à toro, l

SI qs. Nō pōt congrue summari ꝑp breuitatē, & lecturarū varietatem: sed s'm intellectum glo. h. d. Homicida ex proposito, nō gaudet immunitatib. ecclesiasticis h. d. sed iste intellectus nō procedit de iure: vt in c. fi. de imm. ec. vt dicit Panor. imò potius debebat in illo titulo collocari. Ideo ad alium intellectum sic summari potest: Homicida ex proposito, debet deponi ab altaris ministerio. Abb.

CASVS. Dicitur hic, q si aliquis per industriam, vel insidias hominem interfecerit, euellatur ab altari, & interficiatur. No. q publicus latro ab ecclesia extrahi potest immunitate non cassita.

e Per industriam.] secus si casu arg. 15. quaest. 1. si quis non iratus, & infra pluribus capit.

† De sub... plicitate ... Pape decis...

† Cap. 4. ... Barbatia ... 11. & 2 lib. 9 ... c. 46. Gratian ... 13. 4. 14. 4.

† Vide Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. ... Soto ... iustit. & iure ... q. ... art.

[Glo. seq. huic casui addit duos similes casus.

f Per insidias.] Sim. 24. dist. § de his, iste qui per aggressionis insidias occidit, ab ecclesia immunitatē non habet, de tali loquitur lit. nec publicus latro, ꝫ. de immuni. eccl. inter alia, & C. quando lic. vni. sine iudi. se uin. l. 1. & 2. & 17 q. 4. sicut antiquitus. Item qui ea spe in ecclesia, uel cœmiterijs delinquunt, ut ibi liberentur, non defenduntur ibidem, ꝫ. de immuni eccle. c. ult. & ita iste euelletur ab altari, si confugerit illuc. Bern.

INterfecisti.] Duae sunt partes. Secunda ibi, Si autem. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, q si aliquis interfecerit furem, uel latronem, quem capere poterat, absque occisione, quadraginta dies in pane, & aque pœniteat: & alia facere debet, quae in litera sequuntur. Si uerò sine odio liberando se, & sua, huiusmodi hominem interfecit (s'm indulgentiam dicit: quia ad imaginem Dei factus erat) si aliquis ieiunare uoluerit, bonum erit, & eleemosynam faciat: Si autem presbyter haec eadem fecerit, non deponatur tamen quandiu uiuit, pœnitentiam agat. Not. q quandiu aliquis se defendere, uel sibi consulere aliter potest, neminem (etiam se defendendo) occidere debet.

g Latronem.] non intelligas de publico nocturno depopulatore agrorum: quia licitum est occidere illū. C. quando licet uni sine iu. l. 1. & 2. sed non clericis. Ber.

h Ad imaginem.] 33. q. 5. haec imago. uñ facies hominis quae facta est ad imaginem celestis pulchritudinis, minimè maculetur. C. de pœn. si quis in metallum. B.

i Lanea ueste.] intell. cilicio 50. dist. in capite. Ber.

k Ab escis.] 4. dist. denique.

l A toro] quantum in ipso est, ut non exigat: sed reddat ea-

gladio, a & equitatu, illos supradictos dies abstineas. In tertia autem, & quinta feria, & sabbato, a liquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & paruis pisciculis cum mediocri ceruisia b vtere temperate. c

¶ Si autem sine odij meditatione, te tuaque liberando, huiusmodi diaboli membra interfecisti (secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid ieiunare volueris, bonum d est tibi: & eleemosynam fac largiter. † Si presbyter eadem fecerit, non deponatur: e tamen quamdiu viuit, † pœnitentiam agat.

¶ Augustinus sup. Exodo. †

¶ *Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.*

CAP. III.

SI perfodiens f † inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur sol super eum, reus erit.

¶ Intelligitur g ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus † occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait. Si oriatur sol super eum, & cetera: quia poterat discernere quod ad furandum, non ad occidendum venisset; & ideò non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus sæcularibus h (quibus ista antiquior i) inuenitur, impunè scilicet occidi nocturnum furē, quoquo modo: diurnum autem, si se telo k defenderit. iam enim plus est l quam fur.

¶ Hieronymus. †

¶ *Sub generali pollicitatione seu promissione etiam iurata non venit illicitum.*

CAP. IIII.

CVm iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcunque postulasset ab eo: si ob iurandum m fecisse n se dicat: si patris matrisuè interitum postulasset, facturus o esset, an non? p quod ergo in suis

---

[glossa] ... exactus. 33.q.4.ca.vlti, & q.5.si dicit, sic inf. de sent. excom. inquisitioni. Ber.

a Gladio.] hoc prohibetur omni pœnitenti. 34.qõ. 1. admonere. & de pœn. dis. 5. fal sas, ibi dr, quod ab omnib. illicitis est abstinendum, non quod militare sit malum 23.q.1. militare. sed propter pronitatem peccandi prohibentur pœnitentes.

b Ceruisia.] de Anglia fuit, vbi fit ceruisia.

c Temperatè.] id est, non vltra tertiā vicem, vt in illa palea. 44. di. quando presbyteri.

d Bonum est tibi.] saltem ad cautelam: quia bonarum mentium, &c. s. de obser. ieiu. consilium. §. 1. & 5. dist. ad eius.

[Gl. seq. reci. p q.]

e Nō deponatur.] quia non dr directe homicidiū fecisse, tñ irregularis 1 (vt credo) factus est, q a potius debuit dimittere sua, q̃ ipsum interficere. 3. eo. suscepimus. sed dispensatur cū eo vt beneficiū habeat ex misericordia sine ordinis executione. ar. 28. dist presbyterum. Vel intellige vt dicitur inf. eo. sicut in glo. quæ incipit, no. in fi. quando non potuit euitare.

f SI perfodiens.] Primò ponuntur verba Exodi: Secundò verba Augustini exponētis: Secūda ibi, Intelligitur Abb.

CASVS. In Exodo legitur, Si perfodiēs domū inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non imputabitur illi homicidium: Si autem oriatur super eum sol, reus erit. Augustinus exponēs verba ista dicit, quod si nocturnus fur occiditur, non reputatur homicidium; si autem diurnus, ad homicidium pertinet, quia poterat discernere quod ad furandum venisset, non ad occidendum, vndè non debuit occidi, hoc et in secularibus legibus inuenitur scilicet nocturnum furem impunè occidi (quibus ista est antiquior) diurnū non. q si defendat se telo, iā plus est q̃ fur. No. q magis cā facti, q̃ ipsum factum considerari debet. Item nocturnus fur impunè interfici potest, diurnus autem non.

f Si perfodiens.] de nocte. s. per id quod sequitur. B.

g Intelligitur.] Hucusque sunt verba Exodi: postea sunt verba Augustini exponentis prædictam auctoritatem. Ber.

h Legibus secularibus.] ff. ad l. Aquil. itaque. § lex. & ff. ad l. Cor. de sica furē. Sed pone, quod vult me interficere; nunquid possū eū pcutere? Dicūt quidā q sic, ar. C. ad leg. Cor. de sica l. 2. & 3. & 4. de iusti. & iu. vt vim & l. prædicta, itaque, in prin. Sed pone q percussit me, & recessit: nunquid possum eum insequi vt percutiam? Hug. dicit quod nō: quia sic iniuriā vellet vlcisci, & nō repellere eam: quod non licet, 46. dis. seditionarios, qdia incontinenti & sine interuallo licet vim vi repellere, in f. de sent. excom. si vero 1. & infra eod. significasti 2. vbi de hoc.

i Antiquior.] quia à lege diuina omnis sciētia sumpsit exordium, 38. dist. c. legimus, §. hinc etiam. & ita primò fuit lex diuina q̃ secularis.

k Telo.] armorum nomine fustes & lapides intelliguntur, ff. de furt. si pignore, §. furt, & ferrum, & omne quod arcu. & manu mittit. Insti de publi. iud. §. item lex Corn. Vin.

l Plus est.] & ita videtur, quod liceat se vindicare. C. quando liceat vnicuique se vin. l. 1. & 1. dist ius naturale Ber.

CVm.] Iuramentum gñale non extēditur, vt quia teneatur ad homicidiū, hoc dicit. Abb.

CASVS. Herodes cū iuro pmisit puellæ saltanti dare qc q d peteret etē si dimidiu regni sui postulasset: puella illa de consilio matris petijt caput Io. Baptistæ. & accepit: dicit Hieronym. Si pp iurandu hoc fecisse se dicat, nunquid si patris, vel matris postulasset interitum, facturus esset hoc, vel non? quasi dicat, nō fecisset: ergo q d non fecisset in suis, contēnere debuit in propheta. No. q iurm nō extenditur ad illicita. Itē q quis nō facere in suis, non dēt in alijs attentare. Itē q talē diligētiā adhibet q s in suis reb. talē adhibere dēt in alienis.

m Si ob iusiurandum.] verba sunt Hieronymi exponentis præ dicta verba.

n Fecisse.] homicidium scilicet.

[Glo. seq. reci. per q. an in suis facere debuisset.

o Facturus esset.] Certè nō debuit facere, quia in gñali sermone siue promissione multa excipiuntur, ff. de seruit, si cui quia ōia illicita intelligunt excepta De hoc habes plura, arg. s. de iureiu. quemadmodū. & ea etiā nō veniunt q̃ specialiter nō dedisset, ff. de pig. l. obl'one vñ Herodes nō fuit obligatus suo iuro vt daret caput Ioānis mulieri saltanti, p illa verba gñalia. Quodcunque postulasset. & quia si specialiter petijsset, non dedisset, & ideo tale iuramentum ipsum non excusauit. 2

[Gl. seq reci p q. an excusetur si de facto in suis, &c.]

p An non.] quasi dicat, non: imò & si fecisset ī suis, si iō debuisset facere ī alijs: Nā in pprijs seuitia inculpāda, ita alienis coercēda est, ff. sol. ma. si stace, §. sim autē. nō enim

---

[margin] † De hoc ar. vide plene p Iul. Clarū. l. 5. sen. §. homicidium. versi. vltima est defensio. Anto. Gome. tom. 3. varia resolu. cap. 3. de homic. & Couarruuiā in Clem. si furiosus. de homi. in 3. par. relectionis. §. vnico.

[margin] e hoc ar. e oino uarruuiā Clem. uriosus. homici. in 3. re. ionis par §. vnico. le Syluestro in sum. bo, homi ū, 2. q. 16 ide Ber. di. Diaz. tract. cri. c. ca. 89. luat: 20. l. c. 22 gulinus ionū 10 slo. q. 84 ffert Ivo 10. c. 53. ffurt c. 3. ... in 1.

[margin] † B. Hieronym. sup Mathæum c. 14 refert Burchar. l. 12. de cre. c. 16. Ivo par. 12. c. 73. & c. 6. eo. ti. in 1. cōp. Et de materia plurima huc spectātia tradit Iason in l. ita stipulatus. lagrāue, ff. de verb. obl. vbi Alc.

[margin] 2 Consideratione digna sunt de hac re beati Hieronimi verba præcitato loco, dicētis ita. Ergo nō excuso Herodē, q inuitus & nolēs pp iusm homicidium fecerit: q ad hoc fortè iurauit vt futuræ occisioni machinas ppararet, hæc ille, sequūt mox reliqua huius capitis verba.

enim ad minorem diligentiam tenetur in rebus alienis, quam in suis, C. man. in re mandata. Institu. quibus mo. re. con. obli. §. at is qui. ff. commo. si vt certo. & bonæ fides abesse præsumitur, si rebus tuis existentibus saluis, res depositas amisisti. sup. de deposi. bona fides.

a Debuit.] 1. d. humanum genus, 50. d. ponderet, 1. q. j. primò semper. Ber.

SI aliqs] CASVS. Si aliquis cā libidinis explendæ, vel odio, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel dederit ad potandum, vt non possit generare vel concipere, vel ꝙ soboles non nascatur, vt homicidia tenetur. No. quod aliquis occasionaliter est homicida.

[Gl. seq. distinguit pœnam legalem, spiritualem, & irregularitatis: distinguit et an cōceptum sit animatum, necne.

b Vt homicida.] quantum ad pœnam legalē, ff. de pę. si qs aliquid, §. qui ad ortionis, & ff. ad l. Cor. de sica. si mulierem, & quantum ad pœnam spiritualem, sed non est irregularis ac si hominem interfecisset. Illa enim irregularitas non contrahitur nisi actu homo interficiatur iam animatus, inf. eod. sicut, & 32. q. 2. quod verò. quia non vr homicidium fecisse, vt ibi dicit, & §. seq. Vnde si quis percusserit mulierem, & abortum fecerit, si informatum erat conceptum, puniet pecunia, vt ead. causa & quæstio. Moyses. vnde. talis dr homicida occasionaliter. 87. dist. in. pastor. famæ. & 87. dist. si expositus. & C. de infan. exposi. l. vlt. & ff. de lib. agno necare. & 55. dist. si quis absciderit. Bern.

† Guarnacien. sed Burchardus lib. 17. decret. c. 57. tribuit concilio Vuormacen. 30. habetur cap. 13. e. ti. in 3. compi.

† Vide Syluestrum in sūma, verbo homicidiū 2. q. 19. & Antonium Gomezii tom. 3. varia. resol. c. 3. nu. 32. & 33.

† teneatur.

† Exonien.

repudiatus fuit, contemnere debuit[a] in Propheta.

¶ Ex concilio Guarmacień. †

¶ *Homicida est, qui facit, vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis.*

CAP. V.

SI † aliquis causa explendę libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, vt homicida[b] teneatur. †

¶ Alex. iij. Exonień. † epō.

¶ *In pœnitentia imponenda, iudex debet attendere circunstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum.*

tò dicit, ꝙ illi qui se asserunt animum regis inflammasse ad odium, vndè homicidium secutum fuit, durè & asperè sunt puniendi, sed non ita seuere, nisi fortè ipsum regem ad homicidium prouocassent, cum aliàs id non fuisset. Quinto dicit, quod illi non fuerunt immunes à culpa, nec debent esse immunes à pœna, qui licet ignari fuissēt homicidij, in custodiendis eā rebus suis ministeriū præbuerant: Sextò dicit, ꝙ illi qui occupauerūt bona illius sancti viri post mortem ipsius, si nihil aliud fecerunt, à pęna mortis sunt immunes, sed illa quæ occupauerunt, restituere tenentur illis, quorum fuerint, si habent vndè reddere possint: & licet quidam dicant se illa pauperibus erogasse: non sufficit eis, si potuerunt illa eis, quorum fuerunt, restituere.

hoc dicit vsque ad §. illi autem.

CAP. VI.

SIcut † dignū: & infra: ¶ Sanè cum vir discretus existas: plenius nosti,[c] quod in excessibus singulorum, non solum quantitas[d] & qualitas[e] delicti, sed ętas[f] scientia,[g] sexus,[h] atque conditio[i] delinquentis sunt attendenda: & non solum secundum prædicta, sed s͂m locum & tempus quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici: cum idem excessus, magis sit in vno quàm in alio puniendus.[k]

¶ *Socians homicidam ani.*

ILLIS PRÆTEREA. Dicitur hic, ꝙ illis, qui participauerunt illis excommunicatis, pœnitentia debet indici si scienter participauerunt eisdem, considerata mora temporis, & vtrum affectione vel timore participauerunt.

† Concil. in cap. 2. postea la teri. sub Alex. 3. pa. 35. Et de materia & in le[illegible] lecta b[illegible] illustris de [illegible] Doct. Iul[illegible] Clarum in §. homicidiū. & Antoniū Gomezij tomo varia. resol. ca. 3. & Clementinas de Clementinis de mic. par. relectione §. 2.

CLERICOS AVTEM. In isto vltimo §. dr, quod clerici qui armati tanto facinori interfuerunt, vel consilium dederunt, vt sanctus vir caperetur, perpetuò ab altaris ministerio sunt deponendi, & in ecclesijs nullo tpe lectiones legant, vel historia, in choro separatim cantent, & in claustro monachorum, vel canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi, ita quod vsque ad septennium vel quinquenniū debeant ab introitu ecclesiarū coerceri. Nota in principio capituli, ꝙ in pnijs imponēdis consideranda sunt quantitas & qualitas delicti, ætas, scientia, sexus, atq; conditio delinquentis, locus, & tps, quo delictū committitur. Item dignitas personæ aggrauat vindictā. Itē voluntas punitur, licet non processerit ad factum. Item consentientes, & agentes, & opē dātes pari pęna puniuntur. Item de persuasu tenetur quis. Item in debito facultas debitoris considerari debet. Item arg. de reb. alienis & male acquisitis eleemosynas fieri non posse. Item non remittitur debitum sed augetur, si alij soluatur, ꝙ alij ex debito debetur. Item mora tpis aggrauat peccatum. Item timor attenuat culpam. Item ignorantia excusat participantem cum excōicatis. Item consilio committitur homicidiū.

c Plenius nosti.] simile 11. dist. c. vlt.

d Quantitas.] an sit enorme vel mediocre, adulterium, vel incestus.

e Qualitas.] an sit occultum, an manifestum.

f Aetas.] 15. q. 1. illud relatum peræque. Bernar.

g Scientia.] an sit discretus, vel nō sanæ mentis, 3. q. 9. indicas. vel minus discretus.

h Sexus.] 32. q. 6. indignantur.

i Conditio.] 22. q. 5. qui compulsus. & de pę. d. 1. c. aut facta. Hæc quæ hic tanguntur & alia expressè habentur de pę. d. 6. consideret. & inf. de pen. & remissis. is qui.

k Puniendus.] 32. q. 5. qui viderit, sup. de hæreti. excōicamus, §. credentes. in fi. & supra de iureiuran. cum quidam. vbi de hoc.

SIcut] Præmitte pro intellectu huius capitis, ꝙ Papa mādauit epō Exonień. quatenus absolueret oēs occisores beati Thomæ, & alios, q. fuerant in eius morte culpabiles. Eps verò cōmissarius reperit varios varijs culpis adstrictos: vñ dubitauit de pnia iniūgēda tpe absolutionis, & ad hoc cōsuluit Papā: q. sibi rñdit, vt hr in litera: & aliter nō sumat. Io. A. pp. plixitatē literę. Abb. Sic. CASVS. Rex Angliæ ad suggestionem quorundam fecit occidi archiepm Cātuariē. quorum quidam venerunt ad confessionem ad Epm Exonień. Eps Exonień. quæsiuit à Papa qualiter cum illis esset agēdum? Rñdet ei Papa, cum ipse sit vir prouidus & discretus, plenè nouit quòd in excessib. singulorum quædam sunt consideranda, videlicet quantitas, & qualitas delicti, ætas, scientia, sexus & conditio delinquentis, & locus & tempus quo delictum cōmittitur: istis consideratis pnia debet imponi: quia idē excessus pl⁹ in vno q̄ in alio punit: Tandē rñdet ad quēlibet articulū de quo quæsiuit: Scdō dicit, ꝙ illi qui venerunt animo occidendi, feriendi, aut capiendi illū sanctum virum, tamen manus non iniecerunt in illum, si de captione illa mors subsecuta fuisset, pati pœnitentia, vel fere p[illegible] sunt puniendi cum occisoribus. Tertiò dicit, quod illi qui non venerunt vt ferirent, sed vt ferrent opē percussoribus, si ab alijs impediretur paulò minori pœnitentia debent puniri: quia scriptum est: Qui potuit hoēm liberare à morte & nō liberauit, eū occidit: qa cōstat eos animo non esse à reatu homicidij, q venerunt, vt occisorib. opē ferrent. Quar-

a Anim.

¶ Illi † aūt, qui animo occidēdi, [a] feriendi, aut capiendi illū sanctū & reuerendum virum quondā Cātuarieñ. archiepm, citra manuū iniectionē se fatentur venisse: [b] si de illa captione mors [c] eius secuta fuisset: pari pœnitētia, † vel fere pari, existerent puniendi.

¶ Qui sociat homicidam tātū animo prohibēdi, ne impediatur tenetur paulo minori pœna. h. d. usque ad § si verò

¶ Illi ēt, qui nō vt ferirēt, sed vt percussoribus opē ferrent, si forte per aliorum violentiā impedirētur, paulo minori debent pœna mulctari: quia cū scriptū † sit: Qui potuit [d] hominē liberare à morte, & non liberauit, eū occidit: constat ab homicidij reatu immunes nō esse, qui occisoribus opē [e] cōtra alios præstare venerunt: nec caret scrupulo [f] societatis occultæ, [g] qui manifesto facinori † desint obuiare.

Incitās aliū ad homicidiū, mitius punitur quā homicida: secus aūt si incitauit ad certū homicidiū. nam eo secuto, tenetur vt homicida. h. d. vsque ad §. hi quoque.

¶ Qui verò se asserūt animū regis inflammasse [h] ad odium, vndè homicidiū fuit secutum, dure & aspere, sed non ita seuerè sunt puniendi: nisi fortè regē ipsum ad illud homicidiū suis suggestionibus prouocassent. [i]

¶ Custodientes sarcinas occidentium scientes eos esse sicarios non sunt immunes à pœna homicidij. h. d. vsque ad §. eos insuper. Abbas.

¶ Hi quoque non sunt † à culpa liberi, nec à pœna dēnt esse immunes, q licet fuerīt illius machinationis ignari, tñ eis, quos sicarios [k] esse sciebāt ī sarcinis custodiendis ministerium [l] præbuerunt.

Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: & non sufficit occupantis quod eroget illa pauperib. cū poterit restituere eis, quorū constat fuisse. h. d. vsque ad §. illis præterea. Abbas.

¶ Eos insuper, qui dñr illius sancti viri, & suorū post mortē eius spolia occupasse: si nihil aliud ī tāto facinore commiserūt, à pœna mortis eius arbitramur esse immunes, [m] sed quę occuparunt, eis quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, [n] si habēt [o] in facultatibus, vndè possint ea reddere: & ipsis ex hoc moderata est pnīa iniungenda: quia licet quædā ex his, quæ occupauerunt, fateātur se pauperib. erogasse, nō tamen aliena, [p] (cum ipsa potuissent eis, quorū fuerint † restituere) debuerunt pauperibus erogare.

Participantes interfectoribus in excōicatione, diuersimodè puniuntur, iuxta modū participationis, h. d. usq; ad § clericos. Abbas.

¶ Illis pterea, qui sola ex cōicatorum participatione se reos esse cognoscūt. cōsiderata temporis mora, [q] quo in eadē nequitia perdurarunt, & inquisitio, si eis timore [r] vel

---

a Animo occidendi.] ex orde. n. procedunt homicidia & adulteria. 23. q. 8. occidit. 15. q. 6. c. j. ad finem.
b Venisse.] 50. distin. studeat.
c Mors.] No. q voluntas punitur, licet nō processerit ad effectū, & ita pp propositum puniuntur: consenserunt enim cooperando. 17. q. 4. omnes. ideoque puniendi sunt eadem pœna, vt ibi dicitur.
d Qui potuit.] vndè tenetur si non prohibuit. 83. dist. §. j. & c. alias culpa caret & si phibere nō potuit ff. de regu. iur. culpa caret.
e Opem.] 23. q. vlti. si quatuor.
f Scrupulo.] ī. de testi. c. constitutus. 1.
g Occultæ.] 86. dis. facientis.
h Inflammasse.] de persuasu tenetur quis. ff. ad l. Aql. itē si obstetrix. §. j. 86. di. tanta. ff. de ser. cor. l. j §. vlt.
i Prouocassent.] forte aliàs non factu rum: vndè æquè tenētur: quia dolo ad hoc induxerunt regē, qui aliàs fortè non fecisset: vt ff. de dolo. & eleganter.
K Sicarios.] sicarij dñr à sica: qd sinat ferrum siue cultrū. Inst. de publ. iud. § si carij, & sicarij ēt pñt dici q armis vitę alicuius insidiantur. de pęn dist. j. c. si qs cū telo, Vñ tenent lege Cor. de sicarijs, C ad cor. de sica. l. 2. B.
l Ministeriū.] vnde quodā modo consentire videbantur.
m Immunes.] qa pœna suos tm debet tenere auctores. C. de pœn. sancimus. & ī. de his quæ fi. a maior. par. cap. quæ fuit.
n Restituere.] quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest: vt hic dicit, & 14. q. 6. si res. 12. q. 2. in legibus, de pœ. dist. 5. falsas.
[Glo. seq. alle. con traria, & soluit.
o Si habent.] aliàs inanis est actio. ff. de dolo. nam is. & ī. de restitu. spo lia. olim vobis. 2. sic ī. de vsur. cum tu. & ff. de furt. itaquè fullo. Argu contra, 12 q. 2 fraternitas, ff. qui bon. ce. pos. per totū. & C. eo. tit. l. j. Solu. hoc regulare est, q si non habent, nō tenentur postea: tū actio non t llitur cū effectu: imò si peruenit ad pinguiorem fortunam, reddere tenentur. ī. de solut. Odoardus. ff. de cessi. bo. is qui bonis, ar. 16. q 6. is qui. & ī. de sent. excom. quamuis. in fi. & c. de cætero. in fi. nisi pro eo iā sustinuisset pęnas corporales, vt 24. q. 6. si res. arg. 12. q. 2. fraternitas, non. n. coniurget triplex tribulatio. 23. q. 5. quid ergo, ff. de in ius vo. l. vlt. & ī. de iudi. at si clerici. in fi. Lau.
p Non tamen aliena.] quia non remittitur debitum sed augetur, si alij soluatur, quod alij ex debito est soluendum. ī. de iureiur. eam te. & ī. de deci. tua 2. & 1. quęs. 1. non est putanda, 90. dist. oblationes. 14. q. 5. c. 1. 2. & 3. & c. eleemosyna: & c. neq; & C. de sol. in uito. 1 & hoc intelligē si illos quorum fuerant, poterant inuenire: alias sufficit, imò tenentur pauperibus erogare, & nihilominus est talibus pęna imponenda, vt hic dicit propter peccatum q ipsi cōmiserūt contrectando res alienas inuitis dominis.
q Temporis mora.] quia in hoc magis grauantur, quia longo tempore talibus participauerunt: supra de simo. non satis. & in cap. cum in ecclesiæ.
r Timore.] hoc ideò dicit, quia si timore

parti-

Marginalia: zquenpertiis git. ob dū est, Cātuarchiepiscopum circa Christi 171. sub ij. à fce is homi crudelitatē ... fortassis citi illud ib. c. 24. ... † fuerunt. 1 Si inuito vel ignorante creditore alteri soluo, non liberor: secus si ipso mādāte, vel ratum habēte. Io. An. † fuerunt.

participauerunt, minus punientur, licet in totum non absoluantur, quia potius debebant oia mala pati, q̃ malo consentire, 32. q. 5. ita ne. sed si essent violenter attracti, absolute non punirentur, vt hic patet, & supra quod met. cau. factis.

dist. clerico iacente, & ̃j. eod. tua nos. Si verò dabat operam illicitę rei, siue adhibuit diligentiam, siue non, sic imputatur. 50. dist. clerico, & si quis voluntate, & ̃j. eo. continebatur, & c. dilectus, in fi. & arg. 15. q. 1. c. illud, § vt itaq; ff. de reg. iu. culpa est. Si verò necessitate, sub quo continet qd primo dixi de defensione, aut necessitas illa fuit euitabilis, aut inevitabilis: si euitabilis imputat; ita q̃ ad superiores ordines non pōt promoueri: sed in susceptis de misericordia tolerat, 50 dist. his clericis. Si fuerit ineuitabilis: sine oi dispensatione pōt in ordine suscepto ministrare, 50. dist. quia te. q̃d intelligitur de ineuitabili necessitate: vt puta clericus habebat gladium in manu sua ad defensionem Paganorum, Paganus irruit inevitabiliter ita q̃ clericus nullo modo potuit euitare, & sic Paganus mortuus est cum gladio, quem clericus tenebat, præter propositum ipsius clerici. ar. j. e. lator. in quo potuit intelligi ̃j. e. c. 2. sed ad superiores non ascendet sine dispensatione, vt dicit Io. sed Hu. dixit ̃j. e. c. lator. sed Io. intelligit illam, lator de dispensatione.

affectione a cōmunicauerint scienter vel ignoranter, b est pœnitentia indicenda.

¶ In isto §. vsque ad finem ponitur pœnitentia clericorū præstantium prędictę morti auxilium, consilium, vel fauorem. hoc dicit. Abbas Siculus.

¶ Clericos † aūt, quos cōstat armatos interfuisse tanto facinori: & illos qui consilium c dederūt, vt sanctus † vir caperetur, perpetuò non solū ab altaris ministerio deponēdos esse censemus, sed quod etiam in ecclesiis nullo vnquam tpe lectiones legant, vel historia in choro separatim cantent: sed in psalmis apud Deum de commisso satagant veniam impetrare. Insuper in districto claustro monachorū, vel canonicorum regulariū (si fieri potest) sunt recludēdi: ita quod vsque ad septēnium, vel quinquennium, d debeant ab ecclesiarum introitu coerceri.

¶ Idem.

¶ Homicidium casuale imputatur ei qui dabat operā rei licitę, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

CAP. VII.

Presbyterum e † qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cum post paucos dies expirasset, f eum ab omni altaris ministerio debes perpetuò remouere: quā ab officio sacerdotali deponere, si ex percussione interijt, vel aliam infirmitatem g incurrerit, de qua noscitur expirasse.

¶ Idem Cusentinen. archiepiscopo.

¶ Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operā rei illicitæ, vel etiam licitę secundum alium intellectū, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.

a Affectione.] ex hoc magis puniuntur. quędam sunt tamen personæ, quæ sine pœna possunt ex communicatis participare. 11. q. 3. quoniam multos, & ̃j. de sent. exc. inter alia.

b Ignoranter.] in hoc casu non tenentur, si ignorabant illos tali perpetrasse: quia si ignoras illum excōicatum esse, nō peccas illi participādo nisi illa ignorantia crassa fuerit & supina, ̃j. de eo qui renū. epi. cap. 1. & ̃j. de cler. excom. cap. penult.

[Glo. seq. distinguit homicidium voluntarium, casuale, & necessarium, & in secūdo & in tertio subdistinguit.

c Consilium.] Nota q̃ homicidium 3 cōmittitur facto, consilio, præcepto, & defensione, 50. dist. si quis viduā, 23. q. vlt. c. vlt. & ̃j. de cle. pug. in duello c. 2. & ̃j. e. c. significasti. 2. Et sic distingue circa hanc materiā, aut cōmittit homicidium volūtate, aut casu, aut necessitate: Si voluntate, qd fit tribus modis, facto, pręcepto, & consilio, vt c. prędic. si quis viduam. & lingua, siue adhortatione. supra eod. §. qui vero. & infra de pen. quod in dubiis, & de pen. distinctio. 1. periculosè. In quocunque istorum casuum quis committit homicidium, non solum non dēt promoueri, sed in perpetuum debet deponi, vt hic dicit. & ēt si Paganum interficiat, irregularis efficitur siue Saracenum, 50. dist. clericum, & ea. dist. de his clericis, & ̃j. e. c. pen. & cum tali nunquam dispensatur, 50. dist. miror, & si ēt sit occultum ministrare in suo ordine non pōt, cum omnes alij possint. supra de temp. ord. c. vlt. iuxta illud: Non ædificabis mihi templum: quia vir sanguinum es, 1. q. 7. siquis omnem. Si verò casu committitur homicidium aut dabat operam rei licitæ, aut non: si dabat operam rei licitæ & adhibuit diligentiam quam potuit & debuit, in nullo imputatur sibi, ac si non fecisset. ̃j. ea. ex litteris 2. & c. significasti 1. & c. dilectus, & 50. dist. si duo fratres, & c. his qui in prin. & c. sęp. ad fi. & ̃j. eo. c. vlt. nisi scandalum graue esset, vel tanta laboraret infamia, quod purgatio esset indicenda. ̃j. eo. ex litteris. Si verò, nō adhibuit diligentiam quam debuit imputatur ei propter negligentiam, quæ culpæ annumeratur vt in hoc, ita q̃ nec promouetur ad ordines superiores, nec vtitur ordine iā suscepto, ̃j. eo c. prox. & c. ad audientiam, nisi cum eo per diūm Papam fuerit dispensatum, 50.

d Quinquenniū.] hoc est amplectēda tanq̃ benignior, in q̃ oēs ąnenerinc, ff. de arb. dil. proferre, § si plei.

si pupillus & si tūc reddit debitum, sibi praeiudicat, vt eā postea accusare nō possit. 32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. ff. de adul. si vxor, §. vlt. Sed si ad mādatū ecclesiæ reddat debitū, tūc nō vr obstare, q̄n possit postea eā accusare de adulterio, arg. ī. de rest. spol. litteras, § pen. & licet vxori adulteræ vir debitū reddere nō teneat, expellere eā de sua domo auctoritate propria non dēt ēt si sit notoriū crimē eius. ī. de diuor. porro arg. Sed cōtriū puto, q̄ possit eā repellere à se: quia ex quo notorium est crimē suū, priuata est iure q̄d hēbat in vito, ī. de diuor. significasti, & dotē suā amittit. ī. q̄ do. int. vi. & vx. plerūq;. Hu. dixit q̄ nunq̄ adulteriū priuat aliquē iure pētēdi debitū, sed tm̄ snia ecclesiæ, vñ pēdente lite tenet debitū reddere alteri alteri. ar. ī. vt li. pēd. lau dabilē, & ff. q. 5. nōne. 15. q. vlt. c. vlt. 33. q. 2. sæculares, q̄a pœna nō ē inferenda nisi periu dicē, 33 q. 2. c. fine §. in hoc, sed hoc intelligo qn̄ crimen non est notorium: q̄d patet p̄ cōtor. Itē vt dixi, ex hac decre. hr̄, q̄ p̄p̄ superueniens delictum renascatur seruitus amissa, ēt si s̄nia lata sit p̄ adulteriū, ff. de adul. l. adulteriū, ī. de diuor. tua 2. & ī. de diuor. ex litteris, nam iniuria remissa renascitur ex delicto, 15. q. 7. c. 1. de pæn. dist. 3. c. nihil, §. ex persona in quibusdam libris est verbum illud in sequenti §. hac auctoritate, & snia à qua non est appellatū, reuocat. ī. de frigi. & malefi. fraternitatis, ī. de purg. vulg. c. 2. Io. dixit, [1] q̄ snia nō retractat p̄p̄ delictū superueniēs arg. ff. de iti. actuq;. priu. nec enim, quia actio semel extincta amplius non renascitur, de cōse. dist. 4. quæris ff. de so. q. res, § ar. ā. nec p̄. extu noui auxilij retractat snia: ī. de re iud. inter monasterium vbi cū seruitus sit sublata, non fit iniuria alteri p̄ fornicationē alterius 32. q. 7. quemadmodum: sed si snia nō sit lata, tūc renascit. Et ita prædicta intelligenda sunt, q̄ iudex ex officio suo eos ad inuicem restituat. Quod prius dictum est allegādo, verius credo, s. quod illa possit petere virum non obstante sententia: quia vir illi sententiæ renunciauit adulterando post sententiam. De hoc dictum est in c. ex litteris, de diuor. Bern. Idem.

[Margin: ¶ Concilium Meldense. c. 9. vt refert Burchard⁹ li. 11. decr. c. 45. & Iuo par. 14. c. 109. hr̄ c. 1. eo ti. lu 2. comp. & apud Gratianum siue paleam 6. q. 3. c. vlt. Vide citatos super glossa.]

[Margin: 1 Cuius fuit hæc glo. & Gof. & Io. An.]

TITVLVS XVII.

De raptoribus & incendiarijs, & violatoribus ecclesiarum.

¶ Ex concilio Meldeñ. †

¶ *Ratione rapinæ sortitur quis forum non sui iudicis, & ab eo poterit puniri, proprio iudice suffragante.*

CAP. I.

De illis autē, qui de loco ad locū iter faciunt, & ibi rapinas, & deprædationes peragunt: Placuit, vt ab illius loci prælato excōmunicentur: a nec ante ex parochia illa exeant, quam dignè, quæ perpetrarunt, emendent: quorum excommunicatio proprio episcopo significanda est, ne eos recipiat antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerint, † & omnia plenè emendent.

¶ Eugenius tertius.

¶ *Manifestus raptor vel ecclesiæ violator si restituit, vel de restituendo cauet, in vita, & in morte ad pœnitentiam, & ad sepulturam admittitur; si verò noluit cauere cum posset, & in morte non potest, clerici eius sepulturæ interesse non debent, & clerici interessentes vel iniungentes pœnitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio & beneficio.*

De illis.) Raptor ab illo epō punitur, in cuius diœcesi rapinam commisit, & iudex domicilij suffragatur. Primò ponitur excessus: Se. undo pœna ibi, Placuit. Abb. Siculus.

[Margin: † Semi.]

CASVS. Contingit aliqñ, q̄ aliq de vno loco ad aliū iter faciunt, & ibi rapinas & deprædationes cōmittunt: q̄d stitutū fuit in cōcilio, a quo puniri debeāt: placuit concilio, vt a Prælato illius loci in quo delinquunt, excōicentur, nec antea de parochia exeant, q̄ satisfaciant, & eorum excōicatio proprio epō intimāda est, ne illos recipiat, anteq̄ redeant illuc, vbi rapinam commiserūt, & omnia emēdent. No. q̄ ibi crimen puniri debet, vbi quis delinquit. Itē ratione delicti sortitur q̄s forū. [Gl. seq. pro foro delicti inducit quinque iura, ponit opinionem & reprobat, & dat generalem doctrinā, a qua casum vnum excipit, & inducit opi. Hug.

a Excommunicentur.) quia rōne a delicti facti sunt de foro illius, & ibi p̄nt conueniri, q. 6. c. 1. & 6 q. 3 placuit 2. & ī. de foro cōpe. postulasti. & c. vlt. vbi de hor. & C. vbi de crim. agi opor. auth. qua in prouincia. Dicebant, quidam, q̄ vbi quis crimen cōmittit, ibi dēt conueniri, sed eā terminabitur per suū iudicē, arg. ff. de custo. & exhib. re. de militib. sed hoc non est verum, imò iudex illius loci vbi deliquit pōt clericum cōdēnare, snia tn̄ executioni mandabitur per epm̄ propriū. ī. de foro con pe. postulasti, nisi velit iudici illius deferre, vel ipsum remittat ad illum condēnandū, sicut dr̄ de metropolitano, q̄ pōt absoluere excōicatum à suo epō, nisi velit ei deferre, ī. de sent. exc. per tuas. Nec dr̄ ferre snīam in alienum subditum, sed in suū rōne criminis, vt dr̄ in primæ concordantiæ & hæc snia benè probatur p̄ hanc decre. quia ēt debent redire illuc, vbi delinquunt. Et est arg. ad hoc in Auth. vt nulli iudic. §. si verò q̄s comprehensus, ū. coll. 9. q. de hoc optimè dicit, & concor. cū hac decre. Tn̄ si crimen facili fuerit, pōt de illo cognoscere suus iudex: si verò graue fuerit crimen, remittitur vbi deliquit, ff. de re mili. desertorem, in prin. ab hac tū g̃nalitate excipitur quilibet superior: qui vbicunque crimen cōmittit, non potest iudicari nisi à Papa, si agatur ad depositionem. Quid si crimen tale est quod non inducat depositionem? Dicit Hug. q̄ potest iudicari à suo maiori, & non ab inferiori, si crimen committat in sua parochia. Sed si archiepiscopus committat tale crimen in parochia alterius archiepiscopi,

[Margin: a De materia hu⁹ glossæ, per Doctores in c. postulasti. & i. c. vlt. ti. ī. d. fo. & Auth. qui i prouincia. C. vbi d. crimi. agi oport. & C. ... i pra qō aib. c. 1.]

[Margin: 3 Vbi de q̄ā cum habet se nisso i d. lictis per C. ... ut pracebo te citato, vi Gandenē p̄e de cistica 301. inci. remissione & Iulianum C. rū i pra. q. 38. vbi late tractatur.]

DE RAPTORIBVS ET INCENdiarijs & violatoribus Ecclesiarum.

¶ Quia inter cætera præcepta decalogi scribitur: Non occides non mœchaberis, non furtum facies, &c. sic post mœchiam sequitur prohibitio furti, merito subdit de furto: Sed quia rapina partim se habet ad mœchiam, cum s. rapitur mulier, partim se habet ad furtum, cū cōmittitur in alijs rebus, merito inserit hanc rubricam de raptorib. & quia frequenter committuntur in hoc delicto incendia: & violationes ecclesiarum, ideo de. his subiicit in eadem rubrica. Abbas.

De hac materia, habet 14. q. 5. & q. 6. & 16. q. 1. in multis cap. de pen. dist. 1. vulgaris. & 50. dist. aut facta. de cō se. dist. in. 5. discipulos. De crimine raptus tractatur 36. q. 1. per totum. 26. q. 2. §. sed concedatur. vsque ad finē quæstionis.

scopi, vel epi suffraganei alterius archiepi: dixit Hug. quod possit tunc iudicari ab illo archiepo vel epo, argu. ad hoc. 96. dist. duo. vbi Ambrosius ratione criminis commissi in sua parochia excommunicauit Imperatorem: quod aliàs non auderet.

SVper eo.] Quatuor sunt partes: Secunda ibi. Si verò. Tertia ibi. Qui autē. Quarta ibi. Quod si. Prima tractat de satisfactione in vita vel in morte: Secunda de satisfactione in morte. Tertia de volente satisfacere in morte, sed non valente: Quarta de pœna imponenda transgressoribus Abb. Si.

CASVS. Statuit Eugenius Papa in hac decretali, vt quicunque rapinam fecerit violēter, siue in ecclesiarū violatione manifeste fuerit deprehēsus, pœna sibi denegetur, nisi prius ablata restituat, si poterit, vel saltē emendandi securitatē pstiterit: Si vero i ɔtumacia sua vsq; ad obitū durauerit, & in extremis positus pniā postulauerit, si satisfecerit, vel emēdādi securitatē pstiterit, ei pnia & sepultura ecclesiastica concedat: Tertio dicit. quod q in sanitate obstinatamēte non pœnituerit, vel emēdauerit, & i morte securitatē emēdādi pstare nequiuerit pnia parum sibi prodesse vr; Sed si de peccato cōtritus fuerit, viaticū nō negel, ita tamen quod nullus clericorum sepulturæ suæ intersit, nec eius eleemosynam quisq accipiat; Quarto refert se ad primum casum, vt si aliquis clericorum contra hæc in vita vel in morte pœnitentiam dare, aut sepulturæ interesse, vel eorum eleemosynas accipere pſumpserit, vel particeps huius rapinæ fuerit periculū sui ordinis patiatur, & careat ecclesiastico beneficio. No. casū in quo pœnitentia denegatur. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui possit. Item ad terrorem clerici non debent interesse sepulturæ violenti raptoris, vel violatoris ecclesiarum, nec illorum eleemosynas accipere debent. Item clerici non debent interesse sepulturę illius, qui in mortali decedit, nec eleemosynas illius accipere.

[Glossa sequens primo obijcit textui; secundo ipsum coadiuuat. tertiò dat duas solutiones, & secūdā approbat.

a Si poterit.] Bene dixit, si poterit, quia inanis est actio, &c. ff. de dolo, nam is. & ē. de testi. spolia. olim 2. & ē. de sol. Odoardus. ē. de homicid. sicut dignum. & ē. de vsu. cum tu & 14. q. 6. si res, & impossibilium nulla est obligatio, ff. de reg. iur. impossibilium, & 23. q. 4. Nabuchodonosor.

b Denegetur.] argum. contra: quia si aliquis pœnitētiā petat de aliq. criminib. & alijs celat, pœnitentia tamē nō est ei denegāda. 1 ē. de pen. & remis. quod quidā, & 26. q. 6 cognouimus & de pen. dist. 3. 4. vl. ar § 14. 3. allegat. & de pęnit. di. 3. sunt plures. Quidā dicunt, quod hoc statutum fuit ad terrorem, vt denegetur pęnitentia de omnibus nisi de illo satisfaciat, quia talis pęnitentia nō est fructuosa. Alij dicūt, quod meli⁹ videtur, quod super illo crimine tantum denegabitur pęnitentia, sed super alijs imponetur, & licet non sit fructuosa quo ad vitam æternam, valebit ad mitius supplicium subeundum, de pœn. di. 3. § vlt. c. vlt.

c Emendationē.] 14. q. 6. si res, 17. q. 4. si quis clericus, & 23 q. vlt. si quis mēbrorum, & c. pessimā, & de pœn. dist. 5. falsas.

d Parum prodesse.] Hoc quantum ad pęnam temporalem, que pro peccato debetur. Duplex enim pœna 2 pro quolibet peccato debetur, æterna, & temporalis: & hæc æterna sola cordis contritione remittitur, de pęn. di. 1. in prin. & 26 q. 6. cognouimus, & tpalis, quæ exteriori satisfactione remittitur; quæ satisfactio si in hac vita non fuerit completa, in purgatorio complet, arg. 23. q. 5. quid ergo, & ita solemnitas pęnitentiæ parum prodest quo ad Pœnam purgatorij, valebit tamen quo ad vitam æternam, si de peccato contritus fuerit.

e Viaticum.] quod omnib. pęnitentib. est dandum. ē. de pœn. & remis. quod in te, & 26. q. 6. si quis de corpore 50. dist. pœnitentes.

[Glossa sequens taci. potest per modum obiec. & remissionis.]

f Pœnitentias dare.] Hoc referas ad primam partem capituli de illis, q nec in vita nec in morte satisfacere volunt, & pbt, istis deneganda est pœnitentia in fine, & alia ecclesiastica sacra cum in mortali decedant; eo saluo, qd dixi primo, cum petunt in vita pœnitentiam de alijs criminibus, & oblationes talium non sunt accipiendæ, ē. de vsu. quia in omnibus, & 17. q. 4. mirror. 90. dist. c. 2 & 33. q. 2. latorem. Ber.

g Sepulturæ.] Hoc referas ad vltimam partem capituli de illis, qui in morte pœnitent, sed satisfacere non pñt istis ergo denegatur sepultura, idest clerici non debent interesse. sed cœmeterium eis non denegatur, ad terrorem potius aliorum, vt alij cum possint satisfaciant timore hmōi pęnæ; sed eis non nocet. sic ē. de tornea. c. j. vbi de hoc, & arg. quod cui conceditur qd est maius, non conceditur quod est minus: vt ibi dictū est. Ber.

EXcōicationi.] Duæ sunt partes, prout duo sunt dicta;

CAP. II.

SVper† eo vero: & infra ¶ Statuimus, vt quicunque ex his, qui violenter surrexerint in rapinā siue in ecclesiarum violatione, manifestè fuerit deprehensus, nisi pri⁹ ablata restituat, si poterit: a vel emēdandi firmam & plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. b Si verò vsque ad obitum in contumacia sua durauerit, & in extremis positus remedium pęnitentiæ humiliter postulauerit: si emendationem, c vel emendandi securitatem præstiterit, ei pœnitentia & sepultura ecclesiastica concedantur.

¶ Qui autem in sanitate obstinata mente non pęnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuerit, solemnitas pœnitentiæ parum prodesse d videtur, sicut credimus. sed † de peccato contrito viaticum e non negetur: ita tamen, vt nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynam præsumat accipere. ¶ Quod si qui præsbyterorum vel clericorū contra hoc in vita vel in morte pęnitentias dare, f aut sepulturæ g interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentauerint, seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint: ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & ecclesiastico beneficio careant.

¶ Ex concilio Lateranen. †

¶ *Excommunicari debent, qui capiunt vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes. h. d. primo. Excōicati sunt spoliantes naufragium patiētes, nisi ablata restituant. hoc secundo.*

CAP. III.

EXcommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione,

Cap. 5. eo. in 1. cōp. post cōci. Lateran. sub. ... c. 1. de Bernar. ... & 99.

1 Ne hic erres vide S. Th. 3. par. q. 86. arti. 3. Sotum 4. sent. dist. 15. q. 1. arti. 3.

† In recētio rib. ita; sed de peccato contrito cor de viaticum, & c. verū in omnib. manuscriptis hō ut est impressum absque uoce, corde.

2 De materia hui⁹ glossæ consule theologos li. 4. sent. dis. 15. & ibi præ alijs Sotum. q. 1. art. 4.

† Ex conci. Laterañ. sub Alex. iii. c. 24. 5. excōicationis quoq; & c. a. eo. tit. in 1. compil. cōcordat processus Bullæ in Cena Dñi, qui singulis annis legitur.

ßeta: secunda ibi, Illi etiam. Abbas.

CASVS. Statuit Lateraneñ. concilium, q illi qui spoliare præsumunt Romanos, vel alios nauigio vectos pro negotiatione, vel alijs iustis causis, excommunicentur. Secundo dicit, q illi, q spoliant, Christianos naufragiũ patientes (quibus potius auxilium pstare deberent) nisi ab lata restituerint, excõicationi ipso facto se nouerint subiacere. No. q qui spoliãt patientes naufragium, sunt excõicati, cũ nõ sit afflictis addenda afflictio.

vel alijs honestis [a] causis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. ¶ Illi etiam, qui Christianos naufragium patientes, (quibus secundum regulam fidei, [b] auxilio esse tenentur) damnata † cupiditate spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint [c] subiacere. [d]

¶ Alexander iij. Panormitano archiepiscopo.

¶ Ex principis delegatione possunt Prælati de raptu, & alijs criminibus iudicare, pœnam tamen sanguinis infligere non possunt.

CAP. IIII.

IN † archiepiscopatu tuo quãdoque Sarraceni, mulieres Christianas & pueros rapiũt, & eis abuti [e] præsumũt: & quosdam etiam interdũ occidere non verentur: cũ autem excessus hmõi rex Siciliæ tibi, & alijs epis cõmiserit puniendos [f] Cõsultationi tuę taliter rñdemus, q tales in iurisdictione tua existentes, pecuniaria poteris [g] pœna mulctare, & etiam flagellis [h] afficere: ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis trãsire minimè videantur. Si verò ita fuerit grauis excessus, q mortem, vel detruncationem membrorum debeãt sustinere, vindictam reserues [i] regiæ potestati.

¶ Idẽ Claremonteñ. † epo.

Incendiarius ecclesiæ in morte pœnitens & absolutus, in cœmeterio sepelitur. & hæredes compelluntur ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti. hoc dicit.

CAP. V.

IN † litteris tuis continebatur, q cũ H. multis fuisset criminibus irretitus, qui ecclesiarum incendium diabolo [k] instigante commiserat: tandem in ægritudine cõstitutus, accepta pnĩa de cõmissis, p manũ capellani sui fuit a sentẽtia anathematis [l] absolutus: sed moriens ecclesiasticã sepulturam habere nequiuit.

a Honestis] vt 24. q. 3. si quis Romipetas. ĩ. de treu. & pac. c. 2. Bernar.

b Regulam fidei.] illã. s. diliges proximũ tuum sicut te ipsum, de pe. di. 2. charitas, & 5 dist. humanũ genus, & 50. distin. ponderet.

c Nouerint.] & sic qui cõtra hoc faciũt, sunt ipso iure excõicati, & tenenẽ infra annũ in quadruplũ. C. de fur. in eo. ff. de incẽ. rui. & nau. l. 1. & furtum isti committunt, ff. de acq. re. do. qua rõne §. vlti. Nec sciens et sibi aliquid vendicet in calamitate alterius. C. de naufra. l. 1. lib. xj. cõiter tamen damnum natis resar. iet, ff. de incen. rui. nau. l. ra. tis, Lau.

d Subiacere.] post admonitionem, vel postquam fuerint in mora, cũ possunt restituere, & non restituunt.

IN archiepiscopatu.] Cõis diuisio. Secũda ibi, Consultationi, quæ [illegible] & sm membrum prosequitur ibi, Si vero. Abb. Sicu.

CASVS. Rex Siciliæ commiserat archiepo Panormitano, & alijs epis, excessus Sarracenorum puniendos; cõtingebat n. aliqñ, quod Sarraceni mulieres Christianas & pueros rapiebant, & eis abutebantur; & quosdã occidere nõ verebantur, q̃siuit archieps, qualiter hmõi excessus puniret? Rñdet Papa, q tales existentes in iurisdĩone illius, pecuniaria pœna poterit punire, & etiã flagellis afficere, ita eñ q flagella in vindictam sanguinis non transeant: Si verò ita fuerit grauis & enormis excessus, quod mortẽ vel trũcationem membrorũ debeant sustinere, vindictã illã regi reseruet. No. q princeps Prælatis ecclesiarum causas criminales delegare potest, vbi pœna sanguinis non sequitur. Et sic nota quod clerici pœnam sanguinis inferre non debeant.

e Abuti.] Propter istud vitium ira Dei venit in filios diffidentiæ. ĩ. de excess. pla. clerici, sic 56. dist. si gẽs Angelorũ, quia non sic homines fecit Deus, vt se illo vterentur modo, 32 q. 7 flagitia.

f Commiserit puniendos.] Delegare põt princeps Prælatis ecclesiarũ causas crĩales, vbi cũ sanguinis non sequitur, vt hic 23. q. 8. sæpe. Iudices verò in causis, vbi & pœna sanguinis infertur, clerici a iustitui non debent, ĩ. ne cle. vel monachi nec, & c. clericus, & c. sententiã.

g Pecuniaria poteris.] Cõmutãdo pœnã statutã, q̃ est pœna capitis, ff. ad le. Cor. de sic. l. 3. §. pen. & C. de adult. eum vir. C. de rap. virg. l. 1. & in Auth. vt nõ lux. ĩ na. colla 6. Quod iudex vnã pœnã in aliã mutare possit, est ad hoc arg ff. de his q no. in fa. quid ergo. §. pœna. & C. eo. tit. etsi seuerior.

h Flagellis.] 14 q. 6. c. 1. & 12. q. 2. fraternitas, & 5. q. 5. illi qui, ita q flagella ad sanguinẽ non pcedant, 23. q vl. his à quibus, & c. seq.

i Reserues.] cũ sis delegatus: Si verò habes iurisdictionẽ ppa sit, demandes eã alicui, cui hoc cõpetat q licet sm canones, 22. q. 3. illud, sed non sm leges, nisi qñ pficiscitur, ff. de of. pro cõsul. solent. & ff. de of. eius cui mã. est iurisd. l. 1. Omnia verò hodie committi põt pter vltimũ suppliciũ aut membri abscissionem. in Auth. de colla. § 3 hoc ad hibemus, col. 9 Lau.

IN litteris.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Quapropter. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam H. nomine multis criminib. fuerat irretitus, qui ecclesiarum incendium diabolo instigante commisserat: vnde fuerat excommunicatus, tandem in ægritudine constitutus, accepta pœnitentia de cõmissis, per capellanum suum fuit ab excommunicatione absolutus, sed eo mortuo sepulturã ecclesiasticã habere non potuit: quæritur quid iuris sit? Mandat Papa, quatenus si est ita, corpus illius in cœmeterio sepeliatur, & hæredes eius monẽdi sunt & compellendi, vt illis quib. ille damnum dedit contra iustitiam per incendium, vel alio modo, secundum facultates defuncti satisfaciant, vt sic a peccato valeat liberari. No. quod simplex sacerdos in necessitate potest absoluere a maiori excommunicatione, de qua aliàs absoluere non posset. Item hæredes tenentur ex delicto defuncti etiam si ex illo delicto ad eos nihil peruenerit. Item nota hic arg. ex delicto defuncti hæredes non teneri vltra facultates, vel vires hæreditatis defuncti.

k Diabolo instigante.] 17. quæstione quarta, si quis suadente.

l Anathematis.] Quod bene potuit in extrema

¶ Damnida in concilio.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. & post cõc. Late. pa. 50. c. 48. De intellectu Eymericus in Directorio Inquisit pa. 2. q. 46. nu. 12. & Conar. li. 3 Varia. resol. 6. 26.

1 Vide Bea. Th. 2. 2. 154. ar. 11. & 13. & ibidẽ plura per Caietanum.

† Alex. 3. Bernardum. Dur. in pri. circa 56.

† Claremõteñ. in plurimum legitur, Claremõ.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõp. & post 3 cõl. Lateran. p. 34. c. 2. Vide Bernardin. Diaz in pr. cri. can. c. 9. adde Iul. Claré in pr. cri. §. fi. q. 97.

extrema necessitate. 17 q. 4. si quis suadente, & 16. q. 6 ... de consec. dist. 4. sanctum ... absolui non potuit, nisi a solo Papa. Incendiarij enim postquam aût ab ecclesia publicati ab alio absolui non possunt. ... de sent. excom. tua nos. incendiarij & effractores ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, vt hic colligitur vt ... de sent. excom. conquesti. prout ibi notari cõsueuit. Ber.

a Sepeliri.] arg. cõtra ... eod. super eo. sed ibi denegatur sepultura ad terrorem aliorum, nec poterat satisfacere, hic poterat satisfacere. Ber.

b Hæredes.] Hic hẽs ꝙ hẽdes tenetur pro delicto defuncti. Sup hoc dicas vt dicitur sup. de sepult. ... vl. quæ ponit similem casum, & idem quasi dicitur in vtraque.

c Iuxta facultates suas.] defuncti. s. vltra vires hæreditatis non tenentur, si fecerint inuentarium. C. de iure delib. l. scimus. §. finautem. & §. sequen.

d Liberari.] arg. contra. 25. dist. qualis. Sol. à venialibus, & à spali satisfactio ne liberatus quis in alio sæculo. sed à pęna æterna nũquam, vt ibi.

Cvm causa.] Diuiditur. Nam in prima parte ponitur decisa consultatio: In secũda rãsio ibi, Respondemus. quæ rãsio tria facit: Nam primò rñdet de rapto cum redditione cautæ: Secundò ibi, Præterea de ingressu, & causam reddit: Tertiò de vtroque concludit ibi, Non ergo. Abbas Siculus.

[Glossa sequens ponit casum.

¶Quapropter, si ita res se hẽt: Mandamus, vt corpus eiusdem appellatione cessante facias in cœmeterio sepeliri: [a] & hæredes [b] eius moneas & compellas, vt his, quibus ille per incẽdium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxtà facultates [c] suas cõdignè satisfaciant, vt sic à peccato valeat † liberari. [d]

¶ Lucius iij. Burgeñ. † episcopo.

¶ *Raptus non dicitur, vbi volens pro matrimonio adducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest: & post consummationem matrimonij, alter sine consensu alterius religionem ingredi non potest. h. d. cum capitulo sequenti.*

CAP. VI.

CVm † causa, [e] quæ inter E. militem, & vxorem eius vertitur. & infra. ¶ Rñdemus, quod cum ibi raptus dicatur admitti, [f] † vbi nil ante de nuptijs agitur: iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum, & prius eam desponsauerit, quam cognouerit: licet parentes reclamarent, [g] † à quibus eam dr̃ rapuisse. Præterea cũ post matrimonium carnis commixtione perfectum (teste Apostolo) vxor sui corporis ptãtẽ nõ hẽat, sed maritus, [h] & è conuerso: si præcessisse matrimonium, vel ex ꝓbationib. viri, vel ex mulieris confessione [i] claruerit, postmodum † sine assensu viri non potuit ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo, quod post matrimonium consummatum rapta per uim in monasterio fuerit, viri poterit cõsortium declinare, maximè si probari nequeat, virum, vt mulier profitetur continentiam, assensisse. [k] †

¶ Innocentius iij. episcopo Saroneñ. †

¶ *Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.*

e Cũ cãm.] CASVS. Quidam miles volebat contrahere cũ quadam: parentes eã sibi dare nolebant: tandem de consensu puellæ eam rapuit, & cũ ea contraxit, & carnaliter eam cognouit: deinde illa monasteriũ intrauit: vñ miles eam tanquam vxorem suam petebat: quia sine licẽtia sua monasteriũ post carnalem copulã intrare non potuit: dicebat mulier, ꝙ non tenebatur ei tanquam viro adhærere, quia eam rapuit: & raptor cum rapta non potest contrahere: Ad hoc respondet Papa, ꝙ non fuit raptus, cum ipsa consenserit. Et post matrimonium consummatum religionem intrare non potuit inuito viro, licet rapta fuerit, quia si hoc constiterit, debet ei restitui, quia sine ipsius consensu monasteriũ intrare non potuit B. No. ꝙ ubi mulier consentit, raptus non dicitur. Itẽ post matrimoniũ carnali copula consummatum, vir non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier, & è conuerso. Item confessioni alterius coniugum statur in præiudicium spiritualis matrimonij. Item ar. quod solus consensus sufficit ad hoc quod alter coniugum possit religionem intrare.

f Dicatur admitti.] Fm leges etiam in sponsa propria raptus cõmittitur. C. de rap. virg. l. vnica. ad mediũ. sed canõ ꝑiudicat. vt hic, & 27. q. 2. §. 1. & c. lex il la. qualitercunq; aliqua sit rapta, bene põt contrahere cum raptore, si prior dissẽsio transeat post modũ in consensum ... c. pxi. & 36. q. 2. tria. sed raptus non est, vbi puella consentit, vt hic patet.

g Reclamarent.] Talis reclamatio nõ impedit matrimonium quia solo consensu contrahitur. 27. q. 2. sufficiat.

h Sed maritus.] ... de conuer. coniug. quidam intrauit. T. [Gl. seq. recè obijciendo de decre. super eo.

i Mulieris confessione.] Ergo creditur mulieris confessioni in præiudiciũ matrimonij spiritualis: ꝙ non sit in carnali, ... de eo qui cognouit cõsang. vxo. suæ, super eod. Sed aliud est in matrimonio carnali, & aliud i spirituali: In matrimonio carnali non stat cõfessioni viri & vxoris, si cõtra matrimonium confiteantur: qz sæpe ad inuicem colluderent vt separarentur. vt dicit prędicta decre. super eo. Sed in spirituali matrimonio, si aliqua de qua constat, ꝙ fuerit primo uxor ante ingressum monasterij, postea confiteatur in iudicio, quòd ante ingressum cognita fuerit à uiro, debet sibi restitui, quia eo inuito monasterium intrare non potuit, ut hic dicitur immo si aliter confiteretur, saluari non posset, nisi ad uirum rediret: Non est enim credendum, quòd illa sit immemor suæ salutis. 1. q. 7. sancimus. Arg. ad hoc, ... de homici significasti 2. unde reddenda est uiro suo, ubicunque confitentur uir, & uxor. Ad dissolutionem matrimonij carnalis non creditur illis, nisi saltem adsit fama publica. 35. q. 6. si duo, sed ubi confitentur ad dissolutionem mutuæ seruitutis propter adulterium, benè creditur eis supra tit. proxi. cap. pen. & supra de diuor. ex litteris. Vin.

K Assensisse.] Arg. ꝙ solus consensus sufficit, ad hoc, ut alter coniugum possit monasterium ingredi, 27. quæst. 2. Agathosa. ubi de hoc, & c. si quis. & 33. quæst. 5. ...

Marginalia: Sic lo- ... glos- ... a in ar- ... mor ... lla est ... re- io. cõ- ... Tri- sio. 14. ... cessũ ... atio. — ... rdebat. ... li de ... fecto, ... le ne- ... rel ibi ... ostina- ... de nõ ... inato, ... in. ... ias va- ... habere ... vt obser ... hic loã. ... Pis ita: Burgeñ. copo. — ... 1. 4. tit. ... rap. & ... cõn La ... nch. sub ... iij pa. ... 24. Vi- ... tatos in ... q. ... mmitti. — Sic casus, ... est re- ... stus i ve ... is exem ... nonus re- ... tur. — Aliàs ra- ... or.

† reclamarint. — 1. Cor. 7. — † In plerisque recentiorib. ita: post matrimoniũ sine assensu, & c. sed in vetustioribus codicib. legitur vt est impressum. — † cõsensu. — † Latoniẽ. † Glaconiẽ. † fortè Cracouiẽ. sed vt plurimũ legitur Latoniẽ.

qui vxorem. De hoc dictum est satis, sup. de conuer. coniug. in c. vxoratus, & c. sequenti.

ACcedens. CASVS. Quærebat verum raptor possit contrahere cum rapta? & respondet Papa quod sic, si prior dissensus transeat postmodum in consensum. & quod prius displicuit, postea incipiat complacere: dummodò aliàs sint legitimæ personæ ad contrahendum. Nota quod raptor potest contrahere cum rapta, dummodo consentiat.

a Cum raptore.] Secundum antiquos canones, & secundum leges non poterat raptus contrahere cum rapta, 36. q. 2. de puellis. & c. si autē. 2. & 2. placuit. & C. de rap. virg. l. vnica. §. fin autem. hodie secus, vt hic, & 3. q. 2. deniq; & c. 3. Ber.

b Consensum.] 3. de spon ad id quod & 3. de despō. impu. de illis. arg. C. quod met. cau. l. 2. ff. de cō di. ob turp. cau. si ob turpem.

†Cap. vnico e. ti. in 3. cō. Vide conci. Chalcedonēse can. 27. wormaciēse cap. 77. & quod nouissimè diffiniuit concil. Trid. sess. 24. de refor. matrimonij c. 6. adde B. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 7. a Et 3. de hoc ec. cū sim. li. g. 10. And.

CAP. VII.

ACcedens † ad Apostolicam sedem: & infra: Rapta puella legitimè contrahet cum raptore, a si prior dissensio transeat postmodum in consensum: b & quod ante displicuit: tandem incipiat complacere: dummodò ad contrahendum legitimæ sint personæ.

TITVLVS. XVIII.

De furtis.

¶ In Exodo. †

CAP. I.

QVi furatur hominem, c & vendiderit: conuictus morte moriatur.

† Exo. c. 21. & c. 1. e. ti. in 3. cōp. Vide etiam hic præ alijs I. Ana.

¶ Ex concilio Triburiensi.

¶ *Furibus & latronibus in peccato obeuntibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt, secus si in morte eos pœnituit.*

CAP. II.

FVres, & latrones, si in furando, vel deprędando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. d Sed si comprehensi, aut vulnerati, presbytero vel diacono e confessi fuerint, cōmunionem f eis non negamus.

¶ Ex pœnitentiali Theodori.

¶ *Committens furtum ex necessitate non multum urgente, peccat, sed non grauiter, vndè imponenda est ei leuis pœnitentia. h. d. secundum communem intellectum.*

CAP. III.

SItquis propter necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pęniteat g hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare.

¶ Hieronymus sup Parabolas. †

¶ *Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est.*

CAP. IIII.

QVi cum fure partitur, h occidit animam suam. Non fur i solum † sed ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore, k nō indicat. l

† Cap. e. tit. in 1. comp.

† Prouerbi. 29. c. 29. c. 6. eo tit. 1. compil.

† Alias eo modo.

DE FVRTIS.

¶ Cōtinuata est ista rubrica supra in prop. tit. dic. vbi Abb. Siculus.

QVi furat.] Casus planus est. Nota hic pœnam eius qui hominem furatur, & eum vendiderit. Ber.

c Qui furatur hominem.] scilicet liberū: quia si furatur seruum, hac pęna nō tenetur, ff. ad l. Flaui. de plag. l. vl. sed secundum canones hæc pęna non imponitur. 3. ti. proxi. in archiepiscopatu. 33. q. 2. inter hæc Tan.

FVres.] CASVS. Dicitur, quod si fures, & latrones in furando fuerint interfecti, non est orandum pro illis. Sed si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, cōio eis negari non debet. No. in furto occisos ab ecclesia non recipiendos, nec pro eis orandum esse. Et nota quod non est orandū pro decedentib. in mortali peccato.

d Non esse orandum.] quia in mortali eos decessisse constat, 23. q. 5. placuit.

e Diacono.] In necessitate etiam laico. 2. de consecrat. d. 4. sanctum est. de pęni. dist. 1. quem pœnit. & versus fi. & dist. 6. c. 1. circa prin.

f Communionem.] id est, Eucharistiam. simile 50. d. pęnitentes. & sepulturam etiam, ex quo confessi sunt, 13. q. vlt. c. vlt.

†De materia huius gl. vide Nauar. in de pœ. d. 6 c. 1. nu. 72. & seq. Sotū 4. d. 18. q. 4. ar. 4.

SI quis.] Breue est, nec recipit cōgruam summationē maximè propter varietatem intellectuum. Abb. Casus patet. Nota, quod necessitas omninò non excusat a furto. & intelligunt quidam de modica necessitate, secus de magna.

[Glo. seq. no. quod modica, & c. quærit demum obijciendo de duobus. fol.]

g Pœniteat.] Ita eo. n. quod pęnitentia, imponitur colligitur quod modica fuerit necessitas, si enim magna fuisset, non imponeretur pœnitentia. argu. contra, de consecr. distin. 5. discipulos, quia in necessitate omnia sunt communia, argu. 42. d. c. 1. & 12. q. 1. c. 2. 23. q. 7. quod autem, & 47. dist. sicut hi. debuit. n. credere dominum permissurum, insti. de obli. quæ ex delicto nascuntur, §. placuit. modica pœnitentia imponitur, quia modicè peccauit. Sed quare nō excusatur mulier a fornicatione propter necessitatem famis, ff. de ri. nupt. pa 15. § non est. sicut a furto? Respondeo quod propter necessitatem res facta est communis, quam furatur, sed in fornicatione non est ita, i. nò potius debet quęlibet mala pati quam malo consentire: vt 32. quæst. 5. ita ne. Item quare excusor ab homicidio, si ex necessitate me defendendo aliquem occido. & non a fornicatione? Respondeo, non interficio, imò potius ipse te interficit, qui me aggreditur. arg. ff. si quadr. pau. fe. l. 1. §. cū arietes. & arg. 3. de homi. c. lator.

QVi cū fure.] Breue est, & vario modo intelligitur, & pōt summari secundum vnum intellectum. vt in rubr. & potest aliter summari, vt 3. patet ex varietate intellectuum. Abb.

CASVS. Qui furtum cum fure partitur, occidit animam suam. Item non solum fur tenetur furti, sed ille etiam, qui conscius furti non indicat domino ipsum quærenti. Not. quod consentientes & agentes pari pęna puniri debent. Item quilibet tenetur furem indicare, aliàs furti tenetur.

h Partitur.] per consensum etiam accipiendo vel occultando; talis enim tenetur de furto. Inst. de obl. quæ ex delic. nasc. §. si verò ope.

i Non fur.] Hæc sunt verba Hieronymi exponentis præcedentia verba Salomonis.

K Possessore] id est, domino, vel quocunque cuius interest ff. de verb. signi. interdum.

[Glo. seq. alle 6. con. or. signat contrarium, & sol.]

l Indicat.] Et ita habes hic, quod quis tenetur indicare furem ff. de recepta. l. 1. & 2. C. de fur. similiter est argu. ff. de iure fisci, ex quibusdam. §. ius. C. ad leg. Corn. de fal. maiorem. C. de his qui ad eccle. confu. præterea. & § quod si in fundo, argum. contra. ff. de præscrip. verbis. non solent. ff. de condictio. ob tur. cau. l. 4. §. vltimo vbi non peccat, qui aliquid accepit vt indicet, secus verò secundum canones, vt hic patet: quia consentire

sentire videtur: vndè dicit quod vterque reus est.

EX litteris.] Diuisio. Secūda ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus B. nomine, quendam calicem surripuit de ecclesia ibi minus cautè dimissum, & longo tēpore ipsum tenuit, sed postmodum restituit ipsum, volebat ad sacros ordines promoueri, q̄ritur quid iuris sit? Respondet Papa, si spontè confessus fuerit, & exindè ecclesiæ, cuius erat calix, satisfecit, nec est super hoc infamatus, post peractam pœnitentiam, aut partem ipsius, dūmodo aliàs idoneus sit, ad sacros poterit ordines promoueri. Nota mitius agendum cum sponte confesso, quàm cū conuicto. Item non dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Item infamatus de furto, non debet promoueri. Item licet quis satisfaciat de furto, nihilominus est illi pœnitentia imponenda. Item nota, partem pœnitentiæ peractam sufficere, vt cum criminoso dispensetur.

¶ Alexander iij. Cremon. episcopo.

¶ *Fur occultus potest post restitutionem, & pœnitentiam, ad sacros ordines promoueri.*

CAP. V.

EX † litteris tuis innotuit, quod B. calicem quendam in ecclesia minus cautè dimissum rapiens, lōgo tempore retinere p̄sumpsit: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si spontè [a] confessus fuerit, & ex idè ecclesię, cui[9] calix fuerat, satisfecerit, [b] nec est sup hoc nota, vel infamia [c] manifesta respersus: post peractam [d] pœnitentiam, aut congruam partem pęnitentiæ [e] (dūmodo aliàs idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros ordines nō dubites promouere. [f]

TITVLVS XIX.

De Vsuris. †

a Spontè.] Argu. q̄ mitius agitur cum sponte confesso, quā cum conuicto, 50. distin. presbyterum, 12. quæst. 2. non dicatis.

b Satisfecerit.] aliter pœnitere non potest, dummodo possit satisfacere, 14. q. 6. c. 1. & sup. de homici. sicut, §. eos, & infra titu. prox. cum tu.

c Infamia.] facti, quæ grauat opinionem, ff. de obse. à libe. præstandis, l. 2. & à promotione repellit, 81. distin. tantis Daniel, & 33. dist. laici, & supra de accus. omnipotens.

d Post peract.] quia iam incipit esse quod non fuit, 50. dist. ferrum, & c. cum exaudiero.

e Pœnitentiæ.] sup. de temp. ord. ex tenore.

f Promouere.] etiam de iure commun, cum peccatum sit occultum, s. de temp. ord. c. vlt. & præcipue secundum illos qui dicunt, quod peccatum occultum nō reddit hominem irregularem, secundum alios, qui dicunt contrarium loquitur c. istud de dispensatione.

p. 7. eo. 1. cōp. materia Docto. ide Iu. Clarum. sent. §. egiū, otoniū tertio, varia. c. 5. te, ver. te. tus casus uit.

materia s tituli ma ca. ll is ual recessi- adit B. nas 2. 1.

D E V S V R I S.

Quia vsuram exercens rapinam, & quodammodo furtum committit, 14. q. 4. si quis vsuram, & subiacet restitutioni, sicut furtum committens, seu rapinam, vt in c. cum tu, infra eo. ideò competenti ordine submittit de vsuris. Abbas.

De hac materia tractatur, 46. dist. & 14. q. 4. & quæstio. 5. & q. 6 per totum, 46. dist. c. pen. & vlt. 88. dist. in Palea eijciens.

PLures.] Si creditor percipit sortem ex fructibus pignoris, deductis expensis tenetur pignus restituere debitori, & vnum casum excipit. h. d. Diuidit in tres partes: Nā primo, prohibet clericis vsurā generaliter, & indè nominatim certā speciem: Scdo ibi, Quod si, pęnā addit. Tertio a p̄dicta specie vnū casū excipit, ibi, Nisi. Abbas.

¶ Alexander iij. in Concilio Turonen.

¶ *Vsura est lucri facere fructus rei pignoratę: fallit in casu hic excepto.*

CAP. I.

PLures † clericorum: & infra. ¶ Generalis Cōcilij [g] decreuit auctoritas, vt nullus cōstitutus in Clero, [h] vel hoc, vel aliud genus [i] vsuras exercere p̄sumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie [vel † conditione] in pignus acceperit, si sortem suam (deductis expensis [k]) de fructibus iam perceperit: absolutè possessionem restituat debitori: Si autē aliquid minus habet; eo recepto, possessio liberè ad dn̄m reuertatur. ¶ Quod si post huiusmodi [l] constitutū in clero quisquā extiterit, qui detestandis vsurarum lucri insistere ...

CASVS. [1] Quia plures clerici data pecunia possessiones recipiebant in pignus, dicentes non esse vsuram, statuit Concilium Turonē. vt nullus constitutus in clero, hoc vel aliud genus vsuræ exercere præsumat, quòd si aliquis possessiones alicuius data pecunia recepit in pignus, si sortem suam receperit deductis expēsis, possessionem liberè restituat debitori: si minus aliquid habet, eo recepto possessio ad dominū reuertatur: Si verò post illud statutum aliquis clericus vsurarum crimen commiserit, officij sui periculum patiatur, nisi fuerit beneficium ecclesiæ, q̄ redimendum sibi hoc modo videatur. Nota fructus pignoris computandos in sortem. Itē clericus vsurarius de rigore iuris ab officio ecclesiastico debet repelli. Itē habes hic casum, in quo fauore ecclesiæ fructus non computantur in sortem.

1 Si legeris naterē cōpilationem apertissimè intelliges facti speciem, quę ex fragmento omisso à Raymundo reddita est paulo obscurior.

† Ca. 1. eo. ti. in 1. cōp. & & post Cōc. Latera. par. 16. c. 9. De intellectu Couar. lib. 3. var. resol. c. 1. nu. 4. & de pena clerici vsurarij Bernardinus Diaz in pract. crim. can. ca. 82.

† Hæc duo verba, vel conditione, desunt in omnib. antiquis codicib. Gregorianus.

g Generalis Concilij.] scilicet Turonen. cuius est hoc capitulum.

h In Clero.] maximè, quia idem est de laicis.

i Aliud genus.] Multa enim sunt genera vsurarum, arg. 14. q. 3 c. 1. 2. & 3.

[Gl. ..tr. ..at de expēsis deducēdis, & q̄rit, & soluit.

k Deductis expensis.] Deducendæ sunt expensę: & q̄d superest, est fructus, ff. sol. mat. fructus, ff. de pet. hær. si à domino, §. fructus, in fi. & 12. q. 2. vobis, & C. de fruc. & lit. expen. l. 1. & ipso iure per fructus perceptos liberatur pignus, C. de distr. pign. l. 1. & C. de pignor. actio. l. 1. & 2. fructus enim semper computantur in sortem, infra c. proxi. & cap. conquestus, & hic expensæ istæ non debent esse superfluę, argumen. ff. de rei vend. in fundo, & illæ tantum sunt deducendæ, quæ in ipsam rem necessario factæ sunt, & pro fructibus colligendis. C. de pigno. in summa, potest ergo rem retinere, donec deducat expensas. Sed quid si restituit rem nondum deductis expensis? petat per conditionem indebiti, ff. de impēsis, in rebus dotali. factis, l. quod dicitur, §. si dos, vel p contrariam actionem pignoratitiam, ff. de pignoratitia actione, si necessarias.

l Post huiusmodi.] maximè: quoniam idem erat ante, decimaquarta quæstione quarta, si quis oblitus, & j. eod. cum tu.

stat, ecclesiastici officij periculū patiatur. Nisi fortè ecclesiæ beneficium [a] fuerit, quod redimēdum ei hoc modo de manu laici videatur.

¶ Idem Cātuarien. archiepisco. & eius suffraganeis.

¶ Idem in effectu dicit cum præcedenti cap. sed addit taciè idem esse in laicis: nam in præcedenti cap. tantum fuit facta mentio de clericis.

CAP. II.

QVoniam † non solum viris ecclesiasticis, sed ēt quibuslibet alijs periculosum est vsurarum lucris intendere: Auctoritate præsentium duximus iniungendum, vt eos, qui de possessionibus, vel arboribus, [b] quas tenere in pignore noscūtur, sortem (deductis expensis) receperunt: ad eadem pignora restituenda, sine vsurarum exactione, ecclesiastica districtione compellas. †

¶ Idem † in Cōcilio Lateranen.

¶ Manifesti vsurarij ad communionem altaris, & ecclesiasticam sepulturā, & oblationem offerendam admitti non possunt: & clerici contra hoc facientes, puniuntur, vt hic dicitur.

CAP. III.

QVia in omnibus ferè locis ita crimen vsurarum inualuit, vt multi [c] (alijs negocijs prætermissis) quasi licitè vsuras exerceant, & qualiter vtriusque † testamēti pagina condemnentur, nequaquā attendant: Ideòque cōstituimus, vt vsurarij manifesti, † nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiāt [d] sepulturam, sed nec oblationes [e] eorum quisquā accipiat. Qui autem acceperit, vel Christianæ tradiderit sepulturæ: & quæ acceperit, reddere [f] compellatur, & donec ad arbitrium epī satisfaciat, ab officij sui maneat executione suspensus.

¶ Idem Panormitano archiepō.

¶ Potest intelligi dupliciter, primo in mutuante, Secundo in recipiente vsuras, & secūdum primū intellectum hoc dicit. Etiam pro opere pio non licet vsuras recipere, quando per receptionem datur causa vsuræ committendæ. hoc dicit. Vel sic, & clarius:

a Beneficium.] hoc ita potest intelligi, puta laicus aliquis iniustè detinet possessionem aliquam, quæ fuerat clerico in beneficium assignata: licitum est clerico de manu laici taliter eam redimere, ut ecclesia, vel ipse clericus fructus taliter perceptos retineat: nec est vsura, cum tātum suum recipiat: quia sic fortè possessio ad ecclesiā reuerteretur hoc modo: qa fortè aliàs non poterat recuperari. Et idem est, si esset feudum ecclesiæ, quia fructus ecclesiæ non cōputabit in sortem, j. eo. cōquestus, sed eccl'a iterim seruitia à vasallo recipere nō debet, sup. de feu. c. 1. Idem intelligo de laico, qđ hoc modo sibi licet redimeere possessionē de manu iniusti detētoris: alienam tñ possessionem taliter redimere non posset, quia fructus illi non sunt sui: vñ si illos retineret, vsura esset. Idē esset de clerico, si possessionem ecclesiæ, quæ non fuit sibi pro beneficio assignata, taliter in pignus reciperet, nisi de licētia ecclesiæ hoc faceret, quasi percipiendo eos nomine ecclesiæ. Bernar.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōp. & post Cōc. Later p. 16. c. 3. Et Cou. in pcedenti c. citatū, vide Sotū de iusti. & iure li. 6. q. 1. art. 2. & Syluestrū verbo, vsura, 3.

QVoniam.] CASVS. Dī hic, q non solum viris ecclesiasticis, sed etiam laicis periculosū est vsuris intendere, & ideò mādatur, quòd postquam de possessionibus, vel fructibus arborum, quas in pignore tenent, receperint sortem suā deductis expensis, restituantur possessiones suis dominis. No. q vsuræ reprobantur in laicis sicut in clericis. Item fructus pignoris cōputari debent in sortem, prius indè deductis expensis.

† cōpellatis.

† Idē, s. Alexāder iij. in Conc. Later. c. 25. & ca. 2. eod. tit. in 1. cōp. Et pro int llectu ui de Archidia. in c. miror. 17. q. 4.

b De possessionib. vel arboribus.] Sic sup. c. pro. & j. eo. conquestus, & j. de emp. & vend. ad nostram, & j. de pig. cum contra C. de pig. act. l. 1. & 2. C. de pac. pig. l. 1. & vlt. & ff. de pig. act. l. si conuenerit.

QVia in omnib.] Iste tex. est multum allegabilis, & multa iura faciunt mentionē de isto Concilio Lateran. & tria facit: Primo ponit factū damnabile per cōstitutionis cām: S. ẜo tripliciter punit vsurarios manifestos: Tertio punit dupliciter clericos transgressores. Secunda ibi, Idcòque. Tertia ibi. Qui autem. Abb. Sic., CASVS. In multis locis tm̄ inualuit vsurarum consuetudo, vt multi alijs negotijs prætermissis, vsuras exerceant tanquam licitas: non considerantes qualiter crimen istud vtriusque testamenti pagina condemnetur, & ideò statuit Lateran. Concilium, vt vsurarij manifesti ad communionem non admittantur altaris, nec Christianam accipiant sepulturam, qui in hoc peccato decesserint, nec oblationes eorum quisquam accipiat: qui autem acceperit, aut Christianæ tradiderit sepulturæ, quod acceperit, restituat, & ab offi. io suo suspēsus maneat, donec ad arbitrium episcopi satisfaciat. Nota quod hæc est pœna, quæ primo imponi debet, de qua fit mentio in rescriptis contra vsurarios impetratis.

[Glo. seq. ostendit gl. istam etiam iure ciuili, &c.

c Multi.] propterea quia multi sunt non excusantur, 2. quæst. 1. multi, in fin. & etiam si omnes homines essent vsurarij, simile 32. quæst. 7. flagitia, cum in veteri testamento, & nouo prohibitæ sint vsuræ, infra c. prox. immo etiam iure ciuili vsuræ prohibitæ sunt: vndè nullo iure peti possunt: in Authen. de eccle. titul. in princ. collat. 9. licet non obseruetur, quia ibi dicit Iustinianus, se quattuor synodos generales obseruare: sed Nicena synodus est vna de quattuor principalibus, quæ ita obseruari debet, sicut quattuor Euangelia, xv. distinctio. sicut, & in Nicæna synodo prohibentur vsuræ, 47. distinctio, quoniam multi.

† De hoc a[illegible] plene Co[illegible] lib. 3. va[illegible] c. 1 [illegible] dicto, & M[illegible] [illegible] c. 11.

† Vsurarij manifesti dicantur [illegible] Syluester verbo Vsura, 9. q. 1. Couar. li. varia. re[illegible] q. 3.

d Acipiant sepulturam.] Idem est de quolibet, quem constat decessisse in mortali, 13. quæstio. 2. pro obeuntib. 23. quæstio. 5. placuit, 24. quæst. 3. Cyprianus, & supra de sta. regu. monachi. cum sint.

e Oblationes.] sic 90. distinctio. oblationes, & 17. quæstio. 4. miror, supra de raptoribus super eo. ad finem, & nihilominus excommunicandi sunt, si non satisfaciant, infra eodem præterea, & supra de iureiur. debitores, & c. seq.

[Glo. seq. quærit, & argu.]

f Reddere.] Sed cui debet restitui? dāti? non videtur, 17. quæstion. 4. sunt qui. 2. quæstio. secunda, nulli liceat. Ala. dixit, quod episcopo loci, sed potius credo, quod illi qui dedit, & ille postea restituat ei à quo recepit. argumen. infrà eodem, cum tu. & supra de homi. sicut dignum, §. eum.

Super eo.

Super eo.] Dividitur: Nam primo ponitur decisa consultatio: Secundo responsio, ibi, Respondemus, & responsionem probat per argumentum à maiori. Abb. Sic.

CASVS. Quidam exercebant vsuras, vt indè captiui redimerentur: quaeritur an liceat? Rñdet Papa, quòd cum vsurarum crimē vtroque testamento condemnetur, super hoc non est aliqua dispēsatio adhibenda: quia etiam dicit scriptura: pro alterius vita mentiri non licet, multo magis prohibendus est aliquis, ne vsurarum crimē exerceat pro redimenda vita captiui. No. circa crimen vsurarum dispensari non posse. Itē pretextu pietatis non est impietas cōmittenda. Item non debet quis mentiri pro vita alterius saluanda. Item argu. ꝙ vsura est maius peccatū q̃ mendacium.

[Glo. seq. arguit & remittit.]

a Dispensationē.] Arg. ꝙ pretextu boni, malum fieri non debet, ī. q. 1. nō ē putanda, 33. q. 5. si dicat & 14. quaest. 5. c. 1. 2. & 3. & c. neque. Argu. contra 28. q. 1. non oportet. Dic vt plenè dictum est, ī. ne cle. vel mon. nō magno. in magna notula.

b Mentiri.] 22. q. 2. ne quis arbitretur, vbi de hoc.

Cvm tu.] Dividitur in prima ponitur consultatio tres articulos continens, quorum duo sunt decisi. Secundo ordinate ad illos respōdet ibi, Sup his Abbas.

CASVS. Archiep̄s Salernitanus sm̄ p̄dictum cōciliū, ī. eo. quī praecepit vsurarios manifestos cōione altaris & ecclesiastica sepultura priuandos, donec restituant vsuras: quidam ad excusandas excusationes in peccatis, dicebant illas vsuras tm̄ restituendas quae post p̄dictum cōciliū sunt receptae: Alij dicebant, ꝙ non habebant vn̄ restituere possint vsuras, Alij dicebant ꝙ de pecunia vsuraria possessiones fuerant comparatae, quas dederant filijs & parentib. suis: vn̄ pecuniam illam restituere nō poterant: q̄siuit archiep̄s, quid sup his sit agēdū? Rñ. Papa ad primū, ꝙ siue añ siue post concilium p̄dictum vsurae sint extortę, cogendi sunt per poenam illius concilij ad eas restituendas, his, à quib. extortae fuerint, vel eorum haeredibus. vel si non extant aliqui haeredes, pauperib. dentur, dummodo habeant in facultatibus vnde reddere possint: quia vt dicit August. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: illi verò qui non hñt, vñ reddere possint, non dēnt illa pęna puniri, quia paupertas eos excusat: Possessiones autem de vsuris comparatae, dēnt vendi & pretia indè recepta restitui his, à quibus extortae sunt vsurae: vt sic à peccato, & a poena praedicta possint liberari. Nota constitutionem extendi ad praeterita. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Item paupertas excusat. Item res emptae de vsuris, succedunt loco pecuniae de vsuris receptae. Item quandiu inuenitur cuius est res restituenda, vel eius haeredes, non debet dari pauperibus.

Non licet inducere quem ad exercendū vsuras, et pro pio opere, & ista lectura colligitur ex decisa.

CAP. IIII.

Svper † eo verò: & inf. ¶ Rñdemus, ꝙ cū vsurarum crimen vtriusq. testamenti pagina detestetur: super hoc dispensationē [a] aliquam posse fieri non videmus, quia cū scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: [b] multò magis prohibendus est quis, ne ēt pro redimenda vita captiui, vsurarum crie inuoluatur.

¶ Idē Salernitāo archiepiscopo.

Vsurarij qui sunt soluēdo, coguntur per poenas Lateran. concilij vsuras restituere, etiā quas ante concilium receperunt: & facultatibus non extantibus debent possessiones emptae ex pecunia funebri vendi & debētib. recipere, satisfieri.

CAP. V.

a In electionibus.] Per hoc quod dicit, in electionibus, vñ q in alijs 1 vsum sortis non reprobet. ar. 25. dist. qualis, & ff. de iud. cũ prætor, ff. de testi. ex eo. & 26. q. 5. de crimine. præterea in multis casib. vsum sortis admittimus, ff de iud. sed cũ ambo. ff fam. erci. si qui sunt. C. cõia de leg. si duobus, circa prin. Sed quare prohibetur vsus talis in electionibus? nonnè Matthias sorte electus fuit, 31. dist. cleros, in prin & sors nõ est aliquid mali. 26. q. 2. sors? Dicas q licet Matthias, & Ioãnes sorte electi fuissent, non tñ eorum exemplo eligendus est aliquis per sortẽ, vt 26. q. 2. nõ statim, & c. nõ exemplo: qa illud factum fuit diuina inspiratione. sic 14. q. 5. dixit. Quod autem dr̃, sors non est aliquid mali, verũ est considerata in se, sed ex causa prohibetur, vt dixi ĩ eo. cap. 1. & præterea hic non fuit seruata forma Concilij, ĩ. de elec. quia pp, vt vĩ pp dissensiones verò, & lites dirimendas sors admittitur circa iudicia, vt dicunt prædictæ leges, in quo casu potest intelligi cap. illud sors, sed in electionibus licet ibi sit discordia, non licet per iura prædicta. Bern.

1 Vt plenè intelligas hãc gl. pter Henri. Boich, Io. Ananiã, & alios Docto. hic, vide oĩno B. Thomã, & Caiet. initio c. citatos.

nis admittimus: sortis vsum in electionibus [a] perpetua prohibitione damnantes.

TITVLVS XXII.

De collusione detegenda. †

† De collusionib. vnus vetus Gregorianus, & in cęteris manuscriptis. De collusione, aliisq; voce, detegẽda.

† Grego. li. 2. registri indi. 11. epi. 38. ca. 77. apud Io. Diaconũ lib. 4. c. 32. de vita B. Grego. refertur post Concil. Later. sub Alexã. iij. p. 48. c. 2. & cap. 4. eod. tit. in 1. compilat.

¶ Gregorius. † vniuersis episcopis de Corintho.

¶ *Accusatore desistente ab accusatione potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.*

CAP. I.

Scripta fraternitatis vestræ relegentes, agnouimus, q hi, [b] qui cõtra Hadrianum epm aliqua dixerant, modo cum eodẽ in amicitiam conuenissent: & infra. ¶ Quia verò nũtiati facinoris qualitas [c] nos vehementer impellit, vt ea, q̃ audiuimus, dissimulare [d] nullatenus debeamus: præsertim cum accusatores, & accusatum inter se fecisse gratiam [e] indicaueritis: hoc necesse est subtilius perscrutari: ne fortè non ex charitate, [f] sed ex pręmio, eorum sit concordia comparata.

¶ Idem.

¶ *Desistente accusatore, &*

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

Quia in collusione inest falsitas, idcò subijcitur hæc rubr. de collusione.

De hac materia sub respectu quo colludens præuaricatur, habetur 2. q. 3. § fi. facit tex. in c. 2. in fi. de procur. lib. 6. & in cle. constitutionẽ, §. sanè, de elec. Et collusio est inter actorẽ, & reũ latens & fraudulenta cõuentio, vt voluit gl. in c. 3. ĩ. eo. in ver. collusione. & vide gl. 2. q. 3. cap. si quem. §. notandum. Et dicitur colludens falsum committere, quia aliud agit, & aliud simulat. 2

2 Cõcor. gl. in l. post §. fin. ẽũ, & ibi Bar. ff. de don. hab. similẽ tutul. huic C. eod.

De hac materia habetur 9. q. 3. cap. 1. in rub. de pęna, versiq; quæ sit pœna collusion. s, & ĩ. in rub. de accusat.

Scripta.] Si accusator ab accusatione desistat, debet iudex inquirere an per collusionem hoc fecit. ita summatur cõiter. Primo ponit factum. Secundo decidit quæstionem circa factum: ibi, Quia. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam accusauerunt Hadrianum epm: tamen accusatores cum H. in amicitiam conuenerunt, desistendo ab accusatione, significatum fuit hoc dño Papæ, q per collusionem desisterẽt ab accusatione: vndè scribat Papa episcopis de Corin. super hoc, dicens, quòd qualitas facinoris nuntiati ipsum inducit, vt talia dissimulare non debeat, cum gratiam inter se fecisse dicantur: vndè mandat hoc diligenter inquiri, ne forte huiõi concordia non ex charitate, sed ex pmio sit comparata. No. q qualitas facti considerãda est. Item non licet recedere ab accusatione ex præmio.

b Quod hi.] Ar. q plures accusatores possunt admitti contra vnum super eodem crimine, ĩ. de accu. licet, & 2. q. 1. in primis, & plures procuratores admittuntur, ĩ. de testi. insuper, hic enim admissi fuerunt plures accusatores, & arg. c. in primis, quod fieri non debet: immo index debet eligere magis idoneum, ff. de accu. si plures.

[Glo. seq. not. modum præponderandum facti.

c Qualitas.] De amicitia lætatur, & non de modo illo, quo in amicitiam conuenerunt, & ideò pcipit inquiri de collusione: vnde dixit lo. quidam sapiens phantasma: Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorũ, hoc est licitè, nõ remunerat Deus bonũ qđ fit, sed qđ bñ fit: vñ nõ remunerat Iudæos qui crucifixerunt 3 Christũ, licet mors Christi bona fuerit: quia pp hoc de pœnis inferni nos redemit, & iõ nõ remunerauit eos, qa non benè fecerunt: Deus n. cor interrogat, & non manum 22. q. 5. si quid inuenisti. nec considerant quæ fiunt, sed quo animo fiunt. 15. q. 7. c. 1. in fi.

3 Vide B. Thomam par. 3. q. 47. art. 6. & ibi Caietanum.

d Dissimulare.] ĩ. c. prox. c. pen. & vlti. per hoc enim cõsentire videtur, arg. 44. dist. Ephesijs, in fine & 83. dist. error, & ĩ. de hære. cap. 2.

[Glo. seq. distinguit, & prosequitur dupliciter modũ recedendi à lite in triplici genere causarum.]

e Gratiam.] Arg. q nõn liceat recedere a lite, vñ no. q tria sunt gña causarum. s. ciuilis crialis, & spũal s. De pluriter. n. põt qs à lite recedere: per gr̃am, & per trãsactionẽ. In cã ciuili qñq; põt qs à lite recedere p gr̃am, & p transactionẽ sine aliqua pęna, vel nota, nisi i actione famosa, 4 in qua nõ licet trãsigere sine iudicis auctoritate, aliàs notat infamia, ff. de his qui no. infa. l. furti, §. pactus. In cã verò criali ante inchoatã litẽ licitũ est desistere p gr̃am, ff. ad Turp. moli. r. & l. qtitõ. post inchoatã litẽ non licet sine iudicis auctoritate, & sine cõsensu rei, si fuit suppositus tormento, C. de abo l. 3. Vel si ex hoc remaneret infamat[a], vt ar. 5. q. 1. qdã. Et si desisterit, incidit in Turpillia. si publicũ crimẽ intẽdit. C. ad Turp. l. 1. & fideiuss. punĩt in q̃titate pmissa, & accusator notat infamia, & extraordinariè pro motu iudicis punit, ff. eo l. 2. ff. de custo & exhi. reo. l. 4. & ff. de pœna. l. 3. in fi. & l. si is, si verò priuatũ, 5 extraordinariè punit, ff. ad Turp. si qs repetere, in fi. Pro motu iudicis sm canones oẽ crimen quasi publicũ censet, vñ p transactionẽ seu gr̃am a lite recedere non licet, ar. hic, & ĩ. c. pxi. & c. vlt. Qđ si fecerint iter se gr̃am, vel aliq col lusionẽ, iterũ ingret de cri., vt hic patet, & ĩ. c. pxi. & vlti. iudex tñ si in crie illo posset dispensare, 5 stare põt auctoritatẽ, si voluerint inter se gr̃am facere, ar. 5. q. 2. si primates, & 15. dist. c. 1. & c. studendũ. In cã spũali benè licet à cã recedere p gr̃am, p trãsactionẽ verò nõ, vt propriè intelligas trãsactionẽ, ĩ. de re. p. nu. c. vlt. ĩ. de transf. super eo. In cã verò criali, vel matrimoniali neq; p trãsactionẽ, neq; p gr̃am seu cõpositionẽ licet discedere, ĩ. de transa. c. vlt. Ergo si aliqui gr̃am faciãt inter se indebito modo, iudicis. est inquirere, vt hic patet per totũ, C. de gñali abo. indulgentia, & l. 2. vbi autem ex iusta cã vult discedere, iudex dẽt indulgere abolitionem, 2. q. 3. si quem pœnituerit, & § præuaricator, C. de aboli. l. 1. & 2. In causa mixta, puta cum agitur ad tori separationem, potest quando vult discedere, ar. ĩ de diuor. ex litteris, quia non solũ septies, sed etiam septuagesies, &c. 6 ĩ. de iureiur. quemadmodum. Ala.

f Charitate.] Si enim ex charitate hoc fecerunt accusatores,

4 Super h. vide qđ n. 3 q. 7. §. tr. ad fi. in g. fama. Io.

5 De publ. cis, & priu. tis vide Spe. de a. §. 2. in prin. Io. And.

6 De h. Io. 2. q. vlt. in g. §. Sias. in notab. glus. transige. in quib. de quo. p Inno. ĩ. c. 4. Ioan.

cusatores, possent tolerari, sed ex præmio non, vt hic dicit, & ī. c. proxi.

Rimina.] Casus de se patet. No. q crimina semel audita, indiscussa remanere nō debent, q̃a etiā vndecū que claruerint, punienda sunt.

Gregorius.] Gregorius iste secundus fuit, vel tertius forte & loquit de primo.

b Præteribat.] quia vndecunq; crīa claruerint, punienda sunt, 24. q. 3. ecce, & 3. q. 4. si. & 86. dist. si quid. & 2. q. 2. cap. si quem, §. notandum.

Auditimus.] Bñficio suo priuatur, q per collusionē illud cōstituit censuale. h. d. Primo refert collusionē: Sc̃do illū priuari mandat ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. Quidam clerici super beneficijs, q̃ possident, se gnittūt, & sustinēt ab alijs molestari, & post modū, vt q̃ōni cedat, & illi quietè possideant, quasi noīe transactionis soluūt illi, q eos molestabant de ipsis beneficijs, annuā pentionē vt post mortē illorū sibi succedāt in beneficijs illis, sup quib. facta est collusio: peruenit hoc ad notitiā Dñi Papę, vnde mandat diœcesano ep̃o, quatenus si constiterit ei clericos suæ iurisdictionis p collusionē fraudem hmōi cōmisisse, eos beneficijs illis super quibus collusū est, non differat spoliare, cū satis esset indignū, si fraus & dolus, quę i aliorum p̃iudiciū nituntur cōmittere, in eorū ircōmodū nō redundent. Not q præ

accusato iudex prosequitur.

CAP. II.

Crimina † semel audita, Gregorius [a] in discussa nullo modo præteribat: [b] etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redijsset.

¶ Alex. iij. Noruicen. ep̃o.

¶ Colludens in causa beneficiali, priuari debet beneficio.

CAP. III.

Audiuimus † vsque adeò clericorū malitiā excreuisse, vt interdū inter se collusione [c] facta super beneficijs, quę possident, se sustineant ab aliis molestari: & postea, vt q̃ōi cedatur, & ijdem † clerici beneficia qetè possideant, quasi nomine transactionis soluunt alijs de beneficijs annuam pēsionem, [d] vt post mortē eorum in beneficijs illis, super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi mādamus, quatenus si quos clericos tuæ iurisdictionis; per collusionē hmōi fraudem legitimè tibi constiterit commisisse, eos beneficijs, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuò spoliare: [e] quia satis esset indignum, si fraus & dolus, quæ in præiudicium tui iuris & aliorum nituntur committere, in eorum nō redūdarent incōmodum & iacturam.

¶ Greg. ix. Baren. † Archiepiscopo, & fratri Ioseph monacho Floren.

¶ Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, nō impedit facultatem iterum accusandi, & inquirendi de illis criminibus.

CAP. IIII.

In tantum clamor, qui ascendit contra Acherontinum † archiep̃m inualescit, q dissimulare [f] ipsum vlterius sine scandalo [g] nō valem⁹, nec sine periculo [h] tolerare: & infra. ¶ Licet † aūt sedes Apostolica frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorūdam excessuum suorum duxerit committendā: propter tergiuersationes [i] tñ ipsius (vt dicitur) eodem cum inquisitoribus, & examinatoribus

tus remanere non debet, ne malitia sit illis lucrosa, ff. de do. l. 1. in prin. & l. ne ex dolo, nec est æquū quem quam suum dolum releuare, ff. pro so. io, verum. §. ips, & ff. de reg. iur. non fraudantur, in fi. 16. q. 1. legi. & ex eo quòd deliquerunt, non debent esse melioris conditionis, ff. de do. inter vi & vxo. l. 3. §. 2. & ff. de furt. itaq; fullo. §. sed nemo, ff. quod vi aut clam. l. seruus.

In tantum.] Itera contra illum inq̃ritur de crimine qui p collusionem fuit absolutus. h. d. Diuiditur, nam primo ponit commissam inquisitionē, relatā collusionē, & ipsius exitū: Secūdo ponit bi membrem cōmissionē. Secunda ibi. Discretioni. Abbas.

CASVS. Archiep̃s Acherōtinus sup simonia & alijs criminibus i tñ fuerat diffamatus, q sine scādalo & periculo non poterat amplius dissimulari; vnde Papa multorū clamorib. excitatus, horū iquisitionē cōmisit, sed p̃pter tergiuersationes ipsius & calliditates cum ipsis inquisitoribus, & examinatoribus (vt dicebat) collusionem fecerat & testes duxerat corrūpendos, ita q non solū prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verumēt priora prioribus committere nō expauit: vn̄ idē mādat quibusdā quatenus si de hmōi collusione ac corruptione cōstiterit, ex integro super præmissis excessibus & alijs inquirant, quæ viderint inquirenda: alioquin super nouis tm̄ inquirant. Nota quod non licet alicui corrumpere iudices, vel inquisitores, vel testes, vndè puniri debet ex collusione, & iterum inquiri. Item crimina semel dimissa iterum puniri non debent.

latus potest ecclesiam constituere pensionariam. Itē fraus & dolus non debent alicui prodesse.

c Collusione.] Collusio est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio. Collusum.n. nō debet remanere impunitum, 2. q. 3. si quem pœnituerit.

d Pensionem.] Hæc pensio constitui non pōt sine authoritate ep̃i, vndè vitam eius q soluit non excedat, etiā si per collusionē facta non fuerit, ī. de trāsa. de cætero, & est simile ī. de pactis, cum clerici. Bern.

[Glo. seq. te citetur per q. rationis.

e Spoliare.] Per talem collusionē similitium sit hic ep̃o, quia sic præcluditur via super ordinatione ecclesiæ suę, vt hic dicitur: vndè non tenet eo absente facta: etiam si sententia lata fuisset, ff. de re iud. de vnoquoque. & ff. de collu. cum non iusto, & c. vlt. vndè merito spoliandi sunt illis ecclesijs propter dolum & fraudem taliter perpetratam: dolus tamen talis impuni-

f Dissimulare.] sic supra, eodem capitulo primo.

g Scandalo.] Tunc verè debet Prælatus inquirere de excessibus subditorum, cū per famā, q̃ scādalū gñat, ad ipsum peruenerit. ī. de accu. qualiter. & 86. dist. si quid.

h Periculo.] Quātum ad exemplum: quia qđ agitur a Prælatis, facilè trahitur a subditis in exemplum, ī. de voto, magnæ, & 11. q. 3. præcipue, vel qu ad dilapidationem, si in hoc laborat. B.

i Tergiuersationes] Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere, vt 2. q. 3. c. si quem, §. notandū. vndè potest exponi tergiuersationes. idest, versutias siue calliditates, de quib. induxit inquisitores, vt desisterent ab inquisitione.

Margin notes: cap. 2. eo. lib. 1. cōp. ... † Baren. † Acheron-tiū. † Acheron-tium. †Pro intellectu huius decretalis vide Archidiaconū, Præpositū, & Turecrematam i c. si quē pœnituerit. 2. q. 3.

[Glo. seq. tractat de pœna collu. dicens, quod sicut calumniosi extra ordinem, &c.]

a Colludente.] De collusio puniri debet pœna legibus constituta, 2. qu. 3. si quem pœnituerit & nihilominus inquiretur iterum de criminibus illis, vt hic dicitur, & ī. eo. c. j. Omnes enim calumniosi pro qualitate commissi criminis extra ordinem puniuntur, ff. ad Turpill. l. & in priuatis, vt si priuatū sit crimen, offi. iudicis culpa eius coerceatur, ff. eo. si quis, §. vlti. ff. de preua. l. 2. Si verò publicum, infamis efficitur, ff. eo. si is qui, §. vlt. de preua. l. 2. Ad similitudinem istorum videtur quod iste esset puniendus, licet non dicat, preuaricator seu calumniator propriè, quia non licet taliter corrumpere iudicem, aut etiā testes. ī. c. pxi. si de hoc cōstiterit, tam ille quā examinatores, siue inquisitores & testes puniri possēt officio iudicis extraordinaria pœna: tamen non dicit ꝙ puniatur, sed iterum inquiratur de his & alijs, vt in fine puniatur. Bern.

b Nouis.] Bene dicit, super nouis quia de delicto vnius hominis sæpius quæri nō debet, ff. nau. cau. sta. licet. in fi. & ī. de accusa. de his & c. licet quia crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire non patimur, 23. q. 4. si illic. & de pœnit. dist. 4. diuina clemētia. & 3. q. 1. §. prohibentur. & §. ab alio delatum.

tales.n. & mentiri. & verū dicere, & ꝯfiteri & negare pōt vt dicit Augu. in epistola ad Renatū epm, vt habetur in glo. Aug. super cap. de conse. dist. 4. paruuli.

ADDITIO. Legitur in dialogo Gregorij de puero v. annorum, qui iurans, & detestans, & blasphemans, à diabolo raptus fuit, secundum Ho. Io. A.

d Pubescere.] Ante. n. pubertatē, quæ in anno 14. solet euenire, non præsumitur de quoquam, nisi et malitia suppleat ætatem. ī. de despon. impub. de illis & c. vlti.

e Non esse peccata.] Quasi diceret, nullus tū iurm pupilli valeat, de lib. cau. l. vlt. ergo potest peierare. Itē pōt cōmittere furtū cū sit doli capax. ff. de fur. impuberē. Arg. cōtra ff. de iureiur. qui iurasse. Sed ibi nō fuit doli capax. Tenentur ergo tales pueri ex delictis C. si aduer. delict. l. 1. & C. de pœ. impunitas. Arg. ī de conse. dist. 4. . os. & C. de fal. mo. l. j. & ff. de ædi. e. . cum autem, §. excipitur. Sed hoc intellige, cū nō sint doli capaces, vel quo ad minorem pœnam. Lau.

f Non ita.] Sic ergo rōne ætatis mitius agitur. ff. de min. auxilium, § etiam, & l. . x causa. iudicati. Item no. ꝙ omne delictum cadit in puerum, postquā est doli capax, præter delictū carnis, ff. ad Syl. l. 1. §. impuberes. & l. excipiuntur. Ar. ī. ī. c. proxi. sed ibi tol. . itur.

colludētes a necnon corruptis testib. & inquisitoribus, ac examinatorib. supradictis, nō solū prędicti excessus remanserūt hactenus incorrecti, verū ēt peiora prioribus committere nō expauit: & infra. ¶ Discretioni vestræ mādamus, quatenus si de huiusmodi collusione ac corruptione constiterit, ex integro super prę missis, & alijs, alioquin super nouis b dumtaxat inquiratis, quæ videbitis inquirenda.

TITVLVS XXIII

De delictis puerorum. †

¶ Gregorius. †

¶ *Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt puniuntur tamen mitius quam adulti.*

CAP. I.

Pveris grādiusculis c peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis 14. cū pubescere d cœperint: Qđ meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non esse e peccata? At his plena est puerilis ętas, quamuis in eis non ita f vt in maioribus punienda videantur.

¶ Alexander tertius Hermon. Episcopo.

¶ *Puer non debet ita seuere puniri sicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.*

CAP. II.

Referēte † nobis H. intelleximus, quod cū filius eius decennis, cū alijs pueris sagittaret, quidā nepos eiusdē H. sagitta percussus, interiit: quod idem filius eius cū inter alios luderet fortuito casu dicitur peregisse: propter qđ abbas Sancti Remigij à pfato H. sm

DE DELICTIS PVERORVM.

¶ Supra visum est de quibusdam delictis, verum quia dubitatur, an in talibus puerilis ætas implicetur, merito annectitur hæc rubrica.

De hac materia hr 15. q. 1. p totū. & 4. q. 3. c. 2. & 22. q. 6. c. paruuli. cum duobus cap. seq.

Pveris.] Primo ponit dictum, quod secundo reprobat. ibi, Quod merito. Abbas.

CASVS. Quidā nolebāt pueris ēt grādiusculis peccatū attribuere, nisi post 14. an. cum incipiūt pubescere: Dicit Gregorius, istud meritò crederemus, si non essent alia peccata, nisi q̄ membris genitalib. committūtur: sed furta, mēdacia, piuria sunt peccata, & puerilis ætas plena est his, verūtñ nō ita punienda sunt in his, vt in maiorib. puniuntur. No ꝙ pueri doli capaces peccare pñt in multis, & puniri dēt: sed non in tantum sicut maiores, & ita peierare possunt. Item omne delictum cadit in puerum, præter delictum carnis. Item ratione ætatis mitius agitur.

c Grandiusculis.] id est doli capacib. videlicet 7. an.

Referente.] impubes percutiens alium, non debet puniri pœna pecuniaria sm consuetudinem terræ, nec ob hoc quid potest exigi à patre. h. d. Vel sic, Pater ex delicto filij impuberis non tenetur. Primo ponitur appellantis querela. Secūdo iudicis datio, ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. Quidam puer x. annorum, dum cum alijs pueris sagittaret, quendam alium puerum fortuito casu sagitta percussit, & mortuus fuit: propter quod abbas Sancti Remigij à patre ipsius pueri centum solidos requirebat sm consuetudinem terræ illius, vndè dictus H. pater pueri appellauit ad Papam: super hoc scribit Papa Hermon. episcopo dicens: quia pueri non ita puniuntur secundum leges sicut illi qui sunt maioris ætatis, mandat, quatenus si constiterit filiū pre dicti H. ī. 14. ann. eundem excessum commisisse prædictū abbatem moneat & compellat, vt ab eodē H. pdictos centū solidos p aliquam consuetudinē nō exigat, neē requirat pro tali pœna. No ꝙ ętas excusat a tanto, sed non à toto. Item pro delicto filij minoris 14. anno. pœna pecuniaria pater puniri non debet.

a Requi-

a Vide citatos in c. 1. ī. eod.

† In plerisq; vulgatis ita Gregori⁹ in manuscriptis vt pluri mū vt ē impssum in veteri compil. c. 1. eo. tit. Augustino tribuitur. verū vnde sit sumptū, nōdū est inuentum.

† Ca. . . c. . . cap. materia ius decret. Doc. videpler. Andreā quellū de pœn rā. . . ten. c. 7. gelū ua malch. bo, item

a Requirebat.] Vndè dictus H. ad sedem Apostolicam appellauit.

[Glo. seq. recit. per obiect. duplicem, scilicet ad tex. & ad casum, prima soluitur per expositionem litteræ, secunda dupliciter.

consuetudinem illius terræ, centum solidos instātius requirebat:[a] & inf. ¶ Vnde † quoniā in pueris relinqui solet inultū,[b] quod in alijs ꝓuectioris ętatis humanæ leges dicunt seuerius corrigendum: Mandamus, quatenus si constiterit, filium prædicti H. inf. decimū quartum[c] ætatis suæ annum, eundem excessum commisisse, memoratū abbatem moneas, & cōpellas, ut ab eodem H. ꝑdictos centum solidos, ꝓpter † illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pęna requirat.

TITVLVS XXIIII.

De clerico venatore. †

¶ Ex concilio Aurelian. †

¶ Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pœna imponitur. hoc dicit cum sequenti.

CAP. I.

EPiscopum ꝑsbyterū, aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandū habere non licet.[d] Quod si quis talium personarū in hac voluptate[e] sæpius detentus fuerit: si episcopus est, tribus mensibus a cōmunione: si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio[f] suspendatur.

Ex eodem. †

¶ Summatum est supra ca. proxim.

CAP. II.

OMnib. seruis[g] Dei, uenationes & syluaticas uagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones interdicimus.

b Inultum.] 15. q. 1. illud. sed illud intellige de eo, qui non est doli capax. vnde, expone inultum, idest, nō perfectè ultū, vt sup. c. proxi. ff. de min. auxilium, §. 1. & l. si ex causa, §. 2. & C. de pœn. impunitas, C. si aduer. delict. l. 1. & 2. & ff. de dam. infec. l. damni, §. si pupillis, & 21. qō. 5. si qs cuiuslibet. verū tamen non punitur. Sed vndè hoc, quod non punitur propter talem excessum? Nō dicit quod non punitur secundum iura, maximè cum daret operam licitæ rei, & esset x. ann. sed dicit ꝙ propter illam consuetudinem pecuniā illam pro temporali pęna non exigat, si erat infra xiiij. annos: cum ille puer nihil habeat, & pater pro filio non est conueniendus, C. ne fil. ꝓ pa. l. 1. nec dominus pro seruo, ff. de pec. licet. 1. §. ex furtiua. maxime ratione ætatis, & quia delictum extra uenit, non ex animo, licet in culpa fuerit, & ideò noxam non commisit: vndè habet in integrum restitutionem, si voluerit C. si aduer delict. l. 1. & pater eius nomine petere posset, si pecuniaria pęna eēt sibi imposita, ff. de nino pr ꝓ filio l. rhso. irregularis tñ fuit effect⁹, & pœna spirituali dēt puniri, siue canonica. & ex eo, ꝙ dicit, pro tpali pœna, mitius tñ agitur cum eo propter ætatem, supra c. proxi.

[Glo. seq. duo arg. signat contrarium, & remittit.

c Inf. decimum quartum.] ex hoc videtur, ꝙ si fuisset ī xiiij. annum, ꝙ Abb. illam pœnam posset exigere, fortè q2 habebat ibi tpalem iurisdōnem. Et potest sumi arg. ex hoc, ꝙ ab epō habēte regalia a principe, regalibus illis appellandum sit ad dñm Papam, & non ad principem, ꝙ verum est, nisi consuetudo aut priuilegium contrarium inducat, ī. de app. Romana. §. mēt. [in 6.] Vel fortè Abb. hoc habuit ex consuetudine iam præscripta, vt pro homicidio pœnam pecuniariam exigat Ar. contra. infra de pœnis, licet, sed illud ibi etiā soluitur.

DE CLERICO VENATORE.

Supra visum est de quibusdam delictis tam clericorum quam laicorum, nunc submittit de quibusdam delictis clericorum tm̄, scilicet de clerico venatore.

EPiscopum.] De hac materia habet. 86. dist. in c. q venatorib. cum 5. c. seq. & 24. di. ca. 1. in principio. Abbas In prima ponit ꝓhibitio; In secunda pœna ibi, quod si quis: Abbas Sicu.

CASVS. Dr̄ in capitulo isto, quod episcopus, presbyter, & diaconus aues ad venādū, aut canes hēre non dēnt: ꝙ si aliqui s eorū ī hac voluptate sæpè inuētus fuerit, eps trib. mēsibus a cōione, presbyter duobus diaconus ab oī officio suspēdat. Not. q clericis auiū & canum venationes causā voluptatis prohibentur. Et sic est ar. ꝙ hæc eadem causa necessitatis, exercere possunt. Item nota hic pęnam clericorum qui venationes exercent.

d Non licet.] ī. ne cleri. vel mo. c. 1. 34. di. quorūdā, 86. dist. an putatis, & ī. de cē si. cum Apostolus, & inf. c. proxi.

[Glo. seq. arg. a cōtrario, & illud concedit, si tria concurrāt. deinde distinguit quadruplicē uenationē. & quartam, scilicet quæ fit ad aues vel bestias, subdistinguit in clamosam & quietam.

e Voluptate.] Ergo vr̄ ꝙ causa necessitatis vel recreationis licitū sit: ꝙ posset ꝯcedi alijs clericis, excepto epō, cui oīno nō licet. 34. di. c. 1. dūmodo clamosam uenationē euitent 86. di. an putatis, & non sæpius, ut hic dicit, ne in cōsuetudinē pducat. Quedā enim venatio dr̄ oppressiua hominum, & hæc oīno illicita est. 6. dist. c. non est peccatum. §. his itaque. Et est adulatoria, quæ fit per verba, & hæc est illicita. 86 di. qui venatorib. & 46 dist. sunt nonnulli & 6. q. 1. sunt plurimi & est arenaria, quæ fit in arena. & mala. 3. q. 6. ca. infamis. § tria saltuosa & clamosa licita est laicis, de qua dicitur in capitulo an putatis, sed clericis omninò non licet talis venatio, sed quieta. ut dictum est, cā necessitatis uel recreationis. Epō, p̄sbytero, diacono, & subdiacono, q cum diacono eodem gaudet priuilegio, ut ī. de ser. nō ord. miramur. ex toto prohibetur, qa de illis fit hic tm̄ prohibitio.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.

f Officio.] Plus punitur hic minor, quā maior, quod est contra illud. 40. dist. homo Christianus, & 19. dist. nulli. Solu plus punitur hic eps & presbyter, q̄ diaconus, maior. n. reputatur in ēpō ista pęna uel presbytero, q̄ suspensio ab oī officio in diacono p ꝙ maius scandalum, & magis imputatur illa pęna epō vel presbytero, quā suspensio à bñficio in diacono, uel subdiacono, ex persona. n. cōsiderat iniuria, Instit. de iniur. §. atrox. sic & pęna, ex persona iudicatur parua vel magna. Bern.

OMnibus seruis.] CASVS. In hoc cap. prohibetur omnibus clericis venationes & syluaticas vagationes cum canib. exercere, & accipitres, & falcones interdicuntur eisdem Not. ꝙ oēs venationes cum canibus, & auibus clericis prohibentur.

g Omnibus seruis.] i. clerici, qui specialiter dicūtur serui Dei, qui in sortem dñi ad eius obsequium specialiter sunt assumpti. sup. de præben. cum secundum Apostolum & 21. dist. cleros. & clericos.

Alias. Verū mōniū, &c.

Alias ita: ꝓ vllā, &c.

Vide ꝯ illū sudētinum sess. 24. de reformat. cap. 12. § vestitū insuper. & Ber. Diaz in prac. cri. can. c. 61.

Aliās incipit, si seruus, & ibi dicitur, quod ex furto facto per seruum contra dñm agitur in quantum factus est locupletior. Io. And.

† Est in concilio Agatē. c. 55. & in ꝯcilio Epaunensi c. 3. referunt Burchardus lib. 2 dec. c. 213. & Iuo par. 6. c. 288 vbi ꝙ tribuitur, ꝯcilio Melcē. 6. refert iterum Iuo p. 5. c. 366. & 13. c. 30. & Gratianus si ve palea di. 34. c. 2. & c. 1. eo. tit. in j. compil.

† Scilicet concilio Aurelian. sed hr̄ in synodo. Francica sub Zacharia refert Burchardus lib. 2. c. 214. Iuo par. 6. c. 289. & p. 13. c. 29. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

DE CLERICO PERCVSSORE.

Continuata est in præce. tit.

De hac materia habetur 45. dist. & 1. q. vl. si quis om nem. & 86. distin. in § similiter, & in ca. seq. & pen. & c. non liceat. Ab.

TITVLVS XXV. De clerico percusso- re.

¶ Ex concilio Agathen. †

¶ Clericus sæpè alium percutiens, & monitus non desistẽs, deponendus est.

CAP. I.

SI quis in aliquo gradu sacro percussor extiterit, a corripiatur a crimine: & si nõ emendauerit, b deponatur.

¶ Gregorius † Tarẽtin. epõ.

¶ Duobus mensibus a Missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari facit.

CAP. II.

PRæterea, qm̃ mulierẽ propter delictũ suum contra ordinem sacerdotij cædi crudeliter c fustibus deputasti: Quam licet ex inde (cum post octo d menses decesserit) minimè arbitramur fuisse defunctam: Tamen quia ad ordinẽ tuũ nolui sti habere respectũ, duobus e te mensibus, ab administratione Missarum statuimus abstinere.

¶ Alexan. iij. Lucen. epo.

¶ Non punitur clericus vt homicida, si fuit ipse in conflictu pro parte uiolentiã repellentium, licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecit, ex quo nullum ipse percussit.

CAP. III.

PRæsentium † lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tñ illorum qui uiolentiam repellebãt: f in quo lapides ipse proiecit, g sed aliquem non percussit: Quẽ nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occisi) à celebratione Missarum per biennium præcipimus abstinere. h Mandamus itaque, ut si alia nõ impedierint, decurso huiusmodi temporis spatio ad sui † eum officij executionem admittas.

¶ Celestinus tertius.

¶ Clericus qui fuit in conflictu vbi aliqui fuerunt occisi sine eius facto uel consilio de iure cõi promoueri potest. h. d. secundum intellectum qui plus placet. Panorm.

SI quis.] CASVS. Si aliquis in sacro gradu percussor extiterit, corripiatur, & si se non emendauerit, deponatur. No. quod clerici percussores esse non debent.

a Percussor extiterit. Tales. n. percussores esse non debent. 45. dist. c. 1. & c. epm. ubi isti in sacro ordine cõstituti percussores esse prohibẽtur, & quasi per totũ, & 86. di. nõ licet, & in Auth. de san. episc. §. sed neque, col. 9. quã habes. C. de episc. & cle. auth. sed neque.

[Glo. seq. arg. a cõtrario specialiter & generaliter, secundo declarat textum.

b Si non emendauerit.] ergo si se emẽdauerit, nõ deponitur: sic 35. dist. c. 1. & est, arg. quod non quodlibet mortale semel commissum sufficit ad damnationem, argumento ea. dist. c. j. & vl. & intelligo de eo qui in vsu habuit percutere in ludo noxio qui nõ caret culpa, ff. ad l. Aqui. nã ludus, alioquin crimen percussionis semel commissum nõ sufficit ad depositionẽ, vt hic patet, ita tñ ꝙ ex tali ꝑcussione non procedatur ad enormem læsionem, quia sic deponeretur, 55. dist. si Euangelica, & j. ca. proxim. arg.

PRæterea.] Summatur sic. Non potest episcopus grauẽ verberum pœnam imponere. Et primo ponit episcopi sæuitiam: Secundo ibi, Quam licet, excusat illum à morte. Tertiò illum punit ibi, Tamen quia. Abbas Siculus.

CASVS. Eps Tarentinus fecit cædi fustibus quandam mulierem, ꝯ ordinem sacerdotij. quæ post viij. menses decessit, sed non ꝑ illã percussionem; peruenit hoc ad notitiam papæ, unde ipse ꝑcipit illum duob. mensibus ab administratione Missarum abstinere, quia ad ordinem suum noluit habere respectum. Nota quod eps non debet esse percussor, nec per se, nec per alium indebito modo.

c Crudeliter.] qđ facere non debuit, sed moderate, arg. s. de rap. in archiepiscopatu, & 45. dist. cum beatus, & ff. ad l. Aqui. præceptoris, & j. de sent. excom. cum uoluntate, & 23. q. 5. c. j. versus fi. Ber.

d Post octo menses.] Ex t̃pis prolixitate præsumitur, ꝙ non ex illa percussione defuncta sit, & e conuerso ex t̃pis breuitate contrariũ ꝓsumitur, 50. dist. si qua fœmina, si. n. occasionem mortis dedisset, in perpetuum deberet abstinere, s. de homi. de cætero. & 50. dist. studeat. Et hic est argu. contra Bal. qui dixit in c. studeat, illũ presbyterũ non teneri de occiso, sed de vulnerato, si de casu interijt, & casus ex percussione ꝓcessit, ff. ad legem Aquil. qui occidit, §. vlt. Ber.

e Duobus.] s. titu. proxi. c. 1. si. n. percuteret, vt ꝑ hoc timeri vellet, ab officio suo debet repelli, 45. dis. si episcopum. Ber.

PRæsentiũ.] Duobus annis a Missarũ celebratione suspẽditur ꝑsbyter. qui associat repellẽtes violentiã in conflictu, vbi aliqui mortui sunt, & lapides proiecit, licet nullũ ꝑcusserit, hoc dicit iuxta litteram. Primo narrat factum. secundo ibi, Quem nos. T paliter punit. Tertio post t̃ps admittit ibi Mandamus. Abb.

CASVS. Quidã presbyter fuit in quodã cõflictu pro parte illorũ, qui violẽtiã repellebant, in quo cõflictu lapides proiecit, sed aliquẽ non ꝑcussit, aliqui occisi fuerũt illic ꝑ alios; dubitauit sacerdos, an esset ei imputandũ, accessit ad papã; ipse intell. & eius ꝯfessione ꝑcipit illũ abstinere à celebratione Missarũ ꝑ biẽnium, ita ꝙ si aliud nõ impediat, ex tũc suũ officium exequatur. Not. ꝙ in dubijs tutior via eligenda est. Item clerici conflictibus interesse non debent: vndè punitur ad cautelam, & sic est argu. quod aliquis punitur ex alterius culpa.

f Repellebant.] ideò rei licitæ operam dedisse videt, quia licitum est se defendere, j. de sen. exc. ex tenore. & violentiam repellere, 23. q. 3. fortitudo, & c. si quis. & c. non inferenda, sed vlcisci non licet, 46. dist. sedi tionarios. De hoc dixi, s. de homi. significasti.

[Glo. seq. signat contrarium & soluit.]

g Proiecit.] Vnde dubium uideri poterat, an fuisset in culpa uel non. Contra, ar. 23. q. vlt. ca. vlt. 50. dist. si quis viduam, & s. de cler. pu. in duel. c. vlt. sed iste aliquem non percussit ut sup. dicit, & hoc constabat. Intellige aliàs si dubium esset repelleretur, vt dicunt contraria prædicta, arg. ad hoc ff. de testa. tu. duo sunt, & ff. de manu. testa. cum ex pluribus, 24. dist. quando, & cap. nullus, & 2. q. 5. omnibus. Ber.

h Abstinere.] ad cautelam saltem, & vt clerici tales conflictibus

---

† Addi põ c. 3. ut refert Burchardus lib. 2. decre. c. 190. & Iuo par. 6. c. 235. sed in eo concilio nondũ repertũ est.

† Gregorius li. 2. registri epi. 44. c. 83. iudic. 11. refert Burchardus lib. 1. decret. c. 195. & Iuo par. 5. c. 310. & cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cõpil. & post conci lium Later. par. 26. c. 1.

† In codice Barbatiæ ut est impssi. In alio ueteri ita: ad suã officij executionem admittas. Contius & alia ita: ad tuã officij executionem eum admittas.

a Vide citatos in d. cap significasti, s. de homi ubi hæc plenius intelligere.

De hoc vi to lati⁹hic fostitesem, anné Analios.

conflictus euitent: & est arg. ꝙ aliquis punitur ex alterius facto, vel culpa.

Continentia.] Hoc ca. legitur duobus modis sicut c. præcedens: Vno modo, ꝙ dispensatiuè iste possit promoueri: Alio modo, quòd de iure communi, & secundum hunc intellectũ, qui mihi plus placet, hoc dicit, vt in rubrica, Communis diuisio: Secunda ibi, Consultationi Abbas.

Cap. 1. tit. de clerico ꝑcussore in 2. compilatio.

CASVS. Quidam acolyth⁹ P. nomine, arma sumpsit ad resistendum ꝑdonib. & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem, tamen homicidia illa neque facto, neque consilio eius perpetrata fuerant: tandem acolythus ille ad religionem transiuit: volebat promoueri ad sacros ordines: q̃situm fuit à Papa an possit? Rñdet ꝙ cum ad frugem melioris vitę transiuerit, poterit ad subdiaconatus ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere: Nota, quòd non debẽt clerici interesse talib. conflictibus, vndè iste punitus fuit, licet culpabilis non fuerit, sed ad cautelam potius.

CAP. IIII.

Continentia † litteratũ: & inf. ¶ Cũ P. acolythus cum quibusdã ad resistendum [a] prędonibus arma sumpsisset, in conflictu illo, tres fuerũt ab alijs vulnerati ad mortem: ita tñ, quod illa homicidia neque facto [b] eius, neque consilio perpetrata fuerunt: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter rñdemus, ꝙ cum prędictum acolythum ad frugẽ melioris vitę transiuisse dicatis, poterit ipse ad subdiaconatus [c] ordinẽ promoueri, & altaris ministeriũ exercere.

In codice Barbatiæ, & in altero manuscripto Vaticanæ, ita: De clerico maledico.

a Resistẽdum.] qđ licet, s̃ eo. cap. proxi. vbi de hoc, cum suis concordantijs.

b Neque facto. Sic 50. dist. si quis viduam, & s̃. de cle. pug. in duel. c. vlt.

[Glo. seq. teci. per q. rationis.

c Ad subdiaconatus.] & non vltra, licet ergo dispensetur cum isto in subdiaconatu, non tamen poterit promoueri ad superiores ordines. Iste. n. fuit in culpa assumendo arma, quod ei non licuit. 16. q. 3. ꝓprio, & 23. q. vlt. c. quicunque nam lachrymæ, & orationes sunt arma clericorum, 23. q. 8. conuenior, etiam contra hostes, sup. de voto, ex multa, vnde punitur: quia sine dispensatione non promouetur, etiam fauore religionis cum eo. facilius dispensatur, s̃. de aposta. c. 2.

TITVLVS XXVI.

De maledicis. †

Clemens tertius.

¶ Maledicens Papa puniendus est, vt alij deinceps deterreantur, & ipse arceatur.

DE MALEDICIS.

Quia alia percussio fit, puta manu, alia lingua, cum maledici, & detractores quodammodo percutiant, vt supra visum est de percutientibus manu, merito subdit de percutientibus lingua. Abbas.

De hac materia habetur 46. dist. & 24. q. 3. per totũ, 25. dist. c. aitas ca demum. in fi. & infra, in rub. de pęversi qualiter maledico.

Innotuit.] Primo ponit culpam. Secundo illam puniri mandat: Tertio ponit causam: Secunda ibi, ipsum. Tertia ibi, Vt pœna. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus in ꝑsentia multorum quędam verba protulit in cõtemptum, & depressionem officij & beneficij dñi Papæ: hoc significatum fuit ei: & mandat quidam, vt illum clericum à sua temeritate compescat, vt pœna illius sit alijs in terrorem, ne de cętero contra Romanã Ecclesiã in verba talia prorumpant. No. ꝙ principi suo, seu prælato suo nemo maledicere debet. Item pęna vnius dẽt esse metus multorum.

d In depressionem.] & male: quia principi nemo maledicere dẽt. 23. q. 1. paratus, & non solũ principi detrahi non debet, immo nec fratrib. 6. quæstio. 1. summa. & detrahentẽ secreto proximo suo, hunc persequebar. 23. quęst. 4. minimus, & ca. qui peccat. & de pœ. dist. 1. homicidiorum ar. infra de exces. prela. quam sit graue.

CAP. I.

10 Innotuit † nobis: & inf. ¶ Quia nobis ꝑ litteras retulisti, quod I. clericus multis coram astantibus verba quædam in depressio- 20 nem [d] officij, & beneficij nostri ꝓtulit, ipsam à temeritate [e] sua cõpescas: Vt pœna illius, alijs terrorem [f] incutiat, ne de 30 cætero cõtra Romanam ecclesiam in talia verba prorumpant.

† Cap. vnic. eo. ti. de clerico maledico in 2. cõp. Et ꝑter hic vide Bal. & alios, in l. 1. C. si qs Imperato. maledixe. & Bernar. Diaz. in pra. cri. can. c. 60.

[Glo. seq. obijcit, & dupliciter sol. respondens ad ꝯtraria.

e A temeritate.] id est, ꝓtinacia, 11. q. 1. si quis sacerdotum. Arg. ꝯtra, quod enim ex temeritate siue calore iracundię fit, veniam meretur. 2. q. 3. si quem, §. notãdum, & §. si quis iratus, C. de iniur. l. 2. Et dicit Imperator; si quis putauerit nostra nomina lacessenda, si hoc ex leuitate, contemnendum est; si ab insania, miseratione dignum: si ab iniuria, remittendũ, C. si quis impera. maledi. l. vnica, & 23. q. 4. inter querelas, & C. de epis. & cle. si qs in hoc. Quare ergo mandat Papa, ꝙ compescat, contra iura ꝓdicta? Sed Papa non mandat hic puniri propriam iniuriam ratione personæ, sed quatenus contingit Romanam Ecclesiam, qui etiã iniuriam remittere non posset 63. dist. Salonitanę, in quo casu loquitur 23. q. 4. Guilisarius & c. si is qui, vel potest dici; ꝙ aliquis bene potest punire iniuriam sibi factam à subdito suo, maximè cum nullum habeat superiorem, vt hic, & ar. 45. dist. & qui emendat. & prædicta iura loquuntur de benignitate, seu de mãsuetudine, quia nullus tenetur remittere iniuriam sine satisfactione, nisi velit, sed rancorem sic: de pœ. dist. 5. c. vlt. & 23. q. 4. si ille. 90. dist. si quis contristatus.

¶ Gregorius nonus.

¶ Hic ponitur pęna blasphemantis Deum, vel aliquem 40 sanctum, & maximè virginem gloriosissimam.

CAP. II.

Statuimus, † vt si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorũ, & maximè B. Virgi- 50

† De materia huius decretalis vide Berna. Diaz. in pra. crim. can. cap. 103. Alberti. tra. de agno. asser. q. 27. & Couar. in c. q̃uis pactũ, de pactis, in 1. par. relectionis, §. 7.

60

f Terrorem.] Sic enim pœna vnius debet esse metus alterius. 2. q. 7. qua propt. 1 & s̃. de Iudę. ad liberãdam, vbi hoc, & s̃. de calum. c. 2.

Statuimus. Primo ponit pęnam ecclesiastici iudicis: Secundo secularis, ibi, Per temporalem. Abb.

CASVS. Statuitur in c. isto, qualiter puniri debeant qui publicè blasphemiam dicere præsumpserint contra Deum, & aliquem Sanctorum eius, & præcipuè contra B. Virginem: & per episcopum suum pœna ista est imponenda, prout inferius adnotatur. Si vero aliquis pœnam istam recipere noluerit, ecclesiæ sibi interdicatur ingressus: & in obitu careat ecclesiastica sepultura. Item si blasphemus diues fuerit, per temporalem Potestatem mulctetur pœna quadraginta solidorum, alioquin. xxx. siue xx. & si ad hoc non sufficit, v. solidorum vsualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus: & si potestas hoc

non fecerit, per epm compellatur, & hoc statutũ ponatur inter alia statuta Coitatũ. No. q contra Deum, & alios Sanctos, & præcipue B. Virginem in blasphemiam nemo prorumpere debet, aliàs punitur prout hic dicitur. Item arg. q pœnæ possunt commutari. Item arguit, q vna iurisdictio iuuatur per aliam. Item vbi iudex secularis negligit facere iustitiam, per epm debet ad hoc compelli.

[Glo. seq. aggrauat blasphemiã, per tex. can. & per rationem, subdens pœnam legis & canonis.

a Blasphemiam.] Qui blasphemiã dicit in Deum, siue in Spiritum sanctum, neque in hoc seculo neque in futuro remittetur ei 25. dis. qualis. supple nisi pœnituerit, & longè grauius est æternam quã temporalem lędere maiestatem, ī. de hęret. vergẽtis. Sed qui contra temporalem maiestatem delinquit, punitur, ī. eo. c. prox. & 6. q. 1. c. quato, §. verum. C. ad l. Iul. maie. l. si quis cũ militib. ergo multo fortius isti puniẽdi sunt & grauius, qa maiora delicta maiorib. pęnis sunt punienda, & in delicto æquali decet proximas esse pęnas, in Authen. vt fra. fil. colla. 9. versus fin. & quia hoc est grauius q in c. proxi. punitur grauius: quia grauius commissum intelligitur. 24. q. 1. non afferamus, in fi. & secundum leges vltimo supplicio punitur, in Auth. vt non lux. contra nat. colla. 6. §. 1. sed sm canones olim laicus excõicabatur, clericus deponebatur, 22. q. 5. si qs per capillum.

a Hoc dictũ qđ aliter fit intelligẽdũ plenissimè docet B. Th. 2. 2. q. 14. ar. 3. & Dñi. Sot li. 4 sen. dist. 15. q. 1. art. 1. † Al. às ini: septéque pręcedentib. sex ferijs, vel subsequẽtib. in pane, &c.

nem linguã in blasphemiam [a] publicè relaxare præsumpserit, per epm suum pęnæ subdatur inferius adnotatæ: videlicet, vt septem diebus Dominicis, p̃ forib. ecclesię in manifesto dum aguntur Missarum sollemnia, blasphemus existens vltimo illorũ die Dñico pallium, & calciamẽta non habeat: ligatus corrigia circa collum: septemq; † præcedentib. sextis ferijs in pane ieiunet, & aqua ecclesiam nullatenus ingressurus.[b] Quolibet quoque p̃dictorũ dierũ tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum: Et si nec ad hoc eius supperant facultates, [c] id in pęnam aliam cõmutetur: [d] qui et si renuerit recipere, ac pagere pęnitentiam supra dictã, ecclesiæ interdicatur ingressus: & in obitu ecclesiastica careat sepultura. ¶ Per temporalẽ præterea Potestatẽ, [e] coactione (si necesse fuerit) episcopi diœcesani adhibita cõtra [f] eum: blasphemus si diues fuerit, quadraginta solidorũ, alioquin triginta, siue xx. & si ad id non sufficiat, quinq; solidorum vsualis monetę [g] pœna mulctetur: nullam in hoc misericordiam habiturus: quod etiam inter alia Communitatum statuta ponatur.

compelli per ecclesiam, 23. q. 5. administratores, & 96. dist. cum ad verum.

g Vsualis monetæ.] Idem esset si hoc non fuisset adiectum, vt de moneta, [3] quæ in vsu habetur, soluatur secundũ consuetudinem loci. ff. de leg. 1. si seruus, §. si numerus, & ff. de lega. 3. l. nummis, & ff. de fun. instr. cum de lanionis, §. asinam, in fi. Ber.

3 De materia huius gl. vide Doc. in l. Paulus. ff. de sol.

DE CLERICO excommunicato, &c.

Supra visum est de varijs delictis, pp̃ter quæ interdum Clerici suspenduntur, & interdũ deponuntur, & interdum excommunicantur: sed quia quandoque Clerici depositi excommunicati, vel suspensi celebrant, & ingerunt se diuinis sicut prius, & posset dubitari de pœna eis inferenda ex hoc nouo delicto, ideò, &c.

De hac materia habetur vndecima quæstione te tia. placuit. & in c. penul. eo. distinctio. accedẽs. Abbas.

† Dictio, deposito deerat aliquot antiquis.

† Addi pōt cap. 28. ex Theodoro Balsamone, referatur c. te. end tit. in 1. compil.

TITVLVS XXVII.

De Clerico excõmunicato, deposito, † vel interdicto ministrãte.

¶ Ex canone Apostolorum. †

¶ Clericus depositus celebrãs excommunicatur.

CAP. I.

Si quis episcopus, presbyter, vel diaconus [h] depositus iustè [i] pro certis criminibus, ausus fuerit attractare ministerium sibi dudum cõmissum, hic ab ecclesia [k] abscindatur.

¶ Ex Concilio Antiochẽ.

¶ Degradatus, vel suspensus celebrans, & monitus nõ desistens, excommunicatur, & si nec sic desistat, per secularem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exilio damnatur.

CAP. II.

Si quis presbyter, aut aliꝰ clericus fuerit destionem.]

S I quis.] CASVS. Statutum est in Canone Apostolorum, quod si quis episcopus, presbyter, diaconus, iustè depositus fuerit pro certis criminibus, & postea ausus fuerit attractare ministerium sibi ante depositionem commissum, ab ecclesia abscindatur. Nota, quod depositus diuinum ministerium vlterius attractare non debet, aliàs punitur, vt hic dicitur.

† Cap. 2. est tit. in 1. cõp.

[Glossa sequens recitatur per quæ-

b Ingressurus.] qa qui peccat in Deum, peccat in eius ecclesiam, & è conuerso, vndè priuatur eius [2] ingressu. sic 12. q. 2. de viro, & 17. q. 4. frater, nec debet eis cœna remitti, qui in Deũ peccant, 63. dist. Salonitanæ. & 23. q. 5. si is qui.

c Facultates.] sic ī. de voto, cap 2.

d Commutetur.] Argum. de commutatione pœnæ, 82. dist. presbyter, & 22. q. 4. innocens. De hoc dixi sup. de vo. c. 1. Bern.

e Potestatem.] argum. quod vna iurisdictio per aliam iuuatur, 10. dist. quoniam idem, & 96. dist. cum ad verũ, & 17. dist. nec licuit, ī. de officio ordi. quoniam in plerisque, in fine.

f Contra eum.] id est, Potestatem, & ita habes hic, quòd si iudex secularis negligit facere iustitiam, potest

2 Adde ad hoc qđ no. Bart. l. item apud Labeonẽ. §. ait prętor. ff. de iniur. Ange. in l. quoties, §. vndè, ff. de hære. insti.

h Diaconus.] idem est de omnibus alijs, infra capit. proximo [:] & vndecima quæstione tertia, episcopus.

i Iustè.] Idem esset si iniustè, nisi prius restitutus fuisset, 11. quæstio 3. episcopus, dummodo sententia non sit lata contra ordinem iuris: quia tunc nulla est sententia 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua, supra vt lite non conte. accedens.

[Glo. seq. signat contrarium.]

k Ab ecclesia.] Argum. contra secunda quæstione quinta, qua de causa, sed ibi è dispensatum fuit, 63. dist. Salonitanæ.

S I quis.] In prima ponit pœnam. In secunda aggrauat

grauat sibi, Quod si. Abiuas.

CASVS. Statutum fuit in concilio Antiochen, quod si presbyter aut alius clericus degradatus fuerit, aut ob officio pro certis criminibus suspensus, & ipse post modum per contemptum & per superbiam aliquid de ministerio sibi prohibito agere præsumpserit, si ab episcopo suo admonitus non destiterit, excõicet, & qui ei participauerint, erũt excõicati: & similiter qui participauerint clericis vel laicis vel fœminis excõicatis, excõicati sunt. Si verò aliquis ista contempserit, & eps illũ corrigere non poterit, inuocetur auxiliũ Regis, & exilio damnetur. No. quod clericus, depositus vel suspẽsus ad officio suo, ministeriũ diuinũ agere non dẽt. Item qui per ecclesiam non corrigitur, per sæcularem potestatem ad requisitionẽ episcopi corrigatur.

gradatus,[a] aut ab officio pro certis criminibus suspensus: & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio agere præsumpserit:[b] et postea ab episcopo suo correpť, in cœpta præsumptione perdurauerit, modis omnibus excommunicetur: & quicunque cum eo cõmunicauerit, simpliciter se sciat esse excommunicatum.[c] ¶ Similiter de clericis, laicis, vel fęminis excommunicatis obseruandum[d] est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus minimè emendare potuerit, regis iudicio[e] ad requisitionem ecclesiæ, exilio damnetur.

¶ Alexander iij. Londoñ. episcopo.

¶ *Interdictus & excommunicatus celebrans, monitus non desistens, deponitur.*

CLerici † autẽ, si qui à suis, aut etiam de mandato Ro. Pontificis[1] ab alienis episcopis interdicti, vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrauerint: nisi moniti[f] sine dilatione redierint, perpetuæ depositionis sententiam, pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

¶ Idem Toletano archiepiscopo.

¶ *Excommunicati vel interdicti celebrantes, deponi debent. nisi propter multitudinem mitigetur pœna.*

CAP. IIII.

LAtores † pręsentium nobis intimarunt, quod tam ipsi, quam multi alij postquam interdicti vel excommunicati fuerũt, diuina præsumpserunt officia celebrare: & infra.

¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si quadraginta solũmodò vel pauciores in his deliquisse cõstiterit: oẽs in perpetuũ ab offõ sacerdotali depo-

a Degradatus.] à suo episcopo adiunctis sibi alijs[1] sex episcopis in degradatione presbyteri, 15. q. 7. fęlix, & c. si aũt. Sed pone degradatũ celebrare, nũquid cõficit? Vr quod sic: quia ordinẽ nõ amisit, 20. q. 3. eos qui, 1. q. j. quod quidam, & de cõse. dis. 4 ostenditur, 22. q. 7. licitè. Arg. cõtra 50. dist. accedens, 11. q. 3. episcopus, 81. d. dictum, 23. q. vlt. clerici, 54. d. c. 2. R. dixit quod talis non[2] conficit: potuit enim ecclesia ei auferre illam ptãtem, quam contulit: quamuis nõ possit character auferri, sicut insignia militi. Lau. Ala. & T. dicunt (& melius) quod bñ conficit depositus, sicut hæreticus, arg. 1. q. 1. neque, & c. quod quidam. nec Papa potuit auferre illam virtutem: & hoc verum credo: vnde talis excommunicatur, vt inf. dicitur, quia facit rem sibi prohibitam.

b Præsumpserit.] quasi in officio suo vt prius: quod non licet, 11. q. 3. si quis episcopis in concilio, & 28. d. presbyterum. In modum enim priuati suffragij potest dicere horas[3] suas, quod etiam potest laicus, arg. bo. j. de pęn. & remiss. quod in te.

c Excommunicatum] ipso iure, 11. q. 3. cum excommunicato, & intellige de minori.

d Obseruandum est.] vt talibus nullus communicet, aliàs similiter sunt excommunicati minori excommunicatione, 11. q. j. excommunicatos, & nisi destiterint, sunt excõmunicandi, j. de sen. excom. quod in dubijs, §. 2. & j. e. si celebrat. in fi.

CASVS. Quidam subdiaconus P. nomine, diaconatus ordine prætermisso, se fecit in presbyterū ordinari: postmodum confessus fuit in secreto epo suo, se nescire si res taliter se haberet: sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum, cum tunc tēporis quo inferiores ordines suscep. rat, constitutus esset infra annos discretionis: quæsiuit epūs a Papa qd esset de eo agendū: vnde mandat ei, quatenus cōdignā pniam pro hmōi negligentia ei imponat: qua peracta, ipsum in diaconum ordinare procuret, quia nō intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum, & ita de misericordia permittat eum ministrare in ordine sacerdotis. No. quod non debet quis ministrare in maiori ordine nisi habeat inferiores. Item non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum.

† Cap. vi. eo. tit. i comp. Doctores hic, vide nardinu. Diaz i; cri. cons. 20. E. T. quærit o dinis ad q. 39. ar

h Nescire.] & sic crassa & supina fuit ignorantia.

[Glo. seq. ponit differentiam matrimonij carnalis ad ordinem. Secundò quærit an impuberes ordinatus, & cæt. quod non, soluit contrarium vacillando.

i Discretionis.] Infra annos discretionis bñ recipit

quis

quis sacros ordines, licet conferri non debeant: 1 & qui ordinauerit, puniri debet, & ordinato interdicenda est executio vsque ad ætatẽ legitimã, ĩ. de tẽp. ord. vel non est cõpos sui, licet secus sit in matrimonio carnali, nisi malitia suppleat ætatem, sup. de despon. impu. de illis, & c. vlt. & sic non est semper similitudo inter carnale matrimonium, & spirituale. Sed nunquid isti taliter ordinati tenentur continere, cum venerint ad legitimã ætatẽ? Arg. quod non, quia continentia res est voti, & non præcepti, 27. q. 1. integritas, nõ credo q possit contrahere, maximè si dicatur q ordo habeat votũ cõtinentiæ annexũ, sic ergo cõpellit cõtinere, & it. facit ordo, quod votum facere non possit, quia in tali ætate non tenet votum, ĩ. de reg. ad nostram. & c. significatum, cum suis similibus. Sed æquius videtur, quòd contrahere possit, si contradicat ante xiiij. annũ. Sed quod prius dixi, verũ est, quia statim antequam ordinaretur, debuit contradicere, & nullo modo consentire: & si simpliciter coactus ordinatus fuisset, non recepisset characterẽ, sup. de bap. maiores. §. vlt. versus finem.

18 conferri non debẽt, . canonũ ecreta cer . tps cõstitit c. gñali d ætate & . in Clemẽti. cõciliũ rid. sess. 23. reformat. 12.

Quid sit ordine furtiuè suscipere p. Panormi nam & alios hic, tra . Hostien. in sũma . tit. & Ber . rdinus . Haz . prac. . cano. ca. . Lincon. . tumen.

condignam penitẽtiam, pro huiusmodi negligentia [a] iniũgas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum, [b] quod factũ esse nescitur) ipsum in diaconum ordinare procures: & sic de misericordia eũdem ministrare [c] permittas in ordine sacerdotis.

TITVLVS XXX.

De eo qui furtiuè † ordinem suscepit.

¶ Alexãder iij. Lingonẽ. epõ.

¶ Qui furtiuè recipiunt ordinem si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione Papæ, in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere potest, sed si excommunicatio lata non erat, episcopus, & abb. poterunt dispensare. h. d. cum duobus sequentibus.

DE EO QVI FVRTIVE ORDINEM Suscepit.

Interdum etiam reperiuntur aliqui, non solum qui per saltum, vt ĩ. sed qui furtiuè ordines recipiunt, id est, qui sine ordinatione, & licentia superioris, & examinatione: quia ingerunt se cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore. vndè meritò de his subdit. Ad hanc materiam faciunt cap. Salonitanæ. 63. dist. & 9. q. 2. Lugdun. Abb.

CAP. I.

VEniens † ad nos P. nobis exposuit, se furtiuè [d] diaconatus ordinem suscepisse. Vndè fraternitati tuæ respondemus, quod si non fuit à te, vel ab aliquo archidiaconorum [e] vel Prælatorum tuorũ sub anathematis interminatione prohibitus: tu ipse in promotione ipsius, ad sacerdotale officium, condigna satisfactione imposita (nisi alia impediant) pro arbitrio tuo dispẽses [f] Si verò interminatio [g] anathematis sup hoc facta est, moneas eũ, vt in † aliquo monasterio, seu canonia, habitũ suscipiat regularẽ, cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericordi-

† Cæ. vnico, eo. tit. in 1. cõcil. & post cõcil iij Lateran. sub Alexan. iij. par. 26. c.

† In plerisq; manusc. ita: vt in aliquo monasterio. seu canonica. in altero ita. vt in aliquo monasterio seu canonica regulari habitũ suscipiat regularem.

VEniens.] Prima pars narrat factum. Secunda ibi, Vndè, ponit rñsionem distinguens, & secunda subdiuiditur. Tertia ibi, Si verò. Abb.

CASVS. Clericus quidam P. nomine, accessit ad Papam, exponens eidẽ se furtiuè diaconatus ordinem suscepisse, vndè mandat Papa episcopo diœcesano, quòd si non fuit ab ipso, vel ab aliquo archidiaconorum suorum vel prælatorum sub interminatione anathematis prohibit[us], condigna penitentia sibi imposita, promoueat ipsum ad officiũ sacerdotis dispensatiuè pro arbitrio suo nisi alia impediant. Si verò excõmunicatio super hoc facta fuit, ipsum moneat, vt in aliquo monasterio seu canonica, habitum suscipiat regularẽ: & post q̃ fuerit ibi aliquo tpe laudabiliter cõuersatus, poterit cũ illo misericorditer prouidere, alioqn nulla rõne Papa permittit eũ ad sacerdotiũ promoueri. No. q archidiaconi, & alij prælati põt excõicare. itẽ cum eo, q post excõicationẽ furtiuè ordinat, nõ põt eps dispensare, aliàs potest, quia excõicatus diuinũ p̃sumit offitiũ exercere. Item arg. q ingressus religionis ñ tollit irregularitatẽ.

a Pro huiusmodi negligentia.] quæ crassa est, & supina: & ideò ipsum non excusat. supra de ordi. ab episcopo qui renun. episc. cap. 1. & sup. de cler. excom. minist. c. pen. Bern.

b Iteratum.] De conse. dist. 1. ecclesiæ, & c. sollemnitates, & de conse. dist. 4. placuit.

[Glo. seq. quærit, ponit opi. Hug. demũ opinio. Vinc. quam approbat, secundo quærit, & soluit.

c De misericordia ministrare.] In casu isto episcopus suo iure dispensare potest, vt satis colligitur ex hac littera. sic 52. dist. solicitudo & supra de sacra. non iteran. pastoralis. Sed quid si nullum minorẽ ordinẽ habuit, & promouetur ad sacerdotium, vel ad alium ordinem sacrum, nuquid recipit ordinem? Hug. dixit quod non: quia si laicus ordinetur in sacrum ordinem, nihil recipit, ar. 40. dist. sicut, vbi dicitur, sicut viri, & mulieris coniunctio vnum facit corpus, ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt ordinem, sed si aliquem de minori habeat, recipit sacrum. Vinc. dicit contra, quod benè recipit quis sacrum ordinem etiam si nullum habeat de minoribus, præter episcopalem, quem nemo recipere potest nisi sit saltem sacerdos, arg. ĩ. de excet. præla. ex litteris ibi: num igitur pontificale officium sine altaris, &c. istud veri[us] videtur. Sed quid si ordinatur in episcopum. prætermisso diaconatu, vel subdiaconatu? Episcopus est, dum tamen fuerit sacerdos; & sed illum ordinem quem non habuit, alijs conferre non potuit arg. 1. q. 1. gratia, & cap. ventum, & q. 7. Daibertum. de consec. dist. 4. quomodo.

d Furtiuè.] Furtiuè promouetur, q citra conscientiã sui episcopi & sine examinatione promouetur. 64. dist. extra conscientiam, & 24. dist. quando.

e Archidiaconorũ.] arg. q archidiaconus potest excõmunicare, & quod habet iurisdictionem, sup. de offic. ord. cum ab ecclesiarum, ubi de hoc.

[Glo. seq. arg. ad id approbat, & remittit, ponit lecturam Inno.

f Dispenses. hic est optimum ar. q epi non possũt dispensare cum illis, qui excõicati diuinũ officium exercere p̃sumunt, & ĩ. eod. c. vlt. vbi dr idẽ, q eo ipso, quod dicit, tu ipse pro tuo arbitrio dispenses, si excõicatio lata non fuerit, intelligitur prohibere cũ lata fuerit quia sic excõicatus recipit ordinẽ, ar. 25. di. qualis, quod est verũ ĩ. de cle. exc. mi. clerici. Papa Inn. iiij. tñ dicit, q iste non erat excõicatus, & tamen propter interminationem excommunicationis solus Papa hic dispensat.

[Glo. seq. arg. & reprobat.

g Si verò interminatio.] Arg. q si iudex dicat, p̃cipio sub interminatione anathematis, quod contrafaciens

sit excommunicatus, sic sup. de loca. c. 1. quod non est verũ. Expone ergo verba illa, & intellige, vt dixi s. de sime. si ad tuis, & intrãsitiuè intellige ista verba, interminatio anathematis, idest, interminatio, q̃ fuit anathema sub conditione facta, vt exponitur in decr. sicut, & ita nulla contrarietas, vel dubitatio est.

[Glo. seq. exponit, arguit, & remittit.]

a Poteris misericorditer.] non tuo iure, sed de auctoritate papæ vt sequitur: alioquin nulla ratione concedimus, & j. eo. cap. vlt. Item est hic ar. quòd ingressus religionis nõ tollit irregularitatem, j. eo. cap. vlt. de hoc dixi s. de apost. c. 1.

† Aliàs, Clemens.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. cõp. Vide citatos s. in ipso titulo.

CVm H.] primo narrat factũ, cui secundo respondendo distinguit ibi, Quia verò. Abb.

CASVS. Quidam H. nomine accessit ad episcopũ tempore ordinationis, & iuxta cõsuetudinem patriæ cõtulit ei quattuor minores ordines, quib. non contentus, furtiuè præter conscientiam epi, ordinem subdiaconatus accepit, postmodũ vidẽs q̃ male fecerat, ad Papam accessit, tem sibi exponẽs, quod ipse multũ excessit, mãdat diœcesano episcopo, vt eũ in minoribus ordinib. ministrare pmittat. Si verò domum religionis intrare voluerit, si al às dignꝰ fuerit, abbas suus, si voluerit, in aliis ordinibus cũ eo poterit dispẽsare. No. q̃ omnes minores ordines vna die possunt conferri. Item eodem die non debet qs accipere minores ordines, cũ ordine sacro. Item fauore religionis fit, quod aliàs non fieret. Item cum talis si religionem intrauerit, potest abbas dispensare.

† Vide Cõc. Trid. ses. 23. de reform. c. 11. vbi minores ordines p tẽporũ interualla ɔferẽdos admonet.

† Ca. 2. eo. ti. in 2. cõp. Vide allegata in præcedẽtib. capitulis hoc eo. ti. & ẽino Conc. Trid. ses. 23. de refor. c. 11. & 13. & 14.

a Hodie vid. Cõc. Tri. citatũ i textu.

a Hæc glossula in antiquis codicibus ita hẽt: Hanc pmissionẽ intellige sm tenorem s. c. pxi. & j. c. pxi. si excõicatio lata fuit, aliàs iuo iure poterit.

ter[a] prouidere; alioquin nulla ratione concedimus cum ad sacerdotalem ordinẽ promoueri.

¶ Celestinus † tertius.

¶ *Summatũ est supra, c. prox.*

CAP. II.

CVm † H. lator præsentium, sicut nobis tua quæstione mõstrauit, ad tuam ordinationis causa, præsentiam accessisset, iuxta consuetudinẽ patriæ ibi quattuor † minores[b] ordines contulisti, quib. non contentus, subdiaconatum ẽt temerario ausu recepit. Quia verò idẽ clericus in hoc facto multum excessit: Mãdamus, quatenus eũ in minoribus dũtaxat ordinibus celebrare pmittas.[c] Si verò domũ religionis intrauerit, & vita & mores eius exegerint, abbas (si voluerit[d]) in aliis poterit ordinibus dispensare.

¶ Idem.

¶ *Summatum est supra, c. 1.*

INnotuit † nobis, quod G. clericus, & alij duo de diœcesi tua ad G. quondã Seguntin. episcopum, vt ordines ab eo recipe-rent, accesserunt. Cumq; ab eodem epo sub excõicationis snia fuisset inhibitũ, ne quis se ad duos ordines[e] suscipiendos ingereret: prædicti clerici nihilominus subdiaconatus, & diaconatus ordinem clandestinè susceperunt: & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter rñdemus, † quod ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare nõ dẽnt.[f] Veruntñ si ad religionem aliquã voluerũt se transferre, & peracta pœnitentia, p arbitrio tuo eis iniũcta, ibi idẽ laudabiliter fuerit cõuersati, pcessu tpis † cum eis poteris de nostra licẽtia[g] dispensare, vt postmodum susceptorũ ordinũ executione lætentur.

TITVLVS XXXI.

De excessibus † Prælatorum, & subditorum.

¶ Alexander tertius.

¶ *Monet Prælatos abstinere à grauaminibus subditorum, & aliqua enumerat: & geminatam pœnam imponit cõtra facientibus.*

guntin. vt ordines reciperent ab eodem: episcopus dum accederet ad ordinationem, excõicauit quẽcunq; qui se ad duos sacros ordines ingereret: prædicti clerici nihilominus subdiaconatus, & diaconatus ordines susceperunt furtiuè: quæritur quid iuris sit de illis? respondet Papa, q̃ illi de iuris rigore non debent in susceptis ordinib. ministrare; sed si ad religionem voluerint se transferre, peracta pnia, si laudabiliter ibi fuerint conuersati, diœcesanus illorũ de licentia papæ, cũ eis poterit dispensare, vt in susceptis ordinibus ministrent. No. q̃ nullus duos sacros ordines eodem die recipere dẽt. Itẽ fauore religionis facilius cũ aliquo dispensatur. Item qui post excõicationem latã, ne aliquis recipiat simul duos sacros ordines, eodem die hos susceperit, epꝰ cum illo dispensare nõ põt, tanq̃ cũ eo, q excõicatus diuina psumpsit. Itẽ arg. q̃ ingressus religionis nõ tollit irregularitatem.

e Ordines.] s. sacros, qui simul eodẽ die conferri non debent, s. de temp. ord. litteras, & ca. dilectꝰ. ad duos verò minores, vel etiam quattuor potest aliquis promoueri s. c. pxi. sed idẽ esset de minorib. si prohibitio excommunicationis facta fuisset de minorib. licet possit cõferre minores, quia si non vult aliquem promouere ad duos minores, vel plures, nõ compellitur: immo de iure interstitia etiam temporum seruanda sunt. 77. di. in singulis.

† Vnus ve... is, q̃ sic o... dixit. & sed illud... alterius ... nu additu... erat.

† tẽpore

† In co... Barbatiæ De ex... bus plat... in subdi... & sub in... in plur... lias cæ... dempt... De exc... prælatoi...

b Minores.] Hic ergo habes expressum, q̃ omnes minores ordines vna die conferri possunt, arg. ad hoc. s. de tempo. ord. c. 1. vbi indiffinitè loquitur de hoc.

c Permittas.] Hanc permissionem intellige secundum tenorem s. eo c. proxi. & inf. c. proxi. si excommunicatio lata fuit, vel non fuit, quia tunc nõ potest, aliàs suo iure poterit dispensare.

d Si voluerit.] Inf. de sent. exc. cum illorum. tamen si excommunicatus ex certa scientia ordinem recepisset, non posset, vt ibi dicitur.

INnotuit.] Communis diuisio. Secũda pars ibi, Consultationi. Abb.

CASVS. Quidam clericus G. nomine, & duo alij cum litteris episcopi sui accesserunt ad episcopum Se-

f Ministrare non debent.] immo de rigore sunt deponendi. j. de sen. exc. cum illorum, quia contra sententiã excommunicationis recipiunt ordines, arg. s. de cle. excommunicat. minist. latores.

[Glo. seq. soluit quæstionem, & arg.

g De nostra licentia.] sic s. eo. c. 1. sed ad sacerdotium per hanc licentiam poterit dispensare, cum de susceptis ordinibus hoc dicat. Et est arg. quod ingressus religionis non tollit irregularitatem, sup. eo. c. 1. & 1. q. 7. si quis omnem.

DE EXCESSIBVS PRÆLATORVM, &c.

Supra visum est de varijs excessibus subditorum, sed ne Prælati subditorum superbirent, subijcit de eorum excessib. Vel aliter, & melius: Supra visũ est gñaliter de varijs excessib. tã Prælatorũ, q̃ subditorũ, nunc subijcit rubricam specialem de prælatorum excessibus. Abb.]

De

De hac materia habetur 86. di. p totum. 2 q. 1. p totū.

Peruenit.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, Scituri. Abb.

CASVS. Episcopi pbyteros & alios clericos, quasi filios & fratres dēnt cum charitate tractare. sed ipsi ɔtrariū faciebant, & nisi ad voluntatem suam eis pecuniam soluerent, diuinum officium interdicebant eisdem: vndè mandat papa episcopis, quatenus in eos tallias & exactiones indebitas exercere non præsumāt, nec de cætero illos grauent indebitè vel tractent inhonestè, & sine consensu capituli sui ipsos suspendere, vel eorum ecclesias interdicere non præsumant, neque duas ecclesias, quarum vna sufficiat eos habere pmittāt, nec aliquos excommunicēt sine ordine iudiciario: si autē ꝙ si contrafecerint, papa eos taliter puniet quòd timore pœnæ suæ, alij à similibus abstinebūt. No. quòd episcopi subditos ag grauare indebite non dēbēt. Item sine consilio capituli non debent suspendere clericos, vel ecclesias interdicere, nec excommunicare sine ordine iudiciario: Et sic no. ꝙ ordo iudiciarius seruari debet in sententia excommunicationis siue suspensionis. Item pœna vnius debet alijs timorem inferre.

ap. 1. eo. 1. cōp. post cōci Lateran. Alex. 3. c. 7.

V. d. oīno ... Trid. ... 7. de refor. c. 2. ... & 5. & ... 14. de re ... c. 7. ... cōci. ... sub In ... no. 3 c. ... & cōcil. ... 25. de ... c. 3.

CAP. I.

Peruenit † ad audientiam nostram: & inf. ¶ Cum autem presbyteros quasi filios, & fratres, benigna ac fraterna debeatis charitate a fouere. Mādamus quatenus in eos tallias, & exactiones b indebitas exercere nullatenus præsumatis: c nec de cætero irrationabiliter grauetis, vel inhonestè tractetis eosdem: aut sine iudicio capituli d suspendere, vel eorū ecclesias interdicto subijcere; attētetis: neq; duas, † ecclesias, e quarum vnā sufficere videbitis, permittatis illos tenere: nec aliquem excommunicare † sine ordine iudiciario f præsumatis. Scituri pro certo, quod si huiusmodi rumores de vobis iterum ad aures nostras peruenerint, pro tantis excessibus vos taliter puniemus, g quod timore pœnæ vestræ, cæteri h à similibus abstinebunt. †

¶ Idem Cantuarien. archiepo.

¶ Non potest episcopus sine causa, ecclesiam alteri subiectam, ab illius subiectione, & obsequio liberare

CAP. II.

Ad hæc, quoniā episcopus plures ecclesias a cōsuetudine & obsequio archidiaconorum liberas constituit & immunes, per quod redditus diminuit i eorundē: Mandamus, quatenus factū episcopi super hoc corrigas & emendes: & ita prouideas, quod præfatis archidiaconis consuetudines, k quas presbyteri in ecclesijs suorū archidiaconatuū debēt, plenariè cōseruentur: & illis debitam reuerentiā exhibeāt, & honorem.

¶ Idem Exonien. episcopo.

¶ Habens subiectionem seu collationem beneficij, illud pro suo vsu retinere non potest, seu sibi conferre.

f Sine ordine iudiciario.] Et ita hēs hic, ꝙ ordo iudiciarius seruari dēt in sniā ex cōicationis siue suspensionis, vt 2. q. 1. Deus oīpotens. & ī. de app. l. reprehensibilis, & ita seruat & attenditur ordo iste, si ltima admonitio fiat: vel si non fiat, per vnū mensem ingressū ecclesiæ sibi nouerit interdictū. ī. de sent. exc. sacro. & c. cū medicinali. [i 6] lata tñ tenet. 11. q. 3. si episcopus forte.

g Puniemus.] extra ordinem. in Authē. de sanctiss. episco. §. omnibus autem.

h Cæteri à simil.] Sic s d male. c. 1. & ī de iudæ ad liberādā. & ī. d off. ord. irrefragabili. & 2. q. 7. quapropter. Ber.

Ad hæc.] episcopi ecclesias archidiaconis subiectas, ab eis liberare non pōt. h. d. Secūda pars ibi, Mandamus. Abb.

CASVS. Quidā eps suffraganeꝰ Cātuariē. archiepi, plures ecclesias cōstituit immunes à cōsuetudine & obsequio archidiaconorum, propter quod redditꝰ eorum diminuit: peruenit hoc ad papam: vndè mādat archiepo pdicto, quatenus ptatū epm sup hoc corrigat & emendet: & ita prouideat, ꝙ archidiaconis sua iura seruentur illæsa in eorū ecclis: & presbyteri illis debitam exhibeāt reuerentiā, & honorē. No ꝙ epi iura archidiaconorū, & ēt aliorū Prælatorum diminuere non possunt, nec eorū iurisdīnē eis auferre.

† Vide l. si in prin. C. ad l. Iul. repe. & Inst. d exce. §. hodie autē in fi.

† Iniuste priuās subditū cōione, per suū superiorē quātū sibi iustū visū fuerit. cōione priuabitur. Io. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. & post cōcilia Latera. pa. 24. c. 4.

a Charitate.] 16. q. prædicator. ī. de censibus. cum Apostolus, 18. q. 2. hoc tantum 93. dis. dictum.

a Tallias & exactiones.] Sic. ī. de im nu. eccle. aduersus.

c Præsumatis.] Debent enim seruare manus suas innoxias Deo, & legi, & principi, nullumq; ɔtingere lucrum, in Auth. de mand. prin. §. 1. coll. 3. & C. de super indic. l. vnica, li. 10. ff. de dam. infe. l. ex dāni. j respon. & in Auth. de coll. §. & hoc quoque, coll. 9. nisi ex magna & graui causa. 16. q. 1. generaliter. §. nouellarū, & supra de censibus. cum apostolus.

d Capituli.] Sic supra de his q̄ fi. a ma. par. c. q̄ fuit. & ita eps sententiam excōicationis siue suspensionis sine capituli consensu ferre non debet. arg. 15. q. 7. eps nullius. cum hæc pœna maior sit in ecclesia, 15. q. 3. corripiantur. ideo merito requirit consensum capituli.

e Neque duas ecclesias.] quarū vna non depēdeat ex altera, supra de æta. & qua. cum te. vel nisi sint ita paupeɾes. ꝙ proprium nequeant sustentare rectorem vt ibidē. & 10. q. 3. vnio.

ADDITIO. Vel vnam habeat intitulatam, aliam cōmendatam, 21. q. 1. plures;

i Diminuit.] & male: q̄a non dēnt epi ius suū alicui diminuere contra eius consensū. C. de iu. reipu. l. 2. li. 11. & C. de emāc. l. nec auus, & ī. de eccl. ædi. ad audientiā. 2. & C. de oi. agr. deser. quicunq; in fi. li. 11. Et est arg. ꝙ eps in alterius pīudicium nō pōt dare priuilegiū. ar. 9. q. 3. conquestus, & c. p principalem, & c. nunc verò. Lau. Sed q̄d si mortuus sit archidiaconus, nūquid eps cū capitulo pōt præiudicare futuro archidiacono in aliquib. obliq. q̄s, liberando clericos, vl subtrahēdo iuri archidiaconatus? Vincē. dixit ꝙ sic. ar. ad hoc 12. q. 3. c. vl. q̄d parū facit. & 16. q. 1. pcipimus, §. sicut duo. & c. statuimus, & de consec. dist. 1. oēs & ī. e. sicut. arg. ī. de const. cum accessissent, vbi ex toto suppsa fuit dignitas. Arg. ɔtra. ī. ne se. vac. p totum. & ī. de cōst. c. pen. & c. cū accessissent. vbi de hoc, quod verius videtur.

ADDITIO. Hodie tñ hæc qō est de archidia. determinata per decre. Inn. 4. de reb. eccle. alie. dudum.

[Gl. seq. ar. alleg. cōtra. & ibi remittit. secundo. ar. & remittit. tertiò litteram exponit.

K Consuetudines.] arg. ꝙ iurisdictio archidiaconi potius ex consuetudine q̄ ex iure iuuatur, sup. de electi. dudū, 2. § tandem. arg. ī. d off. arch. c. vlt. arg. ɔtra. ī. e. cū

satis, vbi de hoc. Itē arg. ꝙ seruitium ex consuetudine præstitum peti pōt. 1. 11. dist. catholica. & 28. q. 2. seruitium, de hoc plenè dī sup. de consue. c. vl. & sup. de censibus. peruenit. & intellige ꝙ hic dicit, de consuetudine præscripta.

est. Ala.

f Quinque.] s. Sodomam, & Gomorram, Seboim, Segor, & Ecale: quarū duæ perierunt ex viciniate, tres ex proprio delicto, de pœ nit. dist. j. sed & cōtinuo hic loquitur de ciuitatibus ibi numeratis.

† Adde ad hoc qd no. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua.

CAP. III.

AD † aures nostras peruenit, ꝙ quidā archidiaconi tuæ in ecclesias, quæ in suis archidiaconatib. vacant, auctoritate propria intrudere [a] † nō verentur: & inf. ¶ Mandamus, quatenus eos, qui tali modo ecclesias occupant vel occupatas detinent, ad eas dimittendas censura ecclesiastica cōpellas: & easdem ecclesias de personis idoneis ordinans, [b] præfatos archidiaconos pro tanta præsumptione, debita cures animaduersione punire. [c]

¶ Idem † in concil. Laterañ.

¶ Contra naturam incontinentes, si sunt clerici, deponuntur, & in monasterio detruduntur: si laici, excommunicantur.

CAP. IIII.

CLerici: & infra. ¶ Quicunq; illa incontinentia quæ contra naturam [d] est (propter quam ira Dei venit in filios diffidentię, [e] & quinque [f] ciuitates igne consumpsit) deprehensi fuerint laborare: si clerici

10

fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasterio detrudantur: si laici, excommunicationi subdantur, [g] & a cętu fidelium fiant penitus alieni.

¶ Idem.

¶ Subditus non tenetur parere superiori aliquid exigenti vel præcipienti contra tenorē sui priuilegij.

CAP. V.

SAnè † si epi aliquid ab Abbatibus, præter debitam obedientiam [h] contra libertatē ordinis à prædecessoribus nostris, & à nobis indultam, exigūt, liberū sit Abbatibus auctoritate Apostolica qđ petitur, denegare. [i]

¶ Idem Noruiceñ. epo.

¶ Vicarius ecclesiæ vsurpans sibi ipsius ecclesiæ psonatū cōtra præstitū iuramētū, ad officij sui executionem admitti non debet.

CAP. VI.

ILlud † etiam de vicarijs, qui personis fide & sacramento obligati sūt, duximus statuēdū: Quòd si personatū sibi

ADaures.] Archidiaconi ecclesias sibi subiectas ad suū vsum retinere non pñt. h. d. Prima pars narrat factum: Secunda prouidet ibi, [Mādamus.] Abb.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cōp. & post cōc. Later. Sub Ale. 3. par. 24. c. 3.

CASVS. Quidam archidiaconi Exonieñ. epi in ecclesias, q i suis archidiaconatib. vacabāt, se auctoritate ꝓpria intrudere non verebantur, & eas suis vsib. deputabant, cū ꝑsonas debe rēt instituere i eis: idē peruenit hoc ad Papā vndè mandat episcopo Exonieñ. quaten⁹ illos, qui tali modo ecclesias occupāt, vel detinent occupatas, ecclesiastica censura compellat, vt eas dimittāt, & eas ordinet de personis idoneis: præfatos verò archidiaconos pro tāta ꝑsumptiōe puniat animaduersione cōdigna No. ꝙ non debet aliquis sibi retinere, qđ alij necesse habet dare. Item nemo debet seipsum ingerere ad id quod debetur.

† Intrusus qs & quot modis dicat tradit Feli. in c. in nostra. T. de rescri. & Do. mi. in c. ꝑꝑ 19. dist.

a Intrudere.] et ad opus suum illas retineāt: qđ facere si pōt. sed si cā custodię hoc facerent, hoc liceret, 63. dis. si in plebibus, & ī. de app. bonæ, & si etiā ad eos ꝑtineat institutio, nō sibi debent retinere, sed alios instituere, ut inter dantem & recipientē sit differentia, supra de institu. cap. vlti. nec credat ꝙ ipse possit omnibus sufficere, ī. de off. archipresbyteri cap. vlt.

† Idē s. Ale. 3. in concil. Lat. c. 11. & c. 12. ti. de cohab. cle. & mulie. 1. j. ꝑ. Vide extrau. Pij. V. inci. cū primum. & aliā inci. Horrēdū illud; q. clerici huius criminis rei decernunt tradi curiæ seculari.

b Ordinans.] ad eorum præsentationem, nisi aliter se habeat consuetudo.

c Punire.] aliqua extraordinaria pęna.

CLerici.] Diuidit, quia duo sunt dicta: Secūdū ibi, [Si laici.] Abb. Sic.

CASVS. Quia clerici & laici laborāt illo vitio Sodomitarū, ꝑꝑ ꝙ ira Dei venit in filios diffidētiæ, & quinque ciuitates igne cōsumpsit; statuit Late. cōcil. vt quicūq; in illo uitio dephensi fuerint, deijciant à clero, vel ad agēdū pęnitētiam in monasterijs detrudant: si laici fuerint, excōicent, & à cætu fidelium excludant. No. ꝙ clerici laborātes uitio Sodomitico, a clero eijci dēnt vel in monasterijs detrudi. Item laici laborātes eodem vitio, excōmunicari debēt, & a cōsortio fideliū excludi.

d Naturam.] 32. q. 2. flagitia, & C. de adul. cum vir.

e Diffidentiæ.] idest, de quorum salute diffidendum

g Subdantur.] capite puniri debent secundum leges in Aut' en. vt non lux. contra nat. circa fin. coll. 6.

SAne.] Si a priuilegiatis aliqd petit cōtra tenorem priuilegij, licite denegat. h. d. Abb.

CASVS. Statuit in c. isto, ꝙ epi aliqd ab abbati. præter debitam obedientiam cōtra libertatē huic ordini concessam, non exigāt: Si autem amplius exegerint, liberum sit abbatib. hui⁹ ordinis, auctoritate Apostolica denegare quod petit. No. ꝙ abbates dēnt epis obedientiam. Item nō licet epis aliquid petere contra libertatem a dño papa alicui cōcessā, aliogn licite đ negatur quod petit.

[Gl. seq. exponit đ qua libertate, & de qua obediētia intelligatur littera.

h Obedientiā.] Et sic non loquit capitulū illud de exemptis. Omnis enim iurisdictio tam in monasterijs, quam in alijs pertinet ad episcopū nisi exempti sint, 9. q. 4. cap 2 & 93 dist. nulla. & in episcopo rū potestate abbates esse dēnt. 18 q 2. abbates, loquitur ergo hic non de libertate exemptionis, plenæ, sed de alia libertate concessa isti ordini, quod nihil ab eis exigatur præter debitam obedientiam, & intellign in ista debita obedientia, quod episcopus possit illos uisitare & corrigere corrigenda, & confirmationem abbatis habere, sed nullum temporale debet percipere, vt hic uidetur, licet non plenè constet de libertate concessa, sed obseruabitur prout continetur in libertatis priuilegio istis concesso.

i Denegare.] Auctoritate huius canonis arg. 10. q. 3. quia cognouimus, sic inf. cap. 2. & excommunicatio contra hoc lata non tenet, vt ibi dicitur, & inf. eo. ad quorundam.

ILlud.] Ponit pœnam vicariorum, qui ad vendicandas prælaturas se erigunt contra prælatos. hoc dicit Abb. Sic.

CASVS. Aliqui sunt constituti vicarij in ecclesijs auctoritate episcoporum qui obligati sunt personis ecclesiarum fide & sacramento: vicarij isti se in superbiā erigentes, falso assumebant sibi nomen personatus ꝯtra

fidem

2 De hac ... vid. i Gem. c. 19. & i doctores

3 Vide Ma de Afflict. ... li. 3. Rub. 42. de adul. Iul. Clari ... 5. ait. 4. Soc. mia & Be. Diaz. i ... cti. crimi. can. c. 40.

† Ca. 1. eo. 2. cōp. Ab. tū nōnu priuilegia qn̄ ... de in cō. Trid. ses. de refor. c. 18. c. 10 ses. 24 ... format.

† Cap. ... de iur. in 2. cō. post cō. Late. ... Alex. 3. 39 c. 2.

fidem & iuramentum: Statuit Alexander Papa, quod si super hoc in iure confessi fuerint vel conuicti, de cætero in eodem episcopatu ad executionem sui officij nullatenus admittantur. No. quod confessus in iure, pro conuicto habetur. Item confessio in iure & conuictio æquiparantur. Item quod contra fidem & iuramentum venit, tanquam falsarius & periurus debet expelli de toto episcopatu.

a Falso.] & ita etiam quasi falsarij & periuri puniri possunt, quia contra iuramentum veniunt, vnde tanquam indigni priuandi sunt, j. de iureiu. querelam. & personis vilibus & indignis beneficia sunt deneganda & subtrahenda, infra eod. inter.

b Confessi fuerint, vel conuicti.] aliàs puniri non debent, 12. q. 1. nos in quenquam, & c. iudex, & sup. de maio. & obed. inter quatuor. & sup. de const. ecclesia.

c Eo[dem] episcopatu] sic infra de priui. tua rum.

CVm ad.] sententia excommunicationis lata contra subditum denegantem procurationem exactam vltra numerum concilij Lateranen. non tenet, hoc dicit. Vel generalius sic, vt in rubro secund. pars. iti. Idcoq; Ab. Siculus.

CASVS. Statutum fuit in Lateran. concilio, quod Prælati ecclesiarum cum visitant ecclesias suas, certum numerum euectionum & personarum debent habere, sed quidam prælati hoc non seruant; vnde quidam Prælati quarundam ecclesiarum petierunt à domino Papa sibi super hoc prouideri, vnde Papa auctoritate Apostolica indulget istis, vt si ecclesiarum Prælati numerum euectionis & personarum in Lateran. concilio constitutum excesserint cum eorum ecclesias visitauerint, liberum sit eis auctoritate Apostolica denegare, si procurationem pro pluribus postulauerint, & si Prælati propter hoc in ecclesias illorum clericorum, vel clericos, aliquam sententiam promulgauerint, Papa decreuit ipsam non valere. No. quod sententia lata contra priuilegium vel indulgentiam Papæ ab aliquo inferiori, non tenet: vnde videtur per hanc litteram, quod hoc omnibus sit concessum.

d Concilio.] supra de censi. cum apostolus.

e Auctoritate Apostolica] specialiter idem tamen possent iure communi, vt videtur, sicut signa rebus meis impressa propria auctoritate deponam C. vt nemo. priuat. præ. su. vel alie. impo. l. 1. & 2. & melius ff. de aq. quot. & æsti. l. 1. §. Trebatius, §. Item quæsitum, & 10. q. 3. quia cognouimus, & supra eod. sanè. & quod episcopus iniustè abstulit, in quadruplum restituat, 18. dist. quoniam in fin. argu. C. ad l. Iul. rep. l. 1. & in Authen. vt litigan. in exor. lit. in §. & hoc quoque, coll. 9.

[Glo. seq. signat contrarium, sol. opin. ponit quam reprobat.

falso assumentes, contra personas se erexerint, & super hoc in iure confessi fuerint, vel conuicti, [b] de cætero in eodem [c] episcopatu ad officij sui executionem nullatenus admittantur.

¶ Clemens tertius.

¶ Excommunicatio lata contra subditum, quia non paret contra priuilegium sibi à superiore concessum, non tenet. h. d.

CAP. VII.

CVm † ad quorundam: & infra. ¶ Ideòque discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, vt si ecclesiarum Prælati numerum euectionis & personarum in Lateranen. † concilio [d] constitutum, cum ecclesias visitant excedere fortè præsumpserint, & pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate [e] Apostolica denegare: Et si propter hoc in ecclesias vestras, vel clericos aliquam sententiam promulgauerint, ipsam decernimus non tenere. [f]

¶ Celestinus III. Faustino † episcopo.

¶ Prælatus inferior citra episcopum, non potest suam ecclesiam, vel sibi subiectam alteri vnire sine episcopi consensu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente. hoc dicit. Et est casus multum allegabilis.

CAP. VIII.

SIcut † vnire episcopatus, atque potestati subijcere alienæ, ad summum Pontificem pertinere [g] dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earundem. Cum itaque Prior Gråden. monasterium suum, quod est in tua

f Non tenere.] Arg. contra 11. q. 3. c. 1. & 2. & ff. de noui oper. nu. l. 1. in prin. Sol. quod hic dicitur, verum est, quia sententia talis non tenet auctoritate priuilegij istis concessi super hoc, & in hoc exempti sunt à iurisdictione episcoporum: vnde sententia contra priuilegium Papæ, nulla est, tanquam à non suo iudice lata, & temeratium est & indignum sua auctoritate præsumere, quod alicui specialiter est concessum, j. de priuilegiis. & ita in quantum isti exempti sunt, secundum quod data sunt sua priuilegia, infra tit. eo. cap. Ila. & sic intellige sup. e. sanè. Aliàs verò si priuilegium tale non haberent, & episcopus prædictum numerum excederet, vel aliàs vltra tenorem concilij eos grauaret, licitè possunt denegare de iure, 10 q. 3 quia cognouimus. & auctoritate concilij Lateran. cum Apostolus tamen si excommunicaret eosdem, tunc teneret excommunicatio, licet ipse male faceret, & ipsi possent agere contra episcopum ad interesse: quia iniustè illos excommunicauit, infra de sent. excom. c. 10. Alij à dant quod hoc est ius commune, sed hoc non credo.

SIcut.] Abb. subiectus episcopo, non nasterium suum alteri subijcere vel vnire non potest, sine consensu diœcesani, etiam cum consensu metropolitani, h. d. Diuiditur. Nam primo ponit quandam consuetudinem. Secundo narrat factum, quod infirmari mandat, ibi, Cum itaque. Tertiò sol. obstaculum, ibi, Non obstante. Abb. Sicu.

CASVS. Prior Gråden. monasterium suum, quod est in diœcesi Faustini epi, subiecit, siue vniuit monasterio de Accato sine assensu diœcesani epi prædicti de cuius auctoritate id fieri debuisset, assensu tamen archiepi interueniente; episcopus significauit hoc dño Papæ, petens, vt sibi liceat reuocare, quod eo inconsulto factum fuit. Rñdet ei Papa, vt liceat ei reuocare quod ille Prior Gråden. fecit eo inconsulto, non obstante assensu vel confirmatione archiepi, quam interposuisse proponit: quia archiepi in diœcesi sui suffraganei sine ipsius assensu, nihil disponere sunt canonicas sanctiones, Papa id decernit irritandum: & quod epis id in irritum reuocare possit, primo illud ostendit, sicut enim ad Papam pertinet vnire episcopatus, & alienæ potestati subijcere, ita ad epm pertinet vnio, & subiectio ecclesiarum suæ diœcesis. No. quod vnio episcopatuum ad solum Papam pertinet. Item ordinatio ecclesiarum, vnio & subiectio earum ad epm pertinent in sua diœcesi. Itē omnia monasteria, nisi sint exēpta, spectant ad episcopum loci. Item archiepiscopus in diœcesi suffraganei sui nihil habet disponere, sine assensu ipsius. Item arg. quod archiepiscopus non est iudex ordinarius totius prouinciæ suæ.

[Gl. seq numerat 11. specialia de reseruatis Papæ, & illa prosequitur, & quatuor versus ponit.

g Pertinere.] No. quod quædam sibi in tantum sedes Apostolica

: Adde quod [...]rius puni[...] conui[...]qui con[...] not. in [...]C. quo [...]non re-

[...]ap. 3. eo. [...] 2. compi. de materiis ca. [...] omni[...]tos in [...] offi[...] præ-[...]p. [...]aterā. c. 6. [...] sub [...]lij. c. 4. [...]c. La[...] sub In [...]ij. c. 33. [...]no con. Triden. 14. de re[...] na ca. 3.

† Fauentiā. habet vetus cōpilatio.

† Ca. 4. eo ti. in 2. compi. Et de materia vnionis vide nouissime sanci cōcil. Tri. sess. 7. de r. fo. c. 6. & sess. 14. de refor. cap. 9 & sess. 21. de refor. c. 5. & plene 24. de refor. c. 13. & c. 15.

a Scilicet Goffr. hic, & in sum. ti. de sēt. exc. ad finem, & alij quos refert hic Io. An. quorū sētētiā videtur amplecti.

3 Valde vtilis & elegās est hæc glo. cui hēs aliā similē in c. [...] translationem, ver[...] reseruata, §. de of. [...]

stolica reseruauit, q ab alijs ipunè psumi non possunt, 17. di. huic. Solus Papa restituit depositos episcopos, 2. q. 6. i leò. Et deponit eosdē, 3. q. 6. accusatus. quis. dudū. & ī. de trāsl. inter corporalia. Diuidit episcopatum in duos, 16. q. 1. præcipimus §. sicut Vnit duos in vnū, vt hic & 16. q. 1. & temporis qualitas. Eximit episcopos & abbates, 16. q. 1 frater noster. Probat scripta aliorū & scilis, ī. de fum. Tri. c. 2. in fi. & 16. di. sancta Romana, & 17. di. regula. & 2. q. 6. ideò. Articulos fidei soluit. 24. q. 1. quoties. quoniā vetus. Et cum dubitat de aliquo articulo, ī. de hære. cū Christ⁹. Synodū facit gñalē, vt 17. di. c. 1. 2. & 3. Trāsfert sedē epalē de loco ad locū, 7. q. j. & epis qualitas. Mutat epos, 7. q. j. mutationes, & ī. de trāsla. p totū. Appellat null⁹ ab ipso, 9. q. 3. cūcta vnde uersus:

Restituit Papa solus, deponit et ipse: Diuidit aeunit, eximit atque probat. Articulos soluit, synodūque facit generalem. Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipso.

a In tua diœcesi.] Vnde ipso iure ad curā ipsius ptinet & potestatē, ī. de rescri. cum ñ liceat, & 18. q. 2. abbates, & c. se. & c. i. ī. de reli. do. de xenodochijs. nisi sint exēpta 16. q. 2. c. 1. vbi priuilegiū exemptionis ostēdit, 100. dist. ī morē.

b Minimè reqsito.] q fieri non dēt i alienationib. 17. q. 4. in venditionib. 11. q. 2. abbatibus. Bern.

[Gl. seq. reci. per quæst. an suo iure posset episcopus reuocare, & distinguit.

c Auctoritate nostra.] Nam auctoritate sua facere non posset, vt videtur, maximè si aliud monasterium sit subiectum alij. quia non posset esse iudex in causa sua. C. ne quis in causa sua ius fi. di. l. vnica. si autem vtrunque esset de sua iurisdictione, satis credo quod sua auctoritate hoc facere posset ar. huius c. quia ut hic dicit, sine suo consensu fieri non debuit.

d Attentare.] Arg. ex hoc, q archiep̄s non est iudex ordinarius totius prouinciæ ar. hic. p̄s. n. omniū epōrum suæ diœcesis est ordinarius, sed non subditorū, ī. de off. ord. pastoralis. nisi in casib. ibi notatis. aliàs. n. nisi in casib. illis nihil pōt disponere in diœcesi suffraganei, ut dāt constitutiones, de quibus hic fit mentio, 9. q. 3. c. 1. & 2. & c. at. hi. p̄s & duobus capitulis sequentibus, & infra de officio ord. Romana in lib. 6. Bern.

Q Vàm fit.] Clericus qui de crimine publicè gloriatur, propter quod scandalum sequutum est, ab officio & beneficio suspenditur. h. d. & per hoc cōmuniter summariū nimis restringitur sensus litteræ: quia videtur exposcere scandalum, quod videtur contra princ. ca. Secunda pars ibi. Ideoque. Abb. Siculus.

diœcesi, [a] & de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Accato † (tuo assensu minime requisito [b]) subiecerit siue vnierit: quod fecit te inconsulto, tibi liceat auctoritate [c] nostra (sicut iustū fuerit) infirmare: Non obstāte assensu vel cōfirmatione, quam Metropolitan⁹ interposuisse pponitur: cum in diœcesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid cōtra cōstitutiones canonicas attētare. [d] Nos quoq. id decernimus irritādū.

¶ Innocentius III. Archipresbyt. S. Andreæ de Pall. †

¶ *Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publice gloriatur.*

CAP. IX.

QVàm † sit graue crimen in clericis cū malefecerint gloriari, nullus sanæ mentis ignorat. Accepimus sane, qđ cum R. Deserien. P. filiā suam cuidā I. nomine tradiderit in vxorē, P. diacon⁹, ñ erubuit [e] publicè cōfiteri, † se mulierem prædictā carnaliter cognouisse: vnde factū est, quod vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoq; mandam⁹, quatenus si tibi cōstiterit de pmissis, appellatione cessante præfatū clericum ab officio & beneficio suspendere non postponas: compellens uirum, vt vxorē suam recipiat, eiq. (sicut iustū est) officiū [f] exhibeat maritale.

¶ Idem epō Hiponen. † & abbati de Tileto visitatoribus Lombardiæ.

¶ *Clericus auctoritatem vel consilium directè uel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur.*

CAP. X.

EX † litteris vestris accepimus, q cū ad Albiganensem ecclesiā, vna cum Pisano archiepiscopo, tunc episcopo Vercellē. accessissetis, visitationis officiū impleturi: Albiganē. episcopus iter cætera, quæ proposita fuerāt contra ipsum, ore proprio est confessus, q cum quidam in villa quidā ad

CASVS. Quidam diaconus P. noie, publice cōfitebat, se carnaliter cognouisse vxorē cuiusdā sui cōuincini siue parochiani, propter quod ille vir uxorē suam remisit ad propria. Significatū fuit hoc domino Papæ: ra de mandat cuidā archipsbytero, quatenus si constiterit de præmissis, præfatum clericum appellatione cessante ab officio & būficio suspēdat & virum illum compellat, vt uxorem suam recipiat, & maritali affectu pertractet eandem. No. q cōfessio i scandalum alteri⁹ extra ius facta, clerico præiudicat. Itē nemo de improbitate sua debet commodum habere.

[Gl. seq. ar. alleg. cōtrarium, & soluit, & de duobus remittit.

e Publicè cōfiteri.] arg. q confessio extra ius facta p̄iudicat: q. non refert vndecūq; crimina clauerint, vt puniantur. 23 q. 5 ecce crimina. 2. si ff. de admi. tu. pr. § vl. aliàs est. §. sub illa l. q. dam decedens, §. vlt. quali tercūque enim innotuerit tutori, quod sit tutor, statim periculū ad ipsum ptinet, vt ibi dicitur. ē. 22 q. 5. hoc videtur. Sed cōtra ī. de iud. at si clerici, & nemo sine accusatore damnari debet, 23 q. 4. si quis potestatem, & ff. de mu. & ho. rescripto, §. si quis. quod uerum est, vnde iste non deponitur, sed suspenditur, & ex illa confessione non punitur nisi occasionaliter, sed propter scandalum & infamiam ortam inter mulierem & virum: qui propter hoc eam expulit, suspenditur, aliàs non fuisset suspensus propter talem confessionem. Quando quis puniri possit sine accusatore, notatur supra ut ecclesiastica benefi. sine dimin. conferan. ut nostrum. & de confessionibus, in alijs casibus not. sup. de confess. cap. vlt.

f Officium.] idest, debitum carnale, & alia consueta. Ber.

EX litteris.] Episcopus, cuius auctoritate homicidium commissum est, à ministerio altaris, & officio pontificali, & epatus administratione deponitur. h. d. Vel sic: Episcopus præstans causam directè uel indirectè homicidio committendo, eo commisso priuari debet officio pōtificali & sacerdotali, & ab administratione episcopatus remoueri. Prima pars narrat fa-

Marginalia: † Atterato. † Aterato. — † Pallis. † Pollian. — † Ca. 2. e. tit. in 3. cōpi. Et de materia uide B. r. Diaz in pr. ... ad de Abbatem in ca. olim ex litteris supra de rescri. — † prædictā — † Ypo. & bati de Tileto. — † Cap. 3. ti. in 3. c. pter cit p ulopo de nota c. fine cl mon. li. — † illius. — 2 Vide hoc c. q de or. ce s. ad fi. gl. de l. l vide q rescri. cū tingat, glo. cū remi. de hoc vie Pi. so. i ... Ab.

eius iurisdictionem spectāte infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino; offerens, ꝙ candentis [a] ferri iudicio se purgaret, & vt suspendio puniretur, si deficeret in eodē: dict⁹ eps requisiuit à iudice, quid super hoc videretur eidem: & cū iudex respondisset, vt fieret sicut fur ipse dixerat: ferrum candens † in ipsius præsentia episcopi est allatum, qđ cum accepisset fur ille, combustus est: vndè iudex pauefactus, quid sibi super hoc videretur consuluit [b] episcopum memoratum: Qui rñdit, ꝙ si fur sic euaderet, malū esset: quanquā affirmet se verbis [c] talibus vsum fuisse: Auditis quātus est clamor populi? omnes dicūt, malū est, si sic euaserit impunitus. † & sic episcopus, & iudex villā ipsam cum multitudine sunt egressi: in quorum præsentia p̄dictus fur est suspēsus, pp qđ ipsum cū litteris vestris ad sedem Apostolicā destinastis: sed idē nihil sup his ꝓposuit corā nobis, nec litteras vestras vidimus, licet idē se nobis illas asserat p̄sentasse: qnimò † cū dictus archiepiscop⁹ ad sedem Apost. accessit, qui nobi hmōi rei seriē plenariè indicauit, idē eps à nostra discessit [d] præsentia, & perquisitus, [e] non potuit inueniri. ¶ Nos aūt quia idem eps nō solum in iudicio candentis † ferri, verum ēt in furis suspēdio grauiter noscitur deliquisse: [f] cum his nō tm̄ auctoritatem præstiterit, verum ēt præsentiā exhibuerit corporalē, [g] ipsum indignum altaris ministerio [h] reputamus. Cū igitur Pontificale officium sine altaris ministerio nō valeat adimpleri: Mādamus, quatenus vt epatui cedat, [i]

cū: secunda diffiniēdo cōmittit: ibi, Nos autē. Abb. Sic.

CASVS. Quidam visitatores in Lōbardia accesserunt ad ecclesiā Albiganeñ. vt in ea visitationis officiū exercerent: eps Albiganeñ. inter cætera, q̄ proposita fuerūt contra ipsum, confessus fuit, ꝙ cum quidam, in villa quadam, quæ ad eius iurisdictionē spectabat, infamaret̃ de furto, & ipse fur illud negaret, obtulit purgationē ferri cādentis; & si deficeret, suspēderet̃: eps q̄siuit à iudice deputato ab ipso ad maleficia punienda, qđ sibi super hoc videret̃? iudex rñdit, vt fieret sicut fur dixerat: tādē ferrū cādēs in ipsi⁹ p̄ntia est allatū, qđ cū fur ille accepisset, cōbustus est: iudex pauefactus, consuluit epm, quid sibi super hoc esset agendum: & ipse rñdet, ꝙ si fur euaderet malū esset: & sic eps, & iudex villā illam excūtes ī eorū p̄ntia ille fur est suspēsus: tñ eps ipse dicebat in eius excusationē, se talibus verbis vsū fuisse: Auditis q̄tus est clamor populi? oēs dicunt, malū est, si sic euaserit impunitus: His auditis, & redactis in scriptis, inquisitores ipsum episcopū cū litteris suis confessionē p̄dictam continentibus, remiserunt ad Papam, sed ipse nihil sup his ꝓposuit coram Papa, nec litteras inquisitorum ostendit, ipse tñ dicebat litteras illas Papæ præsentasse: immo statim cū alter de prædictis inquisitoribus ad Apostolicā sedem accessit, qui rem per ordinem domino Papæ exposuit, idem eps de curia recessit, & perquisitus non potuit inueniri: dominus Papa his auditis, per dictum inquisitorem, & litteras inquisitorum: quia idem eps non solum in iudicio ferri candentis, verum etiam in suspendio multum excessit, cum his non tantum auctoritatem præstitit, sed etiam præsentiam suam exhibuit corporalem, ipsum reputauit indignum ministerio altaris: & quia pontificale officium sine ministerio altaris exerceri nō potest, mandat dictis inquisitorib. quatenus moneant eundem, vt epatui cedat: alioquin ipsum remoueant ab ecclesia Albiganeñ. & eidem ecclesiæ faciant de persona idonea prouideri. No. hic arg. ꝙ sufficit absentē requiri, licet peremptoriū ad eius notitiā nō ꝑuenerit. Item clerici, vel epi iudiciū ferri candētis indicere, nec recipere talem purgationem dēnt. Itē nec interesse dēnt, nec auctoritatē p̄stare debent spāliter, vt pœna corporalis infligatur: quod si fecerint, hic est pœna expressa in p̄latos. Item officiū epale sine altaris ministerio exerceri non pōt. Et sic est hic ar. ꝙ non pōt esse eps, nisi primo fuerit sacerdos. Item in locū epi depositi, vel irregularis facti ex culpa sua, ali⁹ substitui dēt.

a Candentis.] Hæc purgatio prohibita est ī. ne cler. vel mon. sententiam, & infra de pur. vulg. per totum. vndè hoc solo, ꝙ in hoc consensit, fuit puniendus.

[Glo. seq. recit. per q. an episcopi, vel clerici principib. in criminalibus consulere possint.

b Cōsuluit.] Non prohibetur hic quin epi possint dare cōsiliū principib. ī criminib. 23. q. vlt. pessimā, in fi. nā clericus pōt dare ī ɔsiliū ita in gñe dicēdo; Fures taliter puniendi sunt. ar. 5. q. 6. delatori. dū tñ potius opera consulentis, quam suggerētis fungatur, vt ff. de qō. l. 1. § qui quæstionem. Item licite pōt clerici querelam iudicibus deferre de furibus ciuiliter, arg. 23. q. 5. non vos, & ī. de homic. postulasti, & licet aliquis rñdeat de facto furis extra iudiciū, licet ille fur puniat̃, non imputatur illi, ī. de homi. tua. hic. n. exces. fines ɔsilij dicēdo malū est, si fur sic euadat, & p̄sens fuit in suspēdio.

c Verbis talib.] quæ sequunt, auditis, &c.

d A nostra discessit.] vñ ꝑinde est ac si non venisset, ī. de iud. c. 1. & 11. q. 3. certum est. aut ēt si latitaret post colūnas, ff. ex quibus cau. in poss. ea l. Fulcini⁹, §. illud sciendū, & ī. vt lite nō ɔtest. qm̄. §. 1.

[Gl. seq. no. ꝙ suffi cit absentem requiri, licet, &c. alleg. in contrariū, & soluit.

e Perquisitus.] No. ꝙ suffi it absentem requiri, licet peremptorium ad eius notitiam non ꝑuenerit, ī. de do. & cōtu. cām q̄, c. vlt. & ī. de cler. nō resi. ex tuæ. C. de iud. properandū. §. & si q. dē. ff. de euic. si verò, & l. si dictū. §. p̄nte, & ff. loca. item quæritur. §. exercitu. Arg. ɔ̄ ī. vt lite non contest. qm̄. 2. ff. quæ sent. sine app. rescin. l. 1. §. cum ex eo. non. n. statim contumax vr̃, qui vocem præconis non exaudit. ff. de in integ. resti. l. pen. quæ incipit, diuus, & C. qūo & qñ iud. ea q̄. 2 & 3. q. 9. caueant, sed certè ibi non tenuit sententia: quia ibi re⁹ non fuit citatus: hic enim citatus venit ad præceptum inquisitorum, & contumaciter recessit, & adhuc Papa mandat, vt moneatur. Ber.

f Noscitur deliquisse.] relatione iudicum, quibus creditur, 18. dist. de concilijs, donec probetur contrarium, sup. de testi. cum à nobis. Ber.

g Corporalem.] Vndè incidit in illam cōstōnē, ī. ne cler. vel mon. sententiam, & auctoritatem præstando, & præsentiam, vndè meritò deponi debuit, q̄a fuit homicida. ī. de homi. significasti. 2. & sup. de cle. pug. in duello. c. 2. 50. dis. si quis viduam, q̄a nō refert an facto, vel consilio seu auctoritate fiat homicidium, vt ibi df.

h Ministerio.] Arg. quòd non potest quis esse episcopus nisi primo fuerit sacerdos. De hoc dixi sup. de cler. per saltum promo. c. vnico.

i Cedat.] Cū ꝑ ꝑ culpam suam factus sit irregularis:

Examina- ... ꝙ ferrū ... dēs, & ferri aquam ... licita est, ... qua re ele... is decretū ... tat in c. ɔ... dusti. 2. q. ... vide B. Thomā 2. 2. 95. ar. ic. 8. ... 3. arg.

Eps habēs ... p̄lē iurisdi... ōnē committere pōt ... criāliū ... gnitionē ... ijs absque ... regularita..., dicēs eis ... iustitiæ ... bitū exe... ant. c. vlt. ... cle. vel ... on. lib 6.

1 De hoc art. vide Doc. in c. clerici, ī. ne cle. vel mon. Fel. in cap. sicut dignū, ī. de homic. & Nicolaū Plouiā trac. de irregularit. te. 39. regul. vbi latè.

† Aliàs ita: quinimò statim cū, &c.

† Cur iudiciū ferri cādētis sit illicitū, tradit luculēter B. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. arg.

2 Vide de re iud. cū Bertoldus, in 4. gl. Io. An.

1 Pe pque, ex vt j. de cleri. ægro. c. vno. lib. 6.

aliàs enim si esset impotens daret ei coadiutor, 1 7. q. 1. quamuis sit triste. Vinc.

INter.] Ab obtinenda dignitate repellitur vsurarius & publicus aleator. h. d. Diuiditur. Nam primò narrat decisū factum. Secundo diffinit, ibi, [Nos igitur.] quæ subdiuiditur: Nā prima diffinit de P. Secunda de B. Tertia de cātore. Secūda ibi, [Præterea] Tertia ibi, [Quia verò.] Abbas Siculus.

Ideoq; fraternitati tuę mãdamus, quatenus in consiliarios & officiales ciuitatis ipsius, nisi statuta ipsa de Capitularib. suis deleri fecerint, & idoneè sicut exigit res caueri, q similia [d] de cætero non debeant attentare, excommunicationis sententiam promulgare [e] procures. Cæterum† cum ijdem statutarij multa de bonis ecclesiasticis tenere dicãtur in feudum, ipsos fore nihilominus priuatos [f] feudis huius modi nuntiare procures.

¶ Gregorius nonus.

Aloquens excõmunicatum in tendentibus ad salutem animæ, etiam si alia verba interponat, excommunicatus nõ est.

CVm]tres sũt partes, Secunda ibi, Prædicatores. Tertia ibi, Si q verò. Abb.

CASVS. In primo responso dicitur, q si aliquis parti. ipat excõicatis in his q̃ ad salutẽ vel correctionem eorum ptinent, in locutione; licet alia verba eis ĩ cidenter interponat, vt apud eos magis proficiat, non est excommunicatus. Secundo dicitur, quod prædicatores dum prædicant excommunicatis, & alijs detentoribus alienarum rerum, & audiunt confessiones eorum licitè possunt recipere ab eis eleemosinas: cum ipsi quasi gerant causam eorum ad quos res ipsæ pertinere noscuntur: præcipuè si aliàs in loco illo non possint sustentationem habere. Tertio dicitur quod clericus ratione officij quod in ecclesia obtinet: & alij clerici seniores zelo deuotionis possunt percutere pueros uel adolescentes constitutos in minoribus ordinibus, turbantes diuinum officium, nec incurrunt excommunicationem. Item prelati, & magistri subditos & scholares suos causa correctionis leuiter possunt ꝑcutere, sine pœna excommunicationis. & idem dicendum est de his qui aliquos de familia sua ut propinquos suos inferiorum graduum simili modo corrigũt, vt eos cohibeant a vitijs, bonisque moribus informent, in omnibus præmissis casibus excõicationis sniam non incurrunt, cum huiõi participatio, & correctio bono animo, & nõ diabolo suggerẽte fiat. No. q voluntas & propositũ alicuius inspicienda est ad hoc vt de facto suo iudicetur. Item necessitas facit licitũ q aliàs est illicitum. Item ratione officij licet, quòd aliàs non liceret. Itẽ no. hic plures casus, in quibus licet corrigere & percutere sine pœna excommunicationis.

CAP. LIIII.

CVm † voluntate ac ꝓposito [g] maleficia

† Vide B. Thomam in qõnib. addi. tis ad 3. par. q. 23. art. 4. & citatos in c. à nobis, sup. de excep.

g Volũtate ac proposito maleficia.] Hæc verba sumpta sunt ex illa lege, ff. de furt. qui iniuriæ, in prin. ad

cor enim & spontaneas voluntates respicit Deus, & non 1 ad actus, 15.q.6.c.1.& 14.q.5. si quid sola enim temeritas hic attenditur, sup.eo.c.1.& 17.q.4 si quis sua dente.& quia animus punitur, non opus.50.dist.contra animum,& duobus c.seq.

1 Sano modo hoc accipias: quia vtrunq; respicit De^9, magis tñ cos, vt in c. 2.16.q.6.

a Ad salutem.] s. eo.1.respon.& 11.q.3.cû excõicato vbi permittitur participare in his quæ ad salutem pertinent, vt hic dicit, & quæcunq; verba ad hoc proficere, possunt, excõicato dici possunt, aliàs non.

b Vel alios.] idest, vsurarios, quorum eleemosyna, recipi non debet, sup.eo.de vsur.qa in omnib.

c Quasi gerût causam eorû.] quasi negotiorû gestores; & ideò possunt eorum eleemosynas recipere vt hic dicit: quia ipsi quorû res aguntur, ab illis suas recipere possunt: & sic isti pdicatores licite ea recipiunt pro eleemosynis,& licet res non habebt effectû, sufficit q ab initio negotiû sit vtiliter cęptû, ff. de nego gest.sed an vltro. §.is aût q.& negotiorû gestor pterea põt agere ad sûptus quos fecerit, vt ibi dicit.sic est arg.q ille q gerit vicê alterius, honorâdus est, sicut ille cuius vicê gerit 93.dis.c.vl.& 94.d.c.1.& s. de off. delega. cû olim, 2.

2 Melius diceret oblatio: tunc demum cum sunt manifesti est .n. differ inter hæc duo, vt dixi in tex. Io. An.

† Hæc duo verba, vel curâ, desût in antiquiorib.codicib. & in omnibus Vaticanis.

† Adde in ptio andëat eis damno. Alber. de Rosate, & Bart.in l.t. C. de men. vabil.lib.11.

3 Inn.expo nit pro tñ, q est tutius fm Ho. .l.le.in st.s. e inter alia, in fi.Io. A.

4 Concor. tex.in l.2 §. sed est æqui ssimu, cum gl.in ver.cõcedi. ff. de postu.

distinguantur, excõicationis sententiam nõ incurrit, qui excõicato, in his quæ ad absolutionê, vel aliàs ad salutem a animæ pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (vt apud eum magis proficiat) interponat.

¶ *Prædicatores præsertim, qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus bona aliena eleemosynam recipere possunt h d.*

¶ Prædicatores quoque, qui penes excõicatos, vel b alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus quasi gerunt causam c (vel †curam) eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, eleemosinas licitè possunt ab illis, recipere: † præsertim d si aliàs non valeant illo loco sustentationem habere.

¶ *Ponit quosdam casus in quibus percutiens clericum excommunicatus non est.*

¶ Si qui verò ratione e officij, quod in ecclesia obtinent, aut etiam alij f clerici seniores zelo deuotionis, pueros vel adolescentes in minoribus g ordinibus constitutos turbantes h diuinum officium, & hi qui obtentu prælationis i vel magisterii, k subditos & scholares correctionis causa leuiter fortè percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia l sua, vel propinquos inferiorum m graduum simili modo, vt cohibeantur à suis insolentijs, & scientia bonisque moribus informentur, duxerint corrigendos.

¶ Idem Astoricen. episcopo.

¶ *Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem maiorem.*

beatus.puniantur ergo aliis admonitionibus: & si se nõ correxerint, possunt suspendi, sup.de cele.mis.dolenter.arg.

h Turbantes.] sup.eo.veniens,& sup. de appell. dilectis filijs.arg.

i Prælationis.] Sic ergo plati possunt corrigere subditos, & percutere leuiter sine metu ex õicationis, cû correctionis,& nõ ex odio s. eo.ex tenore. leuiter .n. hoc facere debêt quia leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti 45. d.cum beatus.

k Magisterij.] Sic sup.e.c.1.modica.n. & leuis castigatio permissa est Doctori.ff.ad leg.Aquil.l. §.in fi.& l.seq.& humilis debet esse doctrina magistri.s.de ma.& obe.humilis. vbi plures côcor.inuenies: ad hæc nimia seuitia culpæ annumeratur, ff. ad l. Aquil. pceptoris.

¶ Gl.seq. p sequitur quod dicitur de correctione familię, notans in textu sex casus,& quatuor addit.

l De familia. No. q quis familiâ suâ corrigere dêt, cû ei cõpetat iure patrię põtatis, 23 q 4 duo ista,& 45. d.cû beat^9.§.Salomõ,& c.disciplina & q domesticorû curâ nõ hêt fidê negauit, 40.d.c. sicut, §. necesse, ad ß.versi.hinc êt Paulus,& C.de pa. po.si filius, & non solum pater sed etiã propinqui domesticos suos corrigere debent, C. de emen.propin.l.vnica:& hic idem dicit, oẽs prędictę psonæ clericos inferiorum graduum corrigere poterunt sine pęna excõicationis, vt hic patet de magistris & Prelatis, 5 & nõ distinguit i gradu. Hic habes sex casus in quib.licet corrigere & pcutere clericû sine excõicatione, qui habent officiû in ecclesia, seniores,& platus, magister, dominus domus, & consanguinei: sunt alij casus vbi quis non incidit in canonem, si iocosa leuitate clericum percuit, sup.eo.kap.1. Item si inueniat eum cum matre, filia, vxore, vel sorore. Item si vim vi repellat incontinenti, sup.eo.si verò alicuius, s.§.2.& 3.Item si clericus post trinam admonitionem non se corrigat perdit hoc beneficium, s.c.contingit.2.& c.in audiêtia.

¶ Glo.seq. no.à contrario aliud in sacris, secundò quærit & soluit.

m Inferiorum graduum.] Secus si sint in superiorib. puta subdiaconatu, vel alijs superioribus: quia per sacros ordines liberati sunt à patriâ potestate, vndè nullum ius hñt in eis: facer.n. ordo liberat à patria ptâte, qa liberat à seruili: q plus est, 54.d.ex antiquis,&c. frequês, & c.si seruus sciente & subdiaconus eodê gaudet priuilegio cum diacono, s de ser.ord. miramur. Et ita habes hi. q clericus qdiu est in minorib. ordinibus,

5 Idem s 23.q 5.c. ad fi. in gl magistri.

d Præsertim.] potest exponi pro maximè: 3 quia aliâs tempore necessitatis ab excõicatis possunt recipi necessaria.& emi.11.q.3.quoniam multos.aliâs verò prædicatores non debent recipere eleemosynas ab excommunicatis, vel vsurarijs, vel consimilibus, 90. d.oblationes.& c.eorum,& 17.q.4.miror.

e Ratione officij.] No. q ratione officij licet quod alijs non liceret: 4 & hoc ideo, quia ex quo commissum est ei officium,& talia sine quib. commodè expediri non potest: sicut iudex potest compescere omnes impedientes iurisdictionem suam, sup. de offi.delega. cap.1.& cap.præterea,& cap.prudentiam,& c.suspicionis,& sup.de testi.ca.tam litteris. immò & si non habeat officium.

f Alij.] s. licet seniores de ecclesia possunt inferiores in minoribus ordinibus constitutos coercere, etiam turbantes diuinum officium, vt hic dicitur.

¶ Glo.seq.arg. à contrario & causam reddit.

g In minoribus ordinibus.] Ergo non possunt sic compescere constitutos in sacris ordinibus, licet turbent officium: quia ex eo quod permittit specialiter de istis, de alijs prohibet: sicut quod de vno negatur de alio conceditur, 25. dist qualis & supra de præsum. .honne.& quia honorabilia membra exceptis grauioribus culpis verberibus subijci non debent 45.dist cum

est in patria potestate, nisi expresse emancipetur, & ita nota dignitatem sacrorum ordinum. 1 Quid si personæ superius in lra noiatæ excedant modum, nunquid incidunt in canonem.? Rñd. nisi irato aio hæc faciant, & ex proposito, non credo quòd incidant in canoné, q solummodo dolů pro sequitur, qđ colligitur ex verbis canonis. 17. q. 4. si quis suadente, ibi manus violentas iniecerit, & supra eo. c. i. violentia non committitur sine dolo: sed hmôi manus prædictarum personarů non sunt dolosæ, sed charitatiuę, licet fortuito casu excedant modů disciplinæ. qđ pbatur ex princ. hui cap.

S I concubinæ.] CASUS. Publicę concubinæ clericorů, quia noluerunt ab eis recedere, excõicatæ fuerunt: clerici isti concubinarij post latam sententiam carnaliter ad eis habuerunt accessum: quæritur vtrum illi sint eadem sententia ligati? Rñdet Papa ꝙ eadem sententia in uoluuntur: quia participant in eodem crimine criminosis. Nota ꝙ participãs in crimine, eadem snia notatur cum nominatim excõmunicato.

a In eodé crimine.] Secus si aliàs participarent in locutione, uel aliàs quam in crimine: quia tunc non essent excommunicati maiori sed minori. si. ī. eo. nuper. vbi satis de hac materia: & ex quæ ibi dicta sunt, hic posses repetere. Et sic snia per participationem criminis extenditur ad personas contra quas lata non fuit. simile sup. de immu. ece aduersus. in fi. & sup. eod. nouerit. B.

D Vobus.] CASUS. Duob. fuit collata potestas, vt ab excõicatione minori si eam incurrant se uicissim absoluant: vterque incidit in hmôi sniam: quæritur vtrum ista potestas eis collata expiret: Rñdet Papa, ꝙ ppea non expirat quominus vnus alium absoluat: tñ dicunt quidam, ꝙ alter alium absoluere nõ põt, nisi ab alio non suspenso primo fuerit absolutus.

[Glo. sequens obijcit, & dupliciter soluit.]

b Non expirat.] si potestas ista absoluendi non expirat: ergo unus potest absoluere alium. 2 Sed contra videtur, ꝙ cum vnus sit priuatus a Sacramentis, alium restituere non potest. de consec. dist. 4. sanctum. quod enim non habet, dare non potest. 1. q. 1. c. 1. & q. 7. Daibertum. & argumen. sup. de cle. excommuni. mi. c. vlt. Quid ergo dicit quòd talis potestas non expirat? Rñdeo 3 benè dicit, ꝙ in ueritate potestas collata non expirat ꝑ ꝑ hoc cum effectu, sed dormit. 1. potestas illa, cum vterque sit excõicatus, non potest habere effectum, quia alter alterum non põt absoluere, nisi primò alter eorum ab alio quàm a socio fuerit absolutus, tunc demũ hēt effectũ. si. sup. de offi. deleg. prudétiã. §. sexta. & ī. de conc. præb. & ec. nõ usc. quia diuersitatem. 15. q. 6. c. pe. & vlt. Simil. C. decurat fue. l. pen. vel dic ꝙ bene põt alter alterũ absoluere, licet sit ligatus minori excõicatione: & ita nullo modo expirat potestas, sed durat cum effectu, arg. decre. prædi. si celebrat, quia minor excõicatio priuat solummodò perceptione sacramentorum, sed non à collatione, vt ibi dr. arg. ad hoc. ī. eodem sacro. & sup. de rescript. ab excommunicato.

CAP. LV.

S I † concubinæ publicę clericorum ecclesiasticæ cẽsurę districtione non tenentur, eosdem concubinarios non est dubium sententia maioris excommunicationis inuolui, qui post latam sententiã communicant in eodẽ crimine [a] criminosis.

¶ Idem.

¶ Excommunicatus minori, potest ab excommunicatione aliquem absoluere.

CAP. LVI.

D Vobus † collata potestas, ut à minori excommunicatione, si in ipsam inciderint, † in uicem se absoluãt, & utroquè ligato uinculo excommunicationis huius modi non expirat. [b]

¶ Idem.

¶ Permittitur ministris ecclesiarum semel in hebdomada celebrare tempore interdicti concurrentibus his, quæ exprimuntur in textu.

CAP. LVII.

P Ermittimus, † ecclesiarũ ministris semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, uoce submissa ianuis clausis, excommunicatis [c] & interdictis exclusis, Missarum solemnia celebrare causa conficiendi corpus Domini, quod decedentibus [d] in pœnitentia non negatur.

¶ Idem.

¶ Satisfaciens clerico, quem uerberauit, nõ potest propter hoc ab episcopo absolui, nisi in certis casib hic expressis.

CAP. LVIII.

Q Vãuis incidens in canonem latæ sententiæ propter violentam manuum iniectionem, iuxta proprias fa-

P Ermittimus.] Hodie hoc ca. seruit de nihilo, quia hodie pmittitur singulis clericis celebrare ianuis clausis, excommunicatis vel interdictis exclusis, vt habetur in cap. fina. §. adijcimus. & §. seq. eod. titu. lib. 6. Abbas.

CASUS. Permittit Papa rectoribus ecclesiarum, quòd tempore interdicti semel in septimana causa conficiendi corpus Domini ad opus infirmorũ (quod decedentibus in pænitentia tempore interdicti non negatur) possunt Missarum solemnia celebrare, exclusis excommunicatis, & interdictis.

Nota quòd tempore interdicti conceditur corpus Christi decedentibus in pœnitentia.

¶ Glossa sequens duplicem causam ponit, quare tempore interdicti celebrare permittitur quandoque fauore celebrantium, quando que aliorum. versi. sed quando secit. per cõtrarium.

c Excommunicatis & interdictis.] & hoc idem facere debent religiosi & alij qui priuilegium habent celebrandi tempore interdicti. sup. de priui. quod nonnullis & inf. tit. proxi. cum in partib. illud priuilegium per hoc cap. extenditur ad omnes alios Prælatos ecclesiarum, qui prius illud non habebant, ꝙ semel tantum in hebdomada celebrent causa conficiendi corpus Christi, & hic non attenditur fauor personarum, sed sanctitas ipsius corporis, & principaliter necessitas decedẽtiũ siue infirmorũ Presbyter. n. sẽper debet habere Eucharistiam paratam: sed quando consecratur pro populo, nihil in crastino seruandum est de conse. dist. 2 trib. Itẽ alijs cceditur fauore religionis siue psonarum, vt patet in c. ꝙ nõnullis ī. de priui.

d Quod decedentib.] sic sup. tit. proxi. qđ in te. B.

Q Vamuis.] Diuiditur in duas partes: Secunda, ibi, Nisi. Abbas.

CASUS. Si aliquis incidens in excommunicationem propter violentam manuum iniectionem satisfecerit iniuriam passo, non tamen potest aliter quam per sedem Apostolicam uel eius legatum beneficium absolutionis obtinere, nisi in quibusdam casibus qui in ipsa littera continentur. Sed quibusdam de prædictis, qui videlicet temporali laborant impedimento, exceptis pueris, ꝑcipiendum est sub debito iusi, ut impedimento cessante ad Apľicam sedem accedant mãdatum Apľicum suscepturi. No. quòd licet quis satisfecerit iniuriam passo, non tñ est absolutus. Item nota hic plures casus, in quib. excõicati ꝑ ꝑ violentam manuum iniectionem, Romanum Põtificem adire non debent.

Item

† Vide quæ postea diffiniuit Bonifacius octauus in c. vlti. de sent. excom. lib. 6. §. adijcimus. & §. seq.

...le minori qđ tñ vult ponderare tex. tenebat ergo secundã: postea dicẽs se audiuisse, ꝙ B. illã tenebat in additioni. dicit se additiones eius non vidisse. Io. And.

Item cessante causa, cessare debet effectus.

a Satisfaciat.] licèt quis satisfecerit iniuriam passo: nonnum tamen haberi debet absolutus, nec est ei cōicandum, nisi primo absoluatur sup. eo. cum desideres. 1. respon. & vlt. omnis enim res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur inf. de reg. iur. c. 1. sic enim excōicatio quandoquè solo verbo contrahitur, & solo verbo tollit: sed in hoc casu ipso facto inducitur, sed solo verbo tollitur: & sic satisfactio vel iuramentū non sunt de substātia absolutionis. De hoc dictum est sup. e. cum desideres in fi.

b Mortis.] sup. eod. non dubium. & 17 q. 4. si quis suadente. & sup. eo quod de his.

c Inimicitia.] sup. e. de cætero, de infirmitate, inopia, senili ætate, habes sup. eo. quod de his.

¶ Glo. seq. signat contrariū, & ibi remittit.

d Inopia.] s. sup. de testi. si qui testium. cōtra sup. eo. ca. noscitur. sol. ibi.

e Puerili.] pueri infra pubertatem non mittuntur ad curiam quia ætas eos excusat ab itinere. sup. eo. c. 1. & §. proxi. & inf. eo. c. vlt.

f Fragilitate sexus.] sup. eo. mulieres: & c. de monialibus.

g Corporis impotentia.] quia sit mutilatus in pede, quod ire non possit, vel confractus.

h Impedimento canonico.] sup. eo. quod de his Ber.

i Iuris beneficio.] Vt serui sup. eo mulieres & hoc intellige secundum distinctionem cap. sup. eo. relatum.

k Quibusdam prædictorum.] scilicet qui timore mortis, infirmitate, inimicitia, senili ętate contracti, vel impotentia perpetua, inopia, omnes isti possibilitate recepta sedem Apostolicam visitabunt pro mandato recipiendo: vt inf. sequitur, & sup. eo. de cætero. & c. de his.

cultates eis satisfaciat, a quibus iniurias irrogauit non tamen aliter, quàm per sedem Apostolicam vel eius legatum absolutionis potest beneficiū obtinere: Nisi imminēte mortis [b] articulo, infirmitate, inimicitia, [c] aut inopia, [d] puerili [e] vel seruili ætate, fragilitate sexus [f] seu alia corporis impotentia [g] siue quolibet impedimento canonico [h] retrahatur, quo minus Romanum Pontificem possit adire: vel nisi iuris beneficio [i] à labore huiusmodi excusetur. Cæterùm quibusdam [k] prædictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant, exceptis, pueris, sub debito iuramenti (quod secundum ecclesiæ formam præstare tenentur) consueuit iniungi, vt impedimēto cessante, ad Apostolicā sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.

¶ Idem.

¶ Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori h. dicit. & est textus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. LIX.

SI quem sub hac forma verborum, illum excommunico, vel simili, [l] à iudice suo [m] † excommunicari contingat: dicēdum est eum non tm̄ [n] minori, (quæ à perceptione sacramentorum) sed etiam maiori excommunicatione (quæ à communione fideliū separat) esse ligatum.

¶ Idem.

¶ Beneficium indultum ratione minoris ętatis postquā cœpit habere locum, non extinguitur; licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.

CAP. LX.

PVeris [o] qui in canoné inciderunt sententiæ

SI quem.] Non diuiditur.

CASVS. Si aliquis sub hac forma verborum dixerit; Excommunico illum, vel similia verba protulerit dicendum est eum non solum minori, excōicatione (quæ à perceptione sacramentorum separat) ligatum esse: verumetiam maiori, quæ à fidelium excludit communione. Nota q̄ idem est dicere, excōmunico & anathematizo.

l Simili.] puta nisi hoc feceris noueris te excommunicatum, sup. de ap. c. præterea 2. & sup. de test. cogen. c. 2. & sup. de rap. c. 3.

m A iudice suo.] sententia iudicis sui siue iusta siue iniusta tenet 11. q. 3. c. 1. & 2. sed à non suo iudice lata est nulla arg. sup. de priui. cum olim essemus. & sup. de consuetu. ad audientiam. & sup. de iud. at si clerici. & sup. de offi. ordi. c. penult.

¶ Glo. seq. tractat de maiori & minori excōicatione.

n Non tantum minori.] sic ergo patet, cum dico, excommunico illum, de maiori intelligitur, minor enim excommunicatio remouet à communione sacramentorum, vt hic dicitur, maior excommunicatio à corpore Christi, quod est ecclesia, scilicet cōmmunione fidelium. 3. q. 4. Engeltrudam. Est ergo maior excōicatio à qualibet licita communione & legitimo actu separatio: vndè Adam excōmunicatus fuit ex esu ligni. 11. q. 4. c. ad mensam. §. euidenter. Excommunicatio quę dicitur anathema, infligitur tam ab homine quam à iure, & pro cōtumacia & pro crimine. inf. tit. proxi. ex parte. & 17. q. 4. si quis suadente & 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. & in titulo isto per violentā manus iniectionem. Minor autem excommunicatio infligitur quādoquè pęnitent & impœnitenti. Pœnitenti quandoque à seipso, quandoque à sacerdote. de pę. di. 1. facilè. Sed melius facit si auctoritate sacerdotis hoc faciat, de pę. dist. 1. in actione. Impœnitenti quandòque à Deo imponitur excommunicato minor, cum ꝓpter mortale peccatū Deus tradit aliquem satanæ, & dissedit à mente eius. 11. q. 3. audi denique. Quandoq; ipsemet se suspendit à sacramentis cū non vult pœnitere, & putat sibi suffi ere: & malè hoc fit. de pę. dist. 2. sunt qui arbitrant. sed si reputat se indignū, & abstinet, bene facit de conse. dist. 2. qui scelerate. Q̄nq; imponitur à sacerdote loco pęnæ: quia non vult pęnitere. 17. q. 4. minor q̄nq; per sniam canonis 11. q. 3. cum excōicato. & 81. dist. si qui sunt. Cū inflicta est excōicatio a se vel a Deo, agat pœnitentiam, & sequtur recōciliatio: Si verò a sacerdote inflicta fuerit, per eū recōcilieti: Cū verò à canone infligit minor excōicatio, ꝑ simplicē sacerdotē potest absolui, & sine suo vel aliquo mādato, nisi participet in crie. s. eo nuper. & c. si concubinę. Qui maiori excōicatione est notatus: si ab homine, semper ab eodem vel eius superiore debet absolui. sup. eo per tuas, nisi incendiarij post publicationem. sup. eo. tua. Si a Canone est notatus, a suo ep̄o pōt absolui, nisi conditor canonum sibi absolutionem retinuerit sup. eo. nuper. sicut in his qui violentas manus mittunt in clericū. 17 q. 4. si q̄s suadēte. & s̄ e. c. proxi.

PVeris.] Pueri excōicati ꝑ iniectione manuum, ab ep̄o absolui pñt: ēt si ante absolutionem effecti sūt puberes h. d. Et duæ sūt partes. Se. 2. ibi, Cū ꝑ. Ab.

CASVS. Aliq. pueri ī. xiiij. ann. cōstituti violēcas manus miserūt i clericum, facti sūt maiores ate absolutionem q̄rit a quo dēant absolui? Rūdet Papa, q̄ siue ante siue post pubertatē postulet se absolui, diœcesanus ep̄s illos absoluere pt. cū ꝑ ꝑ defectū ętatis, in qua cōmissus fuit excessus, rigor eccl'e sit māsuetudine tēperād°. No. q̄ tōne ętatis rigor iuris aliqñ tpat: & sic no q̄ ętati parcit.

o Pueris.] Intellige doli capacib. sup. de delic. pueris.

1 Pretera nomen illic vid Theologis lia. aitc. dist. 2. & Concurrenti in casu magis ter. & ter. ex lib. 4 at. 1 ac tanto.

† Dictio, in decret. is pl tique recu tionibus e antiqs coc & ouo vt tione scr fituos: q it agnou glossa hic, Hostiensi.

pueris aliàs iniuriam facere non possunt, pati verò sic 15.q.1.illud.

a Aetatis.] sic ergo parcitur ætati, licet non in totum, sed quo ad minorem pœnam, vt in delictis. ff. de mino. auxilium.§. in delictis. 2 In delictis enim non parcitur nisi quo ad minorem pœnam, vt ibi.

Gl. seq. ponit quatuor casus, quibus temperatur rigor.

b Rigor.] Iuris rigor temperatur quandoq; ratione ætatis, vt hic. & 86.dist. tanta. & de conse. 1.dist. 3.eos qui 35.q 9.sententiam. quandoque ratione locorum & temporum sup.eo. super eo. & quandoq; ratione personæ & causæ, & loci, & temporis, sup. de transac. c. vl. & 23 q.8.occidit. & 29. dist. sciendum. quandoq; ratione multitudinis & scandali. 50.di. vt constitueretur. cum suis concordantijs.

DE VERBORVM significatione.

Supra visum est de diuersis constitutionibus circa iudices, iudicia, clericos, matrimonia, & crimina; verumtamen quia in eis & alijs dispositionib. dubitari potest de significato verborum: ideo in fine operis annectit hanc Rubricam. Abbas.

Innouate.] Exponit hic Hieronymus verbum nouate quod scribitur Osee 10.c. Abbas.

promulgatæ, siue ante siue post pubertatem postulent se absolui, potest diœcesanus episcopus absolutionis beneficiũ impertiri: Cum propter defectũ ætatis, [a] in qua fuit commissus excessus, rigor [b] sit mansuetudine temperandus.

TITVLVS XL.

De verborum significatione.†

¶ Hieronymus sup. Osee.

¶ Nouale est terra nouiter ad culturam redacta.

CAP. I.

INnouate [c] nouale. ¶ Nouale [d] est ager nũc primũ præcisus. [e]

¶ Idem super Danielem.†

Appellatione patris, veniũt in lata significatione omnes ascendentes.

CAP. II.

NAm [f] & rex Nabuchodonosor pater tuus. ¶ Idest, proauus, [g] more scripturę, quæ auos & deinceps patres [h] appellat.

¶ Idem in parabolis.†

Non dicitur natus, qui statim decessit.

CAP. III.

NAm [i] & ego vnigenitus fui coram matre mea.

¶ Quare vnigenitũ [k] se nominat, quem fratrem vterinum [l] pręcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox natus sine nomine quasi nunquam [m] esset, de vita decessat.

¶ Idem super Matthæum.†

Dictio, antequam non semper implicat

CAP. IIII.

QVod dicitur, antequam [n] conuenirent: non sequitur, vt postea conuenirent: sed scriptura quod factum non sit ostendit.

¶ Idem in eodem.†

Primo genitus dicitur, qui primo nascitur, etiam si nullus sequatur eum.

h Patres.] omnes ascendentes parentis nomine continentur. ff. de ver.sig. appellatione, & appellatione filij omnes descendentes. ff. eo. liberorum, & ff. de gradi. cog. iurisconsultus. §. parentes. Vsque ad tritauum patres dicuntur, vltra verò maiores appellantur, liberi vsque ad trinepotẽ; vlterius inferiores vocantur, vt ibi dicitur: vnde Christus dici potest filius Dauid. Ala.

NAm & ego.] In prima parte ponũtur uerba Salomonis: In secunda uerba Hieronymi exponentis illa; ibi, Quare. Abbas.

CASVS. Salomõ protulit hęc verba: Nã & ego vnigenitus fui coram matre mea: & tamẽ alium habuit fratrem, qui præcessit ipsum: Exponit hic Hieronymus quare vocat se vnigenitum, scilicet quia ille mox natus sine nomine quasi si fuisset vita decessit: & ita dicit si fuisse: ideò primogenitũ se vocauit. No. si videt factũ quod non durat factum.

i Nam & ego] verba sunt Salomonis.

k Vnigenitũ] Verba sũt Hierony. exponẽtis uerba Salomonis.

l Fratrẽ vterinũ.] Fratres vterini dicuntur, qui ex eodẽ ventre nati sunt; viuente enim. Vria concepit Bersabee ex Dauid, & peperit filiũ qui mortuus est: postea cõcepit ex eodẽ Salomonem, vnde ipse dicit, nam & ego vnigenitus, &c.

† Prouerb. c. 4. & c. 2. tit. in 2. compi.

† Matth. c. 1. & ca. 3. eo. tit. in 2. compil.

† Matth. c. 1. & c. 4. eo. tit. in 2. compilat.

CASVS. In Osee propheta verba ista, Innouate nouale, reperiuntur: Hieronymus exponit hic quid, sit nouale, melius exponitur inf. eo. quid per nouale.

c Innouate.] verba sunt Osee prophetæ.

d Nouale.] Verba sunt Hieronymi exponentis verba prophetæ.

e Præcisus.] dicitur in lege terra scilicet præcisa, quæ anno cessat. ff. de verb. signifi. syluæ.§ a Dicitur nouale terra de nouo ad culturam redacta: cuius non extat memoria quod culta fuisset. inf. eo. quid per nouale & quod semel fuit nouale semper erit nouale quo ad decimarum retentionem, vel solutionem. sup. de priuileg. suggestione. [illegible]

NAm & rex.] In prima parte ponuntur verba Danielis: In secunda verba Hieronymi exponentis illa; secunda ibi, Idest proauus. & vide historiam de conse. dist. 1. in c. uestimenta. aliàs incipit, nam. Abb.

CASVS. In Daniele Nabuchodonosor appellatur pater cuiusdam, qui pater tamen non fuit; exponit hic Hieronymus quare dicatur pater; hic. n. pater appellat proauus more scripturę, quæ auos & oẽs superiores patres appellat.

f Nam & rex.] uerba sunt Danielis.

g Proauus.] uerba sunt Hieronymi exponentis uerba prophetæ.

m Quasi nunquam esset.] & ita non uidetur fuisse qui non durauit. arg. sup. de reg. ad nostram. dist. 63. quãto. ff. de in rem uer. si pro parte. §. in rẽ aũt uersum: sic nõ dr esse qui minus idoneus est. sup. de transla. inter. & ff. quod cuiusq; uniuẽ. l. 1. ad si & C. de epi. audien. de creationibus. & 19 dist. propter totius. & 23 q. 1. paratus.

n Secundum Alan. ad idẽ. 2. q. 1. nõstat. & quod ibi no. quod non habet postliminium quod statim reuersus est.

QVod dicitur. CASVS. In euangelio Matthæi sunt hæc uerba: Antequam conuenirent, ex hoc uerbo uolebant arguere quasi à contrario, quod postea conuenissent Maria & Ioseph, dicit Hieronymus, non tñ sequitur, quod postea cõuenissent: sed scriptura ostẽdit quod nũquã conuenerunt. No. quod licet fortissimum sit genus argumentandi à contrario sensu, fallit tñ hic, non. n. sequitur antequam conuenirent, ergo postea conuenerunt, scriptura enim non innuit quod conuenerint.

n Antequam conuenirent.] uerba sunt Euangelij Matthæi, quę Hieronymus hic exponit. si. 27 q. 2. priusquam nec ualet hic arg à contrario sensu, & est quidam modus loquendi, sicut ibi, sede à dextris meis donec ponam, & c. non tamen sequitur quod postea posuerit, & illud, Coruus non fuit reuersus ad arcam donec aquæ siccarentur. sic inf. c. proxi. imo ostenditur quod non conuenerunt. contrarium innuitur eius quod uerba sonare uidentur, ut hic dicit in fine, &c.

Ioseph.]

Ioseph.] Primo ponuntur verba Euangelij; Secundo verba Hieronymi exponentis illa, ibi: Ex hoc loco. Abbas.

CASVS. In eodem Matthæo dicitur: Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit filium suum primogenitũ; ex hac auctoritate quidam pessimè suspicabantur Mariã alios filios habuisse; dicit Hieronymus: mos ē diuinarũ scripturarũ, vt primogenitus vocetur, qui primo natus est, nõ ille quem fratres sequuntur. No. loquẽdo ꝙ vius intelligẽdi verba attendi debet. Itẽ primogenitus appellari, qui primo natus est, quamuis nullus sequatur.

a Donec.] simile ī. eo. c. proxi.

b Mos.] idẽ dicit lex, ꝙ primus ē, quẽ nemo antecedit; & ergo & primogenitus est ante quem nemo nascitur, quicquid sequatur. ff. eo. tit. proximus & l. proximi. ADDITIO. Primus nõ solum is intelligitur, qui ante aliquẽ est, sed & is, ante quẽ nemo fit; ve ff. d vulga. & pupil. sub. lex duobus in principio.

CAP. V.

IOseph non cognouit Mariam, † donec a † peperit filium suum primogenitum. Ex hoc loco quidam peruersissimè suspicantur & alios filios Mariam habuisse: cum mos b diuinarũ scripturarum sit, vt primogenitũ nõ vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus fuit.

¶ Hilarius. †

¶ Verba sunt intelligenda, nõ secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.

CAP. VI.

INtelligentia c dictorũ d ex causis e est assumenda dicendi: quia non sermoni res, f sed rei est g sermo subiectus.

¶ Augustinus † super Matthæum.

¶ Non vitiatur factum vario modo narratum, vbi idem filua esse non potest. arg. C. de ver. sig. cum quidam. & C. de lega. cum quæstio.

INtelligẽtia.] CASVS. Cum aliqs audit aliqua verba, cõsiderare dẽt causam dicendi; & non ipsã significationem verborum tantum; quia verba deseruiunt intentioni: & non intentio verbis; verba enim inuenta sunt, vt per ea intentionem suam quis exprimat. Not. quod causa dictorum considerari debet.

c Intelligentia.] sic ff. de reg. iu. in ambiguis. & 22. q. 5. humanæ.

d Dictorum.] idest, verborum quæ prolata sunt.

e Ex causis.] non statim debemus intelligere, vt verba prima facie sonare videntur maximè vbi ambigua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem loquentis, vt hic dicit. arg. bo. sup. de præben. c. vlt. & c. cum causam. & ff. eo. tit. nepos Proculo. 2 & ff. de reg. iur. semper in stipulationibus ad causam dicti recurrendum est. sup. de ac. u. cum dilecti. sicut ad causam facti. 23. q. vlt. occidit. ff. de furt. verum.

f Res.] idest, intellectus ff. de supel. legat. l. Labeo. 32. q. 1. quomodo virginibus vbi dicitur 4. maritos habuisse, quæ (domino testante quinque tantum habuit: ibi enim Hieronymus respexit intentionem, & nõ verba Samaritanæ. Lau.

g Rei est sermo subiectus.] idest, intentioni seu intellectui sermo seruire debet; quia non in folijs, sed in radice rationis & in sensu consistit Euangelium. 1. q. 1. Marcion. & inf. eo. c. 2. & c. in his. verba enim instituta sunt vt per ea quis in alterius notitiam cogitationes suas proferat. 22. q. 2. is autem. quia. sicut anim. us præfertur corpori, ita sententia verbis. 18. dist. . . ulo. & 22. q. 5. humanæ. & ff. de leg. 3 ire. Item arg. est ꝙ verba ad extraneum sensum sunt trahenda vbi res aliter salua esse non potest de qua agitur. Insti. de inuti. stip. § quoties. & 2. quæstione 2. omnes C. an seruus pro facto suo. l. ult. ff. si quis cau si eum § qui iniuriarum. 55. distinctione qui partem. & 50. distinctione. Domino sancto. 4 proprietate verborum non est recedendum, nisi quando constat vluntatem loquentis aliter voluisse. ff. de leg. 3 non aliter. & improprietates non sunt trahendæ ad consequentiam; sed sunt excusandæ. Ala.

NIhil.] Diuersitas verborum non vitiat, si idem in substantia concludatur. hoc dicit. Abbas. Siculus.

CASVS. Euangelistæ diuerso modo narrauerunt passionẽ Domini: dicit Augustinus, ꝙ nihil nocet narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur: quia q libet euangelistarũ narrauit eo ordine quo Deus voluit. No. pro testib. ꝙ diuerso modo ferunt testimonium; quia si nocet dum tamen eadem dicant; secus si contraria dicerent.

in substantia concluditur.

CAP. VII.

NIhil obstat narrandi diuersitas, h vbi eadem dicuntur. maximè cum quisque Euãgelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

¶ Gregorius. †

¶ Sensum, non verba considerare debemus.

CAP. VIII.

PRopterea i si prolixã epistolam meam ad interpretandum k accipere te fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum l ex sensu transferri: quia plerunq; dum proprietas m verborum attẽditur, sensus veritatis amittitur.

¶ Isidorus. †

¶ Dicit, quis propriè sit prepositus.

Gloss. sequen. arg. alleg. contrarium, & soluit.

h Diuersitas.] quoniã nomina & verba transposita idẽ significant, vt dicit Aristoteles i Perihermẽijs. & est ar. ad hoc, C. d testa. q. in indigeũ. & hic vbi eadẽ dicũtur prout sequitur in littera, & hoc certũ fit, & est arg. bonum ꝓ testib. diuerso modo narrantibus. ar. ī. de testi. c. cũ tu. & 8. q. j. in scripturis de cõsecr. dist. 2. quotidie. & de pœni. dist. 1. periculose. Argu. contra 35. quæstio. 6. de parentela 2. sed illud intelligitur de cõtrarietate 3 sententiæ T.

PRopterea.] CASVS Gregorius scribebat cuidã suo amico aliquando, qui forte male interpretabatur dicta sua Greg scribit et dicens; Si epistolam meam prolixam ad interpr. tandum te recipere contigerit rogo non verbum ex verbo transferri, sed sensum ex sensu: quia aliquando dum proprietas verborum attenditur, veritas amittitur. Nota quod non debemus considerare verba, sed intentionem.

i Propterea.] Aliàs, præterea.

K Ad interpretandum.] idest, ad exponendum.

l Sensum.] sup. eo intelligentia.

m Proprietas.] Non enim semper ad proprietatem verborum recurrendum est, sed videndum est quid testator senserit; in qua præsumptione sunt qui morantur in eo lo. o. ff. de fun. instrum. & instru. leg. cum de lanionis §. asinam; quia potior est mens dicentis quam vox. ff. de supel. leg. l. Labeo. nec plus verbum quam voluntas inspici debet C. quæ res pig. ob. pos. l. vlt. 22. quæst. 5 humanæ aures. 1. quæst. 1. Marcion. Item arguquod verba à sua significatione cadunt, cum res aliter salua esse non potest de qua agitur.

[Marginal notes:]

¶ Aliàs, eã.

† Adde de hac dictione, donec, ꝙ no. in l. 1. ff. de sena. Bar. in l. ambigui tate C. 4 de vsufru.

† Lib. 4. de trinit. refert c. 5. eo. tit. in 2. compilat.

1 Sequitur supremus est quem nemo sequitur: sic facit. l. proxi mi. Io. And.

† Fortassis hęc dicit Augustinus in libris de consensu Euangelistarũ. vide ibi lib. 2. cap. 12 21. & 28.

2 Si promisit qs prote centum tribuere, cũ poterit ad id ꝙ actum est, redigitur interpretatio; 2. liàs intelligitur cũ sine incommodo poterit. Ioa. And.

† Lib. 1. epistolarum. 31. ... gistr. & ... compilat.

† Lib. ... etymologiarũ. & c. ... compil.

3 Per quę cap. illud intelligens quatur de ... rietate Euangelistarum circa horam mortis Christi. Io. An.

4 Ad idem ... alleg. cod. intelligentia ... gloss. Io. And.

QVamuis] CASVS. Hoc nomen, Præpositus, generale nomen est ad omnes qui præsunt: vsus tamen obtinuit eos præpositos vocari, qui quandam curam prioratus gerunt super alios. Not. quod vsus loquendi considerari debet.

a Rite.] idest, secundum originariam verbi significationem.
b Prioratus curam.] Sic ponitur, 1. q. 3. Saluator 1. & est dignitas p se sic dicta.

CAP. IX.

QVamuis oës qui præsunt, præpositi rite a vocentur, vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus b curam super alios gerunt.

¶ Idē † in libro Etymologiarū.
¶ *Non recipit congruam summationem.*

CAP. X.

FOrus est exercendarum litium locus à fando dictus, siue à Foroneo rege, qui primus c Græcis legem dedit. Constat d autē forus causa, lege, & iudicio. Causa e à casu quo venit, dicitur. est.n. materia & origo negotij, nec dum discussionis examine patefacta: quę dum proponitur, causa est: dum discutitur, f iudicium: dum finitur, iustitia: g Vocatur autē iudicium h quasi iurisdictio & iustitia i quasi iuris k status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur: vndè & auctores iudiciorū propositos, quæsiores, vel quæsitores vocamur. ¶ Negotiū l multa significat, modò actū alicuius rei, cuius cōtrarium est otium: modò actionem m causæ, quod est iurgium litis: † & dictum est negotium, idest, sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur.

¶ Iurgium n dicitur quasi iuris garrium: eo quod hi qui causam dicunt, iure o disceptant. Lis autem p à contentione limitis prius nomen sumpsit de qua q Virgilius, Limes erat positus, litem vt discerneret agris. Causa, aut argumento r aut probatione constat. Argumentum nunquam testibus, nunquā tabulis dat probationē, sed sola inuestigatione inuenit veritatem: vndè † dictum est argumentum, quasi argutè inuentum. Probatio autem testibus, & fide tabularū s constat.

¶ In oi quoque negotio t

FOr a.] CASVS. Primo ostendit Isidorus quid sit forus, & vndè dicatur. Scdò ostendit ex quib. cōstet. constat .n. ex cā, lege, & iudicio. ostēdit ēt qua re dicatur causa. dicitur enim cā, à casu quo venit. quæ dum proponitur, cā est: dum discutitur, iudicium: dū finitur, dicitur iustitia, ostendit ēt vndè dicat iudiciū & iustitia. Tertiò dicit, quid sit negotium, ex eo q supra dixit, materia & origo negotij, &c. ostendit ēt quid sit iurgiū. & vndè dicatur lis: dicit i super. Cā aut argumento, aut probationib. cōstat & ostēdit qualiter: Postq̄ ostendit qd sit negotiū, dicit Isidorus, q in oi negotio quatuor personæ sūt requisitæ iudex, accusator, reus, & tres testes: ostēdēdo vnde dicatur iudex, & vndè dicat accusator, & reus, & testis. Vltimò dicit, q in teste tria sunt requirenda, cōditio, natura, & vita: Cōditio, vtrū sit seruus vel liber: natura, si sit vir vel mulier: vita, si innocēs sit & integer actu. ostēdit etiā cām quare ista tria considerentur in teste. Not. arg. q possumus inducere pro nobis libros gentilium. Item testes & instrumenta æquiparantur. Item in omni negotio quatuor personæ requiruntur, iudex, accusator, reus, & testis. Item tria considerantur in teste, natura, vita, & conditio. Item nota contra mulieres, quod varium & mutabile semper producunt.

c Primus.] 7. d. Moyses. Ber.
d Constat.] ex tribus, vt hic dicit: non tanquam ex suis partibus competentibus, sed ornantibus potius: & impropriè dicitur locus constare ex his: sicut dicimus vestes partes hominis adornatiuę. vndè illud.
Cultu gemmisque teguntur.
Omnia: pars quoque minima est ipsa puella sui. La.
e Causa à casu.] Et ita est causa antequam respondeat pars altera. est ergo causa res in dicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris & rei, iudicis & testis. Et ideo dicitur à casu, quia frequenter casualiter occurrunt præter voluntatem hominis.
f Dum discutitur, iudicium.] & sic videtur processu temporis mutare nomen. & exemplificat de iudicio de tertia parte fori.
g Dū finitur, iustitia.] Hic exēplificat secūdā partem fori. & ita ex istis tribus partib. cōstat forus, vt dictum est, & idē esse videtur ista tria in substātia, sed aliā denominationē assumunt diuerso tēpore.
h Iudiciū.] Iudicium est legitimus actus duarum personarum actoris & rei super eadem quæstione sub eodem iudice cōtracta. Lau.
i Iustitia.] est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuēs. Insti. de iusti. & iur. in prin. & sup. in principio libri, in consti tu. Gregorij.
k Iuris stat a.] Lex .n. dicitur status iuris, & verè, quia per sniam ius nō cōstituit, sed status iuris declaratur. ff. si ser. ven. sicut. §. sed si quæritur.
l Negotiū.] Quia supra mētionem fecit de negotio ibi, origo negotij. & ostēdit q d sit negotiū: quasi negans otiū.
m Actionem causę. In hac significatione sumitur sup. vbi dicit, origo negotij.
n Iurgiū.] Hic exponit q dixit supra q d est iurgiū litis.
o Iure disceptāt.] Arg. quod iurgia non pertinent ad presbyteros, quia non tenentur esse iurisperiti. 38. d. quæ ipsis. nec aduocare possunt nisi in certis casibus. sup. de postu. c. vl. fe. cum de archidiacono. 25. d. c. 1. R.
p Lis autem. Quia fecit mentionem litis sup. vbi dixit, iurgium litis, exponit modo quid sit lis. lis. n. ciuilē causam ostendit tantum, & non criminalē: ff. e. ti. litis.
q De qua Virgilius.] Ar. habes hic q possumus inducere pro nobis libros gētilium siue paganorum. 27. d. si quid veri & 1. q. 1. Dns declarauit. ibi: Si ergo, &c.
r Argumento.] Argumentum vocat naturalem probationem, q̄ fit per localem argumentationē & ita arg. q in iudicio valet naturalis probatio. arg. 9tra. 1. d. consuetudo. & sup. de elec. bonæ 1. il i, negantis factū per rerū naturā, &c. a cōtrario. & nō per testes vel instr̄a, vt littera sequens dicit. vndè dic tabulis, idest, instrumentis.
s Testib. & fide tabularum.] Hic æquiparantur testes & instrumenta, quia parem vim habent in litibus exercendis. C. de fi. instr. in exercendis.
t Negotio] non notorio, q exercet in forma iudicij. ¶ Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.

ata. & it. c. 1. appel. itutus, cler. nō l. x par de his q̄ à maio. Capitu. ex ore. nultis. i. Iona. è. f. Isi. rs li. 18. nolog. & c. 10 it. in 1. ip.

† Vide l. cū clericis. C. de epis. & cler.

Vergilius lib. 12.

† Aliàs ita: vnde dictū est argumētum, argutum inuentum.

a Tres

a Tres testes.] Arg. contra 4.q.3.c. si testes §. vbi numerus. & 2.q.4.c.1. & sup. de testi. licet vniuersis, vbi dicitur: in ore duorum vel trium testium, &c. potest dici, tres testes propter triplicem modum probandi, scilicet per testes, instrumenta, & argumenta: de quibus ∫mittit, 1 vel potius dicas confessionem, qa quodlibet istorũ triũ legitimã facit probationẽ, siue per testes, instrumenta, & confessionem. ꝭ. de test. ipo. cum ad sedem, in fi.

b Non est ergo iudex.] Sic 23 q. 2. c. j. & supple ∫ c, bon°, q. a qñq; malus est iudex 3. q. 7. c. iudicet, §. vl. quia & pro meritis subditorum disponit à Deo vita rectorũ 2. q. 7. c. 1. & 6. q. j. ex merito. & 8. q. j. audacter. Ber.

c Reus à re.] & nõ à reatu. 15. q. 3. c. vl. 3. q. 11 non est. Ber.

d Parte ablata.] Est hic figura quæ dicit Apheresis, cũ principij dictionis aufertur: secundum ꝙ patet hic. Est & figura alia, q̃ dicit Prosopopeia. i. cõfirmatio 2 nouæ pſonæ. de consecr. d. 4. q. queris à me. ver. si. Itẽ Antonomasia, cum per excellentiã aliquid alicui attribuitur. ꝙ cõe est plurium: vt cũ dico Apostolus, intelligitur Paulus 32. q. 7. cap. Apostolus, & c. cum dico, vrbs, intelligit Roma sup. de pœn. & remis. c. significauit. Synecdoche, cũ pars ponitur pro toto. 32. q. 4. meretrices. 14. q. 5 pœnale Antiptosis, cũ ponit casus pro casu. 75. d. ordinationes. 18. q. 2. quidam Liptote cum plus dicitur, & minus significatur 32. q. 7. quid in omnibus. Pleonasmos, cum supera bundat dictio vt iste videt oculo monachum regularem. 20. q. 3. præsens. Tmesis, cum eadem dictio interdicitur, ff. de mino. l. quod si de speciali. ff. de rei ven. si post acceptum. Syncopa, cum quid aufertur de medio dictionis, 7. q. j. audacter pro audaciter. Ironia, cum quid per derisionem, id est, per contrarium dicitur, O quanta integras, 11. q. 3. ad mensam, in fin. Ephexegesis, id est, expositio præcedentis sermonis 47. dis. quoniam. Item Anthropopathos, cum aliquid attribuitur Deo quod conuenit homini. 24. q. 1. odi. & proiect. & sup. de re. eccle. al. vel. non, si quis presbyterorum. Ala.

e Si liber.] quia seruus testis esse non potest, 4 q. 3. c. si testes, §. vlt. §. item serui. sed liberi. vt ibi dicitur. ver. item liberi. & C. de testi. Auth. si dicatur.

f Dominantis.] 4. q. 3. c. si testes, §. item idonei. & 11. q. 3. quatuor.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

g Non fœmina.] Hoc intellige in criminali: in quo casu mulier testis esse non potest ſm canones. 33. q. 5. contra mulierem, sed in ciuilibus & matrimonialibus benè ferunt testimonium. sup. de testi. tam litteris. & c. super eo, ar. cõtra. quæ possunt in criminali 15. q. 3. ex eo sed aliud ſm leges, tamen in crimine excepto admittitur mulier etiam malæ famæ ad accusationem, sup. de simo. tanta. & in inquisitione admittitur ad testimoniũ siue denuntiationem. ꝭ. de testi. cũ litteris, & c. quoniam. Itẽ in testamentis mulier nõ admittitur. Inst. ꝭ testa. §. testes. Ber.

h Varium.] C. de inoff. testa. filia. & ar. C. de insti. & sub stitu. reprehẽdẽda. ADDITIO. Vndè versus.

Quid leuius fumo? flamen. quid flamine? ventus.
Quid vẽro? mulier, qd muliere? nihil.

i Integer,] quia dr esse testis bonę famę, & sine omni suspicione. 2. q. 7. testes. infamis repellit ꝭ. de testi. cogen. preterea.

k Fide carebit.] i. nõ credet illo mo. ar. 2. q. 7. nõ põt.

l Iustitia cũ scelerato.] si sit vitius. 32. q. j. cũ renunciare. & est sũmã bonũ in vita colere iustitiã. 11. q. 2. cũ deuotissimã.

1 Ȝ hoc 4. q. 4. ca. j. vel ꝙ dicit tres, supple, vel duo, vt in ꝭ rijs ſm Ho. Io. An.

† Vide epistolã 2. Fabiani Papæ & Iuonẽ pa. 6. c. 322.

† Aliàs ita: Reus autẽ à re qua petit nuncupat.

2 Aliàs confirmatio, sed videtur legend cum confictio.

† Vide l. testiũ, & ibi, gl. C. de testib.

† In orig. Vaticanis ita: mẽ varium & mutabile sp̃ fœmina pducit absque. dictio ne testimonium.

hæ personæ† quæruntur, iudex, accusator, reus, & tres testes.[a] Iudex dictus quasi ius dicens, populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare Non est ergo iudex,[b] si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est, quasi causator: quia ad causam vocat eum, quem appellat. Reus[c] † à re, quæ petitur, nuncupatur: qa quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur.

¶ Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quòd super causæ statu proferebantur: nunc parte[d] ablata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, natura, & vita.† Conditione, si liber,[e] nõ seruus, nam sæpe seruus metu dominantis[f] testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fœmina[g] nam†varium[h] & mutabile testimoniũ semper fęmina producit, Vita, si innocens & integer[i] actu, nam si vita bona defuerit, fide carebit[k] non enim potest iustitia[l] cum scelerato homine habere commercium.

¶ Idem.†

¶ Dicit quid sit pactum, & vndè dicatur.

CAP. XI.

PActum[m] dicitur inter partes, ex pace conueniens scriptura[n] legibus[o] ac moribus comprobata: dictum pactum,[p] quasi ex pace factum.

¶ Idem †in eodem.

¶ Hic Isidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, non prout est generale nomen.

CAP. XII.

IVs dictum[q] est à iure possidendo, hoc enim iure[r] possidetur, quod iuste:[s] hoc iustè, ꝙ benè:

† Isid. l. 11 (?) dorum lib. c. 24.

† Li. 5. Etymolog. c. & c. 24. co in 1. co

m PActum.] Pactũ dr, quæ sit inter partes scripta cõueniens legib. & morib. approbata: & dicitur pactũ, quasi ꝓ pace factũ.

m Pactum.] Ius ciuile aliter diffinit in l. 1. ff. pac. Abb.

n Scriptura.] & & si ne scriptura pactum fit. sed hoc ideo dicit, quia sępe interuenit scriptura, & ad probationem pacti interponitur.

o Legib.] Aliter non valeret nisi ſm leges fieret. ff. de pac. iurisgentium §. prætor ait & C. eod. ti. pacta. Ber.

p Pactum.] Dicitur pactum duorum vel plurium cõsensus in idẽ. ff de pac. l. 1 §. 1.

IVs dictum.] CASVS. Ostendit hic Isidorus vndè dicatur ius. s. à iure possidendo, hoc. n. iure possidetur ꝙ iuste: & hoc iuste, quod bene. malè autem possidet qui suis malè vtitur, vel vsurpat aliena.

q Ius dictum.] Diffinitur ȝ hic ius nõ prout est generale nomen, sed prout applicatur ad certam rem, qñ dr habeo ius in tali re, tunc. n. dicitur ius à iure possidendo, & ita intellige istũ tex. Sed capiẽdo ius gñaliter, dr à iustitia, & est ars boni & æqui l. 1. ff. de iusit. & iur. vide gl. si super rubrica de reg. iur li. 6. & istud generale nomen habet multas species sub se, naturale, ciuile, & gentium. i. d. ius, & §. seq. Abb.

r Hoc. n. iure.] Hęc verba habes 14. q. 4 ꝙd dicis, in fi.

s Quod iustè.] Nõ tñ è conuerso ſm leges: quia iure possidet qui mala fide præscripsit, non tñ iuste, ꝭ. de præscrip. vigilanti secus secundum canones: quia qui malam fidẽ habet, non præscribit. eo. tit. quoniam omne.

a Alienam.

† Hæc g fala ex l pominu lectura l tristius

a Alienum.] idest, alijs debitum.
b Malè autem.] vt auari 1. 47. dist. sicut hi. & 14. q. 4. quid dicam.
ADDITIO. Vnde versus.
Qui sunt qui rebus nunquam potiuntur? auari:
Qui sunt qui minui sua non patiuntur? auari.
c Præsumit.] id est, inuadit. Ber.

Causa.] Primo decisè narrat factū: Secundo diffinit, ibi: Cæterum. Abb.

CASVS. Quærebat de decimis, primitijs, & oblationib. in quorū bonis dicerent esse & quid appellentur oblationes; Respōdet Papa, quòd decimæ, & primitiæ, & oblationes cōnumerantur in solis bonis ecclesiarū, oblationes verò dicunt, quę vnque de proprijs, & licitis rebus offerunt ecclesiæ à fidelib.: & quicunque per secularē eas obtinet potestatem, procul dubio contra Deū facit: & qui accipit, & quòd tradit, raptor & sacrilegus iudicat. No. quòd oblationes de proprijs, & licitis reb. fieri debent. Item qui bona ecclesiarum rapiunt, & inuadūt, sacrilegi iudicantur.
d Primitiæ.] Quid sint primitiæ, dicitur sup. de deci. c. 1.
[Glo. seq. quærit, & tres opiniones ponit.
e Solis ecclesiarū.] Sed quid appellatur hic ecclesia? dominus Albericus dixit, quòd bona ipsa sunt loci conclusi muro ad instar vacantis hæreditatis, quæ vicē personæ obtinet. ff. de acq. rer. do. hæreditas. Alij dicunt, quòd sunt vniuersitatis illius loci. ar. 12. q. 2. nulli. Hug. dixit quod res istæ sunt Dei: & cum omnia eius sint, ista tamē specialius. arg. 1. q. 3. saluator. 16 q. 1. in canonibus 23. q. 8 conuenior. 16 q. 7. omnes decimæ. ī de deci. tua 2. vbi dicitur, quòd Deus in signum vniuersalis dominij decimas sibi retinuit, quarum rerum vsus dominus clericis concessit. R
f Licitis.] & etiam de illicitis 2. potest fieri eleemosyna, dummodo transferatur dominium, & non competat repetitio. 14. q. 5. nō sanè, & c. qui habetis, & §. seq. Et de hoc plenè tractatur ī. de deci. ex transmissa. Ber.
g Potestatem.] 12. q. 2. nulli. & c. quicunque. 16. q. 7. decimas omnes. Bern.
h Sacrilegus.] Qui bona ecclesiarum rapiunt, & inuadunt, sacrilegi iudicantur, & ab ecclesia sunt puniendi. 12. q. 2. nulli liceat. ī. de foro compet. conquestus, & non solum sacrilegis, sed etiam Iudæ furi comparantur. 23. q. 4. quid ergo. Ber.

quod autem malè possidetur, alienum [a] est: male [b] autem possidet, qui vel suis malè vtitur, vel aliena præsumit. [c]

¶ Paschalis canonicis Sancti Martini.

¶ *Quicquid fidelis offert ecclesię, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet.*

CAP. XIII.

Causa Carpēsis plebis: & infra. ¶ Cęterum primitiæ, [d] decimæ, & oblationes, in solis [e] ecclesiarū bonis præcipuè numerātur. Oblationes verò dicimus quæ vnque de proprijs, & licitis [f] rebus ecclesiæ à fidelib. offeruntur. Quicunque igitur eas per Potestatem [g] secularem obtinet, proculdubio cōtra Deū, & sanctorum Patrum nititur sanctiones: quinimò, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus [h] iudicatur.

¶ Alexander tertius.

¶ *Solus sacerdos potest sacramentum extremę vnctionis infirmo conferre. hoc dicit.*

CAP. XIIII.

Qværsiuit † fraternitas tua: & infra. ¶ Nos itaque tibi taliter duximus rńdendū, quod sacerdos vno præsēte clerico, & etiam solus [i] potest infirmum vngere.

¶ *In anno bissextili seruari debet loci consuetudo circa diem sancti Mathię festandum, dum tamen vigilia contineatur festo. hoc dicit.*

¶ Festum verò beati Mathię iuxta cōsuetudinem ecclesiasticam vigilia eatenus præcedat, vt nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se, & sollemnitatem, aliam diem admittat: in qua vtique vigilia (nisi venerit in Dominica [k]) ieiunium celebretur, ipsum autem festū siue fiat in præcedenti die, [l] siue in sequenti, (qui duo quasi [m] pro vno reputantur) nullus error est.

Qværsiuit.] Duo sunt dicta: Secūdum ibi, Festū. Ab.
CASVS. Quæsitum fuit à Papa, vtrum sacerdos vno tantum clerico præsente infirmū vngere possit, Secundo fuit quæsitum, quando festū beati Mathiæ Apostoli in anno bissextili debeat obseruari, cum quidam inter vigiliam, & festum velint interponere diem? Respondet Papa, quòd sacerdos vno clerico præsente, & etiam solus si necesse fuerit, potest vngere infirmum: De festo beati Mathiæ Apostoli, dicit Papa, quòd vigilia secundum consuetudinem ecclesiasticam præcedat ipsum festum, ita videlicet, quòd nec pro bissexto, nec alio modo inter vigiliam, & sollemnitatem alia dies interueniat: in qua vtique vigilia ieiunū celebretur, nisi venerit die Dominico: & ipsum festū siue fiat in die bissextili siue in sequenti, quia duo dies pro vno reputantur, nullus error est: sed consuetudo ecclesiæ seruetur: No. quòd solus sacerdos infirmū vngere potest. Item die Dominica nō est ieiunandum. Item consuetudo ecclesiæ seruari debet.
[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.
i Etiam solus.] Arg. ī in Apostolo, vbi dicitur: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eum. ī de ta. vnc. vnico. & sic videtur, quòd debeāt esse plures: quia pluralis locutio duorum numero ad minus contenta est. 4. q. 3. ca. si testes. ver. vbi numerus, hoc intellige in necessitate, quæ legem non habet, de cōsecr. dist. 1. sicut. & ī de consue. quanto.
K Dominica.] Quoniam in Dominica propter reuerentiam non est ieiunium celebrandum. 30. dist. c. vlt. sed in sabbatho præcedenti ieiunandum est. ī. de obser. ieiu. c. 1.
l Die.] scilicet bissextili.
[Glo. seq. signat contrarium. instruit negatiuè in cognitionem bissexti. quærit, arg. negatiuè. ponit contrariam opin. Lau. quam approbat.
m Qui duo quasi pro vno reputantur.] Et ideò quia pro vno reputantur, non cōputantur in tēpe restitutionis, licet de momento ad momentū fiat cōputatio. ff. de minori. denique. §. minorē, & ff. de verb. signi. cū bissextus, & per hoc facit ad tit. 3 Et ar. 3 ī hoc ff. de sta. li. l. 4 § Stichus. No. quòd annus solaris hēt 365. dies & sex horas: sic quattuor anni hēnt vltra præfatū numerū dierū 24. horas, quæ coadunatę faciūt vnum diē, quæ superabūdat oī quarto anno: & dr̄ bissextus, quia bis sedet, & stat in vna littera calendarij: & hi duo dies pro vno cōputant, & interserit quinto die exeunte Februario, hoc est sexto calendas Martij: 4 & sequenti die dent 5 vigiliæ beati Mathiæ celebrari: Vndè versus: Bissextum sextæ Martis tenuere Calendæ: Posteriori die celebrantur festa Mathiæ. Sed pone aliquē suspensum per annum, & est tunc annus bissextilis, nunquid in vltima die posset celebrare? Vr̄ quòd non: quia hi duo dies quasi pro vno reputātur. arg.

Marginal notes:
† Cap. 9. eo. tit. in 1. cōp. & post Cōcilium Later. sub Alex. iij. par. 50. c. 22. Vide Cōciliū Trid. sess. 14. de sacramento extremę Vnctionis c. 3.
3 Vide gl. in l. 2. ff. de diuer. & temp. præscrip. & in l. 3. §. minorē. ff. de minor. & ibi doctores.
4 De his plenè nota in fi. l. 6. super data. Io. An.
5 In antiquoribus codici. ibi: itaque sēt festū beati Mathiæ celebrari.

hic,& ff.eo.cum bissextus,& ff.de mino.denique. §.minorem. Lau.dixit contra arg.l.dicentis,q̄ si libertas tibi relicta est,si anno seruieris,dies illa non computatur in anno,sed tantum ccclxv.dies ff.de sta.libe. cum hæres. §.Stichus.& satis videtur:quia cum sit pœna,non debet ampliari, sed potius restringi,de pę.dis.1. pœnę.Tan.

a Consuetudo.] ī. de obser. ieiu. consilium.76.dist. vtinā. 11.dist.Catholica.B.

IN his.] Duæ sunt partes:Secūda ibi, Attendentes. Abbas Siculus.

CASVS. Inter magistrum,& conuersos sācti Simpliciani coram archiepiscopo Mediolan. super eodem hospitali questio vertebatur archiepiscopus tulit sententiam sub hac forma verborum.Statuo & pręcipio,q̄ ita fiat: quia non fuit vsus his verbis. Talem partem condemno, vel absoluo:dicebatur quòd talis sententia nō tenebat; quæstio igitur hoc delata est ad domin. ū Papam:vnde ipse cōsiderans, q̄ hoc verbū.Statuo,rem perfectam significat.Item secūdum Greg.quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat,pœnam habet;& non debet quis considerare verba, sed voluntatem, & procuratoribus vtriusque partis præsentibus interpretatur, & diffinit, quòd sententia prædicta perpetuam obtineat firmitatē. No. quòd intentio loquentis consideranda est,& non verba. Item non refert per quæ verba fiat condemnatio, vel absolutio, dum tamen de intentione iudicis constet per illa verba.

† Cap.vnico.eo. tit. in 2.comp.

...ror, sed consuetudo [a] ecclesię teneatur.

¶ Celestinus tertius.

¶ Per verbum, statuo, & precipio, diffinitiua sententia ferri potest.

CAP. XV.

IN† his,quæ ambiguitatem cōtinent:& infra. ¶ Innotuit Apostolatui nostro, quòd cum inter magistrum M. & Conuersos hospitalis sancti Simpliciani super eodē hospitali in p̄sentia Mediolañ. archiepiscopi q̄ō verteretur,ipse archiepiscopus post cognitionem causæ in prolatione sñiæ his verbis non fuit vsus. Talē partē [b] condemno, vel talem absoluo:sed p̄nunciauit ita: Statuo & præcipio: & infra. ¶ Attendentes igitur, quod hoc verbum. Statuo, rē perfectam [c] significat,& cum effectu non verbotenus accipitur. Item secundū Gregoriū q̄d præcipitur [d] imperatur,& q̄ imperatur, necesse est fieri:& aliquando si nō fiat pœnam habet. Considerātes nihilominus,quod non debet aliquis considerare verba, sed voluntatem;cum non intentio verbis, sed verba intentioni [e] debeant deseruire. Interpretamur [f] p̄curatoribus vtriusq; partis præsentibus, & diffinimus,quòd præfati archiepiscopi verba tali forma prolata,perpetuo valituræ sententię obtineāt firmitatem.

¶ Innocentius tertius patriarchæ Grandeñ.

¶ Beneficium principis latissimè interpretari debet.

CAP. XVI.

OLim†tibi scripsisse recolimus,vt si canonici Paduani, magistro G.canonico [g] Paduano,præbendam,quæ tantum residentibus de cōi cōfertur,sicut vni ex alijs de communibus prouentib⁹,& manualia [h] beneficia nō cōferrent, tu eos ad id appellatione cessante compellere p̄curares. Quia verò quidam man-

[Glo.seq.reci.per obiect.& notat,& remittit.

b Partē condemno.] Huiusmodi verbis non fuit vsus, vel æquipollentibus quia illud sufficeret. ff.de arbi. q̄d tamen.§.1.ī.de app.ad audientiam. Ala. Vndè videbatur non valere sententia:quia nō continebat absolutionem, vel condemnationem 2 q.6.c.ei qui.§.diffinitiua.C.de sen.& interlo.om.iud.præses. Item nota, quòd pars illa præsens est,condemnanda est. Quis debeat condemnari, dominus,an procurator? De hoc plene dictum est ī.de elec.querelam. Bern.

c Rem perfectam.] Sic ff.quod quisq; iur.l.1.§.vlt.de pœ.dist.1.c.hæc aūt verba ff.de vsur.videamus.§.infamia. 1 C.de sen.pas.l.vlt.& 2.q.3.si quē. notādū.in fi.

d Quod præcipitur.] 14.q.2.quod præcipitur. Ber.

e Verba intentioni.] Sic ī.eo intelligentia. & c. propterea,vbi de hoc,& 1.q.1.Marcion.Bern.

f Interpretamur.] quæ interpretatio generalis est, & ius facit,& ab omnibus obseruanda est,supra tit.proxi. inter alia. & C.de leg.l.1. 2 & interpretari debuit potius,vt res valeret quam periret, ex quo in dubium reuocabatur.ff.de re.du.quoties 2.ff.de verb. oblig. quoties,& inf.eo.abbate. Bern.

1 Verbū,cōdemno,plenā hēt significationē & quoad fructus. Io.An.

OLim tibi.] Verba priuilegiorū sunt interpretanda latissimè, hoc dicit. Et primò ponit mandatum: Secundo ipsius interpretationem, & eius causam,ibi,Quia verò. Abbas.

CASVS. Dominus Papa mandauit capitulo Paduano, quatenus magistro G.Canonico Paduano Pręb endam,quæ tantum residentibus de communi confertur,sicut vni ex alijs residētibus, & beneficia manualia conferrent: q̄ si canonici hoc non facerent, patriarcha Grandeñ. super hoc executor eos ad id appellatione cessante compelleret:canonici mandatū Apostolicum maliciosè aliter q̄ debeant interpretantes,dicebant q̄ non tenebantur ad hoc, cum ipse nō residèret, ex eo q̄d dicitur,sicut vni ex residentibus: sed ipse non residebat, vnde non tenebantur:vndè patriarcha petijt à Domino Papa qualiter mandatum suum esset intelligendum? Respōdet Papa,quòd cum beneficia principis latissimè sint interpretanda,iniunxit capitulo Paduano p̄bendam,quę tantum residentibus in victu, & vestitu confertur, de communi dicto magistro G. plenè conferendam sicut ex alijs residentibus, malitiosa interpretatione reiecta. Nota quod beneficium principis largissimè est interpretandum.

[Glo.seq.reci. per q.quare concessum fuerat, & c. & respondet tripliciter.

g Canonico Paduano.] absenti, aliàs non esset opus interpretatione,nec haberent causam subtrahendi beneficium suum,vel malè interpretandi mandatum Papæ, forte erat in seruitio episcopi, & sic seruire intelligebatur ecclesiæ, vndè debebat beneficium suum percipere integrè præter victualia ī.de cleri.non resid.de cætero, & capitulo,ad audientiam. 3 Vel fortè in seruitio domini Papæ in curia stabat,qui plusquam præsentes seruire intelliguntur,ideò voluit Papa,quod omnia haberet sicut præsentes,ī.de cleri.non resi.cum dilectus. Vel non refert vbi esset,quia Papa sic voluit,ergo sic seruandum est,licet durum.19.dist.in memoriam. Bern.

h Manualia.] fortè quæ dantur singulis diebus illis tantum, qui interfuerunt diuinis, sicut fit in pluribus locis. Bern.

2 Alibi de hoc & 1.q.1. sic ... his, & ... de hic am... plus per. Io.And.

† Cap.6. ... de rescrip. 1.compil.

3 Adde ... idem ... probat... pen. ... excusat.

a Aliter

a Aliter quàm decear.] No. q qui rescriptum principis malitiosè vel astutè interpretatur, infamis est. C. de leg. l. 2. solus princeps ipsum debet interpretari, sup. tit. proxi. inter alia. vbi de hoc. & ff. de praeto. stipu. in. § toris. tū legatus quandoque ipsum interpretatur. sup. de postu. c. 1. versus fi. & consuetudo legē interpretatur. sup. de consue. cum dilectus. Ioan.

¶Glo. seq. alleg. 5. & 6 cor. & 6. cōtraria, quę sit & soluit. Io.

b Latissimè.]ff. de cōst. prin. l. vlti. & 2. q. 3. c. si quem. § pulsator in fi. & 16. q. 1 frater noster. & sup. de vsu pal. c. 1. fi. sup. de dona. cū dilectus. argu. 5. C. de inoffi. testa. l. si quando. C. de preci. impe. offe. quoties. ff. ne quid in lo. publi. l. 2. § merito. et 35. q. 3. qd scripsi. 3. de consan. q dilectio & sup. de pben. c. vl. Sed nūquid in rescriptis facienda est larga interpretatio, cū sm intellectū illius qui cōcessit, sint intelligenda. Parg q si. ff. de verbo. oblig. inter stipulantē. Dicas q nō, quia litis potius restringendę sunt quā ampliādę. sup. de rescrip. nōnulli. & c. vl. arg. imò nec illud q indulget beneficium est ita interpretādū, vt multū lędat aliū s sup. de praeb. relatum. & 85 dist. ar. hi diaconum Florentinum. Io.

Ioan. in Hi. c. 20.

C Vm in partib⁹.] Cōmunis diuisio Secunda pars ibi, Cū autem. Abb.

ti. 1 tio.

1. C. & 2 ff. in

datum nostrum interpretari aliter,[a] quàm deceat moliuntur, (cum beneficia principum sint interpretanda largissimè [b]) nostrum aperiendum duximus intellectū, videlicet quòd praebendam, quae tantum residentibus in victu & vestitu de communi confertur, ipsi magistro G. plene sicut vni ex alijs residentibus, iniunximus conferendam.

¶Idem Colubriē. & alijs episcopis in regno Portugallię constitutis.

¶Generale dicitur interdictū quod fertur nedū in prouinciam sed in villā vel castrū.

CAP. XVII.

Cum † in partibus vestris saepè contingat diuersa loca interdicto supponi, quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubiū reuocari: cum illi, qui ab ecclesia Romanā decorari priuilegio meruerunt, videlicet, vt cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis ianuis[c] clau-

10 sis, nō pulsatis campanis exclusis excōmunicatis & interdictis, suppressa voce diuina officia celebrare: interdicto particulari se asserant non arctari, dicentes interdictum generale dumtaxat, cum regnum, vel saltem prouincia tota subiicitur interdicto: & infra.

20

Cum autem in priuilegi s[d] de regno vel prouincia nil expresse[e] dicatur, nomine [f] terrae, non solum regnum uel prouinciam intelligi uolumus, uerumetiam uillam & castrum,† ut & in his[g] locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

30

¶Idem Altissiodorēsi epi.

¶Priuilegium contra consuetudinē iuri communi obuiā tamlargè est interpretādū: hoc dicit secundum intellectum abbatis antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum.

40

CAP. XVIII.

Cum † tibi de benignitate sedis Apostolicae sit indultum, quod ordinatio[h] rerum clerico-

50

f Nomine terrae.] Vide qualiter uerbum simpliciter positum intelligitur, generaliter de quacunque terra parua vel magna. si. 19. dist. si Romanorum. & 3. de priui. quia circa. & sic generale dr interdictum ex quo tota terra subiicitur interdicto, siue sit ciuitas, puincia vel villa, quia generale dr quantum ad locum illum cum nullus excipiatur. 2 Ber.

¶Glo. seq. arguit, signat ptiū, & soluit.

g In his locum habeat.] No. hic appellationē nominis ampliari per interpretationem. si. 28. q. 1. idololatria. & ē ar. odiū ampliari, & fauorem restringi ff. de his q not. infa. l. 2. § exercitū. 2 Arg. ōtr. ff. de libe. & posthu. cū quidam. sed in ueritate nulla est ampliatio: vt dixi in proxi. no.

Cum tibi.] Verbū, clericorum, etiam canonicos comprehēdit. hoc dicit. Cōmunis diuisio: secunda ibi, Consultationi.

¶Pone sic casum sm intellectū abbatis antiqui: In quibusdam partibus Frāciae erat consuetudo, q ppin qui succederent clericis intestatis, etiā in bonis acquisitis intuitu ecclesię: cōtra hāc consuetudinem Papa concessit priuilegiū cuidā epo, q ordinatio rerum clericorū ab intestato decedentium esset in sua dispositione: dubitabat, an appellatione clericorum uenirent canonicis rndet. q sicut n litera. Vel sic secūdū Be. Altissiodoreñ.

2 Erit ēe particulare cū interdicerent eorū ecclesię vel oratoria secū lū Lau. & Vin. I. A.

†Cōcor. tex. i c. ex pscti. de sen. excō. li. 6. & ibi no.

†Ca. 2. eo. ti. in 3. compi. pars hui⁹ supra de testam. c. cum tibi.

CASVS. In regno Portugalliae diuersa loca supponuntur aliquando interdicto: quidam habentes priuilegia vt liceat eis celebrare diuina ianuis clausis & exclusis excōmunicatis & interdictis, cum generale interdictū terrae fuerit, asserebant se non teneri particulari interdicto, dicentes interdictum generale solummodò, cū regnū vel prouincia tota subijcitur interdicto. Eps Colubriē. consuluit Papam qn generale vel particulare dici debeat interdictum: respondet Papa, Cum in priuilegijs illorum de regno vel puincia nil dicatur, per hoc verbum, terrae, non solum regnum vel prouincia intelligitur, sed etiam villa vel castrum, vt in his locū habeat q de generali dicitur interdicto. Not. q nomine terrae continetur regnum, prouincia, castrum & villa.

c Ianuis clausis.] si sup. titu. prox. permittimus. & sup. de priuileg. quod nonnullis.

d In priuilegijs.] quibus permittitur, vt possint celebrare diuina suppressa voce, ianuis clausis, &c.

e Nil expresse dicatur.] ergo nec aliquis debet interdictum ad regnum vel prouinciam restringere: quia si Papa de ho. cogitasset, illud in priuilegijs expressisset. sup. de dec. ad audiētiā. & sup. de transla. inter. Ber.

eps obtinuit indulgentiam domini papae, vt ordinatio rerum clericorum decedentiū ab intestato in episcopi dispositione consisteret: orta est contentio inter episcopum & canonicos super uerbo illo, rerum clericorum: dicebant canonici quòd appellatione clericorum non intelligebantur canonici. Consultus Papa super hoc, respondet quòd appellatione clericorū & canonici & alij omnes comprehenduntur. Not. quòd appellatione clericorum canonici comprehenduntur.

60

[Gloss. sequens ponit duas lectur. & primam approbat.

h Ordinatio rerum.] Non intelligas de rebus clericorum patrimonialibus, vel quas intuitu personae acquisierint: in illis enim proximiores succedunt clericis intestatis, si non habent consanguineos, ecclesia succedit eis, 12 quaest. vlti. in quo casu potest intelligi quod hic dicitur de rebus ecclesiarum, de quibus aliqua in uita sua in aegritudine poterant elargiri supra de testa. ad haec, & capitu. relatum. & secundum quòd ipsi poterant concessum fuit huic epscop per hanc indulgentiam, aliàs iniqua fuisset haec indulgētia, quae in totum tolleret ius alterius C. de preci. impe. off.

perat. offer. quoties. arg. supra. de off. ord. licet. cum suis concor. Vel potest intelligi vbi clericus bona propria in pias causas erogari p̄cepit, non designando personam per quam hoc fieret: vel si designat personam, negligens erat: in his casibus pertinet hoc ad episcopum diœcesanum. C. de epis. & cle. nulli. & in Auth. de eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione col. 9. & §. de test. tua. & c. Ioannes. prior expositio melior e. i cū littera dicat, ab intestato decedentium: quia non dicitur decedere intestatus qui alij commisit dispositionē rerū suarum sup. de testa. cum tibi.

¶ Glo. seq. dat simile, & signat contrarium.

a Appellatio vocabuli clericorum.] Largissimè sumit hoc vocabulum, clericorum, pro omnibus clericis subditis ipsi episcopo vt comprehendat canonicos & oēs alios: quia ex quo simpliciter & indefinitè concessa fuit ei ordinatio rerum clericorum decedentium ab intestato, de omnibus intelligendum fuit. s. §. ti. proxi. vbi habes concordantias de hoc: sic appellatione beneficiorum tam maiora quā minora beneficia intelliguntur. inf. eo. ca. pen. strictius tamen sumitur. inf. c. prox. ꝑ clero tantum cathedralis ecclesiæ. indulgentia enim largè est interpretanda. sup. c. cum olim. Arg. contra. sup. de translat. c. vlt.

† Quia illud de iure cōi ꝑtinet ꝑovt ꝓbatū est nisi fortè dicas ꝗm In. ꝙ it i de cōsuetudine hoc spectabat ad aliū puta archidiaconū, vel qa cōcedebat dispositio & ex illis solueret debita ecclesię suę ius. c. pe. Ioan.

† Ca. 3. eo. ti in 3. compil. † præstent.

Hoc nomen ecclesia a varias habet significationes. quandoquè designat tantùm episcopum. 7. q. 1. scire. quandoquè viros ecclesiasticos 63. dist. in fi. quandoq; ponitur pro maiori par. Cap. 66 dist. Apostolica quandoquè restringitur ad canonicos matricis ecclesiæ. 63. dist. §. vlt. & 10 q. 1 antiquos. & 12. q. 1. videntes. & hic. quandoquè designat quālibet ecclesiam prouinciæ. s. de vsu pal. cum super sic appellatione clericorum omnes intelliguntur. sup. ca. proxi. quandoquè designat congregationem fidelium de conse. dist. 1. ecclesia. & sic sumit 3. q. 4. Engeltrudā. quod probatur. sup. tit. proxi. c. penul. Ber.

¶ Gl. seq reddit rationem.

d Et si capitulū.] & meritò: quia non est tanta communio inter ep̄m & alias ecclesias, quanta inter ep̄m & ecclesiam cathedralem sup. de testam. re sisti, vltra mediū, cū quia ipse efficitur vnū corpus, & ipsi membra sup. de his quæ fi à pla. si con. c. nouit.

e Principaliter. Ergo secundario tenetur ecclesiæ: quod videtur per hoc quod hic dicitur: quia si tenetur episcopo, tenetur eccl. sic 7. q. 1. scire ergo videt ꝙ hēat plures dños qd nō est verum: qa non censētur diuersi.

§ De varijs significationib⁹ huius nominis, ecclesia, vide Turrecremat in summa de ecclesia. li. 1. c.

† deb. a

† C. 4. eo. ti in 3. compi.

rum ab intestato decedētium, in tua dispositione ꝑmaneat: Nos cōsulere voluisti, an appellatio a uocabuli clericorum tā ad canonicos, quā ad nō canonicos extendatur: & inf. ¶ Consultationi tuę taliter respōdemus, ꝙ appellatio clericorum non solùm alios, sed etiam canonicos comprehendit.

¶ Idem Preposito & capitulo. Placentino.

Iurans obedire prælato & ecclesia non clero diœcesano sed capitulo ecclesia cathedralis obedire tenetur.

CAP. XIX.

Cum † clerici Placentini iuramentū præstant † sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis b ero & obediens Placentinæ ecclesiæ, & domino meo episcopo Placentino: Nos consulere voluistis, vtrū intelligi debeat clerus totius diœcesis, an capitulum tantum ecclesię cathedralis? Nos igitur taliter respōdemus, quòd per ecclesiæ Placen. vocabulum c in forma iuramenti prescripti non debeat † intelligi totius diœcesis clerus: & si capitulum d intelligatur ecclesiæ cathedralis: is tamen, qui præstat huiusmodi iuramentum, episcopo tanquam capiti principaliter e obligatur.

¶ Idem Priori sancti Fridiani Lucan.

Appellatione ecclesiasticę censurę comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.

CAP. XX.

Quærenti, † quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulā in nostris litteris apponimus: Respōdemus, quòd per eam f non solum interdicti, sed suspensionis, & excommunicationis

Cum clerici.] Comunis diuisio: Secunda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Clerici Placentini iuramentum præstant ep̄o Placentino sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Placentinæ ecclesiæ, & dño meo ep̄o Placentino: capitulum Placentinū consuluit dñm Papam: vtrum per vocabulū illud, ecclesiæ Placentinæ, intelligi debeat clerus totius diœcesis, an capitulum tantum ecclesiæ Placentinæ? Respondet Papa, ꝙ per vocabulum illud non debet intelligi totius diœcesis clerus: licet capitulum intelligatur ecclesiæ cathedralis: ille tñ qui præstat huiusmodi iurm, ep̄o tanquam capiti principaliter obligatur. No. ꝙ cum dico, ecclesia cathedralis, nomine ecclesiæ intelligitur episcopus & capitulum, & non alij clerici: quia episcopus est in ecclesia, & ecclesia in episcopo.

b Fidelis ero.] De hac forma, & quæ in ea continentur, habes sup. de iureiu. ego. N. & 22. q. vlt. de forma. & fi. 23 dist. quanquam.

[Glo. seq. ponit sex modos quibus dicitur ecclesia.]

c Ecclesiæ Placentinæ vocabulum.] Strictè sumitur hic hoc nomen, ecclesiæ Placentinæ, tantum pro ep̄o principaliter & canonicis ecclesiæ cathedralis, & non pro clero diœce. & merito quia aliud est dicere, clerus ciuitatis, & aliud clerus diœc. sup. de resc. Rodulphus

Q Værenti. Cōis diuisio: Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. In litteris Apostolicis frequenter apponiē clausula. Per censuram ecclesiasticam: queritur, quid per eā claus. debeat intelligi? Respōdet Papa ꝙ per eā intelligitur interdicti, suspensionis & excommunicationis sententia, vt iudex eam imponat quam magis viderit expedire, rerum & personarum circunstantijs indagatis. Not quod nomine censuræ ecclesiasticę, interdicti, suspensionis & excommunicationis sententia intelligitur. Item iudex in pœnis inferendis circunstantias rerum & personarum considerare debet. Item pœnę sunt arbitrarię.

¶ Glossa sequens argu. contrarium, dissolutè tamen.

f Eam.] scilicet censuram: quod est nomen generale ad ea quæ sequuntur: sicut & verbum, correctionis, depositionem etiam continet, argum. 50. distinctio. contumaces ff. de offic. præsid. legatus. & l. ex omnibus supra de statu monach. ea quæ. §. quod si abbas. argum. contra, nam & verbum coercendi maiorem animaduersionem continet. ff. de offic. procon. meminisse in fi. argum. tamen contrarium. videtur, quia si iudex ita prouinciat, vim fecisti, nec distinguit, de priuata intelligitur. ff. de pœn. si prę ces. & cum quid incertum mandatur, & si alijs præstationibus causa mandati exsoluta sit quàm quæ inhæret mandato, dum tamen expediat, erit actio mandati.

dati, ff. man. si quis pro eo. Vnde sic cum dico, illum excommunico, vtramque sententiam, scilicet minorem & maiorem intelligere debes, sup. tit. prox. c. pen.

a Personarum.] hoc ideò dicit, quia in pœnis imponendis dignitati deferendum est & personæ, sup. de off. deleg. sanè, & c. pastoralis. ar. contra 50. dist. contumaces.

b Magis.] quia & plectendo & ignoscendo hoc solum benè agit, vt vita hominū corrigatur, 23 q. 5. quod deest. sic sup. vt li. nō contest. quoniam. in fi. & vt crescente contumacia crescat & pœna, ff. de pœ. relegati. Ber.

sententia valet intelligi: nisi † iudex discretus, rerum & personarum [a] circunstantijs indagatis, ferat, quam magis [b] viderit expedire.

¶ Idem Cæsaraug. † episco.

¶ *In priuilegijs de decimis noualium non soluendis, illud appellatur nouale, de cuius cultura non est memoria & quod prius modicum, vel nullum fructum afferebat.*

Quid.] Primo ponit quæstio. Secūdo responsio ibi, Licet. In qua primo ponit duas opi. Secūdo soluit ibi. Nos. Tertio moderat ibi, Sed nec de quolibet. Abbas Sic.

CASVS. Religiosi quidā habent indulgētiam, vt de noualibus suis decimas non soluant; quæsitum fuit à Papa, quid intelligi debet per uocabulū nouale; quidā dixerunt, quod nouale est terra quæ anno cessat: Alij dixerunt, quod nouale sit ex sylua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur; & vtraquè interpretatio ex legibus ciuilib. habetur. Papa tamē dicit, quod illa fuit intentio antecessorum, cū indulgētiam de noualib. concesserunt, quod nouale sit terra de nouo ad cultū redacta, de qua nō extat memoria quod culta fuisset: verūtamen non credit Papa de quolibet tali nouali indulgentiā fuisse concessam, nisi de illo solūmodo, de quo religiosus locus decimā percipere potest sine graui detrimento parochialis ecclesiæ: cum sæpe de tali loco inculto parochialis ecclesia magnos percipit decimarū ratione prouentus. No. quod nouale dr̄ dupliciter secundum leges, scilicet terra præcisa, quæ anno cessat; Itē sylua quæ arborib. extirpatis ad cultū redigit. Itē s̄m canones dr̄ nouale ager de nouo ad cultū redactus, de quo nō extat memoria, quod aliqn̄ fuerit cultus. Itē indulgentia siue priuilegiū non datur in graue detrimētū alterius. Itē de loco inculto dantur ecclesiæ prouentus ratione decimarum.

CAP. XXI.

Quid † per nouale vocabulū intelligi debeat, tua fraternitas requisiuit. Licet autem quidam dixerint, [c] quod nouale sit terra præcisa, quæ anno cessat alijs asserentib. [d] quod ex sylua, quæ arborib. extirpatis ad cultum redigitur, fieri noua le dicatur, quarum utraque interpretatio ex ciuilibus legibus [e] colligitur. ¶ Nos † igitur inquisitioni tuæ respondemus, quod eam credimus prædecessorum nostrorum intentionē fuisse, cū pijs locis indulgētiam de noualib. [f] cōcesserunt, vt nouale intellexerint agrum de nouo [g] ad cultum redactum; de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset. ¶ Sed nec de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam [h] fore concessam, nisi de illo dumtaxat, cuius decimam religiosus potest cōuētus absque graui detrimēto parochialis ecclesiæ detinere, cum talis sit sępè locus incultus, de quo parochialis ecclesia magnos [i] percipit decimarū ratione prouentus.

10

20

30

40

50

c Dixerint.] per legem illam, ff. de verb. signifi. sylua cædua, §. pen.

d Alijs asserentibus.] per l. illam, ff. de termino amoto. l. vlt. §. antepe.

e Legibus.] prædictis.

f De noualibus.] s̄. de deci. ex parte.

g De nouo.] Sic sup. c. 1. & etiam mancipia dicuntur nouitia, quæ anno nondum seruierunt, ff. de pub. & vec. l. vlt. §. quoties. & vinum dicitur nouum, quod non habet annum, ff. de triti. vi. & oleo le. vetus. & Greg. nouas appellat nuptias, quæ inf. circa annum contrahūtur, 35. q. 9. c. 1. Sed [1] videtur quod nouale dici debeat terra intra annum culta. Sed hoc non est verum, immo terra ex quo de nouo redacta est ad cultum, de qua nō extat memoria, quod culta fuerit, semper erit nouale, quantū ad ius decimarū, ex quo semel fuit noua le, sup. de priuil. c. vl. & argu. sup. de deci. ex parte 3. ●

h Indulgentiam.] de qua tu habes sup. de deci. ex parte 2. & c. ex parte 2. [Glo. sequitur arg. à cōtrario, signat contrariū, ponit opin.

i Magnos.] Ergo à contrario sensu uidetur, quod si nullos, vel modicos cōsueuit habere, nihil habebit ecclesia parochialis de illo nouali, etiā post tempora quantacunque, quod est verum. sup. de priu. c. vlt. Ar. contra 35. q. 3. quod scripsi [2] sicut dicitur de fundo dotali, qui etiā soluto matrimonio adhuc dotalis dicitur, ff. de fūdo dot. et dirupto. arg. contra. 35. q. 5. quod scripsi. Tamē potest dici, vt dixit Io. & T. quod si ecclesia parochialis etiam tractu tēporis incipit lędi grauiter, desinit esse nouale. argu. s̄. de don. Apostolicæ, & argu. huius decre. licet hic uideatur respicere principium noualis: si enim priuilegium incipiat esse iniquum, perditur priuilegiū, s̄. de deci. suggestum, argu. 63. dist. c. quia sancta. §. verum, & ff. de vul. & pup. substi. ex facto. & ab eo, quod diu æquum visum est, receditur propter euidentem vtilitatem, ff. de consti. princ. in l. pen. ergo eadem ratione propter enorme damnum receditur ab eo quod diu obtentum est; aliàs semper erit nouale. sup. de priui. c. vlt. Ber.

¶ Idem abbati F. & P. monachis Alcobaciç. †

¶ *Si ecclesia subiecta episcopo vnitur alteri, vel gubernāda committitur, saluo iure matricis ecclesiæ: per matricem ecclesiam intelligitur cathedralis, & non Romana.*

CAP. XXII.

Venerabili † fratre nostro Colubrien. epō didicim⁹ cōquerēte,

60

Venerabili.] Per matricem ecclesiam cathedralis ecclesia intelligitur, non Romana. hoc dicit. In prima parte ponitur episcopi querela; In secunda dat iudices illi, ideoque. Abb.

CASVS. Fratres sanctæ Crucis monasterium de Argarijs receperunt sub protectione sua, quod consueuerat Colubrien. episcopo iura episcopalia exhibere; tandem quidam prior illius monasterij, qui fuerat canonicus Colubrien. impetrauit super hoc quoddam priuilegium tacita ueritate, saluo iure matricis ecclesiæ; occasione huius verbi, saluo iure matricis ecclesię, dictus prior nolebat Colubrien. epō de iurib. epālib. rūdere, nec obedientiam exhibere, dicēs, quod per matricē ecclesiā intelligit Romanam ecclesiam, & nō cathedralē; vnde conquestus fuit dño Papæ; mandat papa quibus-

Margin notes: 1 oīb. an. codicilli: vt ex discre... lectio ve videtur. dē, Cæsa gustanē. tpr Io. xxij. ... est I ... episco. | ap. 5. eo. 13. cōpi. | ... plerisq; ... Nos ... taliter ... Nos ... &c. | 1 Alias lex, sic videret, &c. | 2 Vide nota ta in ca. & si Christus. s̄. de iureiu. in gressa. c. pe. † De Alcobacensi monasterio uide notata in c. cū olim s̄. & priuilegijs. | ‖ Cap. 6. eo. tit. in 3. cōp.

dam, quod si aliquid non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat diœcesano episcopo respondere, compellant dictum priorem ad præstandum obedientiam dicto episcopo, & de alijs respondere sicut prædecessores ipsius, prædecessoribus ipsius episcopi responderunt: non obstante priuilegio in præiudicium Colubrien. ecclesiæ per subreptionem obtento, quia per illud vocabulum, matricem ecclesiam, cathedralis intelligit, non Romana. No. quod monasteria tenentur episcopo iura episcopalia exhibere, nisi fuerint exempta. Item priuilegium in præiudicium alicuius tacita ueritate obtentum, nō valet. Itē per matricē ecclesiā cathed. eccl'a intell'r.

a Per matricem.] Fortè in priuilegio illo cōtinebatur, saluo iure matricis ecclesiæ & noie matricis ecclesiæ itelligit quālibet eccl'a cathedral's, 1 63. di. ex his, & 12. q. 1. vidētes. & hic in fi. tit.

b Intelligit.] Non attendēs quod q. nimis astutè interpretatur principis bñficium, notatur infamia. C. & leg. & sē. cons. l. 2. La.

c Si aliud.] puta priuilegiū exēptionis, quoniam nulla pr̄scriptio in hoc casu valeret sup. de præscrip. cum non liceat. Tā.

d Volumus.] Et nos idē velle debemus, ex quo illud pcipit obseruari. 11. dist. qa nesciat, & eius interptatio ius facit quo ad omnes. C. de leg. & se. con. in fi. Lau.

Ex parte.] In prima parte qrelā Comitissæ ponit: in secūda iudices instruit, secūda ibi, Ad intelligendam. Abb. Sic.

CASVS. Officialis vel ppositus Comitissę Blesen. cepit quēdā latronē: & iustitia fuit idē facta, post factā iustitiā, latro ille fuit per Capitulū, Carnotē. requisitus, qa dicebat eū in terra ipsius captū fuisse: officialis comitissæ dicebat eū captū fuisse in terra comitissæ: & sup hoc cautionē obtulit de parēdo iuri; s. d capitulum nihilominus terrā comitissæ supponit iterdicto fecerūt, quod relaxare noluerūt, nisi prius eis solueret emenda occasione priuilegij sui, in quo continetur, quod nemini liceat excommunicatis vel nominatim interdictis pro ecclesia Carnotensi, absque congrua satisfactione beneficium absolutionis indulgere: Sed quia comitissa absolutionem obtinere nequiuit, appellauit ad Metropolitanum: qui postea dubitauit super clausula priuilegij: vnde qūiuit a papa interpretationē illius clausulæ priuilegij Carnoten. Dominus papa coram quo prædicta & alia pposita fuerunt, sup hoc dicit distinguendum esse ad intelligendū clausulam illam, vtrū in aliquem sentētia lata sit pro contumacia tantum: qa citatus noluit stare iuri, vel ēt pro offensa: qa iussus noluit maleficium emēdare; In primo casu sufficit quod sentētia relaxetur, si prius sufficiēs standi iuri cautio præbeat, in secūdo uero casu, si offensa est manifesta, non debet sententia relaxari, nisi prius præstetur emenda. Si uerò dubia est offensa, & cautio cōpetens de iuri parēdo pręstetur, dēt snia relaxari. No. quod iterdictus pōt agere, vel procuratorem cōstituere. Item interpretatio priuilegij si dubitetur de illo, dēt fieri ab eo, qui dedit priuilegiū; qa eius est interpretari cuius ē cōdere. Itē hoc priuilegiū reducit ad ius cōe, sm quod dictā indulgētiam intelligit Papa; & ideo ad cautelā tm̄ valet illa indulgentia, qa solet plus timeri, &c. Itē excōicatur quis aut pro cōtumacia, aut pro offensa, siue pro crimine.

e Cum ipsius.] s. Comitissæ.

f Præpositus.] Laicus officialis.

g Clausulā.] pmissā, s. nemini liceat excōicatis vel noiatim interdictis, pro canonicis Carnotē. absq; congrua satisfactione absolutionis bñficiū idulgere, quod hēs ī. c. proxi. [Gl. se. successiue sol. duas obiec. & vnā qō.

h Pro contumacia.] Non vr quod hæc distinctio locū hēat, vtrū qs excōicet pro ctie, an pro cōtumacia: qa nemo excōicat, nisi pro mortali pcō, & qui aliter nō pt corrigi. 11. q. 3. nemo. in fi. 45. di. sed illud. & 24. q. 3. tā sacerdos & 11. q. 3. certum. immo bene hēt locum hæc dist. quicunque. n. vocatus legitime

† Argaril.

1 Et qualibet baptismalis, de trā sac. preterea. a. de pręsc. ex transmiss. sa, 2 ecc. edi. ad audientiā. & cle. de sent. exc. c. 1. Io. And.

quod cum fratres Sanctæ Crucis monasterium de Argarijs† sub protectione sua nuper receperint, quod suis prædecessoribus episcopalia iura consueuerat ab antiquis tēporibus exhibere, nunc quodā de canonicis suis sine suo consensu ibi facto Priore, occasione cuiusdā priuilegij a C. Papa veritate tacita īpetrati, eidem episcopo obediētiam denegat exhibere, ide sumpta occasione quod per matricem [a] ecclesiam non cathedralē intelligit, [b] sed Romanā: & infra.

¶ Ideòque mandamus, quatenus si aliud [c] uobis non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat diœcesano episcopo respondere: vos eum ad eam præstandam eidem sicut prædecessores sui prædecessoribus episcopi præstiterunt, per cēsuram ecclesiasticā compellatis, non obstante priuilegio in præiudicium Colubrien. ecclesiæ per subreptionē obtēto: Nos enim per matricē ecclesiam cathedralem intelligi volumus, [d] non Romanam.

¶ Idem abbati sanctę Genouefæ, Decano & cancella. Parisien.

¶ *Excommunicatus, vel interdictus pro contumacia vel offensa dubia, absoluitur cautione præstita de stando iuri.*

Si verò fuit excommunicatus vel interdictus pro manifesta offensa, tunc prius debet satisfacere, antequam absoluatur. Et dicitur manifesta, de qua constat per cōfessionē, uel probationem legitimam, vel rei euidentiam, hoc dicit cum c. seq.

CAP. XXIII.

Ex† parte in Christo dilectæ filiæ Comitissę Blesen. & infra.

¶ Proposuerunt nuntij Comitissę, quod cum ipsius [e] præpositus [f] quendā latronem ceperit, & iustitia fuerit inde facta, latro fuit per capitulū Carnoten. post factam iustitiā requisitus, quia eū in terra sua captum fuisse dicebant, & infra.

¶ Verum, cum super hoc de parendo iuri Comitissa cautionē offerret, canonici Carnoten. nihilominus terram eius fecerūt interdicto supponi: quod relaxare noluerunt, nisi prius solueretur emēda; dicebatur enim in Carnoten. ecclesiæ priuilegijs† cōtineri, quod nemini liceat excōmunicatis, vel nominatim iterdictis, pro canonicis Carnotē. absq; congrua satisfactione absolutionis beneficiū indulgere: & infra.

¶ Ad intelligendam autē clausulā [g] priuilegij memorati credimus distiguēdum, vtrū in aliquem interdicti uel excōmunicationis sententia sit plata pro cōtumacia [h] tm, quia

† Cap. 7. eodem tit. ...

† forte, priuilegio.

2 Quamquam fa... tē ... fert ... da ... excō... tionis ... tradit ... fimē ... hum ... Tr... fectio. 25. ... resormat. 3.

legitimè ad iudicium nõ venit, pro quacunque re, contumax reputatur, vndè propter talem cõtumaciam excommunicari potest, si res talis sit, quod actor non possit in possessionem mitti. sup. vt li. non conte. tuæ. & tunc sufficit præstare cautionẽ standi iuri: quia pro sola contumacia excommunicatus fuit, scilicet quia non venit, & nõ pro re aliqua: q̃a nõdum cõstabat in quo teneret actori. Si pro offensa, tunc excommunicatur, puta cõmisit maleficium, & illud fuit notorium, vel per sententiam, vel per facti euidentiam, vel per confessionem. j. c. proxi. & s. de coha. cle. & mulie. c. vlt. & condẽnatus de ipso maleficio cum nõ satisfaceret, fuit excommunicatus, hic talis non dẽt absolui nisi primo satisfaciat, cum cõstet de maleficio suo, & tamen hic interuenit contumacia antequã excommunicaretur: quia non soluit in termino statuto, sed hic directè excommunicatur, quia non satisfecit, sed in alio casu nõ, nisi quia non venit. Idem esset si maleficium notorium esset, si publicè proponatur, quicunque fecit tale maleficium satisfaciat læso vsque ad talem diem: aliàs sit excommunicatus: post terminum non absoluetur, si veniat ad iudicem, & petat absolui, nisi satisfaciat. 23. q. vlt. pessimam. & ita bona est distinctio. Præterea, superfluum videbitur priuilegium illud: quia de iure communi illud competit cuilibet, quòd nullus absoluatur priusquam satisfaciat: vt c. pessimam, & s. de off. deleg. ex litteris 17. q. 4. de presbyterorum, & 11. quæst. 3. excellentissimus, in fi. & sup. tit. prox. parochianos. Potest dici, quòd solet plus timeri. & c. 23. distin. quanquam, & supra de hære. si aduersus, multa enim conceduntur quæ sunt de iure communi. 24. q. 2. c. sanè, in fi. & 33. q. 2. admonere, vbi, viaticum tibi concedimus, & tamen omnibus pœnitentibus in fine datur. s. de pœ. & remis. quod in te, & s. ti. proxi. permittimus. ¹ Quid si aliquis ita pauper sit, quòd non potest satisfacere? præstet cautionem quod satisfaciet cum peruenerit ad pinguiorem fortunam. s. de sol. Odoardus. Quid si cautionem præstare non potest? tunc iuret, ar. C. de epi. & cle. auth. generaliter. præstet quam potest sup. de do. post diuor. resti. c. pe. licet videretur quòd talis casus non excuset. arg. sup. de rap. super eo. & C. de fur. subtracto. nam quandoque aliquis non absoluitur propter delictum suum, sed differtur absolutio. 11. q. 3. qui iubente. 18. distin. si quis adesse & 26. q. 7. sacerdos. sup. de offi. ord. significauit & 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. Nulli tamen est finaliter pœnitentia deneganda. 26. q. 6. si presbyter, & c. seq. quia ecclesia nulli claudit gremium suũ. C. de sum. trin. l. vlt. prope. fi. Bern.

[Glo. seq. arg. signat contrarium, & ibi remittit.

a Citatus.] Trinis edictis, vel vno peremptorio pro omnibus. 24. q. 3. de illicita. ff. de re iud. contumacia. vndè videtur, quod non veniens ad primam citationem, non sit contumax, arg. C. de iud. sancimus. & supra de procu. querelam. vbi de hoc & 5. q. 3. si ægrotans Ber.

b Iussus.] Et hæc contumacia est ff. de rei ven. qui restituere, & non excommunicatur quis nisi pro contumacia, sed hoc intellige vt dixi in magna glo.

c Sufficiens] sic supra de sequestra. ad hoc. sufficiens cautio est, si pignora, vel fideiussores dentur. ff. man. si mandato Titij. §. vlt. De hoc dictum est s. vt li. contestata. quoniam. §. in alijs.

d Manifesta.] Ex hoc verbo orta fuit contentio, quæ determinatur prout dicitur, j. c. proxi.

quia, scilicet citatus ᵃ stare noluit iuri: vel etiam pro offensa, quia videlicet iussus ᵇ noluit maleficium emendare. In primo casu credimus congrue satisfieri, vt sñia relaxetur, si prius sufficiẽs ᶜ standi iuri cautio tribuatur. In secundo verò si offensa est manifesta, ᵈ non credimus satisfieri congrue, vt relaxetur sententia, nisi prius sufficiẽs præstetur emenda. Si verò dubia ᵉ est offensa, sufficere credimus ad relaxandam eãdem, si parendi mandato ecclesię† competens satisfactio præbeatur.

¶ Idem Comitissæ Blesen.

¶ *Summatũ est supra c. proxi. vel dic: Manifestum dicitur, quod per confessionem, vel probationem legitimam, vel euidentiam rei constat.*

CAP. XXXIIII.

CVm † olim pro canonicis Carnoteñ. quoddam capitulũ contra te fuerit allegatum, ᶠ quod dicebant † in ecclesiæ suæ priuilegijs contineri, vt videlicet nemi-

[Glossa seq. obijcit, & dupliciter soluit.

e Si verò dubia.] Quomodo ergo iussit iudex maleficium emendare, si nõ fuit manifestum? Item si sententiando iussit, ² factum fuit notorium per sententiam, supra de coha. cle. & mulie. cap. vlt. ergo non potest esse dubia offensa. Sol. quandoque iubetur à iudice sententiando 11. quæst. 3. qui iubente. ff. de re iud. quod iussit, & hoc fieri nõ debet, nisi cũ res est manifesta. 11. q. 3. grane, quandoque iubet in lex non sententiando: vt si statim cum comparuerint coram eo partes, reus confitetur: quia confessus pro iudicato habetur, ff. de confes. l. 1. C. eodem. leg. vnica. si tantum pręcipit vt satisfaciat, non hoc faciat sententiando: quia non omnis vox iudicis auctoritatem rei iudicatæ continet, C. de sent. & interlo. omn. iud. ex stipulatione, & 3. q. 6. hoc quippe. & adhuc potest reus allegare errorem suum, ff. de confess. l. 2. vndè non est res manifesta: & ita potest intelligi quod hic dicit Io. vel sic, ad querimoniam alicuius de aliqua offensa eam exprimendo iudici, ipse iudex præcipit reo, vt satisfaceret illi vsq; ad certum terminum, aut compareret coram eo responsurus: aliàs excommunicabat illum, nisi alterum istorum faceret: & ille non venit, & sic fuit excommunicatus; si ipse petat absolui, sufficit quòd ipse præstet cautionem standi iuri: quia offensa tunc dubia est, & si fama sit quod id fecerit, vel quod iudex à pluribus hoc intellexerit.

CVm olim.] Communis diuisio: Secunda ibi, Quia verò. Et dubium emanauit ex responsione Papæ s. c. proxi. Abb. Sic.

CASVS. In prædicta decret. dicitur, Si offensa est manifesta, non debet quis absolui nisi prius præstet emendam: super verbo illo, manifesta, orta est contentio: dicebant canonici, quod illa offensa dicitur manifesta, quæ sibi, & non alijs manifesta videtur: Ex parte Comitissæ dicebatur, quod ad eorum arbitrium non est standum: quia semper dicerent offensam manifestam: Super hoc scribit Papa Comitissæ, dicens, dum ansam soluimus, nõdum dicimur ligauisse: propterea quod dicebãt canonici Carnoteñ. offensam illam manifestam esse, non quæ iudici, nec quæ alij, sed quæ sibi tantum manifesta videtur, sed Papa dicit illam offensam manifestam, quæ vel per confessionem, vel per probationem legitimam nota fuerit, aut euidentia facti, quæ nulla possit tergiuersatione celari. Nota, quod non dicitur plenè responsum, cum responsio est obscura, & ad plura possit referri. Item non est standum confessioni alicuius in iure pro se facto. Item manifestum ponitur in prædicto capitulo pro notorio. Item manifestum dicitur tripliciter, scilicet confessione, probatione, facti euidentia.

f Allegatum.] sup. c. prox. quod continetur hic j. ibi, nemini, &c. vsque ibi, quia verò. Bern.

† Dictio ecclesiæ, deest in vetustiorib. codicib. & in oib. Vaticanis.

² Idẽ notat̃ s. de elec. dudũ in gl. sed pone, & de hoc in Aut. de exhib. & itrodu. reis. §. sancimus. versic. suscepto. i gl. 1. & in Specul. de sen. prola. §. 2. vers. ẽ quoque. & de forma eius §. vt autem circa principium.

† Cap. 8. eo. ti. in 3. cõp. huius decr. intellect⁹ pẽdet ex superiori capite.

† Dicebat.

¹ j. c. dile... põt dici ...cet priuilegiũ i il...ductio de hic q̃ri... non cõti... gratiã: ...ebat tñ ...lio, quo ...ebãt ca... ...lo excõi ..., vel in... ...icere p... offen... s. ad idẽ ...scr. ex ... deca... ...o. Aod.

a Dum ansam.] Dicitur quandoque ansa auricula scyphi, vel vrcei, vel calicis, quæ manu tenetur, ff. de rei vend. in rem, §. 2. hic dicitur ansa nodus cursilis, & facilis ad soluẽdam, ita factus, quòd si rectè trahatur caput fili, omnimodo est solutus nodus: si malè trahitur: ligatus remanet, ita ɔtingit Papæ in solutione quæstionis p̃cedẽtis decretalis de offensa manifesta, q̃ modo hic soluit inferius apertè.

b Dicimur.] A peruerse intelligẽtibus: vt à canonicis Carnotens.

c Proponentibus.] & malè.

[Gl. seq. iustificat textum, & obijcit, & soluit.

d Non quæ iudici.] Et hoc fatuũ erat dicere, q sibi credendũ esset in præiudicium alteri⁹: Immo iudex secundum motũ animi sui, & secundum sensum iudicare tenetur, sup. de consue. ad nostram, & sup. de renũ. in præsentia, & ĩ. de testi. in nostra, & 3. q. 7. iudicet. & secũdũ q sibi videtur. ff. de arbi. quale. dũ tamen secũdum leges, & canones, in Auth. de iud. §. quia verò, col. 6. in Auth. de defen. ciui. §. iusiurandum col. 3. Sed videtur, q illud dicatur manifestum, quod iudici videtur, sicut illud dicitur probabile quod ei videtur, sup. de app. vt debitus. Respondeo, licet ad opinionem iudicis referatur, quid dicatur ꝓbabile, vt per hoc possit, & debeat appellationi deferri, ĩ. de app. cũ speciali, & ĩ. tit. prox. sacro, ad fi. secus est in manifesto, illud enim propriè dicitur manifestum, quod nõ eget probatione, 11. q. 3. eorum, sed hic sumitur manifestum pro notorio, prout in fi. dicitur, & 2. q. 1. de manifesta.

† Vide l. Iulia. ff. de cu. fu. no. in l. q mutuã, §. nõ ideo. ff. man da. gl. ĩ l. amissione, §. pe. ff. de ca. diminut.

ni liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro canonicis Carnoten. absque congrua satisfactione absolutionis beneficium indulgere: & inf. ¶ Quia verò dum ansam [a] soluimus, nodum dicimur [b] ligauisse, propter hoc, quod eisdem canonicis (velut asseris) proponentibus [c] illam offensam esse manifestam, nõ quæ iudici, [d] nec quæ alij, sed quæ sibi tantummodo manifesta videtur: offensam illam nos rescribimus intelligere [e] manifestã, † quæ vel per cõfessionẽ, [f] vel ꝓbationẽ legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, q̃ nulla possit tergiuersatione celari.

e Intelligere.] Ergo nos quoque sic intelligere oportet, ĩ. eo. venerabili. sic ĩ. de hære. cũ Christus. quia interpretatio principis ius facit, ĩ ti. proxi. inter alia. C. de leg. l. s. & vlt. 1 Bern.

f Confessionem.] & per sententiam, sic ĩ. de cohab. cleri. & mulie. c. vlt.

1 Vide ĩ. eo. in his, super vlt. gl. & c. venerbil. in gl. vlt. Ioan. And.

Abbate S. Siluani.] Verba priuilegiorum largam habent significationem; vndè verbum, secundum, & iuxta, in eis positum causatiuè tenetur, non conditionaliter. Ita communiter summatur: sed hæc summatio videtur nimis generalis, & non est vera indistinctè iudicio Panor. quia priuilegium in quantum præiudicat alteri, seu iuri communi, non debet largè, sed strictè intelligi: vt dixit ipse Panor. in c. olim, ĩ. eo. prima pars narrat factum: Secunda diffinit: ibi. His igitur. Prima subdiuiditur, nam in prima ponitur petitio pro parte electi. In secunda ibi, Cæterum, petitio & responsio cõtra electum. In tertia ibi, Ad hoc, responsio pro electo. In quarta ibi, Contra quod, responsio ɔ electum. Abb.

